BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
12
3 R
15

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE ROMA
55
46
19

12-4-C 14

COMITIS
IO. BAPTISTAE
CORTESII,

IN PATRIO OLIM
BONONIENSI ARCHIGYMNASIO
MEDICINAE, ET ANATOMES
Profeſſoris eximij,
NVNC IN FLORENTISSIMA MESSANENSI
Academia triginta ſex ab hinc annis Praxim è prima Sede
ſcientiſſimè Interpretantis

PRACTICÆ MEDICINÆ
Pars Secunda;

IN QVA INTERNI PARTIVM NVTRITIONI
famulantium affectus illuſtri methodo explicantur.

Cum duplici Indice, Capitum, & rerum notabilium.



MESSANAE, Typis hæredum Petri Breæ. MDCXXXV.

Superiorum permiſſu.

ILLVSTRISSIMIS SENATORIBVS NOBILIS VRBIS MESSANAE

D.THOMÆ MARQVET, SEBASTIANO DE MARINIS, D.BALTHASARI MARQVET, FRANCISCO FAZZARI, D. IOSEPH STAYTI, IO. DOMINICO CAPRI.

F.

ET ecce nunc tandem aliquando quantus ego ſum, ſiſtor VV. DD. Senatus Illuſtriſsime; & ecce totus prodeo in lucem ad clarioris Senatoriæ veſtræ purpuræ maieſtatis radios enubilatus Sideraſter. Et verò quidni totus quantus quantus ego ſum prodirem in lucem, quando totis ſex illuſtrioribus Mamertinis ſideribus totus irradior, totus ſplendeſco, totus aureſco. Iacebam antea totus in tenebris ſilentioribus, quando (quæ humanitas in me veſtra ſemper ſingularis, quæ beneuolentia ſemper fuit maxima) quando

§ oculo

oculo ſemper benigniori reſpexiſtis; quandò manu, an dicam meliùs, radio beneficentiori tetigiſtis. Quidni igitur hoc quidquid ingenij, quidquid doctrinæ, quidquid vigiliarum, atque laboris mei partus naſcitur, ad templum veſtri honoris, ad aram veſtræ gloriæ, ad maieſtatis veſtræ puluinar appenderem, dicarem, conſecrarem? Conceptum eſt enim hoc opus in veſtro, in his ipſis nimirum Meſſanenſis Collegij veſtri ſpatijs; vbi per totos triginta quatuor annos, non iam Harpocratis elinguis myſtes Sigalioneus, ſed Hippocratis facundiſsimi, ſed Galeni eruditiſsimi de Cathedra interpres deuotiſsimus ad vltimam hanc vſque canitudinem conſenuimus. Quid plura; de veſtro creuit, naſcitur in veſtro, vndecunq; veſtrū accurrit, vbiq; vobis occurrit, nec minùs Dominationes Veſtras Illuſtriſsimàs latere poteſt, quam ſolem ipſum Illuſtriſsimum. Nec ſi me verecundiæ leges, aut occultari iuberent, aut ſilere; faciliùs tamen in ſole radios opprimi poſſe crederem, quam in animo grato tantorum recordationem beneficiorum: quibus tametſi ex æquo me reſpondere poſſe diffido; in parte tamen gratiarum reponendum eſt, non ingratum eſſe, conari. Sed quis hic mihi Deus dictionem laudibus parem: omnis enim hic oratio opprimitur beneficij magnitudine? I fama; nulla tam ingrata poſteritas ſileat, dum ſileo; non ero

pro-

prolixior; nec Illuſtrisſima virtutum veſtrarum heroicarum trophæa verborum blanditijs, aut nobiliori dictionis purpura ornare conabor: Neque enim deſideratis emendicatæ laudis ornamentum, heroico veſtro ſatis contenti. Scio cochleas, ſi nihil illis de Cœlo roris illiquitur, ſuo iucundiùs aliquando victitare ſucco: vos virtutis apud vos natæ nobiliore rore; vos gloriæ apud vos partæ fœcundiore palma, frondoſiore lauro contenti; auxilium commendationis alienæ auerſati, victitatis, triumphatis gloriamini. Et benè profectò: vbi enim merita virtutis, ibi & honoris præmia: *virtutis*, & honoris templa (quis ignorat) iunxerunt Romani. Sed hic fortaſsè beneficij in me veſtri Mnemoſynon deſideratis? Nullum dabo: ita enim cenſeo; dum inſolentior munificentia ſtylum vincit, ſilentio magnitudinem profitemur. nam quid hic ego afferre poſſim, non video: quidquid erit, achariſtiam publicabit in tanta ſpe expectatæ vſuræ, cui tam exiguum grati animi fœnus reddidi. nihil ago; mergor oceano: veſtris enim in beneficijs miracula multiplicat, multiplicata *fœcunditas*; quam ego dum nulla aſſequi me poſſe dictione video, non ſpargo fruſtrà longiorem verborum viciſſitudinem; ſed in abdito pectoris recondo; ibi habitabit memoria veſtri, ibi æternabitur.

Inte-

Interea hoc quidquid eſt operis, Auguſtiſſimis Dominationibus veſtris conſecro; vt veſtris auſpicatiſſimis auſpicijs in publicum Mamertinum Theatrum prodeat. Satis verò habuero, ſi veſtra, quæ mihi altè hærent in animo, hærebuntque perpetuò, nomina in fronte operis exponam, argumentum beneficij veſtri pariter, atque authoramentum obſeruantię meę. Ergo valete; & pro veſtra ſingulari, & clementia, & humanitate, hoc munus boni conſulite, & me in animum parte aliquà admittite.

Ioannes Baptiſta Corteſius.

GALENO, ET CORTESIO MEDICINAE FACVLTATIS GEMINIS PRINCIPIBVS

Plaudit

VINCENTIVS RISICO PHILOSOPHVS. ET MEDICVS.

Nunc capit Regnum duos.

NAturæ portenta! Duos prægrandis olympus
Non patitur ſoles, comites hymenæus amores
Non fert riuales, velox nec fortè Melampus
Męnalium venatus aprum, duruſque, feroxque
Participes abigit nudato dente Moloſſos:
Albam Clitumnus videat ſi errare iuuencam,
Cornibus ardentes tauri fera prælia miſcent,
Vulneribuſque cauis vndantia ſtagna cruentant:
Et Cæſar Pompeium odio, & Pompeius habebat
Illum, cum genero ſocer impius acrè duellat:
Et conſanguineis aquilæ ferale maniplis
Intentant bellum, buſto diſcorde probarunt
Thebę fraternas acies, & prima gemelli
Sanguine tinxerunt Romæ cunabula fratres,
Mœnia cede fera, quando maduere feroces.
Naturæ portenta. Duos medicina parentes
Nunc patitur, Reges, diuiſo cęlitus orbis
Imperio, & gemini Reges ſacra ſceptra tenebunt:

Vnum

Vnum fatidico genitum patre ſidere Phœbo
Pergama docta dedit, cui nomen grande Galenus,
Alter Felſinea genitus tellure, parente
Credas cæleſti, nomen CORTESIVS *Orbi,*
Sidere delapſus meliori Bononius heros.
Heroes ambo, vitæ, qui ſceptra tenetis,
Duratura ſimul, nullum moritura per æuum.
Viuite fælices, nouit quæ vita magiſtros,
Quæ Libitina fugit pauitans in tartara velox:
Naturæ portenta, Duos capit vnicus Orbis.
Diuiſum imperium cum Phœbo ſemper habebunt:
Sic volo, Dij fauєant ſupplex. ſic numina adoro.

AD EXCELLENTISSIMVM
COMITEM

IO. BAPTISTAM CORTESIVM
PRAECEPTOREM MEVM

Vnicè obſeruandum

ANTONINVS BRANCATIVS
COLLEGII MEDICORVM,
Ac Philoſophorum Meſſanenſium Prior.

QVæ letho tumulata iacent decora alta Parentum
Contegit iniuſto fænore acerba cinis.
O age CORTESI medico conſperge liquore,
Quo nouus erumpat floſculus e tumulo.
Aureolis poſt hæc referens tua ſtemmata ramis.
Mors, vbi CORTESIVS, dicet, abito viam.

PLACIDI RANDAZZII MEDICI, ET PHILOSOPHI

in Authoris laudem

HEXASTICON.

INclytæ CORTESI, totius gloria ſecli,
Qui potes arte tua vincere fata Poli,
Doctius in Terris nil te, nil dignius unquam,
Aequant ſe meritò Nomen, Opuſque tuum:
Quid notat hoc nomen CORTESIVS? Audi,
Cor te Semideum dicit, & eſſe ſonat.

EIVSDEM.

FOelix CORTESI, viue, cui fauit Apollo,
Eſſet Apollinea ne quis in arte prior.
Fælix CORTESI, cui paſtoralis Apollo
Paſtoreum, vt ſerues, donat ouile tibi.
Quilibet vt veniat notus feritate Lycaon,
Ille tuas fruſtra dente laceſſet oues.

BAR-

BARTHOLOMÆI GOMEZ
PHILOSOPHIAE, ET MEDICINAE DOCTORIS
HEXASTICON.

CORTESIO Libitina videns medicamine lethi
Vndique mortales faucibus eripere,
Quæritat ipſa ſuis iam iam noua pharmaca plagis,
Lethali at contra vulnere puncta iacet:
Ingemit infœlix viciſti ſubdolus, inquit,
Quodque alijs vitæ, fit mihi cauſa necis.



ONVPHRI CORSERI
IATROPHYSICI ZANCLAEI
AD EXCELLENTISSIMVM
IO. BAPTISTAM CORTESIVM
COMITEM PALATINVM.
Præceptoremque amatiſsimum.

EPIGRAMMA.

SOcratis humanum rimans ſapientia corpus
Obſtupet, at mancum à pictore cenſet opus.
Optat nimirum vitream circum vbera rimam,
Qua ſpectet, quæ ſint intima corda virum.
Fallitur; Artificis ſupremi opus vndique conſtat,
Cordaque, quæ poſſint noſcier arte, dedit,
Vera tuæ ſunt, CORTESI ſpecularia chartæ,
Queis oblata oculis viſcera noſtra patent.

DI-

DIDACVS CAPRI
VTRIVSQ· IVRIS CONSVLTVS
IN AVTHORIS LAVDEM.

INualidos artus, vt Apollo ſalubribus herbis,
Dulcibus, & modulis triſtia corda leuat,
Sic fers corporibus, mentique ſalutifer ægræ
Optatam veluti Cynthius alter opem;
Nimirum, nam docta tenes præcepta Sophorum,
Et placidos blando concinis ore modos.
Quæ veterum tractant complura volumina, claudis
Arte noua, atque nouo lumine pandit opus.
Tu reparas, quod geſtit edax abſumere tempus,
Vix animi poſſem ſcribere dona tui.
Arte tua prior es, nulli ſplendore ſecundus,
Virtuti eximiæ ſtant monumenta tuæ.
Quippe tibi multum debemus, dogmate cùm ſit
Ferrea noſtra ætas, aurea facta tuo.
Iam ſileat quicumque ſuos ſpectandus honores,
Non latet hæc meritis gloria digna tuis.
Nulla tuæ aſpergent tenebras obliuia Famæ,
Inducent nullas inuida ſecla tuæ.
Hic ſigna, hic arcus poſuit victoria; claram
Alarum cum alto remige Fama tubam.
Non lethea tuum nomen, non obruit vnda
Famam, quam virtus hæc tibi clara dedit.
Quid tibi tradetur pro tali munere honoris?
Detur poſſe notis viuere perpetuis:
Ergo diu viues, & viues clarus in Orbe,
Quo viuat nomen tempus in omne tuum.

A N-

ANTONINI SACCANO
PHILOSOPHI MESSANENSIS
In laudem Authoris
EPIGRAMMA.

SVrgunt in noſtris veterum miracula ſeclis
(CORTESI, laus, & gloria ſola tua eſt)
Qui nouus è tenebris reuocas Epidaurius *vmbras*
In lucem, & nigras non ſinis ire domos,
Tam caute curas, docteque doces incendia febris,
Et morbos, vt ſit, te duce, certa ſalus.
Mors igitur meritò queritur, Minoſque ſeuerus;
Nam vacuas vires ſentit vterque ſuas.
Tu tamen & mortem, & Litis nigra limina temnis;
Nam tibi dat vitam Fama, Poluſque domum.

IANTONINI BVTANII

PHILOSOPHI MESSANENSIS

In laudem Authoris

CEdat Apollo nouis, tantîam prodeuntibus orbi
Luminibus, cedant æthera clara ſolo
En nouus hic oritur Giges, tectamque reuelans
Gemmam, colluſtrat ſidera, ſigna, feras.
O plus quam Giges lumen CORTESIVS *Orbis*
Quid tantis addam laudibus ipſe tuis?
Occaſum tua fama pati vulgata per Orbem
Non poterit, viuet te pereunte micans.
Per Siculos iam læta volat, cunctoſque per Indos,
Atque per Euboicos currit alata ſinus.
Splendentes, tua ſcripta, faces, primæua fuere,
Aſt hæc ſideribus lucidiora micant.
Sed quid, ſi humanus? Phœbi properate iugales
Aurati currus, aurea ſceptra decent.

D. PETRI PAVLI PISANI

IN MESSANENSI VNIVERSITATE MEDICINAE PRACTICAE, & Anatomes ordinarij Profeſſoris

EPIGRAMMA.

FErtur inornatis quondam Libitina capillis
Fleſſe, Galenęos inuidiata libros.
Fertur & indomito nuper laxaſſe dolori
Frænos, & lacbrymis exbibuiſſe ſinus:
Cùm tua, CORTESI, citiùs diuina volumina
Aſpiceret morbos tollere tabificos.
Rurſus Apollineo triplicas cum numine libros,
Illi continuò frigore membra rigent;
Vitaque cum gemitu fugit indignata ſub vmbras
Pæan, CORTESI, clara tropbæa manent.

D. IACOBVS FERMVNDVS
COROGNA
COLLEGII MEDICORVM MESSANENSIS
DOCTOR ORDINARIVS,
MELITAE, INSVLARVMQVE OBIACENTIVM
PROTOMEDICVS,
ATQVE A CVBICVLO MEDICVS
Eminentiſſimi, ac Reuerendiſſimi Domini
F. ANTONII DE PAVLA
SAC. REL. HIEROSOLYMITANAE
MAGNI MAGISTRI,
ac inuictiſſimi Principis, &c.

AXe ſub auſtrali Melitenſi feſſus in vmbra
Membra papauereo d.deram laſſata ſopori,
Cum citiùs fuſca volucer Deus adfuit vmbra
(Augur Phœbus erat cælo d.lapſus ab alto)
Excutit; & ſomnos languentes iuſſit abire:
Quid dormis, inquit, vigilant cum Numina grandes
Famoſi in laudes CORTESII; *mundus ad aſtra,*
Quem totus gaud.t doctis extollere pennis?
Perge age, pande tuas f.ſtiuus ad æthera laudes.
Talibus hinc famam compellat Diuus Apollo:
Eia age clarorum moderatrix fama virorum,
Præpetibus pennis aude te credere cælo:

§ § *Grandior*

Grandior ecce tibi ſamulantum turba Aquilonum;
Rege Cynoſura currum glacialis, & Euros
Præuolitans, animare tubas, & ſidera cantu
Feſtina repplere ſacro: tibi Zancla miniſtrat
Materiem, grandeſque tibi CORTESIVS *Heros*
Laudes, depulſis graſſantibus undique morbis;
Eia age; Sicelidum ripas, Zanclæque theatra
Linque retro, liquidum trana, maria omnia circum
Clari uiuaces CORTESII *concine laudes:*
Sæuus Afer, Medi pugnaces, Sarmata flauus
Audiat egregium CORTESII *nomen, aduſque*
Extremos cæli tractus, gelidoſque Britannos
Excurrat, raucaſque tubas, citharaſque bicornes
Delaſſet; faueant Diui. Sic Phœbus Apollo.

PLANTATIO ROSE

INDEX CAPITVM HVIVS SECVNDAE PARTIS.

De morbis particularibus Ventriculi.

CAPVT I.

De Deglutitione læſa. *fol.* 4.

De morbis, quos comitatur deglutitio læſa. *fol* 6.

De cauſis morborum, quos deglutitio læſa conſequitur. *fol.* 7.

De Signis deglutitionis læſæ, & morborum, quibus ea coniungitur. *ibidem.*

De ſignis, atque cauſis in ſpecie depra- [illegible]

De futuro euentu deglutitionis læſæ. *fol.* 12.

De curatione deglutitionis læſæ per pharmaciaam. *ibid.*

De curatione deglutitionis læſæ per chirurgiam, & victus rationem. *fol.* 14.

CAPVT II.

De Cardialgia, ſeu dolore oris ſuperioris ventriculi. [illegible]

De cauſis cardialgiæ. *fol.* 16.

De ſignis cardialgiæ, eiuſque cauſarum. *fol.* 18.

De futuro euentu cardialgiæ. *fol.* 19.

De curatione cardialgiæ per victus rationem. *ibid.*

De curatione cardialgiæ per pharmaciam. *fol.* 20.

CAPVT III.

De Inappetentia & cibi faſtidio. *f.* 26.

De natura inappetentiæ, cibi faſtidij, [illegible]

De cauſis inappetentiæ. *fol.* 28.

De ſignis inappetentiæ. *fol.* 30.

De futuro euentu inappetentiæ. *fol.* 32.

De curatione inappetentiæ a cauſa calida producta. *ibid.*

De curatione inappetentiæ à cauſa frigida producta. *fol.* 35.

De curatione inappetentiæ ab obſtructione factæ. *fol.* 37.

§§ CA

CAPVT IV.

De Fame Canina. fol. 38.
De cauſis famis caninæ. fol. 41.
De ſignis famis caninæ. fol. 42.
De futuro euentu famis caninæ. f. 43.
De curatione famis caninæ per Victus rationem. fol. 44.
De curatione famis caninæ per Pharmaciam. fol. 46.

CAPVT V.

De Boulimo, ſeu Boliſmo. fol. 48.
De cauſis boulimi. fol. 48.
De ſignis boulimi. fol. 50.
De futuro euentu boulimi. fol. 51.
De curatione boulimi per victus rationem. ibid.
De curatione boulimi per pharmaciam. fol. 52.

CAPVT VI.

De Pica, ſeu Citta. fol. 53.
De cauſis picæ, ſeu cittæ. fol. 54.
De ſignis picæ, ſeu cittæ. fol. 57.
De futuro euentu picæ, ſeu cittæ. fol. 58.
De curatione picæ, ſeu cittæ per victus rationem. ibid.
De curatione picæ, ſeu cittæ per pharmaciam. fol. 59.

CAPVT VII.

De Siti morboſa. fol. 61.
De cauſis morboſæ ſitis. fol. 62.
De ſignis morboſæ ſitis. fol. 63.
De futuro euentu ſitis morboſæ. f. 65.
De curatione ſitis morboſæ. fol. 66.

CAPVT VIII.

De concoctione ventriculi læſa. f. 68.
De cauſis læſæ coctionis. fol. 71.
Explanantur nonnulla quæſita circa cauſas læſę concoctionis ventriculi. fol. 73.
De ſignis læſę coctionis. fol. 75.
De futuro euentu coctionis læſę. f. 78.
De curatione læſę coctionis propter calidam intemperiem. fol. 79.
De curatione coctionis læſę propter frigidam intemperiem. fol. 81.
De curatione læſę coctionis propter humidam, vel ſiccam intemperiem. fol. 83.
De curatione læſę coctionis propter intemperies complicatas. fol. 84.
Præmittuntur nonnulla circa curationem læſę coctionis ob intemperiem cum materia. fol. 87.
De curatione læſę coctionis ventriculi ob intemperiem per victus rationem. fol. 90.
De curatione læſę coctionis ventriculi ob intemperiem cum materia per pharmaciam. fol. 91.

CAPVT IX.

De Lienteria, & Cœliaca. fol. 94.
De cauſis lienteriæ, & cœliacæ. f. 95.
De ſignis lienteriæ, & cœliacæ. f. 96.
De futuro euentu lienterię, & cœliacæ. fol. 97.
De curatione lienterię, & cœliacę per victus rationem. ibid.
De curatione lienteriæ, & cœliacę à frigi-

rigi[illegible]tate product[illegible] per Pharmaciam. fol. 99.
De curation. lienteri[illegible],et cœliac[illegible] ma teria calida per pharma[illegible]. f. 103.

C A P V T X.

De in[illegible]atione [illegible]. fol. 104.
De cauſis [illegible] f. 105
Propo[illegible] [illegible]luuntur quædam diffi[illegible]. fol. 106.
De ſign[illegible] f. 107
De futuro [illegible] ventriculi. fol. 108.
De cur[illegible] inflationis ventriculi per [illegible]. ibid.
De curatione inflationis ventriculi per pharm[illegible]. fol. 100.

C A P V T XI.

De Singultu. fol. 112.
Duę difficultates proponuntur, & diſſoluuntur. fol. 113.
De eſſentia ſingultus fol. 114.
De cauſis ſingult[illegible] fol. 115.
De ſignis ſingultus. fol. 119.
De futur[illegible] ſingultu[illegible] fol. 120.
Proponitur [illegible] ſoluitur quoddam quæſitum circa ſingultus cognitionem. ibid.
De curatio[illegible] ſingultus per victus rationem fol. 120.
De cur[illegible] a cauſa frigida facti [illegible] fol. 122
De curat[illegible] ſingultu[illegible] facti [illegible] acri m[illegible] f. 125.
De curat[illegible] [illegible] ſingulato pro-
deuntis. fol. 126.

C A P V T XII.

De Nauſea, & vomitu. fol. 126.
De cauſis nauſeę & vomitus. f. 128.
De ſignis nauſeę, & vomitus f. 130.
De futuro euentu nauſeę, & vomitus. fol. 132.
De curatione in genere nauſeę, & vomitus. fol. 133.
De curatione nauſeę, & vomitus, per victus rationem. fol. 134.
De curatione vomitus in communi, & nauſeę in ſpecie. fol. 137.
De curatione vomitus bilioſi per pharmaciam. fol. 138.
De curatione vomitus pituitoſi per pharmaciam. fol. 140.
De curatione vomitus melancholici per pharmaciam. fol. 142.
De curatione vomitus ſanguinei per victus rationem, pharmaciam, & chirurgiam, fol. 143.

C A P V T XIII.

De Cholera. fol. 145.
De cauſis cholerę. fol. 146.
De ſignis cholerę fol. 147.
De futuro euentu cholerę. fol. 148.
De curatione cholerę in communi. ibid.
De curatione cholerę per victus rationem. fol. 150.
De curatione cholerę per pharmaciam. fol. 151.
De curatione cholericę paſſionis ad mentem Raſis nono ad Almanſorem. fol. 154.

De morbis particularibus Iecinoris.

CAPVT XIV.

De hepatis debilitate, ſeu dyſenteria iecoraria. fol. 157.
De parte affecta in hepatis debilitate. fol. 158.
De cauſis debilitatis hepatis. fol. 159.
De ſignis debilitatis hepatis. fol. 160.
De futuro euentu debilitatis hepatis. fol. 162.
De curatione debilitatis iecinoris in communi. fol. 163.
De curatione debilitatis hepatis ab intemperie calida per victus rationem. fol. 164.
De curatione debilitatis hepatis ab intemperie calida per pharmaciam. fol. 165.
De curatione debilitatis hepatis à frigida intemperie factę per victus rationem. fol. 167.
De curatione debilitatis hepatis ab intemperie frigida factę per pharmaciam. fol. 168.

CAPVT XV

De Obſtructione, ſeu [illegible]ne hepatis. fol. 170.
De cauſis obſtructionis hepatis. f. 172.
De ſignis obſtructionis hepatis. f. 174.
De futuro euentu obſtructionis hepatis. fol. 175
De curatione obſtructionis hepatis per victus rationem. fol. 176.
De curatione obſtructionis hepatis per pharmaciam. fol. 178.

CAPVT XVI.

De Iecinoris inflammatione. fol. 182.
De cauſis inflammationis hepatis. fol. 183.
De ſignis inflamationis hepatis. f. 184.
De ſignis inflammationis partis gibboſæ, & concauæ [illegible]. f. 185.
De ſignis inflammationis in hepate, aut in muſculis [illegible]. f. 188.
De ſignis [illegible] hepatis inflammationem [illegible]. f. 189.
De futuro euentu inflammationis hepatis. fol. 190.
De curatione inflammationis hepatis per [illegible]. ibid.
De curatione inflammationis iecinoris per pharmaciam. fol. 193.
De curatione inflammationis hepatis per medicamenta externa. f. 197.
Reſpondetur nonnullis quæſitis circa medicamenta externa. fol. 198.
Determinatur materia externorum medicamentorum. fol. 200.
De curatione inflammationis hepatis per victus rationem. fol. 201.
De curatione inflammationis hepatis ad [illegible] tendentis. f. 205.

CAPVT XVII.

De Scirrho iecinoris. fol. 206.
De cauſis ſcirrhi iecinoris fol. 207.
De ſignis ſcirrhi iecinoris fol. 208.
De futuro euentu ſcirrhi iecinoris. ibid.

De Cu[illegible] ſcirrhi [illegible] per victus rationem, & chirurgiam. fol. 209

De curatione ſcirrhi hepatis per pharmaciam. fol. 210.

CAPVT XVIII

De Ict[illegible] ro [illegible] fol. 214.

De cauſis [illegible] fol. 216

De ſignis [illegible] fol. 217.

De futuro [illegible] fol. 220.

De curatione [illegible] ibid.

De curatione [illegible] per chirurgiam. fol. [illegible]1

De curatione [illegible] per victus rationem [illegible] fol. 223.

CAPVT XIX.

De Arquato [illegible] fol. 226.

De ſignis arquati. fol. 228.

De futuro euentu arquati. fol. [illegible]

De curatione arquati per victus rationem. ibid.

De curatione arquati per chirurgiam & pharmaciam. ibid.

CAPVT XX.

De Lienis ſcirrho. fol. 232.

De cauſis ſcirrhi lienis. fol. 233.

De ſignis ſcirrhi [illegible] fol. 234.

De futuro [illegible] ſcirrhi lienis. fol. 235.

De curatione ſcirrhi lienis per victus rationem. fol. 236.

De curatione ſcirrhi [illegible] per chirurgiam. fol. 236.

De curatione ſcirrhi lienis per pharmaciam. fol. 239.

CAPVT XXI.

De Hydrope. fol. 244.

De cauſis hydropis. fol. 247.

De ſignis hydropis. fol. 248.

De futuro euentu hydropis. fol. 249.

Proponuntur, & ſoluuntur duo quæſita. fol. 251.

De curatione hydropis in genere. fol. 253.

De Curatione anaſarcę per chirurgiam. fol. 255.

De curatione anaſarcæ per pharmaciam. fol. 256.

De curatione tympanitis per pharmaciam. fol. 259.

De curatione aſcitis per pharmaciam. fol. 262.

De morbis particularibus Inteſtinorum.

CAPVT XXII.

De Diarrhæa. fol. 267.

De cauſis diarrhææ. fol. 269.

De ſignis diarrhæae. fol. 270.

De futuro euentu diarrhææ. fol. 272.

De curatione diarrhæae per victus rationem. fol. 273.

De curatione diarrhææ per chirurgiam. fol. 274.

De curatione diarrhææ per pharmaciam. fol. 275.

C A-

CAPVT XXIII.

D. Dyſenteria. 277.
De cauſis dyſenteriæ. fol. 278.
De ſignis dyſenteriæ fol. 280.
De futuro euentu dyſenteriæ. fol. 282.
De curatione dyſenteriæ per victus rationem. ibid.
De curatione dyſenteriæ per chirurgiam. fol. 283.
De curatione dyſenteriæ per pharmaciam. fol. 287.

CAPVT XXIV.

De Vermibus, ſeu lumbricis fol. 297.
De parte læſa in vermibus. fol. 301.
De cauſis lumbricorum. ibid.
De ſignis lumbricorum. fol. 302.
De futuro euentu lumbricorũ. f. 304.
De curatione in lumbricis per victus rationem. ibid.
De curatione lumbricorum per chirurgiam. fol. 307.
De curatione lumbricorum per pharmaciam. ibid.

CAPVT XXV.

De Voluulo, ſeu Ileo, ſeu Iliaca paſſione. fol 311.
De cauſis ilei. fol 313.
De ſignis ilei. fol. 314.
De futuro euentu ilei. ibid.
De curatione ilei. fol. 315.

CAPVT XXVI.

De Colico dolore. fol. 319.
De cauſis colici doloris. fol. 320.
De ſignis colici doloris. fol 321.
De futuro euentu colici doloris. f. 322.
De curatione colicæ per anodina clyſteribus inycienda. fol. 323.
De curatione colicæ per anodina exterius applicanda, & per os aſſumenda fol. 324.
De curatione colicæ per medicamenta narcotica. fol. 325.
De curatione colicæ a flatu, & pituita per victus rationem. fol. 327.
De curatione doloris colici per pharmaciam. fol. 328.

CAPVT XXVII.

De Teneſmo. fol. 333.
De cauſis teneſmi. fol. 334.
De ſignis teneſmi. fol. 335.
De futuro euentu teneſmi. fol 336.
De curatione teneſmi per victus rationem. ibid.
De curatione teneſmi per chirurgiam. fol. 337
De curatione teneſmi per pharmaciam ibid.

CAPVT XXVIII.

De Hemorrhoidibus. fol. 339.
De cauſis hemorrhoidum. fol. 341.
De ſignis hæmorrhoidum. ibid.
De futuro euentu hemorrhoidum. fol. 342.
De curatione hemorrhoidum per victus rationem. ibid.
De curatione hæmorrhoidum per chirurgiam. fol. 343.

De

De curatione hæmorrhoidum per pharmaciam. fol. 343.

De morbis particularibus renum, & veſicæ.

CAPVT XXIX.

De Lapide renum. fol. 347.
De cauſis lapidis renum. fol. 849.
De ſignis lapidis renum. fol. 352.
De futuro euentu lapidis renum. fol. 356.
De curatione lapidis renum per victus rationem. ibid.
De curatione lapidis renum per chirurgiam. fol. 358.
De curatione lapidis renum per pharmaciam. fol. 359.

CAPVT XXX.

De Renum dolore. fol. 365.
De cauſis doloris renum. ibid.
De ſignis doloris renum. fol. 367.
De futuro euentu doloris renum. ibid.
De curatione doloris renum per chirurgiam. fol. 368.
De curatione doloris renum per pharmaciam, & victus rationem. ibid.
De curatione doloris renum per medicamenta localia. fol. 369.
De curatione doloris renum à flatu, & materia frigida producti, per omne medicinæ inſtrumentum. fol. 371.

CAPVT XXXI.

De Renum inflammatione. fol. 372.
De cauſis inflãmationis renum. ibid.
De ſignis inflammationis renum. fol. 373.
De futuro euentu inflammationis renum. fol. 375.
De curatione inflammationis renum per victus rationem. ibid.
De curatione inflammationis renum per chirurgiam. fol. 376.
De curatione inflammationis renum per pharmaciam. ibid.

CAPVT XXXII.

De Vlcere renum. fol. 378.
Di cauſis vlceris renum. fol. 379.
De ſignis vlceris renum. ibid.
De futuro euentu vlceris renum. fol 380.
De curatione vlceris renum per victus rationem. ibid
De curatione vlceris renum per pharmaciam. fol. 381.

CAPVT XXXIII.

De Sanguinis mictu à renibus. f. 383.
De cauſis mictus ſanguinis. fol. 384.
De ſignis mictus ſanguinis. fol. 385.
De futuro euentu mictus ſanguinis. fol. 387.
De curatione mictus ſanguinis per victus rationem. ibid.
De curatione mictus ſanguinis per pharmaciam. fol. 388.
De curatione mictus ſanguinis per chi-

chirurgiam. fol. 390.
De curatione mictus cruentæ ob immoderatum coitum. fol. 391.

CAPVT XXXIV.

De Diabete. fol. 391.
De cauſis diabetis fol. 393.
De ſignis diabetis. fol. 394.
De futuro euentu diabetis. ibid.
De curatione diabetis per victus rationem. fol. 395.
De curatione diabetis per chirurgiam. fol. 395.
De curatione diabetis per pharmaciam. ibid.

CAPVT XXXV.

De Iſchuria tam propriè, quàm impropriè dicta. fol 397.
De cauſis iſchuriæ renum vitio euenientis. fol. 398.
De cauſis iſchuriæ veſicæ vitio prodeuntis fol. 401.
De ſignis iſchuriæ. fol. 404.
De futuro euentu iſchuriæ. fol. 407.
De curatione iſchuriæ à lenta, & craſſa pituita productę. fol. 408.
De curatione iſchurię factę ob vrinę copiam longa mora collectam. fol. 410.
De curatione iſchuriæ ab intemperie frigida, atque renum. ibid.
De curatione iſchurię factę à grumo ſanguinis, vel à pure. fol. 411.
De curatione iſchurię factę ab aliqua materia adnata ori veſicæ, aut eius canali. fol. 412.

CAPVT XXXVI.

De Lapide Veſicæ. fol. 414.
De cauſis lapidis veſicæ. ibid.
De ſignis lapidis veſicę. fol. 418.
De futuro euentu lapidis veſicę 421.
De curatione lapidis veſicę. ibid.

CAPVT XXXVII.

De Vlcere veſicę. fol. 428.
De cauſis vlceris veſicæ. ibid.
De ſignis vlceris veſicæ. ibid.
De futuro euentu vlceris veſicæ. 429.
De curatione vlceris veſicę per victus rationem. ibid.
De curatione vlceris veſicæ per chirurgiam. fol. 430.
De curatione vlceris veſicę per pharmaciam. ibid.

CAPVT XXXVIII.

De Inflammatione veſicę. fol. 432.
De cauſis inflammationis veſicae. fol. 432.
De ſignis inflammationis veſicae. fol. 433.
De futuro euentu inflammationis veſicę. ibid.
De curatione inflammationis veſicę per chirurgiam. ibid.
De curatione inflammationis veſicę per pharmaciam. fol. 436.
De curatione inflammationis veſicę per victus rationem. fol. 437.

CA-

INDEX

CAPVT XXXIX.

De Dyſuria, ſeu vrinę difficultate. *fol.* 438.

De cauſis dyſurię. *fol.* 439.

De ſignis dyſurię. *ibid.*

De futuro euentu dyſurię. *fol.* 440.

De curatione dyſurię per victus rationem. *ibid.*

De curatione dyſurię per pharmaciam. *fol.* 441.

CAPVT XL.

De Stranguria, ſeu vrinę ſtillicidio. *fol.* 442.

De cauſis ſtranguriæ. *ibid.*

De ſignis ſtranguriæ. *fol.* 444.

De futuro euentu ſtranguriæ. *ibid.*

De curatione ſtranguriæ per victus rationem. *ibid.*

De curatione ſtranguriæ per pharmaciam. *fol.* 445.

CAPVT XLI.

De Vrinę ardore. *fol.* 446

De cauſis ardoris vrinę. *fol.* 447

De ſignis ardoris vrinę. *fol.* 448

De futuro euentu ardoris vrinę. *ibid.*

De curatione ardoris vrinę per victus rationem. *ibid.*

De curatione ardoris vrinę per pharmaciam. *fol.* 449.

CAPVT XLII.

De inuoluntario exitu vrinę. *f.* 452.

De cauſis mictionis inuoluntarię. *fol.* 453.

De ſignis mictionis inuoluntarię, *fol.* 454.

De futuro euentu mictionis inuoluntariae. *ibid.*

De curatione mictionis inuoluntariæ per victus rationem. *ibid.*

De curatione mictionis inuoluntariæ per chirurgiam. *fol.* 455

De curatione mictionis inuoluntariæ per pharmaciam. *ibid.*

ADAG.

PRISCIS CREDENDVM.

ELENCHVS AVTHORVM

Qui in hac Secunda Parte citati reperiuntur.

A.

Aeneas Vizanus Bononienſis.
Aetius.
Alexander Trallianus.
Alexander Aphrodiſius.
Alexander Maſſaria.
Alexander de Benedictis.
Alidæus Medicus Bononienſis.
Amatus Luſitanus.
Ambroſius Paræus.
Andræas Veſalius.
Andromachus.
Andræas Matthiolus.
Antonius Friſimelica.
Antonius du Foullionx.
Aretæus.
Ariſtoteles.
Ariſtophanes.
Aſclepiades.
Athenæus.
Attalus.
Auenzoar.
Auerroes
Auicenna.
Auguſtinus Niphus.

B.

Benedictus Victorius.
Bernardinus Gordonius.

C.

Celius Aurelianus.
Chriſtophorus Auega.
Cornelius Celſus.
Coſtantinus Monachus.

D.

Dioſcorides.
Dominicus Leo.
Donatus ab Altomari.

E.

Euſtachius Rudius.

F.

Flaminius Rota Bononienſis.
Franciſcus Vallesius.
Franciſcus Valleriola.

Galenus

G.

Galenus.
Gaſpar Taliacotius Bononiẽſis.
Guillelmus Rondeletius.

H.

Halyabbas.
Hercules Saxonia.
Herodotus.
Hieronymus Cardanus.
Hieronymus Gabuccinus.
Hieronymus Mercurialis.
Hieronymus Capiuaccius.
Horatius Augenius.
Hyppocrates.

I.

Iacobus Holerius.
Ioannes Baptiſta Montanus.
Ioannes Baptiſta Syluaticus.
Ioannes Manardus.
Ioannes Coſtæus.
Ioannes Zecchius.
Ioannes Fernelius.
Ioannes Beniuenius.
Ioſeph Hebræus.
Iulius Cæſar Claudinus Bononienſis.

L.

Laurentius Scholzius.
Leonardus Iacchinus.
Ludouicus Mercatus.
Ludouicus Augenius.

M.

Marcellus Donatus.
Marcus Antonius Politi.
Meſue.
Miſcellanea Authoris.

N.

Nicolaus Florentinus.
Nicolaus Piſo.
Nicolaus Myrepſius.

P.

Paulus Aegineta.
Petrus Gorræus.
Petrus Aponenſis.
Petrus Monauius.
Petrus Foreſtus.
Petrus Garçia Carrerus.
Plato.
Plinius.
Plutarchus.

R.

Raſis.
Ruffus.

S.

Sanctorius Sanctorius.
Serapio.

V.

Vliſſes Aldrouãdus Bononienſis.

Perilluſtris, & Reuerendiſſime Domine.

PErlegi Secundam Partem Practicæ Medicinæ Comitis Ioannis Baptiſtæ Corteſij, & ne dum nihil in ea non ſanum reperi, & Chriſtianis moribus, Catholicæque doctrinæ conſonum; verùm etiam opus vſquequaque ſaluberrimum, ac proficuum duxi, typiſque magna cum gloria conſignandum.

Vincentius Riccius Abbas Monaſterij S. Nicolaj
S. T. D. & Protonotarius Apoſtolicus.

Imprimatur.
D. Iacobus Stagnus Canonicus,
& Vicarius Generalis Meſſan.

Imprimatur.
Hieronymus Donato pro Illuſtrj
Præſide de Blaſchis.

COMITIS IOANNIS BAPTISTÆ CORTESII

MEDICI, ET PHILOSOPHI Præclariſſimi.

PRACTICAE MEDICINAE Pars Secunda

QVAE PARTIVM NVTRITIONI FAMVLANTIVM AFFECTVS ILLVSTRI METHODO EXPLICAT.

DE MORBIS PARTIVM Abdominis.

THoracis hucuſque vitia ſatis, ni fallor, luculenter proſequuti ſumus: nunc de morbis ad ventrem inferiorem attinentibus ordine eodem agendum eſt, ad quorum rectam cognitionem, curationemque habendam, opus eſt, vt breui oratione vobis declarem, quid venter ſit inferior, & quibus conſtituatur partibus, vt inde colligatis, quarum partium morbos ſim examinaturus. Eſt autem abdomen, ſeu epigaſtrium, vt dicunt Græci, cauitas inſculpta in corporis partibus mollioribus, nempe cute, & muſculis abdominis, pinguedine, atque membrana peritonęum dicta, in qua cauitate membra naturalia, nec non generationi dedita continentur. Membra naturalia eas partes voco, quæ pro indiuidui conſeruatione facta ſunt, de quibus hoc anno, Deo, Beataque Virgine Maria benè fauentibus, agendum propono, exordiens primùm à morbis ventriculi, vt pote ab ea parte, quæ primò laborem ſubit in alimentis conficiendis pro indiuidui conſeruatione.

Eſt enim vẽtriculus pars ventris infimi organica à natura facta in gratiam chylificationis, hoc eſt, tranſmutationis alimentorum in materiam chyloſam: quę definitio conſtat ex omni cauſarum genere. [Pars] enim materiam denotat. [Organica] formam. [Natura] efficiẽtem cauſam. [Chylificatio] verò finem oſtendit. Sed vt omnia, quæ ad ventri-

culi naturam pertinent, ex hac definitio ne percipiatis, ſciendum vobis eſt, Naturam in partium procreatione duplici vti virtute; alteratrice nempe, atque formatrice, quam plaſmatiuam nonnulli appellant. Virtus alteratrix verſatur circa materiam, & eius qualitates tam primas, quàm ſecundas, quæ neceſſariò conſequentià dicuntur. [Si fuſius intelligere vobis cordi eſt, qua ratione Natura procedat in conſtruendis partibus ſimilaribus, & organicis, legire ſecundæ Decadis capur primum meorum Miſcellaneorum Medicinalium.] Eademque alteratrix virtus ea eſt, quæ materiam ſubminiſtrat conformatrici, præparatque ſubſtantiã idoneam ad organicarum partium generationem, quam poſtea conformatrix diſponit.

In generatione igitur ventriculi conformatrix ſubſtantiam quodam modo informem ab alteratrice recipit, ex eaque ventriculum efformat duplici conſtantem membrana, quarum vna naturalis, & propria eſt ipſi ventriculo, alia verò aduentitia, & acquiſita. Quas quo modo Natura diſponat, paulò inferius intelligetis; opus enim eſt primum, effectus omnes conformatricis vt exponamus, qui ſunt ſitus, figura, magnitudo, numerus, ſubſtantiæ prædictæ diſpoſitio, atque cum propinquis partibus cõnexio. Atque vbi huiuſmodi opificium machinata fuerit, ſtatim propriam actionem, quæ eſt, vt dixi, chylificatio, ventriculo contribuit, cui ſimilares partes ad ipſum ſpectantes vſum præbent in actionem totius conſpirantem.

Inter partes verò materiam ad chylificationem efficiendam ſubminiſtrantes, primùm œſophagus, qui & gula dicitur occurrit, cuius ſubminiſtratio, quæ etiam vſus eſt eiuſdẽ œſophagi, deglutitionis nomine ſignificatur. Cum enim animalibus opus ſit alimentum ſibi quærere, quod præſens, vt plantæ non habent, prouida Natura extremum œſophagi, quà terminatur cum ventriculo,

A os illud, per quod alimentum tranſire debet, mirabili artificio contexuit, fecitque illud veluti ſenſorium quoddam, quod non modò perciperet alimentorum qualitates, ſed etiam ipſiuſmet ventriculi indigentiam, hoc eſt ſentiret, quando ventriculus eſt alimentis vacuus. Nulla quidem in noſtro corpore pars reperitur, quæ percipiat ſe alimento egere,

B excepto ventriculo, quo ſenſu ſtimulata animalia cibum, potumque, & appetunt, & ſibi procurant. quo ad ſecundùm naturam ſe habent; iiſque animalibus ventriculum conceſſit natura, vt ab eo alimentum proripiant, non ſecus atque à terra attrahunt plantæ.

Sed cum os iſtud poſſit duobus modis conſiderari, vel quatenus ſenſu tactus pollet, vel quatenus ventriculi indigen

C tiam percipit, vtroque modo vitiari poteſt: primo quidem modo dolore afficitur, qui affectus Græco vocabulo cardialgia vocatur; ſecundo autem modo pluribus vitijs lædi poteſt, qui appellantur morbi particulares, & hac ratione colligi poſſunt. Perceptio indigentiæ eſt appetitus quidam, & appetitus duplex habetur, alter naturalis, quem euacuatorum appetentiã, ſeu deſiderium di

D cunt, & eſt communis animalibus, & plãtis; alter verò eſt proprius animalium, diciturque appetitus animalis, & fames propriè nominatur, quæ fit, docente Galeno 2. de cauſ. ſympt. cap. 7. quando venæ exugunt alimentorum contentum in ventriculo, qui hunc tractum percipiens, ab eoque veluti offenſus, & quaſi diuulſus ſe conuertit ad alimentum quærendum, tanquam ad medelam moleſtię eiuſmodi.

E Modus autem, quo excitatur fames, deſcribitur ibidem à Galeno, vbi inquit quinque adeſſe ſymptomata ad inuicem ſe conſequentia: primum eſt euacuatio; ſecundum euacuatorum appetentiã naturalis; tertium ventris ſuctus; quartum huius ſenſus; quintum appetentia eius animalis, quæ eſt omnium vltima; ſcili-

cet per-

cet perceptio indigentiæ ventriculi, quæ tribus poteſt modis labefactari; vel nimirum abolitè, vel deprauatè, aut denique diminutè, à quo fonte plures morbi excitantur; nam cum appetitus iſte duplex habeat obiectum, comeſtibile videlicet, & potabile, duo fiunt morbi, nempè fames morboſa, & ſitis mendoſa.

Ad famem morboſam reducuntur in primis diminuta appetentia, cibi faſtidium, deſtructio appetitus, fames vaccina, quam βούλιμον appellant, fames canina, & pica, ſeu malacia, quæ omnes rediguntur etiam ad appetitum vitioſum, aut diminutum, aut abolitum. Atque id, quod de fame dicitur, de potu etiam dicendum eſt. Verùm cùm appetitus cibi, & potùs ſit factus gratia coctionis ventriculi, quæ chylificatio appellatur, vt paulò ante diximus, fieri poteſt, vt ipſo appetitu benè ſe habente, coctio ventriculi malè habeat, cùm verò hęc eadem fiat per cibi attractionem, retentionem, coctionem, & expulſionem, poteſt etiam vnaquæque harum facultatum ſeorſim ab alijs lædi, & ſic gigni particularis morbus illius. Sed quoniam inter has virtutes illa, quæ trãſmutat cibum in chylum, eſt maximè omnium neceſſaria, pro varietate læſionis ipſius fiunt morbi conſideratione digni, qui ad abolitam, vel diminutam, aut deprauatam actionem referuntur, vno hoc nomine concoctionis vitiatæ comprehenſi, vt eſt cruditas, quæ apepſia, diſpepſia, & brandipepſia appellatur.

Quo ad retentionem læſam ſpectat, fiunt etiam morbi, quemadmodum eſt lienteria, & cœliaca morbi communes ventriculi, & inteſtinorum. Expulſio etiam læſa varios parit morbos, vt ſunt ſingultus, nauſea, vomitus, & cholera. Iſtique omnes morbi particulares ad A ventriculum pertinent, pro vt eſt chylificationis inſtrumentum, qui potius ad ſymptomata referuntur, quam ad morbos; nam ventriculus conſideratur, vt inſtrumentum, & vt pars ſimilaris; quà inſtrumentum patitur prædictas affectiones; quà verò ſimilaris patitur intemperiem tam ſimplicem, quàm compoſitam, quãuis etiam vt inſtrumen- B tum, & vt pars ſimilaris obſideatur à cõmuni illo morbo, quem ſolutam continuitatem vocant.

Præterea, vt eſt inſtrumentum, poteſt pati malam conformationem, tam in magnitudine, quã in figura, ſed huiuſmodi videntur eſſe cauſæ prædictorum ſymptomatum, de quibus in primis eſt agendum, ordine à nobis propoſito.

Sed quoniam diximus ſupra ventri- C culum habere duplicem explanrationem, vnam ſuperiorem, alteram inferiorem, ſuperior autem ſit via, per quam alimentum ad ventriculum deducitur, & niſi per hanc partem cibus ingrediatur, chylificatio fieri nõ poteſt, ideo de vitijs primò huius partis agendum eſt, quam œſophagum, & gulam alij appellunt, Ariſtoriles verò ſtomachon vocat. Eſt autem œſophagus, vt inquit Gale- D nus 5. de locis affectis cap, 5. pars media inter fauces; & os ſuperius ventriculi. Sed quamuis Auicẽna lib. 3. fen. 3. tract. 1. cap. 2. ſcribat, gulam, quam ſua lingua meri appellar, omnemorborũ genus pati poſſe; nihilominus nunc eam ſolummodo conſiderare intendimus, quatenus ita læſa eſt, vt non poſsit ventriculo ſatisfacere: hæc verò cum ſit (vt dictum eſt) via, per quam cibus ad cauitatem E ventriculi introducitur, taliſque introductio deglutitio appellatur, inde caput inſtituimus.

DE DEGLVTITIONE LÆSA.

CAPVT PRIMVM.

Methodus, quam ſeruare intendimus in morbis omnibus explicãdis talis eſto. Primò diuidemus tractatũ in duas pręcipuas partes; in prima habebitur morbi cognitio, in altera verò curatio. Cognitionem poſtea diſtinguemus in duo etiam capita, nempe in cognitionem rerum præſentium, & cognitionem futurorum. In rerum præſentium cognitione habebuntur definitio *quid nominis*, & *quid rei*, *differentiæ*, cauſæ internæ, & externæ, nec non ſymptomata. Futurorum notitia comprehendet euentum, tempus euentus, & modum. Ad curationem porrò referuntur inuentio indicationum, nec non auxiliorum, quibus ſatisfaciendum eſt prędictis indicationibus, ac etiam rectus vſus trium inſtrumentorum artis medicę, à quibus auxilia petuntur.

His prænotatis ad maiorem intelligentiam eorum, quæ dicturi ſumus, ſciendum eſt deglutitionem læſam eſſe quid præter naturam, & conſequenter vel morbum, vel cauſam, vel ſymptoma; ſed non eſt morbus, neque cauſa, neq; ſymptoma ſecundi, aut tertij ordinis, quia non eſt qualitas mutata, neq; excretũ, ergo eſt ſymptoma primi ordinis, nimirum actio læſa. Læditur verò deglutitionis actio, quando homo aliquid in ore aſſumit, & illud deorſum ad ventriculum deſcendere non poteſt, aut vix, & cum difficultate deſcendit: & quamuis veriſſimum ſit, quicquid per œſophagum ad ventriculum deſcendit, non poſſe niſi per deglutitionem deſcendere; nihilominus Galenus conſiderat hãc

A partem, vt eſt via, & vt inſtrumentum deglutitionis, & vt eſt via, duplicẽ præbet vſum, primum, quod ſit veluti via eorum, quæ deuorantur, & eorum, quæ vomuntur; vt eſt inſtrumentum, per vtraq; viam actionem quandam efficere putat, tum eorum quæ ab ore ad ventriculum deferuntur, tum eorum, quæ ab hoc ad os eleuantur.

B Hinc eſt, quod duplici tunica gula eſt prædita, altera ad cibi, potuſque deglutitionem; altera ad eius expulſionẽ, quæ vomendo fit, inde Galenus concludit. 5. de locis affectis cap. 5. conſentaneum rationi eſſe, quod duo genera affectuum huic parti eueniant: vnũ vt viæ eorum, quæ ingeruntur: alterum vt inſtrumento eorum, quæ euomuntur, & deuorantur; ſed quoniam ex duplici pro-
C poſito vſu, vnus non eſt ſemper neceſſarius, ſed ex occaſione, nempè vomitus: alter verò ſemper eſt neceſſarius, ideſt, ipſa deglutitio, ideo opus eſt, vt intelligatis primum, quid illa ſit, & quomodo ſecundum naturam fiat, vt inde, quomodo colligere eius læſionem valeamus, poſſitis intelligere.

Itaque deglutitio naturalis videtur eſſe actio gulæ, qua cibus in ventriculum
D deſcendit, aut propellitur, & attrahitur, ad quam actionem peragendam requiritur virtus animalis, & virtus naturalis, & hinc eſt, quod dicitur volũtaria, & naturalis deglutitio: volũtaria verò eſt ab ore ad principium vſque œſophagi, & fit ab omnibus muſculis linguæ, atque oſſis hyoidis, quia lingua ſua cuſpide alimentum in ore maſticatum colligit, & ad baſim ipſius deducit, agentibuſque prædi-
E ctis muſculis propellitur alimentum ad cauita-

cauitatem gulæ.

Cum autem interior tunica ipſius cõ-
tinua ſit cum interna tunica ventriculi,
fibris rectis eſt prædita, quibus tanquam
manibus quibuſdam attrahit alimentum
à muſculis propulſum, quinimo ventri-
culus ſurſum quaſi reuulſus, atque appe-
titu excitatus ad alimentum accipien-
dum vehementer ſe accingit, quemad-
modum Galenus lib. 3. de natur. facult.
cap. 8. & lib. de motibus obſcuris, & ma-
nifeſtis, ratione, & Ariſt. authoritate e-
gregiè probat. Succedit, quod cum
membrana exterior ipſius œſophagi ſit
fibris circularibus donata, quæ factæ
ſunt ad expulſionem, hinc contingit ab
huiuſmodi tunica propelli, quidquid cõ-
tinetur in cauitate ipſius, ſed in degluti-
tione deorſum, in vomitu verò ſurſum.

Quare videtis facultatem naturalem
in deglutitione conſtare ex attractrice,
atque expultrice, meritò igitur dicimus
deglutitionem eſſe voluntariam, & natu-
ralem; voluntariam quidem fieri à mu-
ſculis linguę, & oſſis hyoidis, motumque
eſſe alimenti ab ore ad principium œſo-
phagi; naturalem fieri à fibris rectis in-
ternæ tunicæ œſophagi, atque ventri-
culi, nec non à fibris circularibus tunicę
exterioris, & eſt motus ab œſophagi ca-
uitate ad capacitatem ventriculi.

Sed dicet quis, ſi deglutitionis illa
pars, quæ eſt à baſi linguæ ad principiũ
œſophagi, ſit à muſculis omnibus, tam
linguæ, quam oſſis hyoidis, cur nodus il-
le extra nobis intuentibus ad mediam
ceruicem apparens, qui & larynx dici-
tur, ſurſum recurrit? Ratio quæſiti eſt,
quia cum muſculi oſſis hyoidis, atq; lin-
guæ ſint contigui muſculis laryngis, ra-
tionabile eſſet, vt eundem motum face-
ret larynx, atq; linguæ baſis, & os hyoi-
des, quę à muſculis ſuis contracta rema-
nent in figura conica, paruum ad inferio-
ra declinantia, ſequentia motum gulæ;
atqui nodus, ſeu larynx ſurſum recurrit,
huius itaque affectus diuerſitatis ratio
inquiritur.

A Huic quæſito reſpondendum eſſe ad
hunc modum exiſtimo nempè aliud eſ-
ſe conſiderare motum per ſe laryngis, &
aliud conſiderare motum ipſius per ac-
cidens. Si primo modo, quamuis mu-
ſculi laryngis aliquam affinitatem, & cõ-
tiguitatem habeant cum muſculis oſſis
hyoidis, & linguæ; non eſt tamen talis, vt
ad motum linguæ, aut hyoidis moueri
B poſſit; ſed ab ipſius muſculis tantùm mo-
uetur dilatationis, atque conſtrictionis
motu, pro vt opus eſt pro locutione la-
ryngem dilatari, atque conſtringi ad
vocem edendam, quia hoc eſt inſtrumẽ-
tum vocis, ita vt larynx dilatetur, atque
conſtringatur, abſq; eo, quod locum mu-
tet ſecundùm totum, & talis motus nõ
poteſt fieri niſi à ſuis muſculis.

Si verò ſecundo modo conſideretur
C laryngis motus, tunc ego dico, quod ea
mouetur ſecundùm ſui totum, ſed tra-
cta ab œſophago, dum in deglutiendo
deorſum contrahitur; nam cum tunica
interna gulæ ſit continua internæ tuni-
cæ laryngis, aut potius, vt exiſtimo, epi-
glottidis, hinc dum deorſum in deglu-
tiendo diſcendit gula, continuitate
quadam ſurſum aſcendit larynx, quod
Galenus præcitatis locis pulchrè oſten-
D dit. Contingit autem gulæ, atque laryn-
gi in deglutitione, quod contingit duo-
bus vrnis, aut hydrijs fune vna ita accõ-
modatis in puteo ad aquam exhaurien-
dam, vt vna pendeat ab vna extremitate
funis, alia verò ab altera; nam quando
quis à puteo haurire aquam cupit, vnam
deorſum demittit, alteram ſurſum tra-
hit, ſic itaque euenit, vt cum gula deor-
ſum deſcendit, ſurſum larynx aſcendat;
E & contra, dum gula ſurſum, larynx deor-
ſum deſcendat; & hæc de gulæ actione
naturali.

Iam verò deglutitio poteſt trifariam
lædi, quemadmodum de alijs partium
actionibus eſt dictum, nempè abolitè, di-
minutè, & deprauatè; nam interdum
adeo lædi poteſt, vt nullo modo ægro-
tantes poſſint deglutire; aliquando verò

vix,

vix,& cum difficultate deglutiunt, nonnunquam verò ita deprauatè, vt dura, & ſolida, nequaquam liquida deglutiãt, & è contra; & vt ſcripſit Nicolaus Florentinus deglutiunt nonnumquam cum quadam torſione, & titillatione. Eſt igitur deglutitio læſa ſymptoma in actione ſequens cuiuſuis generis morbum, nempè aut intemperiem, aut malam cõpoſitionem, aut ſolutam vnitatem, de quibus infra dicemus.

DE MORBIS, QVOS COMItatur deglutitio læſa.

IMpeditæ deglutitionis morbi, vel referuntur ad facultatem, aut ad inſtrumentum; primo modo ſunt intemperies tam ſimplices, quàm compoſitæ, ſeu cõplicatæ, tam calidæ, quàm frigidæ, tam humidæ, quàm ſiccæ, vnde Galenus lib. 5. de locis affectis cap. 5. dicebat debilitatem œſophagi in deglutiendo prouenire ab intemperie ſine materia, ac propterea ęgrotantes percipere debilitatem talem in deglutitione, vt vix, & longo tempore tranſeant, quæ ingeſta ſunt: & Auicennas lib. 13. fen. 13. tract. 1. cap. 4. ſcripſit ſiccitatem ſuperfluam, aut humiditatis exiccationem ab aliqua febre factam, eſſe cauſam vitiatæ deglutitionis; ſiue modò Auicennas per exiccationem intelligat conſumptionem humidi ſubſtantifici, & per ſiccitatem ſuperfluam intelligere velit ſolummodo intemperiem ſiccam, parum in hoc caſu mihi referre videtur, quia ipſius intentio eſt, immoderatam ſiccitatem eſſe huius affectionis morbum.

Quidquid igitur ſit, concludendum eſt, intemperiem quamcumque ſimplicem œſophagi eſſe morbum, quem ſequitur deglutitio læſa. Et quamuis deglutitio non fiat ab œſophago, vt gulæ pars eſt ſimilaris; nihilominus ſicuti principium actionis eiuſdem œſophagi prodit à proprietate ſuæ ſubſtantiæ cum temperamento; ita quidem vitiatur ab intem-

A perie quacunque, atque ideo actionem ipſius vitiatam iri neceſſe eſt.

Si ſecundo modo conſideretur œſophágus, videlicet, vt inſtrumentum, tunc adſunt plures morbi ipſum lædentes, quorum aliqui eum vitiant in magnitudine, alij in figura, & alij in ſitu, quæ tria amplectitur Auicennas, quando inquit cõſtrictio deglutorij, aut fit propter B causã in ipſo meri, id eſt gula, aut fit ꝓpter cauſam vicini eius; nã quæ ad ipſum meri ſpectant, ſunt ea, quæ magnitudinem, aut figuram vitiant, quæ verò à viciniis ſuis prodeunt, ſitum lædunt.

Vitia igitur ad magnitudinem attinẽtia, ſunt tumores præter naturam, qui ſunt omnis generis ſpectantes ad calidos, atque ad frigidos tumores enatos, tam in ſuperiori, quàm in inferiori, & C media parte œſophagi.

Vitia, ſeu morbi attinentes ad figuram, aut reſpiciunt cauitatem, aut ſuperficiem tam internam, quàm externã; quemadmodum eſt ſolutio continui facta à cauſa interna, aut externa. Ad cauitatem autem referuntur, quæcunque ipſam poſſunt obſtruere, ſiue enaſcantur in intima ſuperficie, ſiue aliunde proueniant, qualis materia eſt craſſa à capi- D te in hanc gulæ cauitatem cadens, aut à partibus internis, ad eandem repẽs; ſicuti Auicennas de quodam amico ſcripſit, in cuius gula vermes retentos fuiſſe obſeruarunt; ſiue res aliquæ extraneæ in deuorando retineantur, vt os, ſpina, bolus aliquis inſignis; aut etiam hauſta in potu hirudo, aut etiam deglutitio alicuius rei adſtringentis, quæ in œſophago remanſerit. Notan- E dum adhæc eſt, ex Galeni mente, hoc loco adeſſe muſculos quoſdam cingentes gulam, ex quorum tumore læditur deglutitio.

Iſti ſunt morbi, qui fiunt in meri cauitate, qui verò prodeunt à vicinis, ſunt in primis vertebrę dorſi, aut ceruicis, quæ exierint à proprio loco, extraque ſitum proprium propellant gulam, &

quem-

quemadmodum Galenus, & Auicennas notant, tumor, aut apoſtema factum in muſculis tam linguę, quàm oſſis hyoidis, aut ipſius laryngis ab erroribus externis prodiens.

DE CAVSIS MORBORVM, *quos deglutitio læſa conſequitur.*

ALiæ ex his cauſis intemperiem inducunt, & aliæ morbos; aut in ſoluta vnitate, aut in mala compoſitione circa œſophagũ pariunt. Priores verò diſtinguimus in internas, & externas. Internæ intemperierum cauſæ, aut ſunt non naturales, aut præter naturam, aut naturales. Non naturales differunt pro diuerſitate intemperierum; nam ſi exempli cauſa, calida erit intemperies, tunc oporter ab aere prodiiſſe calido, atque à calidis alimentis, vt à potu nimio vini meracioris, à motu immoderato; vigilijs magnis, & continuis, animique affectibus vehementiſſimis, nec non ab iis retentis, quæ debebant excerni. Ex naturalibus cauſis calidam intemperiem inducentibus, ſunt habitus bilioſus, temperamentum calidum, ætas iuuenilis, viriliſque ſexus, quę omnia eã inducunt, aut per ſe primò, aut generando calidos humores in corpore, è quibus poſtea calida intemperies exoriatur. Cauſæ denique præter naturam intemperierum, ſunt omnes morbi, eorumque cauſæ, atque ſymptomata cuiuſuis generis extitetint, iuxta intemperiei differentias.

Ab enumeratione cauſarum producentium morbos vnitatem ſoluentes œſophagi, aut compoſitionem vitiantes, ſuperſedimus, cum abundè habeantur, in ijs locis, vbi de illis agitur ex profeſſo, à quibus petendas eſſe exiſtimamus, ne pluries eadem fruſtra repetere cogamur.

DE SIGNIS DEGLVTITIONIS *læſæ, & morborum, quibus ea coniungitur.*

NOn eſt opus inquirere ſigna demõſtrantia læſionẽ deglutitionis, quia illico ab ægrotante medicus accipit ſpeciem, & differentiam læſionis, dicẽte ſe non poſſe aliquid deglutire, aut cum difficultate, & longo tempore, vel cum titillatione, aut quia deglutit dura, non autem poteſt deglutire ea, quæ ſunt ſub forma potabili, quibus habitis ſtatim medicus coniectura quadam rationali à ſignis præſentibus deſumpta, cauſam indagare debet præſentis affectionis, de qua conqueritur æger.

Cauſæ, vt audiuiſtis, vel ſunt intemperies, vel mala compoſitio, aut ſolutio continui; cognoſcitur autem intemperies à debilitate, quam ægrotantes percipiunt in deglutiendo; ita vt quæ ingeſta ſunt, vix & longo tempore deſcendant, quæ aliquando ad primum impetum, aliquando ſurſus attentur, vt impacta videantur, & demum per reſiduũ ſpatium ſine moleſtia, ac facile labuntur. Sed quoniam, vt inquit Galenus, ſæpè adeſt debilitas ab intemperie ſola eueniens, tarditas ingeſtorum in tranſitu ęqualis eſt, ac ſine dolore, & in accubitu ſupino augetur, erecta verò ceruice mitigatur, neque vllus accedit anguſtię ſenſus.

At ſi cum debilitate adſit tumor aliquis, opus eſt, vt vna pars œſophagi cęteris partibus anguſtior reddatur, nempè illa, in qua eſt tumor, hinc per eam tardior redditur tranſitus eorum, quę degluiuntur.

Verùm cùm dictum ſit intemperiem poſſe eſſe omnis generis, nempè vel calida, aut frigida, aut humida, vel ſicca, calida intemperies dignoſcitur à caliditatis ſenſu præſenti; nam ægrotantes percipiunt circa fauces, & gulam, & totum ductum ipſius caliditatem; deinde

opus eſt animaduertere habitum totiũs corporis, ante actam vitam, exercitium, & huiuſmodi, quibus poſſit medicus ratione confirmare opinionem, quam de intemperie calida concipit.

Ita è contra ſi frigida fuerit intemperies, nulla caliditas tunc in prædictis locis percipitur, hæcque inducta eſt longo temporis ſpatio, quare & ipſa à prædictis capitibus coniectura quadam eſt dgnoſcenda, quæ omninò contraria ſit calidæ intemperiei.

Humida autem intemperies dignoſcitur ab humoris copia deſcendentis ad os, & fauces, nullaque ſitis percipitur: præceſſerunt etiam cauſæ, quæ potuerunt humiditates in corpore cauſare, à quibus rationalis coniectura accipi poteſt humidæ diſcraſiæ.

Sicca quoque intemperies à contrarijs ſignis deprehenditur, & precipuè ſi ingens ſiccitas in corpore adſit, aut præceſſerit febris, quæ potuit corpus exiccare, hoc igitur modo agendum eſt, vt certè intemperiem huic parti inductam cognoſcamus: & hæc ſint ſigna demonſtrantia gulam eſſe affectam, vt membrum ſimilare eſt.

Læſiones œſophagi, vt inſtrumentũ eſt, cognoſcimus, & primò eius magnitudinem tumore aliquo affectam eſſe, ſi ad illam partem, in qua eſt tumor, ſiue is ſit in ſuperiori, aut inferiori, vel media ipſius parte, ea quæ aſſumuntur ore, nequeant niſi cum difficultate deſcendere, tardiorque tranſitus efficitur. Verùm cũ tumor poſſit eſſe vel calidus, vel frigidus, ſuis indicijs quicunque fuerit, dignoſcetur; calidus erit inflammationis, aut eryſipelatis particeps, proinde ſecum adiunctum habet dolorem, ſenſumque caliditatis in parte affecta, febriſque aderit nec admodum ardens, vt Galenus 5. dè locis affectis cap. 5. ſcriptum reliquit.

Cæterùm ſatis hominem cruciat, neque febris proportionatè ſiti correſpondebit. Si verò tumor ſit de non admodũ

A calidis, nullum ex prædictis ſymptomatibus aderit; ſed percipietur inæqualitas deglutitionis in parte aliqua œſophagi, ſi præſertim id, quod deglutitur, ſit grandiuſculum, aut ſolidum, dolorque accedat, ſed exiguus. Cum autem tã tumor frigidus, quàm calidus ad ſuppurationem venire poſſint, ideo Galenus, & Auicennas ſignum patho gnomo-B nicum ab exeunte accipiunt, pro vt opus eſt.

Quæ verò demonſtrant cauitatem œſophagi læſam eſſe, quam diximus obſtrui poſſe a materia craſſa à capite illabente, quæ dignoſcitur per indicia demonſtrantia catarrhum craſſum à capite deſcendere; percipitur ex capitis ſtructura, corporis habitu, ante acta vita, cœli ſtatu, anni tempore, & huiuſmodi, C & à parte etiam affecta, quæ nullo tumore, aut intemperie affecta ſit, & tamen ægrotantes difficultatem in deglutiendo patiuntur, & quaſi ſemper ſunt coacti deglutire, quamuis non aſſumant cibum.

Vermes in gula retineri ferè nunquã contingit, nihilominus, quia aliquando obſeruatum eſt infeſtaſſe ægrotantes, ideo à proprijs vermium indicijs accipi-D tur coniectura, de quibus agemus ſuo loco, nempe in tractatu de morbis particularibus inteſtinorum; nam vt vobis oſtendam, vermes generantur in inteſtinis, inde ſurſum ad ventriculum, & œſophagum obrepunt.

Quando verò aliquid, quod ingeſtum ſit, in œſophago retinetur; ſiue ſpina, aut bolus, vel ſanguiſuga, ab ægrotante haberi poterit, qui dicat ſe percepiſſe, E dum potaret ad fontem, aliquid deglutiſſe, quod in cauitate œſophagi remanſerit, vel dicat ſe voluiſſe os, aut ſpinam deglutire, aut bolum aliquem, qui tandem deorſum ad ventriculum deſcendere non potuerit; tunc medicus oculis inſpiciens, ac tactu ipſo confirmare poterit verum eſſe, quod ab ægrotante dicitur. Hac igitur inquiſitione, & modo co

gnoſce-

gnoſcere poteritis lęſam eſſe cauitatem œſophagi ab vna ex prædictis rebus, niſi vt ait Gal. ille, qui læſus eſt, ſit ſaxeus, vt quid ipſum lædat, narrare non poſſit.

Cæterum extimam gulæ ſuperficiem lędi à vicinis partibus fuit dictum, quod etiam ſuis notis deprehenditur, & primò ab inflammatione muſculorum laryngis, linguæ, & oſsis hyoidis, vt in angina ſæpè contingere audiuiſtis, qui muſculi, cum nimium augeantur, gulam cō primunt. Idque cognoſcitur ab inflāmatione, & tumore ibi eueniente, vt cap. de angina diximus. Succedit, quod deglutitio ſolum læditur ad partes oris vſq; ad œſophagum, quia muſculi ſunt, vt dixi, qui alimentum ad linguæ baſim, & œſophagū impellūt, ideo dolor, & difficultas percipitur ad fauces, & caput œſophagi.

Sed vnum notatione dignū eſt, quod admonet Galenus cap. 5. præcitati libri, quod illi, quibus comprimitur à partibus circumuicinis gula, ſiue ſit à luxata vertebra, aut aliquo tumore prædictorum muſculorum, hoc commune habent, quod tanta ſæpènumero inrer deuorandum infeſtantur anguſtia, vt potus per nares emittant. Addit tamen Auicennas, quod quando conſtrictio gulæ euenit ratione vertebræ colli luxatæ, tempore reſupinationis magis augerur, & dolor præterea in gula percipitur circa regionem laxatæ vertebræ.

Cùm autem dictum ſit inter cauſas deglutitionis labefactatæ vlcus, ſeu ſolutionem continui enumerari à ſcriptoribus, ſigna vlcerum accipiuntur ab exeunre, quod eſt pus effluens per ſputum; deinde ex dolore exiſtente in parte exulcerata, vnde Galenus dicebat gulam eſſe facultate ſentiendi prædita, qua ſat commodè paſſiones eius dignoſcuntur; nam ægrotus obſeruabir in illa parte ſe percipere dolorem, vbi adeſt vlcus; id quod magis atteſtabitur, ſi vel acria, aut acida, ſiue ſalſa, aut acerba deuorauerit; tunc enim percipiet vellicationem, aut adſtrictionem, at quando A nullum, aut paucum dolorem ſentiet, cū tamen ingenti difficultate deglutiendi moleſtetur, tunc ſignum eſt minimè exulceratum eſſe œſophagum.

Notat vnum Galenus, quod quotquot habent dolorificum affectum in gula, ex dorſi dolore ipſum ſignificant, quod certè rationabile eſt, quia gula per ſpinam deorſum ab extremitate faucium ad ven- B trem vſque inferiorem eſt producta, ideoque non eſt mirum, vbi vlcus eſt in œſophago, dorſum etiam affectum eſſe dolore.

DE SIGNIS, ATQVE CAVSIS *in ſpecie deprauatæ Deglutitionis.*

Signum deprauatæ deglutitionis eſt, ſi videbitis ægrotantes deglutire res ſolidas, humidas minimè; aut con- C tra facilè deglutire res humidas, nequaquam ſolidas, quæ res quantò magis vera conſpicitur, eò magis ipſius cauſa ambigua eſt, ita vt multorum hactenus ingenia defatigarit. Alij enim dixerunt, quòd quando muſculi hyoidis, & linguę afficiuntur paralyſi, ſolùm cibus liquidus deglutitur; idque euenire, vel quia muſculi hyoidis laryngem ſurſum non tra- D hunt, vel quia muſculi faucium cibum deorſum non pellunt.

Si verò è contra muſculi afficiantur conuulſione, & præcipuè faucium, ita vt vi retrahantur ad ſuum principium, fiet, vt cibi in gulam impellantur, nobiſque inuitis deſcendant; at ſi muſculi hyoidis conuellantur, ſurſum trahunt laryngem, & hinc deorſum pellunt cibum, & præſertim liquidum; cibus enim ſolidus pondere ſuo deſcendit, nec facilè E cedit motui conuulſiuo, quemadmodum liquidus.

Hæc ſunt, quę ante alios Capiuaccius pro determinatione huius inquiſitionis in medium affert lib. 3. de affectibus œſophagi cap. 1. ſed ſi rectè contemplemur ea, quæ ab hoc viro dicuntur, videbimus ea non habere omnimodam veritatem;

tem; nam cum muſculi ſunt relaxati, ac reſoluti, non poſſunt agere, neque ſe ad cibum amplectendum, & propellendum ad œſophagum accingere valent, quia iam omni actione priuati ſunt; huiuſmodi autem actio requiritur, tam in ſolida, quàm in liquida materia.

Succedit, quòd muſculi byoidis in deglutiendo laryngem minimè ſurſum trahunt, vt ſupra audiuiſtis, quia hic motus non fit à muſculis, ſed à membrana gulæ interna, quæ continua eſt cum membrana laryngis, neque ſurſum attractio laryngis quidquam facit ad deglutitionem, ſed ſequitur motum œſophagi deorſum à fibris rectis ventriculi con tracti, dum fit deglutitio. Hæc igitur ratio de paralyſi muſculorum nihil valet, cùm ad deglutitionem etiam aquæ requiratur illa propulſio materiæ ab ore ad œſophagum: neque (mea opinione) valet ratio illa deſumpta à conuulſione muſculorum, quia ſi omnes muſculi æquè conuelluntur, faciunt motum tonicum, in quo non cedunt tenſioni, quare nec poſſunt propellere magis craſſum, & ſolidum, quàm humidum cibum.

Succedit præterea, quod motus ſurſum laryngis non pellit ſurſum cibum, quia, dum deglutitur, à principio deglutitionis larynx minimè cibum attingit, antequam ad gulam perueniat; non poteſt igitur magis ſurſum pellere cibum ſolidum, quàm liquidum.

Quantum attinet ad pondus longè magis aqua ponderare deberet, quàm cibus: deinde cum ſit fluida, tum fluxione, tum & grauitate deorſum deſcendere deberet, videmus tamen oppoſitum non ſolùm in his, quibus prædicti muſculi conuulſione laborant; ſed in his, qui nullam labem in muſculis patiuntur, nempe non poſſe deglutire cibum, quia aliqua in parte gula eſt adſtricta, vel tumore, aut alio morbo; verùm licet non poſſit pertranſire ſolidus cibus, attamen tranſit fluidus, & etiam potus. Id ob-

A ſeruamus præſertim in angina, in qua vix, & cum difficultate deglutitur res liquida, vt aqua, lac, & ſimilia; nequaquam verò poſſunt deglutiri ſolida edulia, quod omnibus clarum eſſe puto.

Sed magna eſt difficultas in his, qui ſolida, vix autem liquida deglutire poſſunt. Scribit Gentilis ſuper fen 13. lib. 3 Auicennæ tract. 1. cap. 5. in comment. B huius capitis, ſe militem quendam agnouiſſe, qui hac affectione laborabat.

Amatus Luſitanus ſent. 6. curat. 49. ſcribit ſe vidiſſe puellam quandam, quæ non poterat niſi vinum deglutire, & reddens rationem dicebat, id eſſe propter vini caliditatem, ex qua fibræ calefactæ reddebantur, ideoque facilè etiam vinū deglutiebat. Sed non videtur hæc ratio ſufficiens, quia potuiſſet vti alimen- C tis ſolidis calidis, à quibus & fibræ calefieri potuiſſent; quare erat reddenda ratio, cur vinum magis deglutiebat, quam res ſolidas eiuſdem qualitatis; nam ſi comparatio eſſet inter aquam, & vinum, poſſet concludere propter allatam rationem.

Et ego aliquem agnoſco, qui probè res duras deuorat, nequit autem niſi maxima cum difficultate bibere; quia cogi- D tur guttatim potum aſſumere. Idem Gentilis ſcribit id fuiſſe apud medicos in conſultatione poſitum, atque diù diſputatum: nam alij dicebant id prouenire ratione læſionis euenientis tunicæ exteriori, quæ cùm ſit prædita tranſuerſis fibris, à quibus id, quod continetur in cauitate œſophagi, expelli conſueuit, vt fiat expulſio, opus eſt, vt circa materiam expellendam ipſa tunica conſtrin- E gatur, & veluti eā amplectatur, quare vbi cibus ſolidus eſt, & craſſus, facilè ab illa comprehenditur, & hinc eſt, quod deorſum protruditur, recteq; deglutitur: è cōtra, vbi res potabilis intus eſt, œſophagus nequit eam amplecti, cum ſua fluxibilitate diffluat. Atq; id euenit illi, ſicuti digitis quando capiunt obiectum, & illud conſtringere non poſſunt.

Et hæc

Et hæc eſt reſponſio communis om-
nium medicorum, cur res ſolida com-
prehendatur, & expellatur, res fluida
verò comprehendi non poſſit, & per
conſequens nec expelli.

Sed huiuſmodi ſolutio videtur pati
difficultatem nõ negligendã, quia dato,
quod gula ſit relaxata, tunc concedere
etiam oportet eam eſſe debilitatam, nõ
ſecus atque videmus, quod quando ma
nus relaxata eſt, aut ipſius muſculi, ita
vt nequeant conſtringere tenue obie-
ctum ſibi oblatum, neque poterunt ſub-
ſtinere craſſum, vnde ſi œſophagus ne-
quit ſe conſtringere circa fluxile obie-
ctum, nec poterit conſtringere ſe circa
ſolidum, nec per conſequens illud ex-
pellere à ſe, quare eadem erit ratio v-
nius, atque alterius deglutibilis.

Ad hæc, videtur rationabilius, quod
res potabilis deorſum fluat, relaxata ex
teriori membrana, non autem cibus ſo-
lidus, eo quòd ſua fluxibilitate decurrat,
& præſertim deorſum ob propriam gra-
uitatem; videmus enim aquam ſemper
deorſum tendere. Idque inſuper expe-
rientia in dies comperimus, quod ſi a-
quam inijciamus in œſophagum anima-
lis mortui, ea illicò deorſum fluit, quod
non contingit, ſi res ſolidior iniecta fue-
rit, quia hæc remanet in media via; non
videtur igitur poſſe prædicta ratio aſſi-
gnari huius ſymptomatis.

Affero equidem vobis duplicem ſo-
lutionem; vna eſt deſumpta à facultate
naturali ipſius ventriculi, & etiam œſo-
phagi; altera ab Anatome. Prima
eſt, quia ventriculi appetitus circa po-
tabile, & comeſtibile videtur diuerſus,
& quaſi contrarius; nam ſitis eſt appeti-
tus frigidi, & humidi; fames verò calidi
& ſicci, fieri igitur poteſt, vt vnus appe-
titus circa ſitim ſit labefactatus, & ita
mutatus ad frigidum, vt auidius, quàm
par ſit, trahat ad ſe fibris ſuis rectis come
ſtibile, ac vbi apponitur potabile quid-
piam, ipſum renuat, nec attrahatur ab ip-
ſius virtute, quemadmodum ſæpè obſer-

A uamus in illis, qui abhorrent medicamẽ
ta in forma potus, eaque vlla nequeunt
ratione deglutire. Si verò in forma ſo-
lida, vt potè pilulari, offerantur, quãuis
ingratiſſima ſint, tamen illa deglutiunt.
Alijs verò è contra contingit, vt nun
quam poſſint medicamenta, niſi ſub po-
tionis forma deglutire. Huiuſmodi
ſymptoma refertur ad appetitum depra
B uatum, quia pars illa, in qua eſt appeti-
tus, intemperie afficitur, vel frigida
vel calida; ſi frigida deglutitur cibus, nõ
potus; ſi calida è contrà deglutitur po-
tus, non quidem cibus.

Venio ad rationem ab Anatome de-
ſumptam; nam ſupra foramẽ laryngis po-
ſitum eſt operculum illud cartilagineũ,
quod epiglottidem vocant, ita confor-
matum, vt dum aliquid deglutimus, ſta-
C tim ſupra laryngem cadat eam perfectè
claudens, ac poſt deglutitionem ſta-
tim aperiatur, alioquin animalia ſuffoca-
rentur, quia tolleretur reſpiratio. Cau-
ſa autẽ, cur deglutitur ſolidum alimen-
tum, non autem fluxile, eſt, quia hæc ea-
dem pars eſt læſa; nam fieri poteſt, vt a-
deo exiccetur, vt nequeat perfectè orifi-
cium claudere, vel etiam vt ita erroda-
tur aliqua in parte, vt inde non fiat per-
D fecta conſtrictio.

Cum igitur aliqua pars orificij laryn
gis patet, & ita eſt exigua, vt craſſum
alimentum in deglutiendo intrò ingredi
minimè poſſit, ad œſophagum illud pel-
litur; at in potabili, aut fluida materia
non ita eſt, quia aliquid repente per fo-
ramen in aſperam arteriam ingreditur,
quod impedimento eſt, ne ad gulam fer
ri poſſit, vnde ſtatim coguntur ægrotan-
E tes à ſe expellere potionem, quia ſuffo-
cari ſe percipiunt. Hac eadem de
cauſa, opus illis eſt, vt guttatim bi-
bant, non ſecus ac faciunt aues, quæ ca-
rent epiglottide, quod pulchrè Plu-
tarchus animaduertit lib. 7. Sympoſ.
q. p. Iſtæ ſunt rationes, quas veroſimil-
limas exiſtimaui, ſi quis veriores exco-
gitarit, eas manifeſtare ne ſe pigeat.

DE FVTVRO EVENTV
Deglutitionis læſæ.

PRoperandum eſt ad prognoſin, quæ ſi rectè, & vt artis eſt, fieri à Medico debeat, opus eſt vehementiam morbi cum virium robore comparare; nam ſi contingat deglutitionem eſſe abolitã, & in longo morbo, vt potè in maraſmatico, aut nimium emaciato, virtuſque langueat, non modò mortem, ſed proximam eſſe eam facilè conijciet, ac prædicere poterit.

Sic quoque ſi eueniat deglutiendi difficultas ex vertebra ceruicis, aut thoracis luxata, rem in anguſto eſſe prædicendum eſt. Si ratione intemperiei calidæ, & ſiccæ fuerit, idque occaſionem ab aliqua febre acceperit, eſt difficilis curationis; at ſi ex ſola intemperie calida contingat cum virtutum robore, facilè curabitur. Si frigida, & humida fuerit intemperies, erit longæ, & difficilis curationis.

Sin verò deglutiendi læſio contingat ex tumore, & adeſt inflammatio, aut lõga, aut difficilis erit curatio, dummodo virtus valens perſiſtat. Si inualida, periculum eſt, ne æger in morbi augmento moriatur.

Si à materia eueniat occludi meatũ, hæcque illabatur à capite, maximum iminet periculum, neque ex virtute quidpiam prædici poteſt, quia aliquando in tanta copia, & tam impetuosè materia à capite deſcendit, vt ægrotantes illicò ſuffocentur.

Si ratione rei extrinſecæ, quæ intus remanſerit, eueniat difficultas deglutiendi, ad ablationem illius æger ſanabitur. Quando vermes etiam fuerint, remedijs opportunis, ijs deorſum propulſis æger liberabitur; & tandem ad ablationem cauſæ, nempè tumoris in partibus vicinis excitati, atque gulam comprimentis, vt contingit in angina, ſanabitur infirmus. Et hæc de euentu, quem in hac affectione ſperare, aut timere debemus.

DE CVRATIONE
Deglutitionis læſæ per Pharmaciam.

A Cauſis indicationes curatiuæ deſumuntur, quæ in hoc omnes conueniunt, vt quidquid præter naturam ineſt, tollatur per ſua contraria, quare intemperies frigida calidis, calida frigi- B dis aufertur, idemque de reliquis eſt dicendum. Tumor verò cum contineat extraneam materiam indicans ſui euacuationem, indicabit nobis eam tollendam eſſe, vel ſenſibiliter, aut per inſenſibilem viam, nempè ope ſuppurationis, aut reſolutionis.

Cæterùm, ex ijs, quæ intra cauitatẽ ſunt, ſi aliquid eſt ſolidi, quod internis parietibus adhæreat, vt caro adaucta, C aut quidpiam tale, rebus abſumentibus, incidentibus, corrodentibuſque eſt auferendum, & tandem quidquid eſt eo loci toto genere præter naturam, ablationem ſui deſiderat, medicamentis attenuantibus, & incidentibus; ſpina enim, os, & huiuſmodi manuum opera tolluntur; at vlcus indicat abſtergentia, & exiccantia, vt alias diximus, & ſuo loco fuſiùs dicetur.

D Iſtæ ſunt indicationes deſumptæ ab eſſentia indicatorum, modò opus eſt, vt videamus, quę ſint auxiliorum materię, quæ à pharmacia deſumi debent: harum quidem aliæ ſunt vniuerſales, quæ pugnant aduerſus cauſam antecedentẽ; aliæ verò aduerſus coniunctam. Quæ auferunt antecedentem cauſam, ſunt illæ, quæ adminiſtrantur ante omnia, vbi eſt opus, pro diuerſitate humoris in cor- E pore peccantis, quemadmodum ſæpè à nobis inculcatum eſt, & fuſiùs etiam tractabimus paulò infra, vbi ſermo erit de morbis peculiaribus ventriculi. Nunc ad materias auxiliorum particulares recurrendum eſt, quia ægrotantibus, cum deglutire nequeant, vix exhiberi poſſunt medicamenta ſoluentia, aut alterantia.

Medi-

Medicamenta igitur, quæ intemperiei gulæ conueniunt, quædam intus, quædam extra admouentur. Interna in ore iubendum eſt, vt detineantur, atque vt deorſum lambendo paulatim cadant, eiuſque naturæ eſſe debent, vt gulæ adhærere, & concreſcere vndique, & quaſi agglutinari poſſint; quæ enim fluida ſūt, & promptè diſſoluuntur, ſunt euitanda, debent igitur eſſe glutinoſa, & craſſa, & quodammodo concretiua, quemadmodum Galenus docet lib. 5. meth. med. cap. 7. Ratio huius rei eſt, quia gula eſt tranſitus eorum, quæ vt cibus, & potus aſſumuntur, ideo ne defluant medicamenta, opus eſt, vt ſint lenta, & craſſarum partium, præſertim vbi gula exulcerata eſt, vt paulò inferiùs intelligetis.

Multa ſunt medicamenta propoſita à ſcriptoribus intemperiei calidæ conuenientia, quemadmodum ſunt.

Syrupus granatorum,
Diacodion,
Lac, & præcipuè acetoſum,
Conſerua roſarum emollita, & quaſi diſſoluta cum ſyrupo àcetoſitatis citri.

Sunt etiam ex vſu gargariſmata, de quibus capite de angina à nobis fuit tractatum: vel poteſtis conficere tale genus medicamenti.

℞. Seminum quatuor frigidorum maiorum, & minorum ana drach. j.
Santalorum omnium drach. j. & ß.
Liquiritiæ mundæ drach. ij.
Cum mucilagine tragacanthi fiant p. 3. drach. vnius.

Valet & ſyrupus de portulaca ad vnc. j. cum drach. j. diatrium ſantalorum.

Conſerua de agredine citri diſſoluta cum ſyrupo roſato, & cydoniorum ſimplici, qui miua dicitur ſimplex.

Miua cydoniorum aromatica, ſeu alephangina valet pro tollenda hac frigida intemperie.

Syrupus etiam de menta valdè commendatur.

Quæ præſidia teneantur in ore, vt inde deorſum ad gulam ferantur; nam ſenſim quaſi per elambicum deſcendere eſt opus, vt prodeſſe poſſint.

Medicamenta autem localia ſunt extra applicanda ad partem poſteriorem ceruicis, & dorſi, vt ſunt, verbi gratia, in intemperie calida.

Oleum roſaceum omphacinum,
Oleum roſarum completum,
Oleum myrtillorum, & huiuſmodi.

Si verò intemperies fuerit frigida, calidis debellanda, & primò intus talia exhibenda ſunt medicamenta, vt

℞. Syrupus de abſynthio vnc. j. & ſemis,
Aromatici roſati drach. j.
Fiat lambitiuum, quod in ore detineatur,

Vel

℞. Syr. de menta vnc. ij.
Theriacæ drach. j. & ß. m.

Vel

℞. Syr. de calamentho vnc. j.
Conſeruæ betonicæ drach. j.

Valet etiam,
Syrupus de betonica.
Syrupus de fumo terræ,
Vel poteſtis componere tale medicamentum.

℞. Syr. de bettonica vnc. ij.
Lætificantis Raſis,
Theriacæ ana drach. j. m.

Vel

℞. Theriacæ,
Lætificantis,
Mithridaticæ conſ. ana drach. j.

Teneat igitur æger in ore aliquam huius medicamenti portionem.

Exterius proficiunt.
Oleum de abſynthio,
Oleum de lilio,
Oleum myrrhatum,
Vel componite tale medicamentum.

℞. Myrrhæ,
Styracis calamitæ,
Cinnamomi,

Olei

Olei de lilijs albis ana drachmam j. & ſemis.

Bulliant in ſufficienti quantitate olei prædicti vnica ebullitione, deinde inungatur ceruicis latus dexterum exterius, atque pars inter ſcapulas ad dorſum: applicetur que vnctioni lana ſuccida, & hac methodo curabitis intemperiem calidam, & frigidam.

Quod ſi adſit intemperies calida, & ſicca à febre ortum ducens, eam curabitis ad febris ablationem. Sin verò ſiccitas adſit propter humidi radicalis conſumptionem, vix reſtaurari poterit: ſi tamen contingat fieri poſſe ipſius reſtaurationem, id magis fiet per eam victus rationem, quam diximus capite de febre hectica, & de phthiſi. In humida verò ſiccis vtendum.

Mercurialis inter alia medicamenta vſum triferarum laudat; ſed cùm triferæ ſint plures, alia enim eſt magna, alia minor ex arte Phænonis, alia Saracenica, & alia Perſica, probatur mihi vſus minoris ex arte Phœnonis, atque magnæ Saracenicæ.

Accedamus ad curationem apoſtematum, quæ cum dictum ſit in duplici verſari diſcrimine, nempè alia euenire ipſi gulæ, alia partibus circumuicinis, eaque eſſe vel calida, vel frigida, poſſunt curari per reſolutionem, aut per ſuppurationem; cum enim tendunt ad reſolutionem medicamentis reſoluentibus extra applicitis agendum; ſi ad ſuppurationem, tunc ſuppurantibus vtendum venit, de quibus ſatis capite de angina dictum eſt.

Quantum ſpectat ad vlcera gulæ, opus eſt diligenter animaduertere, an ea eueniant ratione alicuius tumoris, qui à materia ſuppurata fuerit ruptus; an verò eueniant deſtillationis alicuius cauſa, vel humoris acris, & mordacis. Si primo modo, oportet, medicamenta vt ſimul abſtergendi, & agglutinandi facultatem habeant. Si ſecundo modo agglutinandi virtute polleant; A ſemperque neceſſe eſt, vt glutinoſa ſint actu, atque craſſa, vt adhærere poſſint; de quibus tractabimus inferiùs ſuo loco.

Si verò deglutitio ſit læſa ratione catarrhi, ideſt humoris ibi exiſtentis, curabitur per ablationem cauſæ, quemadmodum capite de catarrho diximus, & ſuo loco dicemus, quando ſermo erit de B lumbricis in inteſtinis genitis. At difficultatem facit vitium in gula ortum à luxata vertebra, quæ tolli debet per reſtitutionem ipſius vertebræ in priſtinum locum. Sed hic eſt caſus rarus, qui vbi euenit, res in anguſto reperitur: & hæc eſt curatio vniuerſalis, & particularis, quæ competit deglutitioni læſæ per pharmaciam.

C *DE CVRATIONE DEGLVTItionis læſæ per Chirurgiam, & Victus rationem.*

VBi aliquid in œſophago ex deuorato cibo relictum ſit, inſtrumento chirurgico extrahendum omni dexteritate eſt. At vbi oculis impedimentum conſpici nequeat, idque craſſum ſit, ita vt non poſſit deorſum deſcendere, vt os D eſt, aut aliquid tale, tunc globulum plumbeum perforatum, filoque traiectum æger deglutiat, vt ſua grauitate pellere id deorſum poſſit, quod in cauitate contentum eſt; vel prouocet vomitum immiſſa penna in fauces, vel digito.

Si ſpina adhæreat parieti internæ gulæ, nec vomitui cedat, carnis vitulinæ fruſtulum elixum, filoque alligatum deuoretur ab ægrotante, deinde filum ſur- E ſum attrahatur, ex quo ſperare licet, vt ſpina ſubſequatur.

Ad idem valet ſpongia filo arctè alligata, oleoque amygdalarum dulcium illita; quam deuoret æger, ſurſumque retrahat, ac pluries repetat ingeſtionē, & tractionem, quo ad ſpina auferatur. Tandem medicamenta laxantia exterius applicanda ſunt, de quibus apud Ae-

tium *Leonides* ſcripſit.

Habes apud eundem Aetium hæc quæ ſequuntur. Ad eductionem eorum, quę deuorata ſunt, ſtatim te ad ægrum deſidentem conuerte, ipſum tibi attendere iube: ac dic, egredere os, ſi tamen os, aut feſtuca, aut quidquid tandem exiſtit, quemadmodum Ieſus Chriſtus ex ſepulchro Lazarum eduxit, & quemadmodũ Ionam ex cete; atq; deprehenſo ægri gutture dic: Blaſius Martyr, & ſeruus Chriſti dicit, aut aſcende, aut deſcende.

Quod ad chirurgiam ſpectat, opus eſt mittere ſanguinem, quando adeſt indicans, & virtus id coindicat, vt ſupra à nobis pluries eſt repetitum.

De ratione victus conuenientis indi-A canti vitali agendum nunc eſt, qui talis eſſe in genere debet, vt ſit boni ſucci, poſsitque conuerti in optimum ſanguinem, ſitque actu fluidus potius, quàm ſolidus. at ſi indicans curatorium reſpicere debet, pro diuerſitate ipſius eſſentiæ diuerſificari eſt opus, qui modò calefaciendi, modò refrigerandi facultate polleat, pro vt opportunum fore iudicabitis: & hæc de deglutitione læſa ſint dicta. B Tempeſtiuum nunc eſt, vt ad alias ventriculi affectiones præter naturam transferamus ſermonem, inter quas primò occurrit illa, quæ oris ſuperioris actionem præcipuam labefactat, videlicet ſenſationem; cuius ſequens caput inſtituimus.

DE CARDIALGIA

SEV DOLORE ORIS SVPERIORIS VENTRICVLI,

CAPVT SECVNDVM.

Dictum ſupra à nobis fuit os ſuperius venrriculi ex neruis à ſexto coniugio enatis compoſitum eſſe, & veluti contextũ, quorum nomine os iſtud duplici fungitur officio, vnum eſt, vt percipiat obiecta tangibilia, nempè primas, & ſecundas qualitates tangibiles, vt eſt frigiditas, caliditas, aſperitas, durities; aliud verò eſt, vt percipiat indigentiam alimenti ipſius ventriculi; nam quemadmodum terra, cui affixæ ſunt plantæ, eſt veluti promptuarium, ex quo illæ per radices proportionatum ſibi alimentum trahunt, ita & ventriculus eſt promptuarium, in quo conſeruatur alimentum pro animalium nutritione, à quo quidem cæteræ partes per venas meſeraicas, tanquam per radices quaſdam, trahunt ſibi deſtinatum alimentum.

Verùm differentia inſignis eſt inter animalia, & plantas, quia plantæ opus non habent ſibi quærere alimentum, quod ſemper à terra illis ſubminiſtratur, at ventriculus non ſemper alimentum D habet, quia à prædictis venis inanitur, quam indigentiam, & inanitionem, niſi perciperent ipſa animalia, fame perirent; ideo natura hunc ſenſum indigentię huic ſuperiori ori ventriculi prębuit, vt ab ipſo irritata victum ſibi compararent, huiuſmodi igitur os duobus modis labefactatur, vel vt eſt ſenſu tactus præditum, vel vt eſt ſenſorium indigentiæ.

Primo modo eſt, quando ipſius actio E ita deprauatur, vt in ipſo fiat triſtis illa ſenſatio, quem dolorem vocamus, qui à loco nomen proprium aſſumit, nempè Cardialgiam, aut Cardiogmon, vel etiam Cardiacam, & quamuis καρδιαλγία ſit nomen cõpoſitum ex nomine καρδία, quod cor ſignificat, & ἄλγος, quod dolorem

rem ſignificat, & huiuſmodi pars non ſit A verè cor; nihilominus veteres conſueuerunt hanc partem καρδίαν nominare, quòd ſymptomata afferat ſatis ſimilia ijs, quę ex ipſo corde prodeunt, vt à Galeno ſcriptum eſt lib. 5. de locis affectis cap. 6. 1. de cauſis pulſuum cap. 7. 2. de de Hippocratis, & Platonis decretis cap. 8.

Καρδιακα, verò licet non ſit nomen compoſitum, vnam tamen, & eandem B rem ſignificare videtur cum cardialgia, ſed ſecundum magis, & minus differentem, quia καρδιαλγία, fit ab humore acri, & mordace, vnde aliqui morſum, aut mordacitatem oris ſuperioris ventriculi appellant, quæ ſæpe epicrocolis, ſi vehementiùs defatigentur, contingit; quia illis coaceruatur bilis flaua, quæ ad os ventriculi depulſa, ita mordet, vt inducat in animi defectum, aut ſaltem C veluti mœrorem excitet, & καρδιακὸ vt Alexander ſcribit 7. lib. cap. 11. & Celſus lib. 4. cap. 19. eſt eiuſdem ventriculi affectio à bile quidem, ſed æruginoſa enata, in qua non modò mœror, ſed totius corporis imbecillitas cum ſudore exoritur.

Succedit, quod huiuſmodi affectio ſẽper coniuncta eſt cum febre eſt, illa verò D ſine febre euenit, vnde eſt, quod aliqui velint inter ſe has affectiones eſſentialiter differre; exiſtimamus tamen nos eſſe vnam, & eandem affectionem, non modò ſubiecto, ſed etiam ratione, & definitione, differentes ſolùm ſecundùm maiorem, & minorem humoris acredinem, & malignitatem, quæ magis, & minus agit mordendo, diuellendo, & continuum ſoluendo oris ſuperioris ventriculi. E

Καρδιαλγία, inſuper, & καρδιωγμός, vnam, & eandem rem, mea opinione, ſignificant, quamuis à Galeno aliquando καρδιωγμός, acceptum ſit pro affectione præter naturam cordis, qua mouetur motu ſimili palpitationis, vt declarauimus capite de palpitatione. Per καρδιαλγίαν igitur, καρδιωγμόν, & καρδιαλγίαν vnam, & eandem rem ſignificari arbitramur, cuius naturam inquirentes, exiſtimamus poſitam eſſe in genere ſymptomatum ſenſitiuæ actionis læſæ, cum dictum ſit, eſſe dolorem oris ſuperioris ventriculi, qui ſecundum magis, & minus hominem offendit; nam aliquando vbi humores praui ſunt, & veluti venenati, intolerabilem mordacitatem faciunt, ita vt ducant homines ad ſtomachicam ſyncopen, qui ſtomachici ſyncoptici à quibuſdam dicuntur.

DE CAVSIS CARDIALGIAE.

Cauſarum Cardialgiæ aliæ ſunt naturales, aliæ præter naturam, & aliæ non naturales. Priores ſunt cauſæ diſpoſitiuæ, non efficientes, vt eſt temperies corporis, ipſiuſque habitus gracilis, bilioſus, & ætas.

Præter naturales cauſæ ſunt humores bilioſi, acres, & mordaces, qui diuiduntur in cauſam coniunctam, & antecedentem: coniuncta, quæ & immediata dicitur, eſt humor acris, bilioſus, aut ſuccus melancholicus, & aduſtus, qui actu mordet, & continuum ſoluendo mœrorem inducit: antecedens verò eſt humor paratus ferri in os ſuperius ventriculi, ſiue ſit in cauitate ventriculi, ſiue in iecinore, ſiue in liene.

Cauſę verò non naturales adhuc ſunt in duplici differentia; aliæ nobiſcum ſunt ſemper, & neceſſariò; aliæ verò, quæ fortuitò, & nobis etiam nolentibus occurruut.

Iam verò cùm ſtatutum ſit dolorem eſſe ſymptoma, & omne ſymptoma ſequatur morbum, vt vmbra corpus, ſcien dum eſt morbos, quos ſymptoma hoc ſequitur ex Galeni ſententia eſſe, vt alibi diximus, intemperiem, ac ſolutionem continui, atque mitiores dolores ab intemperie, maiores à ſolutione continui, maximos autem prouenire ab vtroque morbo.

Quod

Quod autem dolor ab vtraque hac cauſa proficiſcatur, aliàs demonſtratione confeci, & nunc breui, & per compendium repeto. Partes noſtri corporis conſtant ex temperie, & continuitate, ſeu vnitate; ſunt præterea ſenſu prædite: ſtante hac veriſſima ſuppoſitione, quando mutatur, aut labefactatur temperies partis, rationabile eſt, vt eadem pars, labefactata hanc mutationem ſentiat, quę cum fiat ſubitò, affatim excitatur dolor; eſt enim dolor ſubita, & affatim facta mutatio à ſtatu naturali ad pręternaturã.

Eſt adhuc par ratio, quod ita ſentiant partes læſionem in earum continuitate, vt in ipſamet temperie, cum ambæ ſint à natura, & in parte ſenſitiua, vnde meritò Hippocrates dicebat dolorem fieri quando alteratur, & quando corrumpitur natura partis, per alterationem intelligens mutationem in qualitatibus, per corruptionem verò ſolutionem continui. Cum igitur dolor fiat ab vtraque hac cauſa, tamquam ab immediata, & proxima, opus eſt etiam, vt in præſenti affectione aliquid ad os ventriculi confluat, quod vel vnam, vel alteram, aut vtramque qualitatem inducat.

In primis igitur intemperies calida ſine materia excitata in ore ſuperiori ventriculi cardialgiam facit; humor etiam bilioſus, acris, & mordax, vel in ventriculo genitus, aut per venas ab hepate eructatus huius affectionis eſt cauſa: humor quoque æruginoſus, & venenata qualitate affectus facit intenſiſſimum dolorem, quem corporis languor, & diſſolutio ſequitur, quia non modò partem hanc intemperat, ſed ipſius ſoluit continuum.

Cæterùm non modò humor eſſe poteſt immediata, & proxima huius affectionis cauſa, verum etiam & res aliquæ ab humoribus diuerſæ, quarum aliquæ fiunt in corpore; aliæ verò extra ſunt, & intro aſſumuntur. Priores, generis ſunt vermes; nam quemadmodum, vt dictum fuit, aliquando ab inteſtinis ad

A gulam aſcendunt, ita ad os ſuperius ventriculi interdum perueniunt, ipſum adeo intensè mordentes, vt maximum dolorem inferant, id quod Trallianus ſe obſeruaſſe ſcribit præcitato loco.

Fiunt etiam in corpore, (in ventriculo præſertim) humores acidi à liene in ventriculum regurgitantes. Auicennas ſcribit aliquos homines eſſe, qui dum B comedunt, dolore cardiaco corripiuntur, poſt coctionem verò liberantur, & iſti ſunt melancholici, & præcipuè ex hypochondrijs; ac pituitoſi, à quorum humoribus perturbati, & eleuati vapores ea ratione ventriculi os ſuperius lædunt, vt producunt in inteſtinis colicum dolorem.

Ab extra verò prodeunt, in primis aquæ gelidiſſimæ potiones, quæ dolorem C excitant, ſed contrario modo, ac faciat humor calidus, acris, & mordax; nam quemadmodum Hippocrates habet vlceribus calidum eſſe mordax, idem quoque, & de frigido ſcribit, ſed (vt inquit Galenus) vtramque qualitatem mordacem eſſe quidem, ſed alia, & alia ratione, cum frigidum euellendo, calidum corrodendo dolorem faciat; mirum igitur eſſe non debet, ſi inter cauſas cardialgię D recenſeamus frigidæ aquæ potum, quod accidit ijs, quibus os ſtomachi eſt debiliſſimum, & qui vel niuem aut aquam gelidam ieiuno ventriculo bibunt.

Cauſa verò, cur homines in hanc incidant affectionem, dum comedunt, eſt, quia eo tempore à liene multa humoris melancholici copia in ventriculum effunditur, à qua flatus eleuatur, ibique cum cibo admixtus eſt, poſt coctionem E verò deorſum ſimul cum cibo deſcẽdit, hinc ceſſat dolor. Sed cur aliqui ieiuno ventriculo corripiuntur hac cardialgia? an, quia humor bilioſus à iecore in ventriculum eructatur, & attrahitur, ab inediaque attenuatur?

Medicamenta acria nimis, & calida, ſiue ſolutiua ſint, ſiue minimè; ac etiam quædam edulia id efficere poſſunt, vt eſt

nimius cæparum, aut alliorum vſus; acetum quoque acerrimum. Aliqui dicunt etiam caliditatem nimiam, aut frigiditatem aeris poſſe cardialgiam efficere.

DE SIGNIS CARDIALGIAE, eiuſque cauſarum.

Notæ, quibus cardialgia deprehenditur, ſumuntur à ſymptomatibus, vt potè à morſu, quem percipiunt ægrotantes ad regionem oris ſuperioris ventriculi, aut (meliùs dicam) à punctura ſecundùm magis, & minus moleſtante, cui adiuncta ſit vellicatio, aut angor quidam, & inquietudo ferè intolerabilis, ſuccedit querimonia, & languida lamentatio; adhæc ægrotantes ſæpè cordis palpitationem percipiunt, quibus adeſt extremorum partium frigus, non rarò in ſcotomiam, frequentiſſimè in animi deliquium incidunt, & niſi illis ſuccurratur in ſyncopem, inde in mortem cadunt.

Cardialgiam minus intenſa ſymptomata oſtendunt, magis verò intenſa cardiacam affectionem manifeſtant, ſic quoque pulſus inæqualis, frequens, velox, & inordinatus.

Cauſæ ſuis quoque notis inter ſe deſtinguŭtur, & primò ſi ab humore acri, & mordaci euenerit, aut ab intemperie calida, aderitque humor amarus in ore, incendium, & ingens caliditas in parte affecta percipietur, quæ ſatis ægrotantem infeſtabit, atque febris aderit, vel vehemens, vel maligna, tunc dicendum eſt cardiacam paſſionem eſſe, quia (vt ſupra dictum eſt) nunquam eſt ſine febre; cardialgia enim eſt abſque febre.

Vbi autem materia fuerit in cauitate ventriculi, inde ad os ſuperius feratur, tunc cardialgia perſeuerabit, at ſi remittat, detque medico inducias, ſignum eſt materiam ab hepare delatam eſſe per venas meſeraicas.

Pulſus etiam poſſunt nobis demonſtrare non modò affectionem, ſed cau-

A ſam ipſam; nam cum cardiaca fiat à maligno humore, & æruginoſo, necnon praua habeat ſymptomata, vt ſunt angor, ſeu intolerabilis quædam anguſtia, ſi videbitis ægrotantes loco minimè ſtare poſſe, adhæc extrema frigere, cum ſudore circa frontem, collum, thoracem, adſitque pulſus denſus, obſcurus, indicium certiſſimum erit cardiacam

B factam eſſe ab æruginoſa, & maligna materia.

Quando verò materia, à qua cardialgia proficiſcitur, frigida eſt, tunc ructus acidi fiunt, diſtenſio, ſingultus, nauſea, pituitoſaque vomitio, ſitis nulla adeſt, nullaque violenta inquietudo, idque confirmari licet à iuuantibus, & nocentibus, vt potè ſi à calidorum applicatione ægri iuuamentum recipiant, aut è con-

C tra nocumentum à frigidorum exhibitione, aut applicatione, certiſſimè affirmandum eſt materiam eſſe frigidam.

Atqui ſi ab humore melancholico aduſto fiat, tunc ructus ſunt admodum acidi, durities circa ſplenem percipitur, grauitaſque in ſiniſtro hypochondrio; ab ætate præterea, anni tempore, victuſque ratione ante acta confirmari poteſt id ipſum.

D Sunt, qui addunt poſſe huiuſmodi affectionem à flatulenta materia fieri, quã cognoſci poſſe ex frequenti ructu affirmant, & inteſtinorum murmure, ſonituſque in abdomine ſentitur, vt in tympanite. Sed huiuſmodi cardialgiam rarò obſeruamus, quæ ſi euenerit, fiet quidem in hydropicis tympanitem patientibus.

Tandem cauſæ primitiuæ ipſius car-

E dialgiæ ab ægrotante dicuntur, vt non ſit multum laborandum circa ipſarum examen; quando verò quis belioſi habitus nimium ieiunio ventre ſe exercuerit, facili negotio, vt obſeruabitis, in cardialgiam incidere poteſt.

DE FVTVRO EVENTV *Cardialgiæ*.

EVentus huius affectionis accipitur à morbi vehementia, à robore virium, à cauſa à ſymptomatibus, à iuuantibus, & nocentibus, à facili, aut difficili tolerantia. Eſt tamen vt plurimum ſalubris, quando ob nimium exercitium, vel ieiunium euenerit, quemadmodum iuuenibus euenire ſæpè obſeruamus; è contra verò ſemper mala, vbi ab humore bilioſo fiat, vel humore æruginoſo, & maligno, cui febris acuta adiuncta ſit. Præterea vbi eiuſmodi materia reperit ventriculi os languidum, & maximè ſenſibile, vel vt ſemper, vel vt plurimùm læthalis eſt cardialgia; quia in ſyncopem, & in mortem deſinit. Adeo enim praui, & erodentes ſunt humores quandoque, vt os ventriculi morſum ipſorum (quemadmodum inquit Alexander Trallianus) ſuſtinere nequeat.

Cardiaca affectio ortum ducens à vermibus, non minus ac ea, quæ ab æruginoſis humoribus euenit, læthalis ab omnibus cenſetur, quandoquidem Trallianus ſcribit has beſtiolas non ſecus repentinam mortem inferre, ac faciant praui humores; aliqui enim cum primùm mordentur hac in parte, ſtatim morte corruunt; adeo enim hic ventriculus ſenſitiuus eſt, vt læſus vehementer in conſortium trahat duo illa præcipua membra, cor videlicet, atque cerebrum.

Cardialgia mulieribus prægnantibus eueniens abortum, & præfocationem minatur.

Duo notatione digna ab Auicenna habentur, vnum eſt, quod quando cardialgia laboranti ſuper dextrum apparet quidpiam, quod veſiculæ aſſimilatur, patiens moritur infra xxxvij. dies, ſi præcipuè res dulces appetat. Secundum eſt, quod ſi puſtula nigra fabæ ſimilis in ſupercilio appareat, quæ deinde vlcus fiat perſeuerans ad ſeptimum vſque
A diem, & plus, mors prædicenda; quia tunc ſuperuenit caros propter ægritudinis frigiditatem, & malignitatem.

DE CVRATIONE CARDIALGIAE *per Victus rationem*.

IN curatione præſentis affectionis cauſam reſpicere oportet, quando præci-
B puè à cauſa interna, vt pote ab humore ortum duxerit, omnique ingenio curandum eſt, vt non amplius talis humor generetur in corpore, ille verò, qui iam genitus eſt, non amplius ferri poſſit in partem affectam, ac vbi iam prægreſſa eſt cauſa, tunc ad effectum tollendum deueniendum eſt.

In primo caſu vtimur omni medicinæ inſtrumento, & cùm à nobis dictum ſit cauſam eſſe calidam, nempè humores
C bilioſos acres, & mordaces, ſtatuenda præcipuè eſt victus ratio competens. Et quantum ad aëris qualitatem ſpectat, opus eſt, vt ille ſit frigidus, ac ſi à natura talis non habeatur, arte comparandus eſt (vt multoties à me intellextis) rebus ſcilicet, quæ refrigerandi facultate pollent, eaque per pauimentum cubiculi, maximè æſtiuo tempore, ſpargi debent, vt ſunt
D Vitis folia,
Arundinum,
Quercus,
Salicis, & huiuſmodi, de quibus ſæpè.

In alijs rebus moderatè ſe gerere debet æger, vt in affectibus animi omninò cauendum, ne in iram, aut mœrorem præcipitet, quia (vt ſupra à Galeno dictum fuit) mœror ſolus eſſe cauſa poteſt cardialgiæ. Aluus lubrica eſt
E ſeruanda, quæ niſi natura talis ſit, arte curandum eſt, vt mollis reddatur, clyſteribus nempè, aut ſuppoſitorijs.

Quo ad cibum, & potum attinet, aliàs ex Gal. oſtendi vobis eſſe eligendũ, qui ſit familiariſſimus ægrotanti, & in hoc caſu Celſus ſcribit hunc debere eſſe ex leuiſſima materia, & ſtomacho aptum, &

Trallianus lib. 7. cap. 10. ſcribit cibum exhibendum eſſe ſæpè in die, & nocte, vt nutrire valeat ſine ventriculi ægritudine. Verùm expedit, vt refrigerandi facultatem habeat, poſſitque partem laxatam confirmare; quare panis ex aqua frigida, aut ex vino albo, tenui, frigido, & diluto offerendus eſt, qui ſit ſine fermento; vſuſque lactis acidi probatur.

Inter carnes conueniunt pulli gallinacei, perdices, phaſiani, turdi, merulę, caro vitulina, quæ cum ſucco limoniorum, aut aurantiorum, vel omphacio cõdiantur, limoncelli etiam ſuccus valet, nec non & vinum, ſeu ſuccus ex granatis. Poſſunt etiam carnes prædictæ ebulliri cum acetoſa, endiuia, portulaca, & ſimilibus, quæ refrigerare aliquo modo poſſunt, & humorem calidum temperare, illiuſque acrimoniam remittere, & corroborare ventriculum.

Cæterùm ſunt quædam, quæ etſi non facilè coquantur, reſiſtunt tamen eroſioni acrium humorum, quemadmodum ſunt ventriculi anſerum, pedes, & vngues ſuillæ; ex volucribus macræ, ſeu graciles, & non fœtidæ in coctione ptiſanæ elixatæ, atque etiam per ſe frigidę exhibeantur, cum præcipuè ſenſus caloris ingens circa ſtomachum perſentitur, nulla tamen inflammatio adeſt.

Pro potu, aqua hordei, vel ſeminum coriandrorum præparatorum, aut cinnamomi decoctum, ſed quod in pauca ſit quantitate cum multa aqua. Vinum quoque tenue concedendum, ſi præcipuè ſuſpicio ſit, ne æger deficiat.

Celſus admonet, vt quando quis nequit cibum in ventriculo continere, accipiatur panis mica, & in vino auſtero tenui maceretur, hinc valdè exprimatur, & ex eodem vino ſingulis tribus, aut quatuor horis exhibeantur vnciæ tres, donec pulſus robuſtior fiat, & hæc eſt victus ratio competens cauſæ calidæ.

Si cardialgia ab humoribus frigidis, aut à flatulenta materia contigerit, tunc contraria victus ratione vtendum, quæ præcipuè facultate polleat attenuandi, incidendi, & flatus diſcutiendi, in reliquis tamen ſit boni ſucci, vt in ſanguinis naturam facilè conuerti poſſit, quem admodum in alijs affectibus ab huiuſmodi materijs prodeuntibus dictum à nobis fuit, quando ſermonem habuimus de victus ratione illis conuenienti, ac etiam dicemus fuſiùs infra capite de fame bouina.

DE CVRATIONE CARDIALGIAE per Pharmaciam.

SIcuti per Victus rationem inhibemus generationē humoris peccantis, ita per Pharmaciam, & Chirurgiam prohibemus, ne humor in corpore genitus feratur in partem affectam, quia per hæc inſtrumenta ipſum euacuamus.

In præſenti igitur propoſita affectione, humor bilioſus, vel prauus, & æruginoſus, qui malignus eſt, in ventriculi cauitate, aut eiuſdem membranis genitus, aut aliunde tranſmiſſus, indicat ſui ablationem per euacuationem, quę duobus modis fieri poteſt, per vomitum videlicet, & per ſeceſſum, & quamuis via, quæ per ſuperiores partes materiam euacuat, videatur difficilis, quia tamen magis propinqua eſt, ideo à principio morbi æſtiuo præſertim tempore eſt tentanda; melius enim eſt in æſtate per ſuperiora; in hyeme verò per inferiora euacuare.

Excitandus itaque eſt vomitus, ſi pręcipuè audiatis præceſſiſſe aliquam nauſeam; vomitorium autem fit ex aqua hordei tepida cum modico ſyrupi acetoſi ſimplicis, aut oxyſaccharæ, vel etiam ex poſca tepida; atqui ſi humores, qui in cauitate ſunt exeant, & illi, qui ſunt infixi in ore ſuperiori ventriculi, remaneant, opus tunc eſt ad medicamenta expurgantia deuenire, quæ poſſint ipſos euacuare, ac ſimul relinquant

aliquam

aliquam in ore ventriculi adſtrictionem, ex qua ipſe ventriculus robur accipere poſſit.

Ad hoc efficiendum placent medicamenta, quæ ſequuntur,

Sub forma potus,

℞. Tamarindorum vnc.ſſ.
Aquæ acetoſæ vnc.j.
Bulliant vnica bullitione, deinde colentur, colaturaque diſſolue
Mannæ Calabr. fortis vnc.iij.aut iiij.
Rhabarb. electi ſ.p. drachmam j.aut ſcrup.iiij.

Vel

℞. Foliorum lactucæ,
myrtillorum,
roſarum ana p. j.
Pulpæ tamarindorum,
Margarit. ana drach.ſſ.
Bulliant in ſ.q. aquæ
℞. Huius decocti vnc.iij. aut iiij. in quo infunde
Rhabarb. in talleolas diuiſi drach.j. & ſemis.
Coletur, & diſſolue
Mannæ fortis vnc.iiij.
Electuarij roſati Meſue drach. ij.
Miſce, & fiat p.b.

Hiſce medicamentis ſatiſfacietis vtrique indicationi, nempè illi, quæ à morbo, & à cauſa; & illi, quæ à natura ventriculi accipitur.

Cómendatur etiam ſyrupus roſatus ex infuſionibus roſarum factus cum rhabarbaro, aut cum decoctione myrobalanorum trium diſſolutus, & alia quæ vim euacuandi ſimilem habent, vt

℞. Syr.roſ.ex infuſ. vnc.vj.
Rhab. infuſi in decoctione tamarindorum, & expreſſi drach.ij.ſ.p.b.

Sub forma boli.

℞. Floris caſſiæ,
Diacatholici ana drach. vj.
Elect. roſati drach. ij.

A Cum ſaccharo, quantum ſufficit, fiat bolus.

Poſt purgationem Auicennas lib. 3. fen 13.tract.2.cap. 3. iubet, vt accipiatur ſyrupus acetoſus ſimplex cum aceto, in quo infuſum, ac diù maceratum, ſit abſynthium,& meritò quidem huiuſmodi medicamentum propoſitum videtur, quia cum reſidui aliquid humoris biliosi in ventriculo remanſerit, pote-

B rit ab abſynthio euacuari, quod etiam ſtipticitate ventriculum corroborabit, Quo circa in hoc caſu non eſſet ab re ſyrupum de abſynthio cum ſyrupo acetoſo admiſcere, vel etiam offerre ſyrupum de cichorio cum rhabarbaro in modica quantitate; nam ſimul corroborare valent ventriculum, & bilioſum humorem euacuare.

Annotatione dignum eſt, & à præ-

C ſtantioribus practicantibus obſeruatur, quod aliquando in inteſtino colo, aut in recto aliquid continetur, quod inhibet per inferiora expurgationem, ideò qui cautè procedere cupit, opus eſt, vt primùm clyſterem iniiciat ex vino, oleo,& melle æquis ſumptis portionibus.

Expurgato corpore inſurgit indicatio corroborandi ventriculum internis, & externis præſidijs. Quæ intus aſſu-

D muntur, ſunt oxyſacchara, ſyrupus de acetoſitate citri, ſyrupus violaceus, & ille præcipuè ex granatorum ſucco factus.

Poſſumus etiam parare id genus medicamenti.

℞. Aciditatis citri vnc.j.
Conſeruæ roſarum vnc. iij.
Coralliorum rubeorum,
Santalorum,
Margar.lucidarum ana drach.ſſ.

E Cum ſyrupo de ribe fiat electuarium molle,cui addantur fol.auri num.iiij. Doſis ſit ad vnc. ſſ. deinde modicum vini granatorum aqua lymphatum, aut vinum auſterum ſuperbibat æger.

Præſtantiſſimum remedium eſt in vrgenti dolore hoc, quod ſequitur.

℞. Phi-

BIBL. CYPR. NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

℞. Philonij Romani drach. j.
Syrupi violati vnc. j.m.
Vel
℞. Requiei Nicol. drach. j.
Syr. de papauere, & de violis ana vnc. ſemis m. pro vno hauſtu: deinde, fac vt ſuperbibat ſeri deſtillati vnc. vj.

Extra verò folia myrti, vel etiam rubi, ſimul cum pane trito polentæ in modum, ventriculo adaptari poſſunt, hoc modo.

℞. Fol. myrti,
rubi ana m. j.
Decoquantur in aqua plantaginis ad vnc. vj.
Colentur, addendo panis triti ad lib. ſemis cum oleo myrti fiat empl.

Vel emplaſtrū factum ex hordei farina.
Succo foliorum vitis,
& granatorum.

Poteſt fieri etiam emplaſtrum ex malis cotoneis coctis cum ſucco plantaginis, vt

℞. Mali cotonei num. j. cocti in ſucco plantaginis ad lib. ſſ.

Placeret etiam emplaſtrum ex cruſta panis aduſta, vt

℞. Panis cruſtæ in vino granatorum immerſæ vnc. vj.
Pul. roſarum,
myrtillorum,
ſantal. ana drach. ij.
Et cum modico olei de abſynthio fiat emplaſtrum.
Vel
℞. Olei roſ.
myrtini ana vnc. j.
Pul. roſarum,
balauſtiorum,
marg. præp.
myrobal. citr. ana ſcrup. j.
Cum modico ceræ fiat linim.

Hæc autem, & ſimilia extra ad ventriculi regionem applicanda ſunt in cardialgia à calidis producta humoribus.

Iam verò ad cardialgiam accedo, quæ fit à frigidis humoribus, & à flatu craſſo, in qua etiam omni ingenio curan-

A dum eſt, ne amplius generetur eiuſmodi materia, & illa, quæ iam genita eſt, euacuetur. Primæ indicationi ſatisfaciendum eſt per victus rationem contrariam immediatè præcędenti, omneſque res nō naturales, vt decet, inſtituendę ſunt, nec negligenda ex his euacuatio eorum quæ immodicè retinentur, quam etiam primò per clyſterem tentabimus, hoc modo.

B ℞. Foliorum althææ,
Mercurialis,
Bliti ana m. ſſ.
Rad. enulæ campanæ vnc. j.
Serpylli,
Gentianæ ana drach. ij.
Fol. maioranæ,
Saluiæ ana m. ſſ.
Sem. carthami,
aniſorum ana vnc. ſſ.

C Bulliant S.A. in ſ.q. aquæ fontanæ, colentur, &

℞. Huius decocti lib. j.
Mellis roſati colati vnc. iij.
Olei camomæli,
de abſynthio ana vnc. j. & ſſ.
Diaphœnici,
Elect. Indi maior. ana vnc. j.
Fiat clyſter.

D Materia deinde, ſaltem in cauitate ventriculi exiſtens, extra ducatur, vel per vomitum, aut per ſeceſſum. Vomitorium eſto

℞. Aquæ geniſtæ vnc. iiij. & aliquando vſque ad libram, oxymellis ſimplicis vnc. ij.
Vel
℞. Raphani num. j. aut ij. quibus infigantur ellebori fruſtula complura, deinde bulliant in aqua, quouſque raphani fuerint cocti, exprimantur, &

E ℞. Huius decocti vnc. vj.
Oxymellis ſimpl. vnc. ij. offeratur tepidum, per horam ab aſſumpto alimento.

Rondeletius admonet, quod ſi adſit crudorum humorum copia excitans facultatem expultricem, tunc opus eſt, vt

primum

primum exhibeamus cibum præditum facultate atrenuandi, atque incidendi, cui hic puluis aſpergi poteſt.

℞.Nucis moſchatæ,
Zedoariæ,
Galangæ,
Cubebarum ana drach. j.
Maſtiches,
Lignialoes,
Serpylli ana ſcrup. j.
Sacchari albi optimi vnc. j.

Deinde prouocare oportet vomitum, ad quod faciendum proponit multam quantitatem cremoris ptiſanæ cum oxymelite. Verùm ſi non euacuatur materia per vomitum, tunc omnes authores dicunt opus eſſe vti quibuſdam alterantibus, & materiam præparantibus, dein de ad purgans medicamentum properandum eſſe.

Sed quando dolor admodum grauis eſt, nec dat medico tempus, vt materia præparari poſſit, non eſt inconueniens medicamentum propinare, quod craſſam, & pituitoſam materiam expellat, quia (vt aliàs vobis dixi) quamuis materia craſſa ſit, viæ admodum ſunt amplæ, per quas educitur, at vbi iam morbus dat inducias, melius eſt incidentibus medicamentis materiam præparare, & poſtea educere. Syrupi præparantes ſunt

Oxymel ſimplex,
Oxymel compoſitum,
Mel roſatum colatum,
Syrupus byzantinus,
Syrupus de quinque radicibus,
Oxymel ſquilliticum.

Quæ abſque aquis, aut cum decocto.
Saluiæ,
Mentæ,
Fœniculi,
Semin. aniſorum,

Maioranæ exhiberi debent, ſub iulapij forma ad vnc. ij. aut iij. pro humoris varia natura, & quantitate.

Medicamenta autem ſoluentia ſunt
Diaturbith,

A Syrupus Auguſtini Sueſſ.
Elect. diaphœnici,
Elect. Indum maius,
Hiera Logadionis,

Hermetis, & huiuſmodi, quæ facultatem habent educendi craſſos humores è corpore, vt

℞.Mentæ,
Maioranæ,
Stœchados ana p. j.
B Seminum aniſorum,
Fœniculi ana drach. j.
Fiat decoctio S. A. deinde
℞. Huius decocti vnc. iiij. in quo diſſolue
Mell. roſ. ſol. vnc. iiij.
Syrupi Magiſtri Auguſtini vnc. ij.
Miſce, & fiat p. b.

Vel

℞. Syr. Magiſtri Auguſtini vnc. v.
C Electuarij indi maioris,
Diaphœnici ana drach. ij.
Cum aqua lupulorum q. ſ. fiat p. b.
Vel ſub forma boli.

℞.Diaturbith,
Diaphœnici,
Elect. indi maioris ana vnc. ß. cum ſaccharo fiat bolus.

Vel

℞.Diacatholici drach. x.
Hieræ logadij vnc. ß.
D Cum ſaccharo fiat bolus.

Facta euacuatione quædam alia medicamenta conueniunt ad corroborandum ventriculum, & materiam incidendam. Inter alia commendatur ſerpylli decoctum, ſuccus gentianæ ad ſpiſſitudinem coctus, & in vino calido potatus, vt

℞.Serpylli decocti vnc. iiij.

Vel

E ℞.Succi gentianæ decocti ad ſpiſſitudinem vnc. ij.
Vini albi adſtringentis vnc. iiij.
Miſce lambendo deorſum deſcendat.

Valet etiam huiuſmodi puluis cum iure pulli aſſumptus.

℞. Zedoariæ,

Galangæ

Galangæ ana ſcrup. j.
Croci ſcrup. ſſ.
Fiat puluis ſubtiliſſimus.

In hoc caſu laudatur etiam dia trium piperon, & quæcunque poſſunt non ſolum materiam illam craſſam attenuare, ſed & flatum diſcutere. Inter alia proponitur ab Auicenna radix ariſtolochiæ longæ, cuius aureus, aut drachma vna cum tribus vncijs vini generoſi purgat pituitam, flatumque diſcutit. Caſtoreum quoque idem Auicennas probat, ſed cum aceto temperatum, vt inde nimia ipſius caliditas remittatur. Sequens præterea electuarium in hoc caſu probatur.

℞. Nucis moſchatæ,
Seminis apij,
Rubeæ ſiccæ,
Zedoariæ,
Cardamomi,
Caryophyllorum,
Galangæ,
Maſtiches,
Xiloaloes,
Nardi,
Piperis albi ana drach. j.

Cum melle quantum ſufficit, fiat electuarium, cuius doſis eſſe poteſt à drach. vna ad tres vſque.

Vinum quoque in modica quantitate potatum medicamenti loco ſummè probatur; alliorum quoque comeſtio. Vbi dolor ex flatu factus ſit, qui exire nequeat, tunc grana lauri, & cuminum aſſatum ex conſilio Auicennæ ſunt optimum medicamentum ad drachmam vnam cum vino generoſo.

Exterius applicata cucurbita tanquam præſentaneum remedium ab Auicenna probatur, ad regionem nempè vmbilici tempore acceſſionis.

Sunt etiam generoſa remedia inunctiones, ex oleo, in quo caſtoreum ebullierit, aut fuerit diſſolutum. Eandem intentionem habet lana ſuccida in vino rubro, adipe anſeris, & oleo calidis infuſa, & expreſſa: vt

A ℞. Adipis anſeris vnc. iiij.
Olei laurini vnc. ſſ.
Olei camomæli vnc. iij.
Vini nigri auſteri lib. ſſ.
Lanæ ſuccidæ vnc. iiij.
Infunde lanam in prædictis rebus calidis, & eſt medicamentum egregium pro ventriculo.

Emplaſtrum etiam ex acoro, nitro, B caricis, & abſynthio factum in hoc caſu præſtantiſſimum eſt præſidium, vt

℞. Caricarum num. xx.
Bulliant ad perfectam coctionem; deinde conterantur in mortario, & adde
Abſynthij ſubt. pulverizati vnc. ſſ.
Acori,
Nitri ana drach. j. & ſſ.
Cum oleo de abſynthio fiat emplaſtrum.

C Si cardialgia ab humore melancholico fiat, tunc opus eſt humorem alterare, quemadmodum dictum fuit, vbi adeſt humor pituitoſus, nempe ſi dolor vehemens eſt, ad purgans medicamentum properare poſſumus. Verùm ſi dolor dat inducias, melius erit vti incidentibus, quemadmodum eſt ſyrupus
De lupulis,
De fumoterræ,
D De pomis ana vnc. j.
Decoctionis fumariæ,
Lupulorum,
Epithymi,
Polypodij vnc. iiij.
Fiat ſyrupus, quo alterata materia ad medicamentum expurgans deueniendum eſt, cuiuſmodi ſunt.
Syrupus de polypodio M. Auguſtini,
Diaſena lenitiuum,
E Confect. hamech,
Confectio eleſcoph, &
Diaphenicon,
Quibus poteſtis cum decoctione
Lupulorum,
Boraginis,
Bugloſſi,
Paſſularum,
Thymi,

Epithy-

Epithymi,
Glycyrrhizæ,
Parare medicamentum ſub forma potus, vel exhibere poteſtis.
Pilulas de lapide lazuli,
de lapide armenio cum hiera,
Et ſimilia medicamenta, quæ valeant materiam melancholicam extra corpus educere.

Cardialgia, quæ euenit in aſſumendo cibo, aut poſt ipſius aſſumptionem, quaſi eadem curatur ratione, vomitu quidem primò, hinc purgatione ex hiera cum rhabarbaro, aut cum paſtillis ſtellę, quæ ſatis conferunt.

Quando fit huiuſmodi cardialgia ab humore pituitoſo, probatur ab Auicenna mel ante cibi exhibitionem, quia vim calefaciendi habet, atque humorem attenuandi, & quod negligendum non eſt, valet præterea ad cibi retentionem.

Sed propono vobis Azarauij remedium, quod optimum videtur.
℞.Maſtiches g. v.
Mellis cochlearia ij.
Vitelli oui recentis num.j.
Ponantur omnia in oui putamine, atque bulliant ſimul, exhibeaturque per tres vices ægrotanti.

Parari hoc idem medicamentum poteſt hac ratione.
℞. Maſtiches g.x.
Rhodomel. ſaccharini vnc.iij.
Vitelli vnius oui, aut ij. ponantur in vaſe terreo nouo, bulliantque ſimul vnica ebullitione, & diuidantur in tres partes pro tribus vicibus de mane ante prandium per horas duas.

Cæterùm cardialgia, quæ à vermibus euenit, amaris medicamentis per os ſumptis, extra corpus pelluntur debellanda quidē eſt, quod ſuo loco tradetur. Quando verò cardialgia ab aſſumpto alimento enaſcitur, curandum eſt, vt ipſum euomant ægrotantes; at ſi poſt longum temporis ſpatium ab aſſumpto alimento eueniat, iuuantur præſidijs prædictis, nem-

A pe in cauſa frigida, & materia craſſa, vinogeneroſo epoto, & medicamentis extra adhibitis, quæ vim calefaciendi, & corroborandi habeant.
Aſſumptio theriacæ,
Mithridaticæ confectionis, &
Diatrion pipereon poſt vomitum iuuat.

Sunt, qui probant ante cibi aſſumptio-
B nem tale medicamenti genus.
℞.Caryophyllorum,
Ligni aloes ana drach. ſſ.
Sacchari albi vnc. ij.
Succi mentæ,
Abſynthij exiccatorum ana dr.ij.
Fiat puluis, qui aſpergatur ſuper ouum, illudque æger veſperi ſorbeat.

Accidit quandoque, vt maxima cum difficultate ſanetur cardialgia, atque
C ita diutiùs duret, & tunc oportet, vt præmittantur vniuerſalia, poſt quæ probatur ſuccus pentaphylli ex vino bibitus.

Item zedoaria maſticata ieiuno ventriculo.

Probatur, & puluis factus ex interna membrana ventriculi gallinæ, qui miſceatur cum puluere coralliorum.

Medicamenta localia applicata ventriculo in huiuſmodi antiquata cardial-
D gia ex communi medicorum practicantium conſenſu probantur, quæ omnia, vbi decenter adminiſtrata fuerint, neque ægri ad ſanitatem perducantur, tunc nonnulli refugiunt ad actualia cauteria ferro candenti facta, triaque infligunt, vnum ad mucronatam cartilaginem; alia duo ad latera verſus hypochondria, curantque hæc aperta diù permanere.

E Quod verò ſpectat ad chirurgiam vniuerſalem, ſtatuendum eſt illud idem, quod de alijs affectibus determinari ſolet, nempè quod quando opus eſt ſanguinis miſſione, & vires valeant, mittatur ſanguis modò euacuandi, modò etiam reuellendi cauſa.

Et hæc ſint ſatis circa cardialgiæ curationem.

D DE

DE INAPPETENTIA, ET CIBI FASTIDIO.

CAPVT TERTIVM.

OS ſuperius ventriculi proponitur nunc conſiderandum, quatenus læditur, vt eſt inſtrumentum ſenſorij indigentiæ, quo modo acceptum plures ſubit affectiones; inter quas primùm occurrit appetitus, ſeu famis læſio, quæ pro varia ipſius natura varium etiam nomen ſortitur, de quibus antequam tractemus, opus eſt nonnulla de appetitu ſupponere.

Et primò ſciendum eſt, quod appetitus, vt ſupra etiam diximus, duplex eſt, naturalis videlicet, & animalis. Naturalis nihil aliud eſt, niſi deſiderium, aut inclinatio quædam naturalis ad reſtaurandum id, quod inanitum eſt, quæ inclinatio ineſt etiam plantis, & ſtatim ſequitur primum motum, nempè euacuationem; de hoc appetitu nulla eſt apud medicos conſideratio.

Hi enim ſolum conſiderant ſymptomata, quæ circa appetitum animalem verſantur, qui eſt poſtremus ex prædictis ſymptomatibus à nobis ex Galeno recenſitis; ſolo enim ventriculi ori ſuperiori, inter alias noſtri corporis partes datum eſt iſtud priuilegium, vt percipiat indigentiam ipſius ventriculi, hoc eſt, quando eſt inanitus; cùm ſit veluti penu quoddam animalis, in quo alimentum continetur pro totius corporis nutritione.

Modus autem, quo ventriculus euacuatur eſt huiuſmodi: partes ſolidæ, quæ ſunt ad habitum corporis, primò inaniuntur à cauſis non naturalibus, aere nempè, & alijs, quæ euacuatæ à venis per ipſas diſperſis, ac diſtributis trahunt quantum poſſunt à venis maioribus, hæ verò à vena caua, illa à iecore, iecur à

A vena portæ, hæc à ſuis ramis, qui per inteſtina, meſenterium, & ventriculum ſparſi ſunt, hi verò, vbi ſunt inaniti, ſe conuertunt ad ventriculum ipſius cauitatem euacuantes, nec non & propriam ſubſtantiam, qui poſtea ab huiuſmodi ſuctu laceſſitus, & quaſi conuulſus ſe conuertit ad alimentum exterius quærendum, tamquam ad huius læſionis medelam, ex Gal. lib. 3. de natur. facult.
B cap. 13.

Hac ratione fit ille appetitus, qui fames propriè dicitur, ſeu appetitus animalis, eò quòd eſt proprius, & peculiaris animalium, in quo partes inanitæ ſentiunt euacuationem, quòd in naturali minimè contingere poteſt. Hæc eadem animalis appetentia ſola, & maximè conſeruatur in ventriculo, qui exteriora alimenta auidiſſimè expetit, vt ſibi, ac a-
C lijs partibus prouidere poſſit, vt ſupra audiuiſtis.

Stante hac oris ſuperioris aptitudine, & diſpoſitione naturali à facultate animali prodeunte animalia probè conſeruantur. Verùm ea poteſt tribus modis lædi, quemadmodum, & reliquæ corporis actiones, nempè abolitè, deprauatè, & diminutè: ſed quoniam è corpore noſtro non modò humidi, & frigidi fit con-
D ſumptio, ſed etiam calidi, & ſicci, vt dictum eſt, oportet, vt rei vtriuſque fiat reſtauratio, propterea à natura orificio ventriculi data eſt duplex appetentia, quarum ea, quæ calidi, & ſicci eſt, fames, quæ verò frigidi, & humidi, ſitis non modo à medicis, ſed ab antiquis philoſophis appellata fuit, vt ex 2. de anima tex. 28. ab Ariſtotile eſt ſcriptum.

E Vtriuſque igitur functionis ſymptomata à nobis tractanda proponuntur,

exorſi ab ipſa fame, quæ ſanè tunc dicitur abolita, quando nulla eſt ciborum appetentia, quamuis homines diù ab (A) ipſis cibis ſe abſtinuerint, & quando omne cibi genus, quamuis eleganter paratum ſit, abhorreant, hancque affectionem antiquiores Græci nomine proprio donarunt, quemadmodum apud Galenum eſt videre 6. aphor. com. 3. nempè ἀνορεξίαν, καὶ ἀσιτίαν καὶ ἀποσιτίαν; (B) hominesque hac affectione correptos vocarunt ἀνορέκτους, καὶ ἀσίτους, καὶ ἀποσίτους.

Apud eundem Galenum lib. 1. in primum epidem. com. 29. videbitis Græcos propriè magis appellaſſe ἀσίτους, eos qui fame dumtaxat, & appetitu priuantur: ἀποσίτους, qui cibum faſtidiunt: ἀνορέκτους, verò eos, qui præter hæc omnia ſubuerſionem ventriculi, & quaſi ad vomitum propenſionem percipiunt.

(C) Deinde fames diminuta eſt, quando homines minorem copiam alimenti requirunt, quàm pro ſubſtinendo corpore ſecundùm naturam opus ſit, & longo temporis ſpatio poſt alimentum aſſumptum, vix alimentum aliud capiunt.

Eſt denique deprauata, quando fames ordinem, & limites naturæ excedit, vt Galenus eſt author lib. 1. de cauſis ſymptomatum cap. 7. quod duobus modis contingere ſolet, vel reſpectu quantitatis, aut ſpeciei, ſeu qualitatis; primò (D) modo adeo immoderata appetentia redditur, vt homines nunquam ſatiari poſſint; & quamuis ingentem alimentorum copiam aſſumpſerint, aſſiduè tamen nouos cibos deſiderent, ac conquerantur, quod fame conficiantur.

Atque hæc contingit, vel quia cibi, quos auiditate, & in tanta copia homines deuorarunt, non poſsint à ventriculo contineri, (E) vnde coguntur canum in modum eos euomere, quo nomine fames canina appellata eſt: vel illam quidam ciborum aſſumptionem ſequitur animæ exolutio, cum virium imbecillitate quadam, & huiuſmodi vocatur fames bouina, à Græcis βουλιμὸς dicta.

Secundo modo eſt, quando homines ea appetunt, quæ naturæ noſtræ ſunt (A) prorſus contraria, & aliena, vt ſunt acerba, auſtera, amara, & acria, ex quibus non poteſt fieri bonus chylus; vel carbones, tegulæ, lateres, lapides, calx, terra, cera, corium, culices, cimices, & alia huius generis ad corpus noſtrum alendũ prorſus inepta. In hoc affectionis genus (B) homines nunquam, aut rarò; mulieres verò, & maximè vtero gerentes ſæpiſsimè incurrunt. Hunc affectum Galenus libro de cauſis ſymptomatum cap. præcitato appellauit μαλακίαν, καὶ κίτταν, & hæc ſunt, quæ à nobis prænotanda erant.

DE NATVRA INAPPETENTIÆ, cibi faſtidij, huiuſce auerſionis.

(C) AVdiuiſtis ſuprà ἀσίτους eos eſſe, qui appetitu ſunt deſtituti: ἀποσίτους eos, qui cibum faſtidiunt: ἀνορεκτικοὺς verò qui ſubuerſum habent ventriculum, ad nauſeamque ſunt ſemper propenſi. Hæ affectiones inter ſe ſecundùm magis & minus differunt; nam vnius, eiuſdemque partis, & facultatis ſunt ſymptomata, quæ etiam ab iiſdem cauſis ortum ducunt. Nos propterea in præſenti has (D) omnes ſub vno capite ampleẽtimur, dicimuſque nihil aliud eſſe quàm ſymptoma quoddam in genere appetitus diminuti, aut aboliti, quæ affectio vnico vocabulo Latino inappetentia, aut cibi faſtidium, vel etiam eiuſdem auerſio dicitur. Aduertendum tamen eſt, quod inappetentia, & delectio appetitus in hoc differũt, nam inappetentia eſt functio ablata; deiectio verò diminuta. Deinde in inap(E)petentia homines non mouentur ad cibum; imo aliquando ipſum faſtidiunt, aliquando habent ſubuerſionem; at in deiectione mouentur ad cibum, neque prorſus abhorrent alimentum.

DE CAVSIS INAPPETENTIAE.

Hic opus eſt inquirere morbos, à quibus prouenit huiuſmodi ſymptoma, nec non ſuas cauſas. Morbi alij ſunt in intemperie calida, alij in frigida, alij in mala compoſitione, nempe in obſtructione, vel totius habitus corporis, vndè ſequitur caloris veluti ſuffocatio; nam omnes cutis pori obſtruuntur, & non fit reſolutio: vel nerui delati ad os ſuperius ventriculi obſtructi ſunt, ita vt non ferant ſenſum ad ipſum ventriculi os.

Cauſæ huius affectionis ad tria capita reuocantur, vt à Galeno accepimus libro 1. de cauſis ſymptomatum cap. 7. nempè ad ſenſum ſuctus amiſſum, ad languiditatem ipſius ſuctus, & ad corpus, quod non euacuatur; nam cum dictum ſit opus eſſe ad appetitum faciendum ſuctum venarũ, & quod ventriculus percipiat huiuſmodi ſuctum, & quod ante omnia corpus euacuetur, niſi euacuabitur corpus ab aere nos ambiente, venæ non euacuabuntur, at vbi non euacuantur, non poſſunt exugere alimentum, & ſi cibi non exuguntur, non poteſt à ventriculo percipi ſuctus, quamuis fieri poſſit, vt ſugentibus venis, ventriculi os minimè ſentiat, vbi igitur vna ex prædictis actionibus labefactatur, neceſſarium quoque eſt ipſam appetentiam labefactari.

Verùm ablata venarum ſuctione vix fieri poteſt, vt animal viuat; nam ita comparatum eſt à natura, vt quandiu animal viuit, tamdiu calor naturalis ſolidarum partium depaſcatur humorem, atque abſumat, & quamuis id fiat ſecundùm magis, & minùs pro languiditate, & robore caloris innati, fieri tamen non poteſt, vt à viuentibus natiui humoris omninò ſeparetur conſumptio, & per conſequens venarum ſuctus; quod Galenus ſentire viſus eſt lib. 1. de tuenda valetudine cap. 2. vnde etiam eſt, quod appetitus, & deſiderium animale vix aboleri ex toto poteſt.

Sed ſi concedatur deſiderium abolitum eſſe, neceſſarium quoque erit, & abſumptionem totalem humidi concedere; vbi verò iam diminuatur, ita vt languida ſit appetentia, fiet quidem ab his, quæ diximus, non ex toto deperditis, ſed, vt ait Galenus, propè vt pereant. At quemadmodum difficilè ſuccedere poteſt, vt non fiat humoris reſolutio aliqua; ità è contra facilè contingit proſtratio attractionis, & ſuctionis venarum; nec non & ſenſus ſuctionis deperditio, quæ ſunt immediatæ, & proximæ cauſæ vitiati appetitus.

Inquirendæ modò ſunt cauſæ impedientes venarum attractionem, quam ſuctus ſequitur, inter quas prima eſt caloris naturalis languiditas; nam cùm omnes partes operentur per calidum innatum, vt aliàs oſtendi, vbi id langueat, & operationes languidas eſſe oportet. Poteſt autem calor languidus fieri multis de cauſis, vt potè inedia, labore nimio, vigilijs ſuperfluis, inmoderata venere, & tandem ſuperflua euacuatione, ſiue fiat per ſeceſſum, vomitum, vrinam, & ſudorem, ſiue per ſanguinis miſſionem; vel etiam per cutis tranſpirationem; nam tanta raritas in cutis perſpiraculis quandoque inducitur, vt fiat ſpirituum, & caloris ingens reſolutio, quibus nominibus contingit attractionem venarum labefactari, ſed vt dictum eſt, ſecundum magis, & minus.

Cæterùm idem calor naturalis veluti ſuffocatur, quando non fit recta, & decens per cutem perſpiratio, vt oſtendimus, quando de cauſis febrium agebamus; namque prohibita tranſpiratio cauſa eſt acceſſionis calidi externi, & conſumptionis interni; non tranſpirat autem calor, vbi venæ omnes ſunt obſtructæ, atque pori cutis, quemadmodum contingit, quando in corpore, (præſertim ad corporis habitum) adſunt humores craſſi, ac lenti poros cutis obſtruentes.

Duplici igitur modo venarum impe-

ditur

dicur attractio, tum quia à calore extraneo conſumitur calidum venarum naturale, tum quia ab humoribus, qui diſtribui nequeunt, valde repletæ manent. Succedit, quod adeo aliquando iecur debilitatur, vt nequeat attrahere à venis meſeraicis. Sed huiuſmodi cauſa refertur ad caloris languiditatem, ſiue modò langueat tanquam reſolutus, aut tanquam ſuffocatus: & iſtæ ſunt cauſæ vitiati appetitus ratione venarum exugentium, à quibus virtus earum naturalis attractiua eſt viriata.

Videamus modò, quæ ſint cauſæ impedientes ſenſum ipſius ſuctus. In hoc diſcurſu de cauſis huius ſymptomatis opus eſt, vt duo conſideretis; primum ſubiectum, quod ſenſum recipit, & quodammodo ſuctum dijudicat, quod eſt os ventriculi ſuperius, & pars eiuſdem eſſentialis; alterum eſt neruus ad ipſum ferens virtutem ſenſitiuam à cerebro, quorum vtrumque læſionem accipere poteſt, ex quibus læſionibus ſuccedit inappetentia.

Cum igitur os ventriculi temperiem ſeruat naturalem, & nerui non labefactantur, tunc ſemper appetitus ſecundùm naturam ſe habet; vbi è contrà intemperatur, virtutem propriam amittit. Intemperatur autem pluribus modis, vel ob intemperiem calidam ſine materia, aut cum materia, vel ob frigiditatem. Calida intemperies ſimplex ventriculi, atque oris ſui ſuperioris relaxat, ac diſſoluit, relaxandoque prohibet, ne ſuctus animaduerti poſſit.

Materia quoque eſſe poteſt cauſa efficiens, quæ nihil aliud eſt, quàm vitioſus ſuccus in ventriculo redundans à vitioſa intemperie ventriculi enatus, & ad orificium ſuperius delatus, atque imbibitus, quamuis ex prauis edulijs, tanquã ex materia contrahatur, ex intemperie verò tanquam ex forma, plurumque tamen ijdem praui humores aliunde ad ipſum ventriculum deferuntur, vt puta à cerebro deſtillationi obnoxio, quod nõ

A raro tabidi experiuntur, (vt Hippocrates lib. 1, in primum epid. 29. & Galenus lib. 3. 3. epid. com. 13. & 14. admonuerunt) ſæpè à iecinore, à veſica fellis, & præſertim ab vtero mulieris hyſtericæ ſuppreſſione menſium patientis, necnon prægnantis.

Debetis etiam adnotare, quod ab authoribus cauſa appetitus naturalis adſcribitur melancholico humori ad ventriculum delato, qui ſi quauis ratione

B impediatur, ne in ipſum ventriculum perueniat inappetentiæ cauſæ recenſetur. Verùm pro hac re intelligenda vos admonitos volo ferè omnes Authores ſcripſiſſe à liene vaſculum quoddam ferri ad os ſuperius ventriculi, per quod, poſt quam in liene facta eſt humoris melancholici alteratio, ac ipſe lien eodem

C humore, pro vt ſatis eſt, nutritus fuerit, reliquum tranſmittit ad os ſuperius ventriculi, quo nomine excitatur appetitus.

Huiuſmodi opinio fundamentum deſumpſit ab Auicenna lib. 3. fen 17. tract. 1. cap. 2. quam confirmarunt non modò Arabes omnes, ſed quod magis eſt, alij, qui ſe Galenicos eſſe profitentur, ac ſi Galeni dogma recepiſſent, quod deinde

D tueri inprudenter admodum non erubuerunt. Sed eos quam maximè deceptos fuiſſe aliàs fuſiùs oſtendi, & nunc breuiter dico ex Anatome huiuſmodi canaliculum minimè reperiri, vt affirmant celebriores Anatomici, & præſertim Veſalius cap. 9. lib. 5. de fabrica humana.

Quare illis, qui opinionem hanc tractarunt ad pauca reſpicientes, ſatis fuit habere Auicennam pro authore, qui

E nunquam Anatomen vidit. At quidem longè magis cæcutierunt ij, qui hanc opinionem Galeno adſcripſerunt, eò quod is reddens rationem, cur fit, quod natura deponat bilioſum humorem in duodenum inteſtinum, non autem in ventriculum, è contrà verò deponat melancholicum humorem in ventriculum, dicebat hoc euenire propter

diuerſam

diuerſam humorum naturam; nam bilioſus humor natus eſt ſubuertere ſtomachum, cùm acris, & mordax ſit, quem ſi ad ventriculum depoſuiſſet natura, ventriculus coactus fuiſſet expellere, vel per ſuperiora, aut inferiora, vnde non potuiſſet fieri concoctio, neque per conſequens nutritio.

At verò cùm humor melancholicus acerba, & acida qualitate ſit præditus, ventriculum contrahere, & conſtringere aptus eſt, ideoque natura ipſum effundit in ventriculum, vt inde is contractus, & conſtrictus poſſit diù retinere cibum, & per conſequens concoquere.

Quare ex Galeni ſententia non habetur, quod huiuſmodi humor per vaſculum transferatur ad os ſuperius ventriculi, nec quod acerba ſua qualitate os ſuperius refrigeret, & appetitum excitet. Verum nihilominus eſt, quod quando ventriculus contrahitur, appetitus ſit melior, quia à fibris rectis ſit attractio alimenti, vbi verò huiuſmodi humore inanitur ventriculus, relaxatur, ac inde augetur inappetentia.

Audiuiſtis igitur cauſam inappetentiæ eſſe intemperiem calidam tam ſimplicem, quàm eam, quæ eſt cum materia. Cæterùm frigiditas eſſe etiam poteſt cauſa inappetentiæ, vt Galeno placuit, lib. 2. aph. cap. 22. ſed dicetis hoc videri paradoxum, inappetentię ſcilicet cauſam eſſe frigiditatem, quod ſanè omnes authores acceperunt. Frigiditas enim dupliciter conſideratur, vt extrema eſt, vel vt eſt moderata. Si primo modo conſideretur, tunc functionibus vitæ opponitur, & non modò torporem, ſed veluti ſtuporem facit, & hæc illa eſt intemperies, quæ & cum humore frigido, & abſque humore corrumpit appetitum, quia calorem naturalem omninò extinguit. Hippocrates 1. epid. vbi loquitur de illis, qui maligna febre laborabant ſine ſiti, quia ob frigiditatem extinctus erat calor, qui ſenſus eſt cauſa, nomine frigiditatis hanc immoderatam

A intemperiem frigidam ſignificat, de qua etiam prædicto loco Galenus loquitur.

Si ſecundo modo conſideretur, nempè, vt eſt moderata, tunc appetitum facit, quare nulla eſt controuerſia in Galeni doctrina, & iſtæ ſunt omnes cauſæ inappetentiæ deſumptæ ab ore ventriculi.

Cauſę autem ex parte neruorum ſunt B quæcumque poſſunt prohibere, ne ad orificium per neruos feratur virtus ſenſitiua, vt eſt paralyſis, vel exiccatio, aut obſtructio facta in neruis, vt contingit in læthargo, catalepſi, & eiuſmodi capitis affectibus.

Succedit, quod delirium inappetentiæ cauſa eſſe poſſit; videmus enim aliquando phræneticos, maniacos, & melancholicos ad tantum cibi faſtidium C deuenire, vt niſi cogantur aſſumere alimentum, ſæpè fame pereant. Huiuſmodi igitur cauſæ quemadmodum vbi intenſiſſimæ ſunt, inappetentiam faciunt; ita vbi non tam intenſæ exiſtunt, diminutam producunt, & veluti appetitum languidum reddunt.

In præſenti non loquimur de illa inappetentia, quæ à rebus exterioribus naſcitur, nempè, vel à mala qualitate eD duliorum, aut à prauo condiendi modo ſed de illa, quæ à cauſa interna euenit.

DE SIGNIS INAPPETENTIÆ.

DVo ſunt à medico, qui curationem inſtituere debet, dignoſcenda, nempè affectus, & cauſæ affectus: ſed quemadmodum facillimo negotio affe- E ctus dignoſci poteſt, ita non eſt tam facilis cauſarum efficientium dignotio; nam quando acceſſitur medicus ad curationem præſentis affectus, vel ægrotus mente, conſtat, vel non. Si primo modo, vel rem diſſimulat, vel rem, vt eſt, apertè fatetur. Si mente conſtat, ac fingat ſe carere appetitu, ſtatim ſua ſponte res manifeſtatur, quia non poteſt fames diù diſ-

diù diſſimulari, atqui ſi re vera deiectus ſit appetitus, vel langidior factus, ipſemet conqueritur, quod comedere quidquam nequeat, quamuis ſit egregiè paratum, & conditum, vel ægrè, & maxima cum difficultate, diciturque ſe non modo non poſſe aliquid accipere, ſed etiam vbi offertur cibus, ſtatim ſibi in auerſionem cadere, & ſæpè cum nauſea; quod idem confirmatur ab aſſiſtentibus, & illis, qui cibum ſubminiſtrare conſueuerunt.

Diminutum autem eſſe appetitum habebitis, quando quis, alioquin vorax, exiguo aſſumpto cibo, ſtatim ſatiatur, vel nunquam niſi poſt longiſſimum tempus ab aſſumpto alimento, aut vix quidquam appetit, & vt vno amplectar verbo, inappetentia à rebus exteriotibus excitata ex ægrotantis, & aſſiſtentis relatione habetur.

Cauſas porrò interiores alia ratione expiſcari opus eſt; venarum enim priuata, ſeu diminuta attractio, quæ fit vel à calore diminuto, vel per reſolutionem quandam ſpirituum, & humoris radicalis, cognoſci poterit ex ijs, quæ præceſſerunt, aut præſentia ſunt, quemadmodum eſt ante acta vita. Vt potè, ſi quis diu priuatus fuerit conſuetis cibis, coactuſque fuerit diutius ieiunare, vel præceſſerit fluxus aliquis ſanguinis immoderatus, vel adſit ingens febris, cutis nimia raritas, aut calor ambientis vehemens, habituſque corporis ſit facile reſolubilis, indicia proferunt languiditatis caloris, qui iam reſolutus ſit.

Contrario modo calor languet, quando ſuffocatur, vt dictum eſt; impeditur enim perſpiratio propter pororum cutis, & venarum ad eam delatarum occluſionem, & interceptionem, quæ fit à copia craſſorum, & lentorum, humorum, & cognoſcitur ab habitu corporis, qui frigidus, & humidus ſit, ab ante acta vita, quæ eoſdem potuerit generare humores, vt potè ſi otiosè, vixerit, eaque edulia vorauerit, à quibus eiuſmo-

A di humores in corpore coaceruari conſueuerunt.

Cæterùm nauſea ſicca, & quædam repetitio in ventriculo percipitur; à iuuantibus quoque, & nocentibus confirmari coniectura hæc poteſt; nam ſi calida, tenuiumque partium, & incidentia iuuent, frigida verò noceant, iam clarum eſt inappetentiam fieri propter prohibitam tranſpirationem, indeque attracti-
B uam venarum labefactatam eſſe, quia hæ non euacuantur, hiſce itaque indicijs cognoſcere poteſtis venarum attractionem eſſe vel abolitam, aut diminutam pro cauſarum robore, ac languiditate.

Atqui os, ſeu orificium ſuperius ventriculi læſum eſſe ab intemperie calida, deprehenditur ab immoderata ſiti, qua ægrotantes cruciantur, deinde percipi-
C tur ructus nidoroſus, tandem ſi iuuentur ægrotantes à frigida potione, lædantur verò à calida. Intemperies autem frigida ex contrarijs dignoſcitur, quandoquidem ægrotantes neque ſitiunt; neque frigida ſuſtinere poſſunt, ſæpeque acida eructant.

Quando autem ex humore vitioſo ventriculi os labefactatur, tunc humor vel calidus, & bilioſus eſt, aut frigidus,
D & pituitoſus. Si bilioſus, & calidus, morſum, & torſionem percipiunt ægrotantes cum ingenti ſiti; ſi frigidus, ac craſſus eſt, nec roſionem, nec ſitim ſentiunt, ſed nauſeam. Si materia eſt in membranis, ex vomitu, ſi eſt in ipſius cauitate, ex ſenſus priuatione oris ventriculi cognoſcitur, tum quia æger nihil prorſus appetit; tum quia deſideratos reſpuit cibos, & vt inquit Gordonius, quando æ-
E ger acria comedit, aut calida bibit, vt eſt merum, nihil prorſus grauatur.

Si vultis denique ſigna habere inappetentiæ, ex priuatione humoris melancholici, recurrite ad Auicennam fen. 13. lib. 3. tract. 2. cap. 8. Cæterùm ſplen intumeſcit, ita vt ſit magnitudo ipſius tumefacta, obſtructis illis venis, quæ ad ventri-

ventriculum humorem refundere conſueuerant, adeſt etiam & in ipſo durities notabilis, & languiditas: ſuccedit, quòd ex ſtypticorum comeſtione appetitus aliquo modo excitatur.

A

DE FVTVRO EVENTV Inappetentiæ.

APpetitus deiectio, vel euenit in principio febrium, & aliorum morborum acutorum, vel in fine. Si primo modo, quia tunc temporis, vt in augmento, ac ſtatu vires valent, Aetius libro 2. dicebat inappetentiam, & multo minus languidam cibi appetentiam, non eſſe timendas, quia tunc ægrotantes non egent multo alimento.

B

Si verò in declinatione, aut fine morbi euenerit, vel in diuturna virium imbecillitate, quemadmodum euenit in morbis chronicis, vel ſequatur immodicam euacuationem, nequaquam vacat periculo. Ea verò inappetentia, quæ ſequitur venarum abolitam, aut earundem diminutam attractionem ex languiditate caloris per reſolutionem, ſemper eſt læthalis, quia naturalis calor eſt veluti extinctus.

C

Auicennas dicebat, quod vbi conualeſcentium appetitus non eſt bonus, eos in recidiuam caſuros ſignificat, niſi eueniat ob ſanguinis paucitatem, corporiſque debilitatem. Cæterùm inappetentia, quæ diù perſeuerat læthalis omninò eſt, cum fieri non poſſit, vt homines in vita ſine cibis ſeruentur.

D

Deiectio appetitus ab intemperie habituali longè deterior eſt quàm illa, quę vitio humorum contingit; peior etiam eſt à frigiditate, quam à caliditate, quia caliditas, quæ eſt cauſa contraria appetitui, eam remouere debet, quæ cum tunc langueat fieri non poteſt, vt frigiditatem illam immoderatam auferre poſſit.

E

Tandem inappetentia ex iecoris languiditate, atque vteri vitio, ſemper eſt mala: deiectio verò appetitus ex prohibita tranſpiratione, & pororum cutis obſtructione, ſi fuerit cum virium robore, minus eſt periculoſa, at cum ipſarum languiditate, læthalis omninò exiſtimanda eſt.

DE CVRATIONE INAPPEtentiæ à cauſa calida producta.

MEthodus medendi ab indicationibus deſumpta, quæ per pharmaciam, aut per victus rationem procedit, ex contrarijs inſtituitur. Indicans in quacunque partis affectione duplex eſt, vnum ſecundùm naturam; aliud præter naturam: quod eſt ſecundùm naturam, indicat ſui conſeruationem per ſimilia.

Illud verò præter naturam duplex quoque eſt, vnum curatorium, aliud præſeruatorium. Indicans curatorium eſt morbus: præſeruatorium eſt cauſa, quæ primò auferenda eſt; deinde morbus, ad cuius ablationem ſymptoma fugatur, & euaneſcit. Dictum fuit affectionem hãc, nempè inappetentiam eſſe ſymptoma læſę actionis oris ſuperioris ventriculi, vt eſt ſenſorium indigentiæ, quod ſequitur intemperiem calidam, aut frigidam, vel obſtructionem.

Caliditas hæc ſiue nuda ſit intemperies in ore ventriculi, ſiue cum ea adſit humor calidus, refrigeranda eſt; ſed alia, atque ratione; nam quando nuda eſt intemperies, refrigerare ſolùm eſt opus, at vbi habeat adiunctam materiam, tunc refrigerare quidem oportet, atque materiam euacuare; nam ad calidæ materiæ euacuationem refrigeratur. Idem de frigida intemperie eſt dicendum. Cum autem præſtare id non poſſumus, niſi per triplex illud communiſſimum medicinæ inſtrumentum; videamus primò qua ratione in cauſa calida per victus rationem agendum veniat.

Quod ad aerem ſpectat, frigidus vt ſit, opor-

ſit, oportet, qui ſi eiuſmodi non habeatur, parari poteſt, ſi cubiculum rebus frigidis exornetur, vt à nobis multoties diſtum fuit. Si æger ambulare poteſt, optimum illi erit, vt à calido aere in frigidum mutationem faciat; nam ſola quandoque aeris mutatione contingit appetitum deperditum reuocari.

A motu valido abſtinendum, & à grauibus exercitijs, ſi præcipuè materia calida exiſtat in ventriculo, ſiue in ipſo genita, ſiue ab hepate, aut in muliere ab vtero tranſmiſſa ſit; nam in hoc caſu loco exercitij frictiquibus ad crura vtendum eſt, nodis doloroſis, cucurbitulis affixis, & huiuſmodi, quæ materiam reuellere deorſum poſſunt.

Inter alia, quæ valent à ventriculo materiam retrahere, eſt clyſter cum decoctione communi, quantum ſufficit, ad dendo.

Syrupi roſ. ſol. vnc. ij.
Diacatholicon, aut etiam
Electuarium roſatum, ad vnc. j.
Olei violati vnc. j. & ſſ.
Vitellum vnius oui, &
Salis drach. j.

Ab vſu venereo ſummè cauendum eſt. Animique affectiones immoderatæ euitandæ veniunt.

Cibus, & potus in hac affectione debet eſſe boni ſucci, & qui facilè vorari, ac concoqui poſſit; nam qui multa commanducatione indigent, iniucunditatem quandam afferunt, & qui difficulter coquuntur appetitum auertunt. Quare maximè probantur teſtes gallicorum, & inter volatilia aues montanæ, non graueolentes, ſed macræ: pedes quoque ſuilli optimi ſunt, ſi multa coctione, ac plurimum liquati fuerint, quæ omnia acidis condiri debent, quemadmodum eſt acetum ſimplex, aut melius acetum roſatum, deinde omphacium, ſeu (vt aiunt) agreſtæ ſuccus aurantiorum, ac etiam limoniorum ſuccus probatur.

Salſa præterea guſtanda veniunt, oliuæ cum aceto conditæ optimæ ſunt, acetaria quoque in primo paſtu commendatur ex endiuia, ſeu ſcariola cruda, vel cocta cum modico, imo pauciſſimo oleo, ſed cum aceto optimè roſato, non admodum forti, aut cum agreſta, vel limoniorum ſucco.

Dicebat Aetius oportere varietatem ciborum ægrotis offerre, vt ab illis illecti tantillum aſſumant modò ex hoc, modò illo alimento, atque ita ſe aliquo pacto reficiant. Oua ſorbilia in aqua cocta cum aurantiorum ſucco ſunt optima, panis quoque in aqua gelida immerſus, deinde expreſſus atque in granatorum ſucco infuſus optimum eſt alimentum. Piſces parui ſaxatiles ſunt etiam offerendi. Denique omnia acida, & quæ ægris ſunt ſapida pro alimento medicamentoſo maximè conueniunt, quia non modo corroborant os ſuperius ventriculi, & totum ventriculum; ſed & refrigerandi facultatem habent.

Pro potu poſca commendatur actu frigida, moderatus etiam aquæ gelidæ potus; immoderatus enim frigidorum vſus affectum inſanabilem reddit, vſus etiam vini auſteri multa aqua diluti eſt optimus.

Porrò in intemperie calida ſimul cum materia eadem victus ratio ſeruanda eſt, atque in intemperie calida ſine materia; ſolum enim in pharmacia differunt, quandoquidem in ſola intemperie ſatis eſt vti ſyrupis refrigerantibus, inter quos eſt,

Syrupus aceroſus,
Syrupus de ſucco granatorum,
Oxyſacchara ſimplex,
Syrupus de agreſta, qui ſemel, & bis repetatur in die cum aquis
Acetoſæ,
Lactucæ,
Endiuiæ,
Portulacæ, aut etiam Hordei, quæ maximi eſt vſus.

At vbi in ventriculo humor adeſt calidus, is omninò euacuandus, vel per vomitum, aut per ſeceſſum. Verum quidem eſt, quod in huiuſmodi caſu cautè

admodum agendum eſt, ne ex validioribus vomitorijs, vellicetur nimis, quam par ſit, ventriculus; nam magis ſubuerteretur, inappetentiaque augeretur, & quamuis melius ſit ad ſeceſſum materiam prouocare, confert tamen etiam vti huiuſmodi leuibus vomitorijs, vt

℞. Aquæ tepidæ q. ſ.
Aceti parum, aut
Syr. aceroſi, aut
Oxymellis.

Vel etiam mulſam dilutiſſimam exhibere expedit.

Trallianus damnat vſum ipſius; per ſeceſſum enim materiam educi vult medicamentis idoneis, dummodo ſcammonium in medicamentis non ingrediatur, eò quòd ſit aprum ſtomacho ſubuertendo, ſummeque lędendo. Sunt qui proponunt hieram picram ex aloe, & cotoneis ſimul cum aliqua rhabarbari portione paratam.

Arridet mihi valdè ſyrupus roſatus ex pluribus infuſionibus ſimul cum rhabarbaro diſſoluto in decocto myrobalanorum, aut tamarindorum. Valent etiam ad hoc idem pilulæ de hiera ſimplici. Vel exhibe hoc medicamentum in forma potabili.

℞. Aquæ aceroſellæ vnc. iij.
Infunde rhab. drach. j. & ſſ. S. A. facta expreſſione diſſolue ſyr. roſ. ex ſucco vnc. v. vel vj. f. p. breuis.

Vel ſub forma pilulari.

℞. Pil. de hiera cum agarico.
Pil. de tribus cum rhab. ana drach. j.
Diagridij gr. v.
Fiant pilulæ num vij.

Poſt humorum euacuationem corroborationi ventriculi ſtudendum eſt tam medicamentis intrò aſſumptis, quàm extrà admotis. Inter ea, quæ intus aſſumi poſſunt, eſt miuà cotoneorum, ſyrupus de ſucco agreſtæ, & alia huiuſmodi, de quibus tractabimus, vbi ſermo erit de ventriculi intemperie calida. Confert quoque huiuſmodi potio odorata.

℞. Aquæ roſarum vnc. iiij.
A Vini,
Aceti ana vnc. j.
Santalorum omnium drach. j. M.

Hæc præterea confectio valdè probatur.

℞. Succi granatorum,
Succi cotoneorum ana vnc. j.
Acidi citri vnc. ſſ.
Vini, in quo fuerit coctum pomum
B acidum, & per colum tranſmiſſi vnc. j. & ſemis.
Sacchari albi optimi lib. j.
Miſce, & fiat confectio.

In hoc caſu vſus ſum pluries hoc præſidio.

℞. Cotoneum modicè maturum, è cuius parte ſuperiori ſcinde portionem, quæ ſit quaſi operculum, deinde excaua, quoad abijcias ſemina, & loco ſeminum in cauitate pone pulueris hieræ, &
C rhabarbari ana drach. j. poſtea impone illam portionem ſuo loco, vnde fuit abſciſſa, ita vt ipſum cotoneum ſit veluti integrum, ac carta madida id inuolue, & ſub cineribus calidis, aut in clibano modicè calente relinquatur quoad perfecte fuerit coctum, denique abiectis medicamentis, quæ intrò immiſeras, exhibe ægrotanti.

D Hoc medicamenti genus, præterquam quod guſtui ſuaue eſt, valet ad purgandos humores calidos in ventriculo exiſtentes.

Extra adhibeatur
Oleum mellinum,
Oleum roſaceum,
Oleum roſatum omphacinum, & huiuſmodi. Vel poteſt huiuſmodi emplaſtrum componi.

℞. Malum cotoneum à ſeminibus, &
E cortice mundatum, coquatur in oleo roſato, addantur.
Summachiorum,
Roſarum rubearum,
Acinorum vuæ,
Santalorum rubeorum,
Florum berberis,
Labruſcæ ana drach. ij.

Omnia

Omnia contundantur, & fiat emplaſtrum, quod ventriculi regioni ſuperiori applicetur.

Vel ex Galeno lib. p. de comp. med. loc.

℞. Aloës,
Maſtiches,
Omphacij ana drach. j.
Miſce, & primo accipiatur omphacium, deinde reliqua duo miſceantur.

Ad idem valet
Succus abſynthij,
Oenanthes, &
Rhois.

DE CVRATIONE INAPPETENTIAE à cauſa frigida prodeuntis.

SI inappetentia ob frigiditatem contingat, contraria prorſus ratione tam in cibis, quàm in medicamentis pro fligandam eſſe omnes exiſtimant. Inter cibos panis primùm conſiderandus, qui debet eſſe ex optima farina factus, cui ſemina aniſorum iuncta ſint. Ex carnibus illæ perdicum, ac columbarum valdè commendantur, ſed cum caryophyllis, pipere, cinnamomo, aniſo, & melle, conditis, ac cum pauco aceto ad eliciendum appetitum. Cappares, fœniculi conditi, atque ſaliti, piſces etiam ſalſi, ſed non pingues, & cum aceto ſummè valent. Commendatur inſuper decoctum ex ruta, petroſelino, & aniſo. Allium quoque pro medicamento, & nutrimento à ſcriptoribus omnibus laudatur: paſſulæ denique tamquam ventriculo gratæ non excluduntur ab hoc cenſu.

Pro potu, vinum generoſum, & vetus offerri debet nec non aqua, cinnamomi, in qua etiam piperis, modicum adſit, non improbatur. Odoramenta naribus admota pro excitando appetitu ſunt eximia, præcipuè ex alimentis exhalantia, quemadmodum dicebam vobis cap. de ſyncope, vbi proponebam caponem aſſatum, rebuſque aromaticis, ac vino malvatico conditum, & ægro oblatum, vt ex ipſius odore recrearetur, & appetitum reuocaret.

At ſi æger reperiat cibum aliquem ſibi gratum, opus eſt, vt non excedat modum in ipſius vſu, ne nouum afferatur faſtidij genus. Concedimus quidem cibos non admodum laudabiles, dummodo grati ſint, & appetitum reuocent; nam Hippocratis ſententia præclarè id docet, & experientia comprobat: Cibus, & potus deterior, ſed ſuauis, meliori, ſed ingrato præferendus.

Atque huiuſmodi victus ratio in intemperie frigida ſimplici, & cum materia frigida, & craſſa conueniens eſt.

Quod ad pharmaciam ſpectat, non ſecus hic agendum eſt, ac diximus in materia biliosa, & calida, nempe frigidus humor euacuandus eſt, & ſola intemperies oppugnanda calidis medicamentis intra ſuſceptis, atque extra adhibitis.

Intus ſuſcipienda plura habentur, vt,
Diatrion pipereon, aut
Diacalamenthum ad drach. j. cum modico vini generoſi, vt 6. de ſanitate tuenda cap. 10. ſcripſiſſe viſus eſt Galenus.

Valet etiam
Diagalanga,
Diaſpoliticon,
Zingiber conditum,
Aromaticum roſatum,
Theriaca,
Mithridatica confectio,
Et huiuſmodi.

Aromaticum roſatum in tabellis ad drach. iij. & ad vnc. ſſ. cum modico vini concedi liberè debet.

Vel conditum parari poteſt ad hunc modum.

℞. Syrupi de menta,
De abſynthio,
De corticibus citri,
Rhodomellis cum ſaccharo ana vnc. j.
Puluis aromatici roſati ad drach. ij.
Fiat conditum, cuius cochleare ante cibi aſſump-

bi aſſumptionem exhibere poteſtis.

Vel ſub forma conſeruæ.

℞. Conſ. florum roſmarini,

Corticum citri conditi ana vnc. j.

Theriacæ,

Mithridatij,

Diagalangæ ana ſcrup. j.

Zingiberis cond. ſcrup. ij.

Syr. de cortic. citri,

Micæ aromaticæ, ana vnc. iij.

Fol. auri num. 4.

Fiat conditum.

Vel in tabella.

℞. Spec. arom. roſ.

Zingiberis conditi,

Spec. diagalangæ ana drach. j.

Sacchari diſſoluti in aquę ſaluię vnc. iij. & ſſ.

Fiat conf. in tabellis.

Doſis fit à drach. ij. ad vnc. ſſ.

Superbibendo vini optimi vnc. ij.

Pulcherrimum medicamentum componit Galenus lib. 6. de ſanitate tuenda cap. 15. quod ex cotoneis, zingibere, & pipere albo conficitur hoc modo.

℞. Succi cotoneorum vnc. iiij.

Zingiberis,

Piperis albi ana drach. j. & ſſ.

Cum ſaccharo q. ſ. fiat bolus.

Aetius lib. 9. cap. 20. ad ſubuerſionem probat tale medicamentum.

℞. Succi granatorum ſextarios iij.

Succi mentæ ſextarium j.

Ponantur in vaſe fictili, ſimulque bulliant, atque aſſiduè agitentur, & vbi coacti fuerint, ab igne auferantur, reponantur.

Exterius ventriculus,

Oleo nardino,

De menta,

De abſynthio inungendus eſt.

Prodeſt etiam,

Oleum maſtichinum, &

Oleum melinum,

Poteſtis etiam parare inunctionem ad hunc modum.

℞. Ligni aloes,

Macis,

A Nucis moſchatæ ana ſcrup. j.

Maſtiches drach. ij.

Succi abſynthij drach. iij.

Olei nardini,

Maſtichini ana vnc. ſſ.

Ceræ, quod ſufficit, fiat linimentum.

Vel

℞. Olei nardini,

Maſtichini ana vnc. j.

Ligni aloes,

B Maſtiches,

Nucis moſchatæ,

Mentæ ſiccæ ana ſcrup. j.

Succi abſynthij drach. iij.

Cum modico ceræ fiat linimentum.

Vel applica ſacculum ad hunc modum.

℞. Roſarum rubearum,

Satureię,

Pulegij,

C Mentæ,

Abſynthij,

Maioranæ ana p. j.

Cinnamomi,

Maſtiches,

Corticum mali citrij,

Ligni aloes ana drach. ij.

Macis,

Galangæ ana drach. j.

Omnibus ritè, & vt decet, contuſis repleatur ſacculus.

D Valet etiam ad idem illud emplaſtrum, quod componitur ex

Farina hordei,

Palmulis,

Maſtiche,

Aloe,

Terebinthina,

Vino,

Succo abſynthij,

E Oleo nardino,

Et paulo croci.

Si verò inappetentiæ cauſa ſit prædicta intemperies frigida ſimul cum humoribus craſſis, oportet vti vomitorijs, & medicamentis per aluum ducentibus. Sedquoniam humores craſſi, quamuis viæ ſint magnæ, per quas educi debent, non tam

non tam facilè euacuantur, tutius eſt primùm eos fluidos reddere, ne ſuo lentore adhærentes ventriculo motum me dicamenti non ſequantur. Non erit igitur ab re aliquo vti medicamento abſtergente, & attenuante, cuiuſmodi eſt oxymel ſimplex, aut etiam compoſitum, quod mihi ſummè probatur.

Huic intentioni eſt admodum accommodatus ſyrupus de quinque radicibus cum modico aceti, cuius vnc. iij. ſine aquis per ſpatium trium horarum ante prandium offerantur: eoque vbi præparata fuerit materia, ad medicamentum aliquod ex phlegmagogis eſt properandum. Sunt, qui proponunt hieram puram, quod ſuo calore, & ſiccitate poſſit exiccare prædictos humores; ſed quamuis ipſam non reprobem, quia tamen egemus præſidio, quod euacuare ventriculum, & inteſtina à prædictis humoribus poſſit, ideo magis probo iſtud Mercurialis medicamentum, quod continet hieram, videlicet.

℞. Agarici trochiſcati,
Pul. hieræ ſimpl. Gal. (illius nempè, quæ ex ſeptem rebus conſtat) ana drach. j. vel ſcrup. iiij.

Verùm huiuſmodi medicamentum nihil facit, niſi vigoretur, ideo addo trochiſc. alhandal ſcrup. ß.

Cum ſaccharo roſato, quantum ſufficit, fiant pilulæ numero ſeptem.

Poſt quarum aſſumptionem concedite ſtatim.

Syrup. roſ. ſolut.
Syrup. Auguſtini Sueſſ. ana vnc. ij.

Cum aqua ſcolopendriæ, quantum ſit ſatis, vt fluida reddatur potio.

Vel

Sub forma potus.

℞. Corticum myrobal. chebul. vnc. ß.
Foliorum ſaluiæ,
Betonicæ ana M. ß.
Florum ſtœchadis,
Roſmar. ana p. ß.
Sem. aniſorum,
Anethi ana drach. j.

A Bulliant in aqua S. A.

℞. Huius decocti vnc. iiij.
Iufunde agarici trochiſc. drach. j.
Foliorum ſenæ drach. ij.
Sem. aniſorum drach. ij.

Colentur, & facta forti expreſſione diſſolue.

Mel roſ. ſol. vnc. iiij.
Syr. Auguſtini Sueſſ. vnc. ij.
B Elect. indi maioris drach. ij.
Fiat p. breuis.

Vel ſub forma boli.

℞. Elect. indi maioris,
Diaphœnici ana drach. vj.
Cum ſaccharo q. ſ. fiat bolus.

Vel

℞. Pil arabicarum,
Alephanginarum,
Aurearum ana ſcrup. ij.
C Cum cathart. roſ. fiat p. num. vij.

Vigorentur cum medio ſcrupulo trochiſcor. alhandal.

Facta purgatione attendendum eſt corroborationi ventriculi cum prædictis medicamentis tam intrò aſſumptis, quàm extra adhibitis.

DE CVRATIONE INAPPEtentiæ ab obſtructione facta.

D

QVid facto ſit opus in vtraque intemperie cum materia, & ſine iam audiuiſtis, conſideranda nunc occurunt præſidia, quæ adhibere ſolemus in inappetentia producta ab obſtructione, ſeu plenitudine. Hæc autem non modò venas, & cutis poros replet, atque obruit, verùm etiam ſexti paris neruos ita obturat, vt ſenſitiuæ virtutis delatio E nem ad os ventriculi prohibeat.

Pro huius cauſæ amotione ad indicantis naturam recurrendum eſt, nimirum ad repletionem, quæ & ipſa tollitur prædictis medicinæ inſtrumentis, diæta ſcilicet, pharmacia, atque chirurgia, ac primùm oportet, vt medicus omni cu ret ingenio, ne amplius materia obſtruens generetur in corpore, illa autem

quæ iam

quæ iam eſt genita, tollatur.

Primò modo per victus rationem ſatisfit, ſi præcipiamus, vt ægrotantes inediam ſeruent, aut alimentorum paucam copiam accipiant, exercitiumque conſuetum, ſi repletio contingat ratione intermiſſi exercitij, repetant. Si à rerum venerearum appetentia procedat, huic indulgeant, ſed modicè: frictionibus, vnctionibuſque per totum corpus factis ſe euacuent, ac tandem clyſteribus, balneiſque vniuerſalibus ſæpè vtendum eſt.

Per pharmaciam verò ſuccurrere poſſumus cum his, quæ deobſtruendi facultatem habent, de quibus actum eſt fuſiſſimè, & aliàs tractabitur. Si oportuerit, A ad medicamenta purgantia deueniendum eſt; his enim ſperare licet, vt neruí obſtructi deobſtruantur. Cæterùm conferunt ad eos deobſtruendos quæ attulimus in curatione intemperiei frigidæ.

Si ratione humoris melancholici non delati ad ventriculum inappetentia fiat, omnis curatio debet verſari circa lienis affectiones, nempè tumorem, & duritiem, de quibus ſuo loco.

B Sed quoniam ab vlcere in ſtomacho exiſtente nonnunquam euenire poteſt prædictum ſymptoma, ideo quid facto opus ſit, in curatione vlceris ventriculi & ſtomachi dicemus. Et hęc de curatione inappetentiæ, à quauis cauſa prouenientis dixiſſe ſufficiant.

DE FAME CANINA

CAPVT QVARTVM.

De vitiato appetitu inſtituitur tractatio, & quoniam dictum eſt duplici eum modo vitiari poſſe, vel quà verſatur circa nimiam ciborũ quantitatem, vel circa eorundum malam qualitatem, primò agemus de vitio circa quantitatem, in quo tanta auiditate homines appetunt cibos, vt nunquam ijs ſatiari poſſint. Cum verò hæc affectio etiam bifariam fieri contingat; vel enim cibos auidè deuoratos euomunt ægri, vt nimium aggrauantes, ac deinde ad alios eadem voracitate capiendos ſe conuertunt; qui affectus fames canina appellatur: vel ſimul cum ciborum auiditate languor, atque virium imbecillitas coniungitur, & fames vaccina dicitur, de vtraque ſeorſim tractandum eſt nunc quidem de illa, in ſequenti verò capite de altera.

Et primùm inquiritur, vtrum fames canina ſit actio oris ſuperioris ventriculi deprauata? Sunt, qui dicunt non eſſe actionem deprauatam moti Galeni authoritate, & ratione: authoritas eſt lib. 3. de cauſis ſymptomatum cap. 1. vbi habetur, D deprauatas actiones verſari circa qualitatem. Ratio eſt, quia ſi fames canina eſſet deprauata actio circa quantitatem alimenti, ſequeretur diminutam actionem, quæ verſatur circa paucam cibi quantitatem, eſſe etiam deprauatam, quia appetere multam quantitatem, & paucã quantitatem differunt ſecundùm magis, & minus, ideſt ſecundùm maiorem, & minorem cibi quantitatem, & E per conſequens continentur ſub eodem genere, at Galenus deprauatam actionem diſtinguit à diminuta actione.

Argenterius lib. de ſympt. gen. cap. 3. conſiderans prædictam rationem, tanti momenti eam exiſtimauit, vt dixerit oportere dari quartum genus læſionum in actionibus aduerſus Galeni doctrinam, quam ſemper verbis denigrare ſtuduit.

Mercu-

Mercurialis lib. 3. de affectibus ventris inferioris capit. 7. iure Argenterij hanc opinionem reprobans, afferebat hoc pro vero fundamento, actiones optimas fieri ab optima temperatura illarum partium, cuius ſunt actiones, quæ verò actiones non prodeunt ab optima temperatura, aut non fieri, aut non rectè fieri: tunc vltra dicit, cùm omnis actio bona debeat fieri, quantum oportet, & quomodo oportet, propterea, quando actio ab optima recedit, eſt quia vel non fit quanta oportet, vel non fit quomodo oportet; atque ideo quæ non fit, quantum oportet, iure merito appellatur actio diminuta, ſed quæ non fit, quo pacto oportet, vocatur actio deprauata.

Pro ſolutione exiſtimarem eſſe dicendum perfectiſſimas actiones, & optimas fieri ab optima temperie, nempe purè naturales, vt eſt concoctio optima, quę ab optima ventriculi tēperie fit, ſed actiones ſenſitiuas non fieri ab optima temperie; nam partes ſenſibus deſtinatæ frigidæ potiùs ſunt, quàm temperatæ; vnde cum appetentia ſit actio ſenſitiua, quæ fit ab ore ſuperiori ventriculi percipiente indigentiam, & inanitionem factam à virtute attractrice venarum alimento indigentium, ſi optima fieri debet, opus eſt, vt ſit frigidæ, & ſiccæ naturæ, qualia ſunt ſenſuum inſtrumenta.

Vnde Galenus lib. artis paruæ c. 63. dicebat ſignum ventriculi frigidi eſſe appetentiam bonam; quare ex hoc loco fundamentum Mercurialis doctiſſimi videtur eſſe falſum; atqui cùm hæc appetendi actio verſetur circa ſuum obiectum, quod eſt calidum, & ſiccum, vel frigidum, & humidum, non modò vbi ipſa benè habet, verſatur circa obiecti qualitatem, ſed etiam circa quantitatem moderatam, & talem, vt ſine detrimento poſſit corpus nutrire.

Quod ſi obiecti maiorem, aut minorem, quàm par ſit, optat quantitatem, A dicitur deprauata appetentia, quia potentia ſenſitiua fertur in obiectum, quod vel percipit ſub ratione iucundi, vel contriſtantis; ſi primo modo inſtrumentum ſeſe habet per modum naturæ; nam obiectum ſibi proportionatum appetit in debita quantitate, quouſque ipſius appetitus ſatietur.

At vbi vitiatum eſt inſtrumentum, B vel ita læſum, vt nihil ſentiat, aut ſentiat quidem, ſed cum quadam triſtitia, ita vt obiectum non percipiat ſub ratione iucũdi, vnde renuit ipſum; vel adeo exquiſitè ſentiat, vt proprium obiectum adeo iucundum ſibi videatur, atque delectabile, vt eo ſatiari nequeat, tunc in ipſum nullo ordine, nullaque rationis lege immoderatè, & auidè fertur.

C Vtroque modo eſt ſenſorium appetentiæ deprauatum, quia vno modo contriſtatur à ſuo obiecto, ita vt quantum corpus expoſtulat, minime accipere poſſit. In alio verò caſu tantùm delectatur, vt longè plus quàm, ſit conueniens, appetat. Ad faciendam igitur ſenſationem bonam duo neceſſariò requiruntur. Primum eſt, vt obiectum ſit proportionatum: ſecundum, vt inſtrumentum ſit D benè diſpoſitum. In appetentia diminuta, & in fame canina obijcitur obiectum (quod eſt cibus) proportionatum, non tamen, vt tale à potentia ſenſitiua iudicatur, cum aliqua renuat, nonnulla verò iuſto plus appetat; idque non eſt appetere ſecundùm magis, & minus, ſed eſt appetere omnia comeſtibilia, ex quibus ſatiari nequit, hinc eſt, quod videtur primo modo diminutè appetere, ſecundo modò ſuperfluè.

E Sed vitium in vtroque affectu eſt in inſtrumento, non ſecundùm magis, & minus læſo, ſed à varijs cauſis, & vario lædendi modo, quia nec in vno, nec in altero appetitur quantitas, ſed qualitas; à Galeno tamen clarioris doctrinæ cauſa ille appetitus, in quo pauciſſima quantitas cibi accipitur, diminutus appetitus appellatus fuit, quod quantitas, quam recipit;

recipit, alimento non eſt apta, aut ſufficiens corpori ſubſtentando.

Fames verò canina appellata ab eo fuit appetitus deprauatus, quo ad quantitatem, quia quantitas ciborum, quæ ab ægris deuoratur, copioſa eſt, & ad ſenſum apparet omnibus eſſe nimia quantitas, ſed re vera vitium eſt in inſtrumento ex parte qualitatis ipſius obiecti. Quare non eſt opus addere actionem læſam ex parte obiecti quantitatis, cùm ſequatur in hoc caſu qualitatem ipſius obiecti, vel delectantis, aut contriſtantis potentiam.

Id experimur in ipſo ſenſu tactus, cuius organum eſt cutis, quæ aliquando ita afficitur, vt nunquam ſatiari poſſit à contactu ſui obiecti, quod luce clarius in pruritu apparet, in quo à voluptate afficitur cutis, & ſemper cupit vnguibus confricari. In vtroque affectu inſtrumentum læſum eſt, ſed alia, & alia ratione, quemadmodum in his duobus affectibus contingit ori ſuperiori ventriculi. Non ſunt igitur actiones læſę circa quantitatem diminutam, ſed quia malè feruntur in proprium obiectum.

Huiuſmodi affectio dicta eſt fames canina, eò quòd videantur homines famem hanc patientes euomere cibos, deinde poſt vomitum nouos cibos canum in modum auidiùs appetere, neque in optando cibo vlla ratione vtuntur, ſed ab immoderata capiendorum ciborum auiditate mouentur, ita vt poſſimus dicere, nihil aliud affectionem hanc eſſe, niſi naturalem appetitum, vel potiùs famem adauctam, in qua deſiderium inſatiabile capiendi cibi reperitur, & cum auiditate ingenti.

Conuenit hæc affectio cum fame naturali in hoc, quòd fiat venarum ſuctio, atque ſenſus ipſius percipiatur; ſed differt intenſionis ratione, quia venæ adeo exugunt citò, & vehementer, talemque dolorem in ore inferunt ventriculi, vt ægrotantes expectare non poſſint, quoad illis offeratur cibus, ne- A que in eo capiendo rationis limites ſeruant, & quantò plus illis offertur, eò magis deſiderium excitatur.

Differunt etiam ab ijs, qui ſecundum famem naturalem cibum capiunt, eò quod illi, vbi repleti fuerint, remanent ſaturati; iſti verò, qui fame hac canina promouentur, tantum ingerunt, vt ipſarum quantitatem ferre non poſſint, vnde coguntur eam euomere, & poſt vo- B mitum ſunt promptiores, & auidiores ad alimentum deuorandum.

Videtur itaque affectus hic duplicem habere conditionem; vna eſt, vt appetant vehementer cibos ab ipſorum iucunditate allecti indifferenter omni tempore, & hora, quam iucunditatem ſequitur quantitas ſecundariò, & per accidens.

Secunda eſt, quod intentiſſimè, aui- C diſſimeque quaſi rabie ducti cibum appetant, quæ affectio eſt omninò contraria inappetentię, quia in illa nullus fit venarum ſuctus, neque ſi ſit, ſentitur, in hac verò nimium validus fit ſuctus, & nimis intensè percipitur, ac ſentitur.

Conueniunt tamen in ſubiecto, nam eadem pars in vtraque affectione eſt læſa, nempè orificium ſuperius ventriculi: ſed differunt in modo; nam inappe- D tentia eſt ſymptoma in genere actionis abolitæ, aut diminutæ; fames verò canina eſt ſymptoma in genere actionis vitiatæ, reſpectu ſcilicet ciborum quantitatis, & temporis, vt ſupra diximus.

Ad hanc ſuſcipiendam affectionem diſpoſiti ſunt, quibus ventriculus eſt frigidus, & qui incolunt regiones frigidas: inter ætates verò pueriles magis, quàm E aliæ tentatur, & Galenus idemmet lib. 2. aph. com. 21. ſcripſit cauſam eſſe frigidam intemperiem ſine materia, & cum materia.

(§ §)

DE CAVSIS FAMIS Caninæ.

CAuſæ affectionis huius, Galeno authore lib. 1. de cauſis ſymptomatum cap. 7. ad duo capita rediguntur, nempè ad vitioſum humorem mordentem ventriculum, & ad corporis totius inopiam. Corpus inops dupliciter(eodem docente Galeno) reddi poteſt; primò ratione caloris in cibum agentis robuſta, & valida actione: ſecundò propter retentricis facultatis languiditatem, quæ nequeat tantum, quantum ſatis eſt, alimentum in ſe retinere.

Addit Auicennas fen. 13. lib. 3. tract. 2. cap. 12. inopiæ corporis duas rationes; vna eſt immoderata euacuatio, vt ſanguinis fluxus, vel aliquis alius; ſecunda eſt febris vehemens, vel etiam chronica.

Alexander Trallianus lib. 7. cap. 5. tres ponit cauſas, intemperiem frigidam, intemperiem calidam, & virtutis retentricis imbecillitatem. Galen. loco præcitato dicebat vitioſum ſuccum, ſed frigidum ſimilem ſuctui morſum ventriculo inferre, ex quo fit appetentia, ſed cum frigiditas eſt magis intenſa, maiorem ſuctum inducit, ſiue is humor ſit acidus, ſiue non acidus.

Hinc euenit, quòd illi, quibus os ſuperius ventriculi frigidum eſt, maiorem habent appetitum, dummodo intemperies illa frigida non ſit immoderata, quia huiuſmodi quælibet intemperies operationes exoluit. Vbi igitur frigiditas tantam habeat moderationem, vt os ipſum comprimere, & corrugare poſſit, appetitum concitat.

Humor melancholicus redundans in ventriculo, & (vt nonnulli aiunt) in os ſuperius ventriculi corrugationem afferens, appetitum auget; non autem, vt alij ſcribunt, retentiuam debilitat mordendo, ſed potiùs, vt dictum eſt ſupra ex Galeno, conſtringit, & ventriculum corrugat. Cum Galeno idem ſentit Ae-

A tius lib. 9. cap. 21.

Auicennas præcitato loco, cui ſubſcribit Trallianus lib. & cap. cit. adducit caliditatem tamquam huius affectionis immediatam cauſam. Eandem opinionem ſecutus eſt Gordonius, & Dominicus Leo; quod tamen videtur Galeno aduerſari lib. 1. de cauſis ſymptomatum cap. cit. vbi ſcribit totū oppoſitum, dicens non eſuriendi verò continens in
B primis cauſa eſt caliditas, vt quæ ſolida corpora laxet, atque ad tactum imbecilliora reddat, liquida aliquando amplius extendat.

Vt tollatur hæc controuerſia, an dicendum ſit poſſe caliditatem duobus modis conſiderari, vel quatenus eſt inducta in os ventriculi, aut vt extra ipſum rarefaciens, ac diſſipans materiam in venis exiſtentem? Et ſic ſi primo mo-
C do accipiatur, non poteſt famem excitare, quia vt ait Galenus, os ventriculi reſoluit, ac laxat.

Si ſecundo modo, poteſt adhuc conſiderari, vel vt eſt in corpore, vel extra corpus; ſi vt eſt in corpore, agit in alimentum venas euacuans; ſi vt exteriùs, rarefacit cutis poros, ac conſumit illud, quod ineſt venis, quæ ad ſuperficiem ſunt, & euaporare extra facit, quibus
D bus nominibus venæ inanitæ attrahunt per ſucceſſionem à ventriculo, & hoc modo poteſt dici caliditas cauſa appetentiæ caninæ.

Quare hoc modo & caliditas, & frigiditas poſſunt eſſe cauſæ huius affectus, ſed alia, & alia ratione, vt intellexiſtis, quamuis caliditas referatur magis ad cauſam ſecundam, nempe ad inanitionem corporis, nam vt ſupra dictum eſt,
E vitioſus ſuccus acidus, & frigidus vna eſt cauſa; altera verò eſt amplior euacuatio per totum corpus; huiuſmodi autem euacuatio poteſt pluribus modis fieri, vel per robur caliditatis euaporare facientis humidum è corpore, ex cuius priuatione totum corpus inanitur.

Vel ſecundò inanitur, quia virtus venarum

narum languida eſt,nec poteſt,quantum ſatis eſt,retinere alimentum; diximus etiam febres intenſas, & longas ſæpe eſſe cauſas, vt corpus inaniatur, ſi ingentes euacuationes,vt potè ſanguinis, ſudoris, alui, vrinæ, & huiuſmodi,præceſſerint, quæ corpus inanire poſſunt: quare omnes iſtæ cauſæ poſſunt efficere famem caninam, quemadmodum etiam vigiliæ longæ, & immoderatæ, quæ reſoluunt, & ad ſuperficiem trahunt.

Addit Auicennas vermes, & ſerpentes, qui meritò quidem debent connumerari inter cauſas ventriculum euacuantes, quia generantur, vt ſuo loco declarabimus, in inteſtinis, inde ad ventriculum feruntur, vbi totum aliquando exugunt chylum, & morſum inferunt ori ſuperiori ventriculi.

Vnde Trallianus lib. 7. cap. 4. hiſtoriam cuiuſdam mulieris refert, quæ quamuis perfectè concoquiſſet alimentum, nihilominus numquam ſe ſatiare poterat, inſignis magnitudinis in corpore vermem habens, quem tandem per ſeceſſum proiecit longitudine plurium cubitorum.

Nicolaus quoque Florentinus teſtatur ſe mulierem agnouiſſe, quæ multos collegerat in corpore vermes, à quibus adeo fame cruciabatur, vt ne minimo quidem tempore ſine alimento manere poſſet, ita vt cogeretur ſemper aliquid comedere.

Augenius lib. 6. epiſt. & conſult. 33. tomi 2. admirabilem hiſtoriam deſcribit iuuenis cuiuſdam annorum circiter vigintiſex, boni habitus, qui cæpit inten sè fameſcere, deinde temporis progreſſu adeo huiuſmodi immoderatus creuit appetitus, vt per ſpatium vnius, aut duorum horarum à cibo quieſcere non poſſet, & quamuis opiparè admodum viueret, nihilominus nunquam ſatur à menſa exire poterat.

Habitum eſt conſilium inter medicos; multi multa dixerunt: iactat ſe Augenius, quòd ſolus cauſam agnouerit, aſ-

A ferens vermem in corpore reperiri alimentum omne deuorantē, ac famem illam inducentem, vt poſtea experientia confirmatum fuit; nam per ſeceſſum excreuit vermem ſatis notabili latitudine, ac longitudine, nempè vnius, & viginti cubitorum.

Inter alias igitur cauſas inanitionis corporis, aut ſaltem ventriculi, vermes connumerare poſſumus. Si vultis videre

B mirabiles effectus huius appetitus legite Marcellum Donatum lib. 4. cap. 2. ſuarum hiſtoriarum admirab. Galenus lib. de theriaca ad Piſonem cap. 15. agnouit etiam vermes, vt cauſam famis immoderatæ, non autem caninæ.

DE SIGNIS FAMIS CANINAE.

C Magis circa cauſarum indagationem verſandum eſt, quam circa notionem huius affectus; quandoquidem ex his, quæ dicta ſunt, vnuſquiſque facilè appetitum hunc caninum ab appetitu naturali diſtinguere poterit; nam vbi videt aliquem probè comedentem, & lautè, & qui multum, & frequenter ingerat edulia, ſuſpicandum eſt ipſum eſſe in rabioſo hoc appetitu; quod magis notum fiet, primò ſi ægrotus ſe in edulia

D auidiſſimè proijciat, neque ratione vlla vtatur in illis capiendis. Deinde ſi tantam videatur quantitatem ingerere, vt eā ob grauitatem nequeat in ventriculo continere, cogaturque canum in modum euomere.

Trallianus lib. 7. cap. 5. addit, quod ſi poſt vomitum rurſus, vt cibus nouus afferatur, clamat, ſummoque cum deſiderio quaſi dolore affectus ipſum appe-

E tat, iam certum eſt caninum appetitum præſentem adeſſe. Quo in caſu omni ingenio, & diligentia curandum eſt, vt vnde proficiſcatur, agnoſcamus; nam ſi à frigiditate fiat ſine materia, tunc ſymptomata rem indigitant, vt potè quia nulla adeſt ſitis, aut quàm pauciſſima.

Secundò apparet quædam circa ventriculum

triculum extumeſcentia, quia cùm calor diminutus ſit, & plus ciborum, quam digeri poſſit, ingeratur, vt ab illis eleuentur flatus eſt neceſſe. Addatis, & aeris ambientis frigiditatem, quæ internam illam fouet frigiditatem. Idque etiam ab excretis per ſeceſſum confirmatur, quia multa, & inconcocta exeunt excrementa flatibus admixta.

A Si verò fiat à materia ſua frigiditate morſum inferente, ab excretis cognoſcitur, vt Gal. ait præcitato libro, & capite, quia plurima erit excretorum copia, & liquiditas. Species autem humoris ab excretorum qualitate dignoſcetur; nam ſi pituitoſa ſit, erunt alba, ſi melancholica, liuida, & nigra. Succedit, quod quando humor eſt acidus, ſæpè per vomitum exit, qualitaſque ipſius acida guſtu diſtinguitur.

Sed quoniam dictum eſt prouenire ab euacuatione totius corporis, quæ à caliditate fit, ideo talem caliditatem cognoſcere eſt opus, quia reſoluit, & venas euacuat; cumque videatur rationem habere naturalis caliditatis nimiũ adauctæ, ait Auicennas ab immoderata ſiti eam cognoſci poſſe: deinde quia vomitus in illis non eſt acetoſus, tum quia aluus eſt conſtipata, ob continuam, quæ fit humidi reſolutionem: ſuccedit poſſe cognoſci ſuis proprijs indicijs, de quibus ſuo loco.

Febrientes febræ acuta, & etiam longa poſſunt in hanc affectionem incurrere; nam calor febrilis conſumit, atque exiccat; quare caliditas eſt cauſa inanitionis.

Altera cauſa totius corporis inanitionis eſt retentricis languiditas, quæ cognoſcetur ex virium languiditate, aut ex eo quod præceſſerit fluxus aliquis immoderatus, vel immodica vigilia, aut huiuſmodi ſymptoma, à quo retentricis languiditatem facilè colligere poterimus.

Quando verò à catarrho euenit huiuſmodi appetitus, cognoſcitur ex ſignis ipſius catarrhi.

Tandem ſi vermis aliquis cauſa fuerit, ex proprijs vermium notis habebitur, de quibus ſuo loco fiet ſermo.

DE FVTVRO EVENTV *Famis Caninæ.*

SEd etiam ad curationem properandum eſt, at an ſperari à medico poſ-

B ſit, prius conſiderabo; pars enim therapeutica non modò conſiderat curationem, ſed prædictionem. Igitur in hoc aff. ctu (quemadmodum etiam diximus obſeruari debere in alijs) intueri oportet virtutis robur, ac morbi magnitudinem; nam ſi virtus demonſtret poſſe ſuperare morbum prædicenda eſt ſalus, ſicut è contra vbi magnitudo morbi robur virtutis excedere videatur, res in

C anguſto eſt, & hoc pro vario languore virium, & morbi vehementia.

Quando igitur fames canina à corporis inanitione ob retentricis debilitatem euenit, non eſt admodum facilis curationis. Et Galen. lib. 6. de locis affectis cap. 3. dicebat, quod ſi eam, antequam ad ſummum eueniat cognoſcamus, non erit admodum difficilis curationis quaſi inferre voluerit, quod ſi ad ſummum

D peruenerit, res admodum eſſet difficilis, & eo magis ſi aliquem fluxum immoderatum, aut vigiliam ſequuta fuiſſet.

Si verò exoriatur propter inanitionem à caliditate factã, ſiue in febribus, ſiue poſt febres, curari poterit, & eò faciliùs, ſi cum virium robore apparuerit.

Atqui ſi à frigiditate procedat, hoc eſt ab intemperie frigida, ſiue cum ma-

E teria, aut ſine materia, tunc vel euenit conualeſcentibus, vel non. Si primo modo ſæpè indicium eſt recidiuæ in morbis. Si ſecundo modo, ſitque à pura frigiditate, norat Gordonius, quod ſæpè, vbi perſeuerat, in boulimum degenerat, inde in famem ſyncopalem, & tandem in mortem; nam ſi rectè ad memo-

tiam tenetis, diximus ſyncopem termi- nari ad mortem.

Hæc inſuper affectio, ſi prodeat ratione materiæ frigidæ, ſiue pituitoſa, ſiue melancholica ea fuerit, homines obſeſſos, ſæpè alijs morbis obnoxios reddit, vt admonet Aetius lib. 9. cap. 21. nempè morbis cœliacis, dyſenteriacis, & aquæ inter cutem. Hæc de prædictionibus, ſi tamen hoc vnum dixero, omnium facillimam curatu eſſe famem caninam, quæ à vermibus ortum ducit, ſi rectè, & vt decet, à principio inſtituatur curatio.

DE CVRATIONE FAMIS
Caninæ per Victus rationem.

SEd videamus, quid facto opus ſit ad brutalem hanc affectionem è corpore propellendam, & quoniam appetitus caninus frequentius euenit à frigiditate tam cum materia, quàm ſine materia, ideo opus eſt primùm de ipſius curationis ratione pertractemus, incipientes à modo, quo victus ratio ſit inſtituenda.

Iam verò aer eligendus eſt ad caliditatem, & ſiccitatem vergens. Somnus quantum fieri poteſt conciliandus. Vigiliæ immodicę fugandæ ſunt. Exercitium moderatum eſſe oportet. Alui recrementa ſi non natura, arte ſingulis diebus ſunt euacuanda. Inter animi affectiones nocent illæ, quæ ad timorem, & ad mœſtitiam animum ægrotantis ducunt.

Quod ad cibum, & potum ſpectat, Auicennas inter alia vinum proponit, omni ſtipticitate, & ponticitate carens, de quo exhibendo videtur difficultas quædam, an ſcilicet ipſum offerre debeamus ante ciborum aſſumptionem, an è contra, cibus præcedere vinum debeat?

Ex vna parte videtur eſſe Galenus, qui lib. 2. aph. 21. in quo ſcribitur, famem thorexis ſoluit, inquit in commentario, opus eſſe primùm, vt præcedant cibaria pinguia, & oleaginoſa, & quæcumque ex multo oleo parantur, poſtea A aliquod vinum colore fuluo, aut nigro abſque adſtringenti ſapore; quare ex hoc Galeni loco, non modò ordo alimentorum, ſed natura eorundem, & vini conuenientis qualitates habentur.

Auicennas verò ex oppoſito videtur voluiſſe, vt ieiuno ventriculo vinum offeratur; ratio eſt, quia calefacit potenter, & vt Galenus ait, citò nutrit, ideo B que famem auferre dicitur; vnde experientia compertum eſt eos, qui vel prandium, aut cœnam à vini potu inchoant, parum, aut nihil comedere.

Huic ſententiæ Auicennæ videtur Hippocrates aſſentiri, cum dicat famem thorexim ſedare; cum enim nomine thorexis Galenus intelligi voluit vini potionem; Hippocrates verò dicat ad tollendam famem opus eſſe vinum C potare, clarum ſanè videtur, quod ad famem hanc tollendam, de qua inſtitutus eſt ſermo, opus ſit vinum cibaria præcedere.

Etiam Plutarchus lib. 6. conuiuiorum quæſtione 3. proponit diſcutiendum, cur ſit, quòd illi, qui fame laborant, ex potione liberantur ſtatim; qui verò è contra ſitiunt, ex aſſumpto cibo non modò non liberantur, imo ijs augetur ſi- D tis; quapropter concludendum videtur, quod vinum præcedere oporteat alimentum.

Sed vt rem propoſitam diſcutiamus, quæ ſitiq; veritatem habeamus, cùm ſit quęſtio de facto, determinandum eſt, quid in praxi agendum veniat. Dicimus igitur, quod medicus omni ingenio tendere debet, & quamptimum, vt ab ægrotante auferatur illa nimia auiditas E capiendorum ciborum, quam curat tam alimentis, quàm medicamentis, vnde aliquando tentat intemperiem frigidam auferre ſuis contrarijs, aliquando verò ſtudet inducere nauſeam, & appetitum corrumpere, hinc eſt, quod interdum vtitur vino tanquam medicamento, aliquando tanquam vehiculo, & veluti tunc vocatur alimento.

Si igitur

Si igitur conſideremus vinum tanquam medicamentum, quia illud calidum eſt, & tenuium partium, vt calefaciat os ventriculi refrigeratum, & vt attenuet, ac incidat pituitoſam materiam; quæ ventriculi orificio adhæret, longè commodius, & melius eſt, ſi ieiuno ventriculo concedatur, & hoc eſt, quod Auicennas voluit, & ante ipſum Hippocrates.

B Si ſecundò conſideremus vinum, vt poteſt nauſeam inducere, tunc concedi debet, non quidem poſt quodcunque aſſumptum alimentum, ſed poſt aſſumptionem prędictorum alimentorum pinguium, ac oleaginoſorum, quia ſtomachus ab his iam ſaturatus, & faſtiditus ex aduentu potionis vini magis nauſeam concipit, atque ab his omnibus ſimul aſſumptis fit veluti appetitus deiectio, quia à vini tepore actuali, & à rebus prędictis emollientibus fit quaſi relaxatio quædam oris ſuperioris ventriculi.

C Quod modò ad Plutarchum ſpectat, is non loquitur de fame canina, ſed de naturali, de qua quidem paulò inferius tractabimus, nempè poſt tractatum de fame, & ſiti mendoſa.

Sed dicetis intelleximus opus eſſe vti vino, vt medicamentum eſt à principio adhuc ieiuno ventriculo, deinde eo ipſo vti poſt aſſumptionem ciborum pinguium, & oleaginoſorum, inquirimus propterea, an pro potu poſt alios cibos ipſum concedere valeamus? Vtique Domini, debetis vinum pro potu concedere, dummodo non ſit auſterum, aut actu frigidum, quia poterit calefacere os ventriculi, nec non & attenuare materiam pituitoſam, vt dictum fuit; quare pro potu vinum concedite, ſed moderatè acceptum.

At quamuis dictum ſit oportere edulia pinguia ęgrotantibus offerre, non eſt tamen, vt credatis, ea ſemper, & ſola eſſe offerenda, ſed aliquando, vt ſcilicet mitigetur vehemens illud deſide-

A rium oris ſuperioris ventriculi, quia ad nutriendum corpus requiruntur edulia boni ſucci, ſed difficilis coctionis, vt diù in ventriculo moram trahant, ad vt interea ſuctus venarum, aut non fiat, aut ſaltem ſentiri non poſſit.

Quocirca carnes bubulę, carnes ſuillę, ac etiam partes horum animantium extremę, quia glutinoſę ſunt, probantur. Cerebrum quoque ſuillum, ac caſtrati, nec non intra ex prędictis carnibus pinguia ex vſu ſunt, ex quibus fercula panis loti, aut eiuſdem triti parari poſſunt, vt immodicam appetentiam obtundere valeamus. In iure malua ebullita non erit inutilis; oua indurata, & etiam frixa commendantur. Cùm ęgrotantes incipiunt melius ſe habere, opus eſt offerre, quę oleaginoſa, & pinguia ſunt, nec non & durę digeſtionis aliqua ratione.

Panis debet eſſe fermentatus, in quo ponantur quędam, quę attenuandi facultatem habent, vt ſemen fœniculi, & aniſorum, quibus butyrum, aut axungiam addere non erit ab re.

Fructus omnes auſteri euitandi ſunt, concedantur piſtacia, amygdalę, nuces pineæ, & oliuę: at vbi morbus huic victus rationi non cedat, cibis prędictis addere debetis, quę & attenuare, atque exiccare poſſunt, vt ſunt allia, cępæ, porrum, thymus, ſatureia, draguneulus, hyſſopus, origanum, polegium, hiſque ſimilia. Debetis tamen animaduertere, quod aliquando ęgrotantes poſt aſſumptum cibum euomunt, nihilque retinere poſſunt, ideo opus eſt curare, ne totus cibus euomatur, quia inde tabidi fiunt, quare ſtudendum eſt, vt applicetur cucurbita magna ad ventriculi regionem, vt quantum fieri poteſt, vomitus inhibeatur: hæc pro victus regimine.

DE CVRATIONE FAMIS CAnina per Pharmaciam.

QVoniam vt plurimum à materia fit pituitoſa, craſſa, lenta, & frigida, ideo deueniendum eſt ad ea, quæ præparare ipſam poſſunt; deinde eam præparatam extra corpus educere oportet. Præparantia ſunt,

Oxymel ſimplex,
Oxymel compoſitum,
Syr. de hyſſopo,
De menta,
Oxymel ſquilliticum,
Mel roſatum.
Syr. de quinque radicibus,
Et huiuſmodi.

Ad ipſam extra educendam valeat facta præparatione.

Mel roſ. ſolut.
Syrup. M. Auguſt.
Pilulæ de hiera cum agarico,
Agaricus trochiſcatus.

Electuariũ de dactylis quod diaphœnicon vocant, & alia hiſce ſimilia, ex quibus componi poteſt aliquod ex ſequentibus medicamentis.

Sub forma potus.

℞. Mel roſ. ſol. vnc. iiij.
Syr. M. Auguſtini vnc. ij.
Aquæ betonicæ q. ſ. fiat p. b.

Sub forma boli.

℞. Diaphœn.
Elect. indi maior,
Diacathol ana vnc. ß.
Cum ſaccharo fiat bolus.

Sub forma pilulari.

℞. Pil. de hiera cum agarico,
Pil. aggregatiu.
Pil. alephangin. ana ſcrup. ij.
Fiant p. num. vij. & aurentur.

Poſt euacuationem materiæ ſtudendum eſt ventriculi corroborationi medicamentis intus ſumptis, atque extra admotis, quæ intus accipiuntur, valent etiam ad tollendam intemperiem ſine materia, quemadmodum eſt Diatriumpiperion,

A Diazingiber,
Cortex citri conditus,
Aromaticum roſatum.

Poteſtis etiam parare ex his opiata quædam,

Vel cum ſyrupo de menta;
Vel cum theriaca, &
Mithridatica confectione,

aliquem ſyrupum admiſcendo, vt eſt
B ſyrupus de corticibus citri. Hoc modo,

℞. Dia triumpiperion,
Diazingiberis ana drach. j.
In modico vini albi generoſi ſupra epoti ad vnc. ij.
Vel
℞. Corticis citri conditi,
Aromat. roſ. ana vnc. ß.
Theriacæ antiquæ drach. j.
Cum ſyr. de menta fiat conditum.

C Quorum ægrotantes bolum capiant ad doſim drach. j. vel ij.

Aqua vitæ cum cinnamomo in pauca quantitate accepta ventriculum corroborat, eiuſque intemperiem frigidam aufert.

Ad idem valent inunctiones, embrocationes, ſacculi, fomẽta extra admota, de quibus cap. de intemperie frigida ventriculi tractabimus.

D Quando verò caliditatis occaſione ſit appetentia hæc canina, quod rarò euenit, opus eſt conſiderare, an ipſa intus ſit, ita vt pariat maiorem, quàm cõueniat, reſolutionem in venis; an verò extra etiam ſit, & poros cutis ita rareſaciat, vt ſubſequatur nimia alimenti euaporatio? In vtraque hac affectione eadem victus ratio eſſe debet, quæ ſit difficilis coctionis, nec facilè corrumpi poſ
E ſit, habeat tamen non nihil refrigerationis.

Inter carnes bubulæ, ſuillæ, pedeſque horum animalium, & aliorum, quæ ſint eiuſdem conſiſtentiæ, commendantur. Ex his paranda ſunt iuſcula quædam, in quibus ſimplicia ebulliri oportet, quæ habeant facultatem incraſſandi, & refrigerandi, vt eſt

Lactuca,

Lactuca,
Portulaca,
Plantago, &
Borrago,
Ac ſimilia.

In iuſculo præterea paranda ſunt fercula ex paſta, vel pane trito, & ſimilibus.

Piſces quoque craſſi alimenti valent, quemadmodum eſt xiphia, quem vulgò appellant (peſce ſpada) & ſimiles. Teſtacea omnia in duplici aqua decocta non ſunt reprobanda.

Eſt maxima animaduerſione dignum, quòd ægri poſſunt cadere in grauiorem affectionem ex hac craſſa victus ratione; ideo medicus debet admodum oculatus eſſe, vt quando videt morbum declinare, ad aliam victus rationem ſe conferat, & omittens ea, quæ ſunt tam difficilis coctionis, deueniat ad ea, quæ in medio conſiſtunt. Inter quæ carnes vitulinæ, hœdinæ ſummè probantur, deinde ſuillæ, tenelli porcelli, aut capi duorum annorum, & tandem ad gallicυlos, & huiuſmodi ſe conferre opus eſt.

Cauendum omnino à potu vini. In reliquis ſex rebus non naturalibus moderatè agendum eſt.

Differt tamen curatio illius, quæ fit à reſolutione, ab illa quæ euenit ratione pororum cutis nimium dilatatorum, quia opus eſt animaduertere cutis extremitatem, eique opem ferre, ne fiat tanta tranſpiratio, & euaporatio, ideo potiſſimum adſtringendi veniunt localibus præſidijs facultatem adſtringendi habentibus, quemadmodum eſt oleum myrtillorum, alumen in aceto diſſolutum. Valet etiam omphacinum. In his oleis lintea immergenda ſunt, & corpori applicanda.

Cæterum aquæ frigidæ balneum probatur, niſi, vt ait Auicennas, aliquid ſit, quod prohibeat. Balnea omnia actu calida euitanda ſunt. Poteſtis etiam parare linimentum ad totum corpus inungendum, vt iſtud eſt.

A ℞. Succi plantaginis,
Semper viuij ana vnc. ß.
Santalorum rubrorum,
Sanguinis draconis,
Boli armeniæ ana drach. iij.
Olei myrtini,
Roſati,
Cotoneorum ana vnc. j.
Farinæ hordei drach. ij.
Ouorum albuminum vnc. j.
B Aceti modicum.

Fiat linimentum, quo vniuerſum corpus inungatur. Hoc modo curabitur illa, quæ fit per nimiam cutis euaporationem, & reſolutionem, in qua quidem Neoterici vtuntur optimis alimentis, vt vitellis ouorum, ſucco carnis, vini generoſi potu, pane etiam in vino maluatico, aut moſcatellino madido, quem ægrotantibus mandendum præbent, quæ C quidem viuendi conſuetudo non reprobatur, quoties adeſt magna virium iactura, & eo magis ſi medicus agnoſcat in ante acta vita ægrotantem vſum fuiſſe alimentis detergentibus, & vacuantibus, qui facilè diſſipari poſſent.

Vbi fames canina propter euacuationem aliquam, aut poſt febrem euenerit, videtur ſola victus ratione egere, quamobrem Auicennas ſcribit oportere eos D cibare ex vnctuoſis, quæ os ſtomachi mundificant, nec ſunt malæ ſubſtantiæ, inter quæ probat oleum amygdalarum dulcium cum ſaccharo.

Sed quemadmodum ſupra vobis ſignificaui, quamuis edulia pinguia probentur, & valeant, ſolùm tamen ægris offerantur, vt emendetur illa ingens auiditas, quæ eſt in ore ventriculi, quia vt putriantur ægrotantes alimenta prædicta ab omnibus commendantur.

E Relinquitur ſola apperentia ex vermibus nata, quæ vbi curanda eſt methodicè, vtamur licet amaris, & acidis per os. Per partes verò inferiores inijcienda ſunt dulcia, vt à ventriculo amaris reijciantur, dulcibus verò ad inteſtina trahantur, de quibus ſuo loco.

D E

DE BOVLIMO, SEV BOLISMO

CAPVT QVINTVM.

Affectio hæc ab Auicen. cap. 15. ſen. 13. lib. 3. tract. 2. alijſque Arabibus eius doctrinam ſectantibus appellata fuit Boliſmos. Quod ſanè nomen à Græcis, licet corruptè deſumpſerunt, & eſt fames magna, quia Græci hanc inordinatam, & maximam eſuriem vocarunt βούλιμον, καὶ βουλιμίαν, & etiam βουπεῖναν.

λιμός, καὶ πεῖνα differunt ſecundùm maiorem, & minorem intenſionem; quia πεῖνα eſt ſuctus naturalis, ex quo fames ſequitur; λιμὸς verò vehementiſſima eſt fames; vbi igitur additur βοῦς, maiorem intenſionem appetitus, & vehementiorem famem ſignificamus.

Plutarchus lib. 6. conuiu. quæſtione 8. iſtud nomen conſiderans dicebat Aeolos non βούλιμον per β appellaſſe, ſed πούλιμον per π, ac ſi vellent dicere πούλιμον, hoc eſt magnam famem.

Aliqui ſunt, qui dicant Græcos additione βου velle aliquid magni ſignificare, quamuis plures ſint voces, quibus apponatur hæc porticula, & tamen nihil magis intenditur vocis ſignificatio, vt βίλιμον quod volo ſignificat.

Admiror illos, qui aſſerunt hanc vocem deſumptam eſſe à βοῦ, quod bos ſignificat, & λιμὸς, quod famē, quaſi ſit fames bouina: primò quia hæc vox nullo modo ſignificat bouem, quia bos declinatur βοῦς in nominatiuo, in genitiuo βοὸς, quare opus eſſet dicere βοος λιμος, non boulimos. Succedit, quod nullus ex authoribus loquentibus de natura bouum ſcribit, eos pati id genus affectionis. De ijs plura Ariſtotiles, cum libris de hiſtoria, tum de partibus; nec non Plinius ſcripſerunt, nihil tamen de hac boulna fame præter naturam mentionem habuerunt: ſed hæc ad nomen ſpectant.

A Atqui iam indaganda eſt eius eſſentia, in qua quidem explicanda, authores inter ſe non admodum mihi conſtare videntur; Galen. enim j. de cauſis ſymptomatum cap. 7. de boulimo loquens, ſcribit ſymptoma eſſe ex indigentia, imbecillitateque, & refrigeratione oris ſuperioris ventriculi ortum: 2. verò aph. com. 21. in fine aduerſus eos diſputans,

B qui arbitrabantur nomine famis, boulimon Hippocratem intelligere voluiſſe, dicebat non potuiſſe intelligere Hippocratem boulimon, quia hæc eſt caſus potentiæ ex frigiditate exteriore, quæ à fame quidem inchoauit, ſed non habet amplius eam adiunctam.

Paulus verò Aegineta lib. 2. cap. 51. appellat grandem famem, & eſt (vt ille ait) quando minus, quàm par eſt, cibos

C corpora ſentiunt.

Alexander Trallianus lib. 7. cap. 4. argumentum à nomine aſſumens, ſcribit eam eſſe grandem famem. Idem Plutarchus ſentire videtur 6. ſympoſiac. præcitato capite.

Sed quamuis aliqui plurimi faciant huiuſmodi diuerſitatem, eam tamen ego floccipendo, quia videntur mihi facilè poſſe athores inter ſe conciliari, ſi

D conſiderauerimus hunc affectum à principio ſuæ generationis, & poſt quam genitus eſt, & per aliquod tempus perſeuerauerit.

Si primò modo negari non poteſt, quin ſit ingentiſſima fames, quam aliquando ſummus ille militum imperator Brutus, dum Apolloniam cum ſuo exercitu proficiſceretur, paſſus fuit in media via; hoc enim modo & Paulus, & Tral-

E lianus hunc affectum acceperunt.

Si ſecundo modo conſideretur, tunc non eſt fames, ſed vt inquit Galenus, caſus potentiæ, ſeu ſymptoma ex indigentia, & imbecillitate oris ſuperioris ventriculi

triculi enatum. Poteſt igitur, vt ait Auicennas, appellari fames magna, quam aliquando fames canina præcedit, deinde deſtruitur appetitus.

DE CAVSIS BOVLIMI.

Videamus cauſas huius affectionis, vt inde elicere rectè poſſimus, in quibus cum canina fame conuenit, & in quibus ab ea diſtat. Cauſa huius affectus ferè ſola frigiditas eſt externa, à qua tantopere os ventriculi refrigeratur, vt primùm expleri cibis ęgri non ſatis poſſint; paulò verò poſt prorſus appetentia deſtituuntur, animo delinquunt, viribus deficiunt, exoluuntur, decolores fiunt, torquentur ſtomacho, corde, extremiſque partibus refrigerantur, & pulſus obſcuros habent.

Ex quibus apparet conuenire cum fame canina à principio, quia ingenti deſiderio ad capiendum cibum mouentur. Conueniunt ſecundò ratione partis affectæ, quia in vtraque affectione os ſuperius ventriculi eſt læſum.

Differunt verò ratione cauſæ, quia vt dictum eſt, frigiditas externa, vt plurimum facit boulimon; at canina fames, Galeno authore 2. aph. præcitato loco, non modo à frigore, ſed etiam ab humore fit acido. Deinde differt boulimos à fame canina, quòd in fame canina ſemper cibus appetitur, nec vnquam ęgrotantes ſatis expleri poſſunt.

Inſuper differunt ab inuicem, quia in fame canina vomitus adeſt ob nimiam ciborum repletionem, à quo ventriculus nimium oneratur, vt audiuiſtis, quod in boulimo non euenit.

Poſtremò Auicennas ſcribit partes corporis eas eſſe, quæ alimentis egent, nequaquam ventriculus, quia illæ emaciantur quidem ventriculo minimè appetente, quæ Auicennæ ſententia non mihi admodum tuta videtur, primò quidem, quia nulla eſt pars in corpore, quæ ſentiat cibi indigentiam, vno

A excepto ventriculo, quare cum fames nihil aliud ſit, quàm ſenſus indigentiæ, non videtur poſſe adaptari alijs partibus, ventriculo nihil ſentiente.

Succedit, quòd ſi partes omnes egerent alimento, ſe conuerterent ad ipſum trahendum, & ſic venæ capillares, quæ ad cutem ſunt, traherent à maioribus, illæ ab alijs, ita vt fieret ſucceſſiuus qui-
B dam motus, & attractio ad ventriculi vſque tunicas, vbi neceſſariò fieret fames, quia ventriculus hunc ſuctū ferre impotens, & quaſi ab illo læſus ſe conuerteret ad alimentum inquirendum. At ſenſus huiuſmodi ſuctus nihil aliud eſt, quā fames, quare non poſſum admittere ipſius ſententiam, nec eorum, qui eandem ſectati ſunt.

C At ſi dicatis attrahere quidem venas, ſed ventriculum non ſentire, eò quod à frigiditate ſenſus eius ſit ſopitus, & quaſi mortificatus, concedam id ego, ſed addam huiuſmodi affectionem non poſſe appellari boulimon, ſeu famem, ſed potius deiectionem. Concluſum igitur ſit hunc affectum eſſe paſſionem oris ſuperioris ventriculi productum à frigiditate aeris ambientis, in his præſertim, qui iter faciunt per loca frigida, quod ab A-
D riſtotele 8. probl. 7. & à Plutarcho in præallegato loco, vnuſquiſque veſtrum habere poterit, quo in loco videbitis eundem Plutarchum fuiſſe huius opinionis, vt re vera boulimos non ſit, niſi animi defectus genitus ab affectione oris ventriculi, & quod illi, qui in hanc cadunt affectionem, ex odore panis ad priſtinum reſtituantur.

Cæterùm non videntur omnes authores conuenire in cauſa, quia, vt dictum
E eſt, etſi plurimi eam dicant frigiditatem eſſe; nihilominus non deſunt grauiſſimi ſcriptores exiſtimantes à caliditate fieri, inter quos eſt Alexander Trallianus præcitato loco, cui quidem ſatisfacere poſſemus, dicentes ipſum non loqui de boulimo, ſed de fame canina, quòd ſane veriſſimum eſſe ex ſuis verbis apparet.

Nihilominus Ariſtoteles loco ſupra citato videtur aſſerere à calore humores fundente prouenire; qui tandem cadentes ad os ſuperius ventriculi ipſum laxant, indeq; fit boulimos.

Deinde eſt Plutarchus, qui exiſtimat prouenire hanc affectionem ijs, qui iter per niuem faciunt, vt contigit Bruto, non niuis frigiditatis ratione, ſed ab exhalatione quadam ſubtiliſſima à niue eleuata, quæ corpora ex motu rarefacta facilè permeat, & os ſuperius ventriculi ad hunc modum labefactat, quo affecto, non eſt mirum, ſi homines animo langueant, cùm (vt Galenus ait) duo principia ſecum in conſortium trahat, cor nempè, atque cerebrum.

Attamen conſiſto in prædicta determinatione, & dico, quod à principio boulimos ſemper fit à frigiditate condenſante os ventriculi, atque exprimente quidquid in ipſo alimenti continetur, quo nomine, & excitatur fames, temporis verò progreſſu, quia agente frigiditate tollitur totalis virtus ſentiendi ventriculi, atque debilitatur adeo, vt poſſit deinde humorem quendam à calore interno colliquatum recipere, contingit fieri illum boulimon, in quo amittitur omninò appetentia.

Quod modo attinet ad Plutarchum, huiuſmodi affectio, de qua ipſe loquitur magis ad animi affectionem, quàm ad boulimon refertur, & quod ſit verum, vbi primùm oblatus fuit panis Bruto, liber ab illa affectione euaſit.

Doctiſſimus Mercurialis inter alias rationes, quas aduerſus Altimarum adducit ad probandum eiuſmodi affectionem non poſſe à frigido fieri, illam ait eſſe potiſſimam de panis aſſumptione, à quo Brutus ſtatim fuit liberatus; quod cùm ita ſe habeat, cur tam citò in ventriculo panis alteratur, & actuatur, vt ſtatim recreet, & reficiat homines deficientes? ſed à frigiditate inducta in ventriculo ſuccedere minimè poteſt.

Secunda ratio eſt, quia hæc affectio A robuſtis hominibus accidere videtur, & vbi refrigeratus eſt ventriculus, nullum robur eſt in corpore.

Tertia à iuuantibus, & nocentibus accipitur; nam ſi à frigiditate eueniret, ſolis calidis tolleretur, at aliquando Alexander obſeruauit curatam ab opio fuiſſe hanc affectionem.

Quarta, refrigerari adeo partes inter- B nas ab aere, vt poſſit fieri huiuſmodi actio, eſt præter omnem rationem. Sed huiuſmodi rationes parum firmæ videntur.

Sed an euenerit à frigiditate actuali ipſius niuis, an verò ab exhalatione tenuiſſima calida ab ipſa niue eleuata, alterius eſt inſtituti.

Non eſſet mihi quidem incõueniens, quod à niue poſſit tenuiſſima fieri exha- C latio calida, quæ intra poros ingreſſa, & ad os ventriculi delata potuerit inducere lypothimiam, os ſuperius ſua tenuitate, & acriuſcula qualitate mordens. Sed hæc ſunt alterius inquiſitionis. Venio ad ſigna.

DE SIGNIS BOVLIMI.

Signa oſtendentia huiuſmodi affectio- D nem à principio notiſſima ſunt, quia cum quis diù aeri frigido fuerit expoſitus, aut per niuem coactus ſit iter facere, & deinde alimentum auidius, quàm antea, & longè plus, quàm conſueuerat, appetit, ita vt vix ſatiari poſſit, tunc dicatis vos præ manibus habere boulimon.

Vbi verò temporis progreſſu videbitis eum animo linquere, viribuſque de- E ficere, nec amplius quærere alimentum, imò verò ab ipſo nauſeam contrahere, obſeruatiſque ipſius faciem liuidiorem fieri, totumque corpus ſimul emaciari, dicatis eſſe boulimon confirmatum. Idque ab actione pulſus læſa magis dignoſci poterit; nam in hoc affectu pulſus ſunt admodum obſcuri, & languentes; hæc pro cognoſcendo boulimo ſunt à medi-

medicis animaduertenda.

DE FVTVRO EVENTV *Boulimi.*

IN boulimo poſt famem illam violentam, quæ diu non durauerit, vbi homines animo linquunt, pulſuſque languidi obſeruantur, periculum eſt, ne in ſyncopem cadant, indeq; ad mortem ruant.

Notat Aetius aliquos in locis deſertis, aut in balneo à boulimo deprehenſos, illicò periſſe, quod omni auxilio fuiſſent deſtituti; vnde illi, qui per niuoſa loca iter faciunt, curare debent, vt ſemper panem ſecum habeant, quia ex Plutarchi ſententia nihil eſt, quod citius non modò homines ab hac affectione ſubleuare poſsit, ſed etiam bruta animantia, quemadmodum eſt panis.

Grauiſsimus hic Author ait annotaſſe equos, & aſinos ab hac affectione correptos, præſertim cum ferrent poma, vel ficus, quia non modò à frigore, ſed etiam à vaporibus ab huiuſmodi rebus eleuatis in boulimon cadunt, ab oblato pane ſtatim è terra ſtatim ſurrexiſſe, & ad conſuetum iter reuerſos fuiſſe.

Si igitur quis à principio pane hominem boulimo correptum adiuuat, ſtatim ab affectione ipſum liberat; cùm enim Brutus fuiſſet ab hoc morbo correptus, atq; maximè diſtaret ab illis, qui edulia ferebant, aliqui ex ſuis militibus ad hoſtes, quibus erant propinqui, accurrerunt, & ab illis acceptum panem Bruto languenti obtulerunt, qui vbi primum comedit, ab affectu liberatus fuit.

Galenus etiam lib. 7. de comp. med. cap. 4. proponit, vt ægrotantes panem, & odorent, & comedant. Imò verò ex Archigenis ſententia præcipit, vt ægroti cogantur ad deuorandum panem.

A

DE CVRATIONE BOVLIMI *per Victus rationem.*

IN curatione huius affectionis duo ſunt animaduertenda, indicans curatorium, & præſeruatorium, quandoquidem opus eſt non modò præſentem affectum ab ægrotante expellere, ſed curare ne incidat in lypothimiam, & in ſyncopem. Cùm verò affectus ſit duplex, B pro temporis diuerſitate, & in principiò adſit ingens fames, ſiue eſuries, hæc ſtatim tollenda eſt.

Inter alia, quæ ipſam auferunt, eſt panis quemadmodum ſupra ex Plutarcho diximus, qui etiam melior eſt, ſi vino generoſo madefiat; nam ex his ſimul iunctis tollitur illa frigiditas inducta in os ſtomachi, ac etiam corroboratur ventriculus.

C Laudat eo loci Galenus, vt reuocentur ægrotantes odoramentis aceti, aut pulegij, vel etiam terra aceto macerata, aut malis, aut pytis, aut alijs ſimilibus fructibus.

Inhibetur autem ſyncopes per applicationem rerum boni odoris ad nares, quemadmodum ſunt vapores à carnibus aſſatis, rebuſque aromaticis conditis. Etiam moſchus, ambra, & huiuſ- D modi gratiſſimi odores proficiunt. Frictiones quoque ad crura, ligaturæ paulò dolorificæ ſi fiant, admodum proſunt.

Auicennas iubet, vt ægrotantes rebus pungentibus excitentur, quod fieri quidem poteſt, ſed leuiter. Probat Galenus, vt maxillæ pungantur, ac aures trahantur, ac diſtendantur; at nolim percutiantur, aut verberentur ægrotan- E tes virgis, quia quamuis omnia, quæ dolorem faciunt, valeant in hoc affectu; nihilominus inhumanum videtur illos verberibus afficere, licet ab Auicenna, & antiquioribus proponatur.

Haud renuo, vt facies ægrotantis gelida aqua irroretur; at ſi his præſidijs à ſyncope liberetur, perſeueret tamen in

cibo petendo, nec ſatis expleri poſſit, tunc offerendæ ſunt eduliá facilis coctionis, quia niſi ſtatim ſanatur, tunc cadit in appetitus deiectionem, ac proinde non arridet mihi, vt exhibeantur cibi durioris coctionis, quemadmodum agendum eſſe diximus in fame canina, quia in illa perſeuerat ille immoderatus appetitus, in hoc verò affectu propter nimiam ventriculi intemperiem frigidam calor veluti emarceſcit, ita vt minimè conueniat cibos offerre digeſtionis difficilis, quidquid dicant recentiores.

Quamuis Galenus iubeat confeſtim eſſe recurrendum ad carnem ſuillam aſſatam, & ad omne quod multum alit, & præſertim ad ea, quæ odorem nidoroſum habent, quia requiritur per huiuſmodi odores, vt ægri reuocentur; quæ tamen maximè conueniunt, ſunt oua ſorbilia, carnes caponis, phaſiani, gallinæ, & huiuſmodi, quæ aſſata ſint, & rebus aromaticis condita, quemadmodum dictum fuit cap. de ſyncope ab ore ventriculi ob frigidam intemperiem excitata.

Galenus 8. de comp. med. cap. 4. loquens de illis, qui in itinere cadunt in præſentem affectionem, dicebat eos eſſe aceti, vel pulegij odore recreandos, vel fructibus aliquibus, qui ad manum ſunt, naribus admotis, aut terra aceto madefacta oblata.

In rebus alijs non naturalibus moderatè, & ratione agendum venit; aer tamen, quantum fieri poteſt, ad calidum vergat: animi affectiones, quæ ad iram moderatè ducunt, prouocandę ſunt.

DE CVRATIONE BOVLIMI per Pharmaciam.

QVod ad pharmaciam ſpectat, vbi adeſt ſola intemperies frigida, rebus calefacientibus ſuccurrendum eſt tam intus aſſumptis, quàm extra admotis.

Intus aſſumuntur,

A Aromaticum roſatum,
Caryophyllatum.

Valet etiam hoc medicamentum.

℞. Pulegij drach. j.
Nucis muſcatæ,
Macis ana ſcrup. ſſ.
Caryophyllorum,
Cinnamomi ana gr. v.
Piperis gr. iij.
Sacchari drach. iij.

B Fiat puluis ſubtiliſſimus.

Eiuſdem facultatis ſunt.
Diamuſcus,
Diamargariton,
Elect. de gemmis,
Theriaca,
Mithridatica confectio,
Elect. de aromatibus, quod primo loco à Meſue propoſitum eſt.

Hoc loci commendatur maximè eiuſ-
C modi puluis.

℞. Spec. arom. roſati drach. j.
Spec. lætificantis drach. ſſ.
Spec. diamarg. ſcrup. j.
Nucis muſcatæ,
Macis ana ſcrup. ſſ.

Fiat puluis ſubtilis addendo ſacchari drach. iij.

At vbi adſit frigida materia, tunc alteranda, & extra ducenda, vt etiam ſu-
D pra dictum eſt, & dicetur cap. de intemperie ventriculi frigida cum materia.

Ad educendam materiam imbibitam tam pituitoſam, quàm melancholicam, tam in membranis, quàm in ore ventriculi, puto non poſſe inueniri præſtantius medicamentum hoc, quod vobis propono, quo ſæpius vſus ſum tam in viris, quàm in mulieribus, & eſt facilis præparationis, delectabileque guſtui, nullam
E afferens nauſeam, aut vomitum, vel aliud prauum inducens ſymptoma: fit ad hunc modum.

℞. Aquæ ardentis, ſeu (vt vocãt) aquæ vitæ facta cum cinnamomo optimo, & cum cumini ſeminibus ad vnc. iij. ſcammonij ſubt. puluer. ad vnc. ſſ. infunde per xij. horas, deinde commoue phialam vitream

tream, quouſque turbetur, idque facias ter, aut quater in die, deinde permitte, vt clareſcat, quam concede per horas quatuor, ante prandium, poſt ſuperbibat æger iuris pulli vnc. iij.

Vbi deinde pulſa fuerit materia, ad corroborantia, & calefacientia deuenire expedit.

A Extra verò olea, vnguenta, emplaſtra & embrocationes, ſacculiq; proficiunt. Mihi præ cęteris medicamentis placeret aliqua aqua thermalis, vt eſt Porrectana, aut Lucenſis, vel aliqua eiuſdem facultatis, eo quo decet modo, accepta: & hæc de curatione præſentis affectus.

DE PICA, SEV CITTA.

CAPVT SEXTVM.

Hactenus de oris ſuperioris actione tam abolitè, quàm diminutè læſa egimus, peruenimuſque ad finem illius, quę deprauata eſt reſpectu ciborum nimiæ quantitatis, nunc agendum de corruptione eiuſdem in relatione ad qualitatem ciborum prauorum. Dictum quidem fuit appetitum deijci ſolere interdum, vt vel nihil, aut parum admodum ægrotantes cibum capiant, è contra aliquando ita contingere, vt multum appetant, & nunquam (quamuis ſemper comedant) ſatiari poſſint, vt in fame canina, & in boulimo ſaltem à principio; nonnumquam verò, vt prauam qualitatem in edulijs cupiant, quęadmodum ſunt acida, acria, acerba, & quædam alia, quæ nullam habent affinitatem cum cibis, vt eſt terra, carbones, lutum, teſtæ, & huiuſmodi, quæ omnino à nutritionis ratione aliena ſunt.

Hanc affectionem appellant Latini vel Picam, vel etiam Cittam, & aliqui Malaciam vocant, nec non picationem, nomen deducentes ab animali illo volatili, & loquaci, quod picam dicunt, quia quemadmodum hæc varijs coloribus prædita eſt, nec ſibi vmquam concolor, cum pennas alias candido, alias nigro colore præferat, ita qui hac labe affecti ſunt, varia cibaria, ſeu varias cibariorum qualitates appetunt.

Non deſunt, qui dicant iſtud nomen eſſe deducendum à κίσσα, ideſt ab hedera, nec ſine ratione; nam ſicuti illa varijs plantis, pro vt occurrunt, ſe implicare C conſueuit; ita pica laborantes varia edulia appetunt. Sed tales ſimilitudines valeant, quantum poſſunt, non eſt, vt multum laboremus circa nominis etymon, dummodo eſſentiam habeamus, permittentes reliquis, vt varijs nominibus vtantur, & interim conueniant in natura rei declarandæ.

Eſt autem huiuſmodi affectio mala quædam ſtomachi diſpoſitio, quæ cupit D atque appetit prauas qualitates eduliorum; non enim ægrotantes tunc temporis alimenta cupiunt, ſed prauas qualitates, vt ſunt lateres, tegulæ, tartarum, vitrum, piſces crudi, caro humana. Aliqui cupiunt ea, quæ praui ſunt odoris, atque humanæ naturę admodum contraria, quæ à ſanis nullo modo appetuntur.

Quod in præſenti affectione os ventriE culi ſit læſum, adeo clarum eſt, vt nulla egeat probatione; nihilominus in via Galeni videtur eſſe controuerſia quædam de parte affecta; nam lib. 1. de cauſis ſymp. cap. 7. & cap. 5. de locis affectis dicit os ſuperius ventriculi eſſe affectum; 7. tamen cap. 1. de cauſis ſymp. citati viſus eſt voluiſſe membranas ven-

triculi eſſe læſas, quam ſententiam ſecutus eſt Aetius lib. 9. cap. 26.

Sed facilè ſoluitur; nam dicimus vtramque partem, nempè membranas, & os ventriculi eſſe affecta; membranæ quidem afficiuntur ab humore, à quo eleuantur vapores aſcendentes ad os ventriculi.

Saxonia hoc loci facit differentiam inter malaciam, & picam; nam ſcribit malaciam eſſe prauam appetentiam mulierum tantum vterò gerentium; cittam verò, ſeu picam eſſe appetitum corruptum tam in viris, quàm in mulieribus, in paruulis, & adultis.

Quod attinet ad naturam ipſius, eſt ſymptoma in actione appetitrice deprauata, & certè os ventriculi, vt diximus, eſt ſenſorium quoddam, quod adeo ſentit, vt cerebrum ſecum ducat in conſortium, quia imaginationi offert cibum ſub alia ratione, quàm ſit, nempe ſub ratione iucundi, & delectantis. Hinc videtur ſpectare ad imaginationem deprauatam, quæ aberrat, cum non cibos, ſed prauas quaſdam qualitates, quæ nutritioni contrariæ ſunt, deſiderat.

DE CAVSIS PICAE, SEV CITTAE.

Sed videamus, quæ ſit huius deterrimæ diſpoſitionis cauſa, quam Galenus lib. 1. de cauſis ſymptomatum cap. 7. refert in prauum humorem exiſtentem in membranis ventriculi, quo ipſæ ſint imbibitæ. Auicennas 13. fen. lib. 3. tract. 2. cap. 10. dicit fieri hanc diſpoſitionem, quando in ſtomacho aggregatur humor malus, diuerſus à conſueto in qualitate, hinc eſt, quod ſæpe mulieribus prauo ſucco refertis cum vtero gerunt euenit, quamuis virginibus, pueris & viris etiam, qui eodem prauo ſucco abundant, contingere poſſit,

Sed hoc loci inſurgit difficultas quædam, quia Galenus 7. cap. lib. 1. de cauſis ſymptomatum citato, ſcribit ventriculum prauas ciborum qualitates appetere, pro humoris vitioſi varia, atque varia natura; ac propterea ſimilia illi appetere. In hanc ſententiam fuerunt Valleſius lib. 5. contr. cap. 7. Capiuaccius lib. 3. de affectione ventriculi cap. 7. quod tamen contrariari videtur ſententiæ eiuſdem Galeni lib. artis paruæ cap. 63. dicentis in hoc differre ventriculi intemperies naturales ab ijs, quæ præter naturam ſunt, quod naturales appetant ſimilia ſibi; quæ verò præter naturam ſunt, appetant contraria, ideoque cum præter naturam affectus ſit ventriculus ab humoribus præter naturam, neceſſariò ſibi contraria appetet.

Huius ſententiæ ſunt Auicennas, Chriſtophorus à Veiga, lib. 3. meth. med. ſect. 7. cap. 4. Iacchinus ad Almanſorem cap. 4. Saxonia lib. prælectioni practicarum 2. cap. 10. quare ventriculus eademmet ratione videbitur aduerſari ijs, quæ appetit, quod talia interius habeat.

Cum igitur habeamus prædictas ambas à Galeno ſcriptas ſententias, ex vtriſque concludemus vitioſos humores cauſam eſſe, vt ventriculus ſibi ſimilia appetat, quod à mala, & vitiata humorum qualitate ſit hoc modo affectus; & cum hæc affectio ſit præter naturam, quæ ſuum contrarium appetit, erit etiam dicendum appetere contraria ijs, quæ præter naturam in ipſo ſunt.

Non deſunt, qui diuidant intemperiem præter naturam, in factam, & in fieri, dicuntque, quod ſi conſideretur intemperies non naturalis in fieri, tunc cauſa eſt, vt appetantur contraria. Si verò conſideretur in facto eſſe, quia illa ob moram, quam traxit, adeo familiaris affecta eſt, vt gerat vices naturalis intemperiei, ideo appetit ſibi ſimilia, cum conſuetudo ſit altera natura. Igitur Pica in principio, dum ſcilicet in fieri eſt intemperies inducta in ventriculum, appetit contraria, quia per hæc indicat ſui ablationem, & expoſtulat ſuis contrarijs auferri.

Nam duæ ſunt indicationes in vniuerſum

ſum. Vna, quæ indicat ſui conſeruationem & alia, quæ indicat ſui ablationem. Primaque ſui ſimilibus conſeruatur, altera auſertur per ſui contraria, cum igitur hæc ſit præter naturam, illa verò, quæ in facto eſt propter affinitatem, quam contraxit cum ventriculo, habet rationem intemperiei ſecundum naturam, ideo optat ſui ſimilia, vt ab illis conſeruetur; nam conſuetudo, non ſecus atque natura eſt conſeruanda.

Sed huiuſmodi reſponſio non placet, quia, vel illa intemperies eſt præter naturam, vel nō, & falſum aſſumitur, quando dicitur præter naturam familiaritatem talem contrahere, vt gerat vices rei naturalis; nam de ratione rei præter naturam eſt lædere naturale, ſiue modo ſit in fieri, ſiue in facto eſſe, & quo magis antiquata eſt, eò magis naturam lædit; quare quo magis antiquata eſt intemperies præter naturam, eò magis temperiem offendit naturalem. Non igitur videtur dicendum eſſe præternaturalem intemperiem factam appetere, vt naturalem, nempè ſibi ſimilia, cum ſuapte natura, vt eſt præter naturam appetat contraria.

Franciſcus Valleſius lib. 5. controuerſiarum philoſophicarum, ac medicarum ſupra citato ſcribit Galeni propoſitionem artis paruæ debere intelligi de intemperie ſine ſuccis, qui ſi ſunt naturales appetunt ſimilia, ſi præter naturam contraria, quia illæ, cùm ſucci imbibiti ſunt in ventriculi tunicis, potius appetunt ſuccis ipſis, quibus madent, ſimilia, quamuis præter naturam illic fuerint ipſi congeſti.

Sed quamuis vera videatur huiuſmodi reſponſio; nihilominus adhuc patitur non negligendam difficultatem, quia inquirerem, an huiuſmodi humores praui membranas, in quibus ſunt imbibiti, quantitate afficiant, an verò ſola qualitate? non eſt dicendum afficere ventriculum ſua quantitate tantùm, quia eſſet ventriculi tumor, ſeu ipſius membranarum, ſed nullus eſt, qui dicat eos lædere ſua quantitate, vt ex 1. de cauſis ſymptomatum habetur cap. 7. citato, igitur qualitate membranas afficiunt, eaque vel manifeſta, aut occulta.

Rurſus ſi afficiant qualitate manifeſta, vel prima, vel ſecunda ea erit. Si prima, vel erit frigiditas, vel caliditas, aut humiditas, vel ſiccitas. Si frigiditate afficiant, tunc fiet fames, vel canina, vel boulimos, prout intenſa fuerit, vel tandem deiectio appetitus. Si calida fuerit materia, excitabitur ſitis ingens, vt ſuo loco audietis: ſi humida, vel ſicca, ſolis illis qualitatibus afficientur ægri, quare ſi ſimilia appetunt, fiet appetitus rerum, vel humidarum, vel ſiccarum.

Sed cùm fiat appetitus aliquando rerum inconſuetarū, & contrariarum nutrimento, vt procedat à mala quadam, & occulta qualitate, eſt neceſſe, quod ſi contingat, quis ſcire poterit, an humor vitioſus ſibi ſimilia, an contraria appetat?

Nam humor poteſt conſiderari dupliciter, vel vt eſt naturæ opus, vel vt aduerſatur ipſi ventriculo. Primo modo cùm ab agente naturali, & materia diſpoſita ſit factum, procul omni dubio erit cauſa appetitus rei ſibi ſimilis. Si autem conſideretur ſecundo modo, tunc erit dicendum exoptare, ſeu appetere ſibi contraria, vt ab illis tollatur, & expellatur.

Sed medici humores omnes præter naturam vocant, qui inepti nutritioni ſunt, aut actiones alicuius partis vitiant, quare dicendum videtur prauos hoſce ſuccos appetere ſibi contraria, cum ſint præter naturam actiones ventriculi, aut ſaltem oris ſuperioris deprauantes, ac vitiantes; non igitur videtur concedendum Valleſio prauos humores ſibi ſimilia appetere.

Auicennas conſiderans humores facientes hanc affectionem, dicebat, quod quando aggregatur humor malus in ſtomacho diuerſus à conſueto in qualitate, ſua na-

ſua natura, tunc requirit aliquid ei contrarium. Hoc loci humorem malum appellat diuerſum in qualitate, non autem contrarium. Conueniunt humor malus, & bonus in generatione, quia vterque à materia, & à cauſa efficiente producitur; at differunt in qualitate, quia humor bonus eſt aptus nutritioni, humor malus omninò ineptus: prætera vterque colligitur in ſtomacho, & qui bonus eſt, optat ſua natura ſibi ſimile; malus verò appetit aliquod ſibi contrarium.

Sed cum contrarium ſit duplex, aliud in conſueto, aliud verò in non conſueto; humor prauus appetit contrarium quidem, ſed non conſuetum, hoc eſt, quod quamuis appetat contrarium, non tamen optat aliquid contrarium, quod conſuetum ſit; quia cùm in cibis poſſit eſſe aliquid, quod illi ſit contrarium, illud non eſt, quod ab humore prauo appetatur, ſed quod illi contrarium quidem ſit, at diuerſum à conſueto; eſſe enim poteſt, vt in cibo conſueto aliqua qualitas ſit, quæ contrariatur humori in ventriculo exiſtenti; hanc tamen qualitatem ipſe humor non appetit, ſed aliquam appetit contrarietatem, quæ eſt in aliquo, quod conſuetũ nõ ſit.

Ideo Auicennas dicebat requirere aliquid contrarium, ſed diuerſum à conſueto, quare ex eius ſententia concluditur humorem prauum ventriculi appetere, ſibi contrarium; nam videmus aliquos appetere carbones, in quibus aliquid eſt, quod contrariatur illi prauo humori, qui imbibitus eſt in membranis ventriculi. Carbones autem ſunt cibi omninò inconſueti; cum igitur iſti humores ſint præter naturam indicantes ſui ablationem, natura videtur tentare appetitum, vt moueatur ad appetendum ea, quæ contraria ſunt ipſi humori, vt inde tolli poſſit.

Fernelius caſum refert cuiuſdam nobilis continuò appetentis comedere calcem viuam, qui tandem deſiderio preſſus, & victus, glebã pugni magnitudine

A deuorauit, à qua ſtatim recreatus fuit, ſine aliqua ventriculi, aut viſceris labe.

Legatis Marcellum Donatum lib. 4. hiſt. admirab. cap. 1. vbi videbitis inter alia, quæ ibi recenſet, puellam lacertas auidè appetijſſe, atque ſine noxa deuoraſſe: & apud Nicolaum Florentinum ſer. 5. tract. 4. cap. 36. comperietis quendam, inſignem tartari copiam non ſine delectatione comediſſe: & ego cognoB ſco puellã comedentẽ culices, cimices, terram, carbones, quæ ab ipſis dicit ſe recreari valde. Apud Aetheum lib. ſuarum obſeruationum audietis ruſticum robuſtæ naturæ, firmæque valetudinis, fortunæ etiam ſatis commodæ ollas teſtaceas, nõ ſecus ac panis eſſet, comediſſe, omneſque ollas furtim accipiebat, eas frangebat, & ſecum portiones, quibus panis in modum veſceretur, fereC bat, ex quarum comeſtione liberatus fuit ab illo morbo.

Signum igitur eſſe dicas humorẽ prauum intus exiſtentem, non modò contraria ſibi appetere, ſed contraria non conſueta.

Dicet quis, lege Aphrodiſeum 2. prob. 74. à re ſupra citato, vbi ſcribit os ſuperius ventriculi ab improba humoris qualitate motum, cibos qualitate mateD riæ alienos, atque incommodos appetere, ipſumque variè peccare pro materię ſubditæ conditione; nam ſi fuerit atra bilis, carbones, aut lateres, & id genus quodlibet facilè appetit; ſi piruita, acida, ſaporeſque acidos concupiſcit: ſi bilis vitellina, pinguia quærit; ſi verò horum miſcella adſit, auiditas quoque guſtandi inſolens oritur ratione illius admixtionis, ex quo loco facilè concludeE re poſſumus hoſce humores prauos appetere ſibi ſimilia.

Idem facilè confirmari ex eo poteſt; quòd humor melancholicus, terreſtris cum ſit, carbones, lutum, lateres & quæ terreæ ſunt naturę appetit; acida, pituita appetit cibos acidos; bilis flaua, cum rebus pinguibus quadam qualitate, vt potetenu-

te tenuitate partium, & quadam caliditate conuenire videatur, pinguia deſiderat.

Pro ſolutione huius difficultatis exiſtimo dicendum eſſe humores prauos poſſe conſiderari duobus modis. Primò vt ſunt habentes proprias qualitates: deinde, vt ſunt præter naturam imbibiti in tunicis ventriculi; nam qua ſunt præter naturam, differunt à naturalibus intenſionis, & remiſſionis ratione. Quare vt ſunt qualitate affecti, poſſunt appetere ſibi ſimilia, ſed quatenus ſunt præter naturam, actionem vitiantes ipſius ventriculi, appetunt ſibi contraria, vt ab ipſis tollatur, ac vt ad priſtinum ſtatum redigatur ventriculus.

Cum verò contrarietas tam in cibis, quàm in rebus non conſuetis, & diuerſis à natura ciborum contineatur, non videntur appeti poſſe contraria in alimentis conſuetis, ſed in his quæ potius aliena ſunt à natura humana, quibus facilius tolli poſſunt, quam ijs, quæ ſunt in cibis, à quibus poſſet fieri humoris praui adauctio; periculum enim eſſet, ne in prauos humores alimentorum ſubſtantia conuerteretur; merito igitur in hoc caſu praui humores dicuntur appetere ſibi contraria.

Rurſus aduerſus hanc determinationem aliquis inſtabit, dicens, ſi verum id eſſet, non eſſet opus alijs vti remedijs, quàm illis, quæ appetuntur, cum habeant rationem contrariorum medicamentorum, à quibus humores corrupti auferri poſſunt, cui dicendum eſt, non eſſe inconueniens concedere huiuſmodi res, quæ appetuntur, quia, vt audiuiſtis in præallegatis exemplis, quandoque homines ab his ſani ſiunt; quæ vbi non perfectè curant, tunc recurrimus ad ea medicamenta, quæ tales humores è corpore educere poſſunt, quæ quamuis formaliter contraria non ſint, habent tamen virtualem quandam contrarietatem, qua ſcilicet extra corpus tales propellunt humores.

A Scribit Galenus 1. de cauſis ſymptomatum 7. mulieres affectionem hanc frequenter pati, præcipuè vtero gerentes vſque ad ſecundum, & tertium menſem. Eandem habuit Alexander Trallianus ſententiam lib. 1. cap. 72. & Auicennas 13. lib. 3. tract. 2. cap. 2. & hoc accidit, quia menſes ſunt ſuppreſſi, fœtuſque paruus ad trahendum ſibi alimentum impotens, quare fit, vt per corpus ij deſtribua- B tur, inde in ventriculum corruant. In quarto verò deſinunt partim vomitione ſucco vitioſo euacuato, partim tempore concocto, muliere videlicet præ cibi auerſione exiguè comedente, partim etiam abundantia humorum euacuata.

At primis duobus menſibus parum ſanguinis in fœtum, vt potè adhuc minimum, attrahitur; nam quod in vtero hoc C tempore continetur, eodem docente Galeno, non dum embryon eſt, ſed vteri geſtio.

Sed humores vitioſi in ventriculo contenti, ſiue ſint cauſa appetitus rerum ſibi ſimilium, ſiue contrariarum, vnum hoc certiſſimum eſt, quod ij huiuſmodi affectionis ſunt cauſa immediata, & proxima: opus nunc eſt, vt videamus, quibus indicijs medicus hunc affectum recogno- D ſcere valeat.

DE SIGNIS PICAE, *ſeu Cittæ.*

Tacit., Ita, citra.

NOn eſt, vt medicus multum laboret ad affectionem præſentem dignoſcendam; nam cum quis appetit ea, quę à natura alimentorum abſunt, quemadmodum ſunt carbones, lutum, calx, & alia eius generis; vel magis acida, acria- E uè, aut pinguia præ ceteris omnibus appetit, in hacque appetentia perſeueret, dicatis hominem, vel mulierem iam pati picam, ſeu ſtomachi picationem.

Huic appetitui inordinato ſymptomata quædam ſuccedunt, vt Aetio placuit lib. 9. cap. 23. vt potè apparent aſſiduæ ex-

duæ expuitiones; ventriculi oris ſuperioris morſus quidam percipitur; ſequutur anxietates, vniuerſum corpus macreſcit, quod conſueto priuatum ſit alimento; nam tales homines, aut mulieres, nihil boni comedunt, quod nutrire corpus valeat. Sed ſicuti effectus eſt notus, ita è contra cauſa non admodum, vt cognoſcatur, eſt facilis, quia vt audiuiſtis, humor vitioſus appetit ſibi contraria, & ſibi ſimilia.

Ideo certi vix cognoſci quidquam poteſt, niſi quod adſit in membranis ventriculi collectus humor aliquis prauus, ac vitioſus; ſed cum contrarietas debebeat intelligi, vt paulò ante dicebam, magis Alexandri Aphrodiſei opinioni aſſentior, quàm aliorum, quia certè deſiderium illud, quod circa carbones verſatur, & huiuſmodi terreſtria, indicium eſt humoris melancholici, quemadmodum, & acidorum appetitus, pituitæ corruptæ, & ſic de alijs.

Quare pro diuerſo appetitu colligere licet cauſam appropriaram; quamuis ex vomitu rectius comprehendi poſſit; nam odores, & ſapores manifeſtos faciunt nobis humores cõtentos: ſuccedit, quod ante acta vita, corporis præſens habitus, & huiuſmodi, vt tempus, regio, anni conſtitutio, noſtram confirmare poſſunt coniecturam.

DE FVTVRO EVENTV *Picæ, ſeu Cittæ.*

HVius ſymptomatis euentus varius eſſe poteſt pro ſubiecto, & cauſa; nam ſi mulieri vtero gerenti à principio euenerit, ſua ſponte curabitur temporis progreſſu: aliquando euenit poſt conceptum quadrageſimo die, quo in caſu mulieres, vt author eſt Aetius, in quarto menſe liberantur.

Notat hic Saxonia ex Nicolao Florentino mulierem quandam prægnantem comediſſe xx. libras piperis, quæ poſt partum incidit in vlcus vteri, & in profluuium ſanguinis, & tandem mortem operijt.

Si homini hæc affectio contingat, diuque perſeueret, nec medicamentis ritè, & decenter ſatis cedat, periculum eſt, ne in cachexiam, aut aquam inter cutem, aut obſtructionem, vel nephriticam affectionem, vel ſimilem morbum chronicum terminetur. Quando autem quibuſdam liberatis à morbo, & conualeſcentibus, citta euenerit, recidiuam prænuntiat. Si fuerit in exordio ſuę productionis hoc ſymptoma corpore robuſto, ac valida virtute, facili negotio curari poterit.

DE CVRATIONE PICAE, *ſeu Cittæ per Victus rationem.*

OMnia medicinæ inſtrumenta adhiberi oportet ad profligandum hoc ſymptoma: & in primis humoris vitioſi generatio prorſus auferenda, & humor, qui iam genitus eſt, cauendum, ne ad os ventriculi, aut huius capacitatem deferatur. Primæ intentioni victus ratio poterit opitulari, de qua in præſenti.

Iam verò cibus debet eſſe facilis concoctionis, & boni ſucci, & qui non facilè corrumpatur, quare panis ex optima farina fieri opus eſt, quique benè fermentatus, & optimè coctus ſit, & in ſucco cotoneorum, aut malorum punicorum maceratus. Prodeſt etiam, & cichorij ſuccus.

Carnes ex pullis gallinarum, aut caponis, vel galliculorum, perdicum, phaſianorum probantur elixæ, ſi cum illis ebullierint ciceres, vel petroſelinum, aut apij radix, vel alia huius generis, quæ deobſtruendi facultate pollent.

Pinguia omnia, quemadmodum etiam quæ valdè dulcia ſunt, euitare oportet.

Sunt, qui laudant porcorum pedes, roſtra, ventriculoſque. Nonnullis etiam placent

placent herinacei marini; ſed cum vt plurimum conſueſcant ægrotantes in hac affectione cibos auerſari, ciborum varietate, ac iucunditate prolectandi ſunt. Sed quoniam dictum ſuprà vobis fuit auiditate moti ægrotantes res inſuetas appetere ſolere, illis talia nonnumquam ſunt cõcedenda; nam ex ijs ſanitati quandoque reſtituuntur, vt ille, qui calcis glebam ingeſſit, & ſanus euaſit.

Attamen cauendum eſt, ne hæc immodica quantitate aſſumantur, quia dixi etiam, quod eſſent contraria, non tamen idonea ſunt ad internos humores debellandos; quia cũ à calore noſtro nequeant prorſus euinci, neceſſarium eſt, vt & cacochymiam, & tandem cachexiam producant.

Habetur apud nonnullos authores, quod quando ægrotantes carbones appetunt, ſanari poſſunt per amylum.

C Amatus in illa muliere, quam curauit ex conſilio Aetij, pro terra, & carbonibus amylum recens, & quandoque oſſicula pullorum concedebat, vt credo ret. Omnibus autem in vniuerſum ante cibum oliuas muria conditas cum pane molli, nec non amygdalas amaras in numero plus minus ſeptenario, exhibere tutò poſſumus.

D Auicennas cap. . prædictæ ſen. notat ex quorumdam mente, quod ad tollendum appetitum luti, nihil præſtantiùs reperiatur, quàm ægros cibare pullis columbarum aſſatis ieiuno ventre, & quod maioris conſideraionis eſt, ſcribit opus eſſe, vt ijſdem pullis in ſecunda menſa vtantur. Poſt cibum, ſed paulatim, probat ſemen ameos in ſecunda menſa acceptum, cuius cochlear, vt Iacobus de Partibus notat, accipi poteſt. Commendantur quoque & paſſulæ, mala punica, & pyra in ſecunda menſa.

Cæterum hoc loci admonet idem Auicennas, quod in reperiendis, ac exhibendis tam medicamentis, quàm cibis, magis fidendum ſit experimento, quàm rationi.

A Pro potu eſto vinum odoratum, fuluum, quod nonnihil adſtrictionis habeat. Non improbarem etiam vinum nigrum odoratum. Cauendum tamen ab eius nimia quantitate, ſiue nigrum, ſiue album fuerit, at loco vini aqua ex cinnamomo, aniſis, vel fœniculo concedi poteſt.

Notandum in huius affectionis curatione, quod non omnibus eadem inſti-

B tui poteſt victus ratio, quia pro vt ſubiecta ſunt varia, variantur edulia; pueris enim, qui nondum rationis vſum habent, non poteſt aſſignari lex viuendi: ſatis erit eos cohibere, ne prauis rebus veſcantur, donec paulatim cibis melioribus aſſueſcant.

Mulieres prægnantes, quo ad victus rationem, non ſunt cogendæ; ſed illis blandiendum eſt, quia, vt audiuiſtis, ſpon-

C tè ſanantur temporis progreſſu.

Iuuenes verò, qui capaces ſunt diſciplinæ, ſi monitis ad victus regulam reduci nequeant, cogantur vinculis, carceribus, & medicamentis.

At ſi ſenes ægrotent, quia vt plurimùm incorrigibiles ſunt ob prauum habitum contractum, & quia ſepulchro propinqui ſunt, relinquantur.

D *DE CVRATIONE PICÆ, ſeu Citta per Pharmaciam.*

PHarmacia curandum eſt, vt gemiti humores extra corpus ferantur, tam medicamentis per vomitum, quàm per ſeceſſum educentibus. Et quoniam non omnes humores eandem conſiſtentiam habent, quia quidam tenuiores, alij glu-

E tinoſiores ſunt, ideò poſſumus illos tam per ſuperna, quàm per inferna dulli facta in eis præparatione, educere.

Quando ergo humores ſeroſi ſunt, aqua tepida epota per vomitum educi facilè poterunt: at ſi addere placuerit modicum aceti, vel oxymelitis, præſtantius erit vomitorum, & eò magis ſi vel ſyru-

pus acetoſus, aut decoctum raphani fuerit admixtum.

Quando materia craſſa eſt, ſiue melancholia, ſiue pituita ſit, præparantibus primùm agendum eſt, nempè

Oxymelle,
Melle roſato colato,
Syrupo de acetoſa, aut
Oxymelle ſquillitico, & alijs huiuſmodi.

Ijs præparata materia ad aliquod ex medicamentis educentibus accedendum eſt. Inter quæ, pro pituitoſo humore probatur hiera picra cum agarico, præſertim ſi inſit rhabarbari optimi portio. Valet & diacaſſia, ſub forma boli hac, aut conſimili ratione.

℞. Diacaſſiæ vnc. j.
Rhabarb. elect. drach. j.
Diaphœnic drach. j.
Cum ſaccharo fiat bolus.

Melancholicum humorem ducunt
Diaſena, &
Confectio hamech.
Ex quibus poteſt parari eiuſmodi bolus.

℞. Diaſenæ ſolut.
Confect. hamech.
Hieræ picræ ana vnc. ſſ.
Cum ſaccharo fiat bolus.

Sed in hoc affectu ferè promiſcui ſunt humores putridi, ac vitioſi, quare pilulæ de quinque myrobalanis facerent ad rem.

Maximè equidem probo illas pilulas, quæ ægrotantibus offerri ſolent, ad ſcrup. j. antequam eant cubitum, hoc modo paratæ.

℞. Aloes ſuccotrinæ drach. v.
Agarici trochiſcati drach. iij.
Maſtiches drach. ij. & ſſ.
Spec. hieræ Galeni drach. ij.
Cum ſucco fœniculi conficiatur maſſa.

Expurgant hæ ſenſim ventriculum ab humoribus putridis, appetitumque reſtaurant, & quod magis eſt, viſum præſeruant, & caput à dolore liberant.

A Eductis à ventriculo, & vniuerſo corpore humoribus vitioſis, ſtudendum eſt ventriculi corroborationi, tum internis, tum externis præſidijs. Ex ijs, quæ intus exhibentur, eſt vinum medicatum ab Auicenna propoſitum, quod conficitur hunc in modum.

℞. Vini pontici vnc. viij.
Bulliant ad ignem, quouſque remaneat lib. ſſ. detur ieiuno ventriculo per integram hebdomadam.

B Exiſtimo velle hoc loci Auicennam, vt ſingulo mane accipiatur vncia vna huius vini, non autem vt accipiantur ſex vnciæ ſingulis diebus per integram hebdomadam, ne nimium calefaceremus ex aſſumptione eius quantitatis: ſed id pro diuerſitate corporis patientis diſponendum eſt.

A Serapione proponitur ad hanc in-
C tentionem huiuſmodi decoctum.

℞. Calicum glandium drach. iij.
Paſſularum drach. x.
Scoriæ ferri infuſæ in aceto tribus vicibus ſpatio xxiiij. horarum drach. j. & ſſ. bulliant in duabus libris vini ſtiptici diluti ad medietatis conſumptionem, inde vini colati ieiuno ſtomacho vnc. ſſ. exhibeatur per ſeptem dies: eſt ferè idem medicamentum cum prædicto Aui-
D cennæ, ſed generoſius.

Conueniunt etiam
Theriaca,
Mithridatica confectio,
Diagalanga,
Diamuſchus,
Diacalaminthes.

Vel conficite electuatium hunc in modum.

℞. Ligni aloes,
E Calicum glandium,
Aniſorum,
Fœniculi,
Nucis muſcatæ,
Spicæ nardi,
Caryophyllorum,
Baccarum myrti ana drach. ſſ.
Conſeruæ mali citrij vnc. iij.

Syr.

Syr. de abſynthio,
Syr. de menta ana vnc. ſij.
Fol. auri num. iiij.
Fiat conditum.
Doſis à drach. j. vſque ad drach. ij.

Extra

℞. Balauſtiorum,
Oenanthes,
Roſæ,
Citri,
Myrti,
Comæ abſynthij,
Fœniculi ſemen. ana partes æquales.

Emplaſtri in modum fiant, addita galla, aut cumino,

Vel

℞. Olei nardini,
De abſynthio,
rutacei,
Aceti ana vnc. j.
Seminum cumini,
Synapi,
Ammeos,
Radicum capparis,
Cardamomi ana drach. j.

Ferueant ad conſumptionem aceti, & fiat inunctio ad ventriculi regionem.

Foriſecus etiam adhibentur multa, inter quæ valent ſequentia.

A Pulpæ palmularum in vino cocta, atque maceratæ, & loco emplaſtri applicatæ.

Mala cotonea cum poſca trita, oleo nardino, & roſaceo excepta, addito modico croci.

Abſynthium quoque vino ebullitum, ac ventriculo applicatum, optimum eſt remedium.

B Sed quamuis prædicta curatio per pharmaciam peragenda veniat, eſt tamen animaduerſione, & conſideratione dignum, quod mulieres vtero gerentes non ſunt ſimpliciter hac ratione tractandæ, quia ad vomitum non ſunt valdè cogendæ, ne ob nimiam concuſſionem abortiantur. Si tamen debita victus ratione adhibita, infra quartum à conceptione menſem non liberentur, tunc præpa-
C rata materia ad medicamenta properandum eſt, & hæc de picationis curatione per pharmaciam.

Circa ſanguinis miſſionem nullus eſt author, qui de ea mentionem faciat, hæc tamen fieri poterit, vbi adſint conditiones, vt alias intellexiſtis. Opportunum iam eſt, vt ad aliud obiectum appetitus deueniamus, nempe ad potabile, circa quod verſatur ſitis.

DE SITI MORBOSA.

CAPVT SEPTIMVM.

Ventriculi os ſuperius dictum fuit ſenſorium eſſe indigentiæ, quæ duplex eſt; vna enim verſatur circa ſicciorem ſubſtantiam, & ſolidiorem ad corpus noſtrum reſtaurandum, appellaturque fames, de qua quidem in ſuperioribus egimus; altera verò reſpicit humidam, & fluidam materiam, eamque ſitim appellamus, quæ teſte Ariſtotile 2. de anima 26. nihil aliud eſt, quàm naturalis quædam appetentia frigidi, & humidi externi pro ſimili ſubſtantia in corpore reficienda.

E Vbi igitur humida, & frigida materia in corpore deficit, os ſuperius ventriculi ipſius defectum percipit, in eaque perceptione fiunt ſibi inuicem conſequentia ſymptomata, quæ in fame fieri ſupra intellexiſtis, quia præcedit euacuatio, ſequitur appetitus euacuatorum, fit venarum ſucceſſiuus ſuctus, deinde ſenſus ipſius ſuccedit, ac tandem ſitis, à qua

prori-

proritata animalia ſibi potum compa- rant, non ſecus atque à fame propulſa ſibi quæritant victum.

Sed quemadmodum facultatem illam oris ventriculi, circa famem verſantem, diximus tripliciter lędi poſſe, ita nunc de hoc affectu dicimus; videlicet, vel penitus auferri ſitim, vel diminui dumtaxat, vel tandem deprauari.

Aufertur penitus ſitis, vbi nulla frigidi, & humidi carentia ſentitur; vnde eſt, quod homines Gręcè ἄδιψοι dicuntur, hoc eſt omni prorſus ſiti deſtituti.

Minuitur verò, quando homines nullo, aut pauco admodum potu contenti ſunt, vel non niſi poſt multas horas potum appetunt.

Deprauatur verò duplici ratione, vel quia immoderata ſit copia frigidi humoris, quæ expetitur, vixque talis appetentia extingui poſſit, quamuis ægrotans largiſſimo vtatur potu, ac multa ipſius quantitate ventriculum repleat; huiuſmodiq; ſitim Græci δίψαν ἄμετρον appellant; noſtrates verò immoderatam ſitim vocant.

Vel etiam deprauatur, quia homines alienos, & prauos liquores, atque ad bibendum inſuetos appetunt, vt eſt lotium, vrina, & ſimiles deterrimi liquores.

Cũ igitur tot modis poſſit lædi ſitis, tractabimus tantummodo de illa, quæ immoderata eſt, in qua homines auidiſſimè bibere appetunt, & quamuis multum bibant, ſemper magis bibere cupiunt, neque vnquam ſatiare ſe poſſunt; hæc enim illa eſt, quæ proportione reſpondet fami caninæ, in qua quanto ægrotantes plus comedunt, eò plus comedere volunt.

Verùm ſitis hæc longè perículoſior eſt, quàm ſit illa fames, quia aliquos obſeruamus multũ à ſiti moleſtari, qui vbi perueniunt ad aquam, vel vinum, aut aliquem humorem, nunquam ſatiari poſſunt, tantumque potus hauriunt, quouſque moriantur, quod & Auicennas adnotauit.

A Quando verò ſitis ablata eſt, aut diminuta, nullum, aut pauciſſimum vitæ detrimentum afferre poteſt, quia ſunt aliqui, qui viuunt, & tamen nunquam bibunt, alij rariſſimè, quare ſitis abolita, aut diminuta non affert vitæ periculum, ſicut eſt fames abolita, aut diminuta: poſſunt enim viuere animalia ſine potu, nequaquam abſque alimento.

Omiſſis igitur hiſce ſitis differentijs,
B de immoderata ſiti agemus, ex cuius quidem notione, & curationis inſtitutione poteritis etiam cognoſcere curationem ſitis illius deprauatæ, quæ verſatur circa prauos liquores. Propoſita igitur ſitis eſt ſymptoma in genere actionis oris ſuperioris ventriculi, humidam, & frigidã materiã in corpore reſolutã immodicè appetentis. Itaq; habetis in hoc ſymptomate os ſuperius vẽtriculi eſſe affectum.

C Sed iam inquiramus morbos, à quibus vẽtriculi os afficitur, vt immoderatè appetat potum, quos Galenus lib. 1. de ſimpl. medic. fac. cap. 30. ad duo capita reuocat, aut ad tria ad ſummum; nempè ad caliditatem, ad ſiccitatem, & ad vtramque ſimul. Huiuſmodi autem caliditas, aut ſiccitas, vel vtraque à cauſis internis proficiſcitur, vel externis, videamus primò, quæ ſint cauſæ internæ,
D deinde conſiderabimus externas.

DE CAVSIS MORBOSAE Sitis.

Cauſæ internæ ſunt intemperies calida, & ſicca, vel ipſius ventriculi, vel etiam partium circumiacentium, aut partium præcipuarum. Rurſus intemperies hæc, vel eſt ſine materia, vel cum
E materia, vel ſimplex, vel complicata, nempè calida, & ſicca, ac vbi ventriculus ſuapte natura eſt calidus, & ſiccus, tunc ad ſitim promptior eſt.

Notandum etiam eſt, quòd ſiccitas fieri poteſt duobus modis; primò per inanitionem rei humidæ; ſecundò per ſiccitatis inductionem, & vtroque modo ſi-

tis ge-

tis, generatur; quia ſiccitas conſumit humidum, quod eſt circa os ventriculi, ipſumque abſorbit; at vbi inaniuntur partes ab humiditate, eo quod hęc euacuetur, inducitur ſiccitas, ita vt ſiccitas videatur duplex; vna quæ poſitiua, alia verò quæ priuatiua dici poteſt.

Poſitiua ſitis conſumit humiditatem naturalem oris ventriculi, & partium ipſius: at priuatiua eſt illa, quæ ſequitur humiditatum inanitionem.

Calida quoque intemperies dupliciter, & ipſa ſitim facit, calefaciendo, & vt inquit Galenus 3. cap. 1. de cauſis ſymptomatum, humores calidos in venis exiſtentes fundendo, qui fuſi feruntur in ventriculi tunicas, ſuaque caliditate afficiunt ipſas atque ideo ſitim, inducunt.

Cauſa igitur interna erit immoderata harum qualitatum actio, quæ excitata ſit in ventriculo, & dicitur ſitis per eſſentiam; nam ſi ab aliquibus partibus præcipuis in ventriculum deriuat, videlicet ab hepate, pulmone, à gula, ſeu œſophago, à cerebro, vt quando inflammatione tentatur, à renibus, à veſica, vt apparet, quando diabetica paſſione hæ partes tentantur, ſitis fit per conſenſum ab vna ex prædictis partibus. Euenit etiam ab hydrope, à cuius ſalſa materia eleuati vapores, feruntur in os ventriculi id calefacientes, & quia ſemper eleuantur, hinc eſt, quod perpetuò ægrotantes cruciantur à ſiti.

Cauſæ externæ referuntur ad ea, quæ calefacere, & exiccare poſſunt, vt ſunt vehementes, & diuturnæ exercitationes, vigiliæ immoderatæ, & longiores, maximus aeris ambientis æſtus.

Idem faciunt eſculenta, ac poculenta ſua nimia quantitate aſſumpta, aut caliditate, cuiuſmodi ſunt allia, cæpæ, & reliqua id generis. Aromata quoque ſitim excitant, ſi præcipuè eorum immoderatus ſit vſus; vinum quoque generoſum in nimia quantitate epotum, & eo magis ſi fuerit aromatibus conditum, vt illud eſt, quod hippocraticum vocant. I-

A dem generant muria, aquæ thermales, maritimæ, ſulphureæ, & ſimiles.

Inter alia etiam medicamentum tam epotum, quàm in forma boli, aut pilularum acceptum ſitim efficit, ac duplici ratione, tum quia acre, & mordax eſt, tum quia humorem bilioſum ad ventriculum trahit, ipſumque nimium calefacit. Sed medicamentum, quod qualitate acri

B non ſit præditum, ſitim etiã inducere poteſt, vt ex Hippocr. habetur 4. aph. 19. ſcribente: quicunque à medicamentorum potionibus, dum purgantur, non ſitiunt, non quieſcunt, priuſquam ſitiant. Ex quo loco habetis medicamentum inducere ſitim poſt factam purgationem, quia euacuat humorem ab ore ventriculi.

Interim notandum eſt prædictam ſen-

C tentiam Hippocratis poſſe, & ad partem ſimioticam, nec non & ad therapeuticam ſpectare, quia videtur afferre ſignũ rectæ, & conuenientis operationis medicamenti; nam purgati benè ſitiunt. Qui verò è contra non ſitiunt, non ſunt bene purgati, ratio eſt, quia ſi nondum ſitiunt, ſignum eſt medicamentum non ceſſare ab operatione, quouſque euacuet ad ſitim vſque.

D Ad therapeuticam etiam pertinere videtur, quaſi quod vbi medicamentum fuerit propinatum, neque ſitim fecerit, eouſque repetendum ſit, quouſque ſitis inducatur, quia vbi ſitis non adeſt, ſignum certiſſimum eſt humorem non eſſe expurgatum, quando id non proueniat, vel à mala ventriculi qualitate, vel ab humore attracto in ventriculum, vel à medicamenti acredine: hæ ſunt cauſæ internæ, & externæ ſitis immoderatæ,

E nunc ſigna proponenda ſunt.

DE SIGNIS MORBOSÆ Sitis.

Signa ſitim demonſtrantia adeo clara ſunt, vt neminem latere poſſint, quemadmodum etiam quæ cauſas exteriores

ſitores ipſius patefaciunt; nam ab ægrotante audimus, ſe intensè ſitire, incurriſſeque in hanc, vel in illam cauſam externam, quæ potuerit excitare ſitim, de quibus diximus ſupra. ſed vt hæc manifeſta ſunt, ita è contra ea, quæ ſitis immoderatæ cauſas internas medico patefacere poſſunt, nos latent, propindeque à ſymptomatibus petenda eſſe omnes arbitramur.

Cognoſcitur ergo ſitis à ventriculi affectione excitata ab ipſius caliditate, aut ſiccitate adaucta, nempe ab intemperie vel calida, vel ſicca, de qua ſuo loco. Materia verò billoſa, aut ſalſa ab amarore, & ſalſedine, quæ in ore ſentitur, dignoſcitur, & hæc ſitis eſt per eſſentiam à ventriculo.

Quæ ſitis fit per conſenſum ab alijs partibus, à proprijs partium ſymptomatibus poterit cognoſci, nam ſi à pulmone, aut corde malè affecto proficiſcatur, aderit difficultas reſpirandi, tuſſis, atque febris. Atque iſti (vt inquit Auicennas) ab aeris frigidi attractione iuuantur, & quod magis eſt, à vigilijs ſitim ſentiunt decreſcere, à ſomno è contra augeri, quia in immoderatis vigilijs calor internus extra euaporat, in ſomno verò retrahitur ad cor, & pulmones, hinc augetur, qui adauctus ſitim auget.

Addit idem Auicennas potum affatim, & in multa quantitate aſſumptum ſitim adaugere, quia aqua frigida ad hunc modum bibita ſuperficiem caloris condenſat, ac congelat, intuſque eum retrahere per antipariſtaſim facit, qui deinde magis vigoratus inſurgens ſitim maiorem excitat.

E contra autem potus paulatim aſſumptus, ſæpiuſque repetitus, & cum quadam moderatione refrigerat pulmonem, & cor, quoniam paulatim, & ſucceſſiuè deſcendens per œſophagum attrahitur, id quod fieri non poteſt, quando totus ſimul, atq; affatim deorſum ad ventriculum deſcendit.

Si ad pulmones aqua recta via, vt arbitratus eſt Plato deſcenderet, contrarium eueniret, quia totus pulmo à potione imbiberetur, hinc ſitis tolleretur, & hoc eſt vnum ex argumentis, quo Nicias medicus apud Plutarchum in ſympoſiacis præter alia vtitur ad opinionem Platonis euertendam, quamuis Plutarchus lib. 7. quæſt. 1. eundem Platonem defendere contendat.

B Hæc Platonis imaginatio à Galeno noſtro lib. 8. de Hippocratis, & Platonis decretis, lib. 2. de ſimpl. med. facult. cap. 17. apertiſſimè reprobatur, vbi oſtendit recta via nihil materię potulentæ in pulmones deſcendere, ſed ſolũ aliquam portionem per diapediſim permeare, quare aqua vnico hauſtu accepta, nihil ſitim à pulmonibus natam iuuare poteſt.

C Si verò paulatim, & ſucceſſiuè aqua in ore accipiatur, aliquod ferre poteſt iuuamentum, quia cum non tam perfectè claudatur epiglottis, quemadmodum euenit, cum affatim, & multum aquæ ore aſſumitur, per foramen aſperæ arteriæ ſenſim, & paulatim deſcendit attingens pulmones, ſimulq; & per diapeſim à gula ad aſperam arteriã, & pulmones meat: his igitur notis, nempè à iuuantibus, & nocentibus cognoſcitur ſitis à pulmone, & corde eueniens.

D Sitis ab obſtructione meſeraicarum venarum enata, nunquam ex potu miteſcit; nam quò largior potus conceditur ægrotantibus, eo magis bibere appetunt: excrementa liquidiora redduntur, quia quod ad hepar ire debebat, deſcendit ad inteſtina.

Sitis ab hepate cognoſcitur ab vrina, quæ flaua eſt, & à colore faciei mutato, E à corporis totius cachexia. Aduertite, quod vt plurimùm hepar affectum eſt in flammatione, aut tumore aliquo, quæ affectiones ſuis notis deprehendi debent, de quibus aliàs.

Sitis quæ ex diabetica paſſione contingit, ſiue à renibus, aut veſica proficiſcatur, ſtatim ex ingenti copia lotij exe

untis

untis declaratur.

Poſtremò, quæ ſitis à gulæ ſiccitate exoritur, facile, & ipſa dignoſcitur, prę cipuè à iuuantibus, & nocentibus; nam ſomnus ei confert, vt ex 5. aphor. 27. quibus noctu bibendi eſt auiditas, iis admodū ſitientibus dormiſcere bono eſt, quia in ſomno ventriculus humectatur intus reducta tota maſſa ſanguinis, atque retentis vaporibus alimenti, ac potus; è contra ſi à calore fiat, vigiliç proſunt, & ſomnus nocet: venio ad prædictiones.

DE FVTVRO EVENTV SITIS Morboſæ.

QVamuis nihil à nobis dictum ſit de ſitis abolitione, aut eiuſdem diminutione, cum tamen in morbis, in quibus eſſe debet, non euenit, eſt ſemper perniciosa. A nobis in præſenti agendum de ea eſt, pro vt facit ad morbi cognitionem; nam vbi ægrotantes febre acuta, & maligna laborant, & nulla adeſt ſitis, aut vbi prius aderat, ſtatim euaneſcit, dicatis euentum morbi infauſtum omninò futurum. Indicium enim profert, vel mentis alienationem eſſe, qua dolores acerbi non ſentiantur, aut caloris extinctionem, quemadmodum Galenus lib. 1. epid. com. 29. rectè animaduertit, eò quòd ſopitus eſt ille ſenſus, qui ſitim percipere ſolebat. Vnde cùm in aliquibus obſeruatur lingua arida, ſalebroſa, & tamen ſitim non percipiunt, ſignum certiſſimum futurę mortis, eſt, ex lib. 3. in 3. epid. 14. & lib. 1. 3. epid. com. 1. & 2.

Sitis illa, quæ alienos humores appetit ad bibendum, cæteris omnibus eſt minus periculoſa.

Quæ verò immoderata eſt, & vehemens, quamuis ſit moleſtiſſima, non tamen ſemper eſt periculoſa, nec toleranda venit, quia vt ait Gentilis, nonnullis volentibus eam ferre, adeo adaucta eſt, vt poſtea extinguere nunquam potuerint.

Et quamuis ab Hippocrate 5. aph. 27 ſcriptū ſit, q; eis qui noctu bibere appetunt, non ſit dandus potus, id intelligendum eſt, quoties non adſit admodum intenſa, quia vt in commentario Galenus ſcribit, quibus validiſſima eſt ſitis, nocturno tempore concedendus eſt potus, ſiue ex potatione vini meracioris, ſiue ex defectu potus ſitis euenerit.

Nam ſi à vini generoſi potu ſitis contigerit, os ſuperius ventriculi à vaporibus calidis nimium calefactum eſt, vt igitur vapores prohibeātur efferri ſurſum, ebullirioque illa tollatur à caliditate vini excicata, potus præſertim aquæ frigidæ confert, & eo magis ſi ex potus defectu contingat.

Vbi igitur immoderata ſitis adſit, potu ſuccurrendum eſt ſitientibus, vnde non poſſum ſatis mirari Dominicum Leonem (quem vt præceptorem veneror) qui hoc in capite ſcribit non eſſe potum concedendum, quomodocunque ij ſitiuerint, ſiue ratione potus vini, aut ratione defectus humidi, idque ex Galeno aſſerit, qui tamen contrarium ſentit, ſi legatis locum ab ipſo citatum.

Imo ſi fas eſt veritatem fateri, Galenus interpretans prædictum aphoriſmū ſcribit Hippocratē hoc loco nihil certi determinare de potu, an conueniat, nec ne nocturno tempore admodum ſitientibus, ſed ſolum aſſerere videtur, quod ſuperdormire illis conferat, ac bonum ſit.

Vnde ſubiungit Galenus animaduertendum eſſe, quo modo ipſos ſitis vrgeat, quia ſi parua eſt, (à quacunque ex prædictis cauſis proficiſcatur) non eſt concedendus potus, ſed vt dormiāt conſulendum; per ſomnum enim quidquid ſitim facit, ſubdeſcendit, & à natura ſuperatur. At ſi ſitis immoderata admodum fuerit, exhibendus eſt potus, tum ad extinguendam caliditatem, tum ad humidum deperditum reſtaurandum, quod à ſomno reſtaurari nequit, nec etiam

tiam poteſt tolli caliditas ab ebullitione vini excitata.

Vt igitur hunc aphoriſmum ad prognoſticam partem redigamus, dicimus, quod ſitis intenſa cauſata à nimio vini potu, aut ab humidi defectu, facilè ex aquæ potu tollitur, quamuis illa, quæ ex defectu humidi naſcitur, à vini etiã potu tolli poſſit.

Cæterùm legatis Galenum lib. 2. de cauſis ſymptomarum cap. 7. quo in loco videbitis à ſiti fuiſſe aliquos interemptos, vt de illo ibidẽ narrat, qui viperam διψάδα appellatam, vorauerat. Meſſores etiam aliquos recenſet ſiti extinctos: & alios intenſiſſimè à ſiti per febrem cruciatos connumerat, qui in actu potationis perierunt.

Ad hæc apud Beniuenium lib. de abditis rerum cauſis cap. 16. comperietis plures fuiſſe ab infeſtiſſima ſiti vita priuatos, qui in actu potationis mortem oppetierunt; ſed ſi vultis habere plurima exempla tam antiqua, quàm recentia eorum, qui ab ingenti ſiti interfecti fuerent, legite Marcellum Donatum lib. 4 de medica hiſtoria admirabili, vbi etiam horum effectuum cauſas intelligetis: ex quibus locis facilè cognoſcitur ſitim immoderatam eſſe peſſimum affectum, nulla ratione à medico ſpernendum.

DE CVRATIONE SITIS *Morboſa*.

IN curatione præſentis affectus cauſam reſpicere eſt opus, ſiue illa ſit per eſſentiam in ventriculo, ſiue per conſenſũ ab alijs partibus; quãuis alia ratione extinguatur, quando per eſſentiam in ventriculo eſt, ac quando ab alijs pro ficiſcitur partibus.

Et cauſa, vt ad ſiccitatem, aut caliditatem refertur, aut ad vtramque; ita vbicunque ſit, & quomodocunque eueniat ſitis, ſemper os ventriculi nimia ſiccitate, aut caliditate, vel vtraque afficitur. Vbi igitur eueniat ſitis à ſiccitate, A tunc vel eſt ex defectu natiuæ humiditatis, vel ex potus defectu.

Si primo modo, victus recta ratione ſuccurrendum eſt, quæ humectare poſſit, & facilè deſtribuarur, præſertim vbi ab immodica euacuatione illa ſiccitas prouenerit.

Ptiſana igitur hordeacea maximè prodeſt, ex lib. 1. acutorum com. 18.

Eoque tendit panis in aqua maceratus, B aut tritus, & in iure non pingui infuſus, aut ebullitus.

Polenta quoque granarorum, aut limoniorum ſucco aſperſa: necnon

Endiuia,
Oxalis,
Lactuca,
Portulaca,
Borrago.

Emulſio ſeminum peponum, & aliorum C ſeminum frigidorum, tam minorum, quàm maiorum.

Placet etiam ſi prædictorum ſimplicium frondes, ac folia cum carnibus pullorum, aut vituli, aut ſimilium ebullicrinr.

Eadem etiam ſimplicia in modum acetariorum condita cũ modico oleo, & aceto deuorata valent.

Lactis vaccini, aut caprilli recentis D potus prętet alia edulia egregiè abſumptum humidum reſarcit, ſiccitatem corrigit, & ſitim extinguit.

Vinum oligophorum moderatè epotum idem præſtat.

Sed non modò hominem exiccatum madefacere oportet prædictis præſidijs internis, ſed exterius appoſitis, quod egregiè inter alia poteſt aquæ dulcis balneum præſtare, vt Galenus lib. de marcore cap. 7. ſcriptis mandauit. E

Si verò ſiccitas euenerit ex potus priuatione, tunc potus aquæ ſimplicis, vel cui pauculum vini fuerit admixtum, vel aqua cum ſyrupo violaceo ſummè prodeſſe poterit.

At vbi à caliditate ſitis euenerit, pugnandum aduerſus eam venit tam interius

rius aſſumptis, quàm exterius admotis præſidijs.

In primis Hippocrates, & Galenus 5. in 6. epid. com. 33. imperant ſilentium, quietẽ, oris clauſionem, iubent tamen, ſi aer frigidus præſens habeatur, vt frequens fiat inſpiratio. Sed quod magis proderit, eſt aquæ frigidæ liberalis potus, vt Galenus admonet lib. 9. meth. med. cap. 5.

Verùm magis iuuabit aqua frigida, ſi modicum aceti ei fuerit admixtum, vt idemmet Galenus docet lib. 1. ſimpl. med. cap. 29.

Placet etiam eadem aqua modico vini diluta.

Succus granatorum dulcium cum multa aqua limphatus optimum remedium eſt ad hanc ſitim extinguendam.

At vbi caliditas, & ſiccitas complicentur, ita vt ambæ concurrant ad faciendam ſitim, opus eſt prædicta admiſcere auxilia.

Verum quidem eſt, quod Galenus admonet ſitim à ſiccitate non poſſe ab aceto extingui; ideoque nihil, aut parum ipſius aquæ admiſcendum, etiam ſi cum caliditate complicetur ſiccitas.

Quod ſi ad caloris, & ſiccitatis exceſſum bilis quoque, aut ſalſæ pituitæ copia adijciatur, bilis refrigerantibus, & madefacientibus, & ſimul quibuſdam acidis euincenda, ac tandem cholagogis extra corpus ducenda eſt.

At ſalſa materia dulcibus temperanda venit, eiuſque frigiditas, ac craſſities quibuſdam appropriatis medicamentis alteranda, vt inde phlegmagogis medicamentis promptius educi poſſit.

At ſi per conſenſum alicuius partis affectæ fiat ſitis, ad curationem illius partis tollitur ipſa, quemadmodum ſuis locis obſeruabimus, nempe in morbis inteſtinorum, hepatis, veſicæ, renumque recenſendis.

Duo tamen ex Auicennæ ſententia animaduerto. Vnum eſt, quod ſitis ex malè affecto pulmone curatur aere attracto, quoniam pulmones ab aere magis ſanè alterantur, quàm ab aquæ potione; nam aer attractus per aſperam arteriam immediatè in pulmones recipitur.

Alterum eſt, quod quando quis timet ſitim propter ieiunium, dicebat præmittendum eſſe oleum cum aceto, & abſtinendũ à potione aquæ cicerũ, & fabarum. Nam apud eundem Auicennam colligi facilè poteſt 10. metaph. cap. 3. vbi ſcribit Saracenos, quando ieiunant conſuetos eſſe ſine carnibus legumina, cicera, & fabas comedere, quod qui acetum cum oleo præmittit, refrigerat, & humectat os ſuperius ventriculi; acetum enim refrigerat, & tenuium partium cum ſit, facit penetrare oleum, quod ſua humiditate humectat, hinc ſitis vt pote à calido, & ſicco facta extinguitur.

Aquæ verò fabarum, & cicerum ſitim concitant, illa quidem propter ſui caliditatem, acuitatem, & nitroſitatem, hæc verò ob ſui craſſitiem: hæc Auicennas.

Si tandẽ ſitis euenit ratione caliditatis vniuerſalis, nempè febris, tollitur per ea, quę febrem auferre valent, de quibus ſuo loco dicemus, ſed vt vno amplectar verbo, ſitim extinguunt aqua frigida,

Aqua hordei,
Endiuiæ per elambicum extractæ.
Borraginis,
Bugloſſæ.

Eandem vim habet medul'a aurantiorum dulcium à membranis mundata, & in gelidam aquam immerſa.

Oſſa quoque prunorum ſiccorum, aut ceraſorum in aqua macerata, & in ore diu detenta idem præſtant.

Globuli etiam cryſtallini in ore contenti ſaliuam, & humiditatem ad linguam deſcendere faciunt, qua humectata ſitis compeſcitur.

Iuuant etiam malorum punicorum grana, tam acida, quàm dulcia.

Folia, & radices cichorij,
Lactucæ, ac

Borraginis,
Sacchato conditæ ſitim compeſcunt.

At folia lactucæ in frigidam aquam immerſa, ac ſupra linguam poſita ſummè proficiunt.

Paratur Neapoli conditum quoddam ex ſucco limonij, & ſaccharo, quod iucundiſſimum eſt, admodumque ſitim mitigat, quemadmodum etiam

Syrupus de ſucco limoniorum.
De ſucco granatorum,
De aciroſitate citri.
Et alij huiuſmodi cum aqua admixti.

Summoperè iuuat aqua, quæ eſt in agro Lucenſi, quam Villenſem, aut de Villa appellant.

Laudatur quoque & illa, quæ in agro Florentino reperitur, quam aquam Borrę appellant. Nam huiuſmodi, ea qua decet ratione accepta, ſitim mirificè extinguunt: & hæc de ſiti mendoſa.

DE CONCOCTIONE VENTRICVLI LÆSA.

CAPVT OCTAVVM.

Dicebat Galenus lib. 1. de diff. ſympt. cap. 4. actionem ventriculi eſſe coctionem, hoc eſt alterationem ciborum in conuenientem animali qualitatem. Hæc autem alteratio labefactatur, vt non fiat, cum quales aſſumpti ſunt cibi, tales in omni qualitate manent, & huiuſmodi affectio à Græcis ἀπεψία vocatur, quæ ſuperſtite remanente animali, diu perdurare minimè poteſt; eſt enim ſimilis actioni animali, in qua vel ſenſu, vel motu omninò priuantur homines.

Vt verò fiat alteratio, ſed non ita, ſicut oportet, dupliciter contingit, vel quia chylus in alienam mutetur ſubſtantiam, aut prauam qualitatem, vel quia fiat ſatis tardè, & cum difficultate. Prior affectio caret proprio nomine, at Græci δυσπεψίαν appellant; altera verò ab iiſdem, Galeno authore, βραδυπεψία nominatur, quæ tria nomina, etſi ad variam coctionis læſionem referantur; nihilominus à Latinis comprehenduntur ſub vno cruditatis, aut corruptę digeſtionis, vel etiam læſæ coctionis nomine.

Sed antequam cruditatem definiamus ad memoriam reuocandum eſt, in ventriculo, atque in omnibus corporis partibus quatuor virtutes naturales reperiri, nempè attractionem, retentionem, alterationem, & expulſionem, quæ omnes trifariã lædi poſſunt, licet hæ læſiones in virtute attractrice nomina propria non habeant. In reliquis verò virtutibus habent, vt de alteratrice, quam coctionem dicimus, intelligetis, de qua primùm agendum proponitur.

Eſt læſa alteratrix ſymptoma in genere actionis, hoc eſt concoctionis læſæ, quæ vel aboletur, vt in apepſia; aut diminutè fit, vt in bradipepſia; vel vitioſè, vt in diſpepſia. Cùm enim concoctio ſit perfectio quædam ex oppoſitis paſſiuis à propria, & natiua caliditate facta, ex Ariſt. 4. meteororum; cruditas è contra, quæ eſt coctioni contraria, erit imperfectio ex eiſdem oppoſitis paſſiuis, facta quidem à caliditate, vel languente, aut impedita; nam perfectio, & imperfectio conueniunt primò, quòd ambæ ſint actiones, deinde quòd ab agente fiant, denique quod materiam oppoſitam habeant, in quam agere debent.

Differt

Differt verò concoctio à cruditate, quia agens victoriam conſequitur ſuper materiam ſibi oppoſitam, & eam ex toto euincit, tranſmutatque perfectè ad naturam chyli; è contra in cruditate nunquam agens dominatur materiæ perfectè; aut quia non mouet materiam, vt in apepſia; aut quia mouet, ſed longo tempore, & cum difficultate, vt in bradipepſia; vel tandem quia vitioſè, aut deprauatè mouet, ita vt corrumpatur alimentum, nec vnquam gratiam naturæ, vt dicebat Galenus, recipere poteſt, quemadmodum in diſpepſia euenit.

In prædicta tranſmutatione naturali conſideranda ſunt cauſa efficiens; materia, circa quam verſatur; & pars, in qua continetur. Cauſam efficientem calorem eſſe ex Ariſtotelis ſententia diximus. Materia eſt alimentum. Pars verò, in qua coquitur, aut tranſmutatur in chylum, eſt ventriculus, cuius calorem nō poſſumus fateri eſſe cauſam ſimpliciter, & abſoluta ratione; nam ſi eſſet calor, omnis ventriculus, in quo is vigeret faceret cuiuſuis materię coctibilis idoneam concoctionem; at experientia obſeruamus non omnia coctibilia in ventriculo calido benè concoqui, ergo ſequitur, quòd non à calore, vt calor eſt, fiat concoctio, hoc eſt chylificatio; nam exempli gratia, coturnix veratrum cōcoquit, quod nobis eſt venenum. Ferunt etiam ſtruthiocamelum ferrum concoquere, quod à leone, aut cane, quorū calor intenſiſſimus eſt, non coquitur, quare non poſſumus concludere calorem eſſe cauſam efficientē huius ventriculi actionis.

Sunt, qui concludunt ſolum calorem non eſſe opificem huius actionis in ventriculo humano, ſed cum ipſo calore addunt occultam qualitatem, quam ventriculi proprietatem vocant, à qua quidem fieri talem coctionem aſſeueranter affirmant.

Sed ne multum immoremur in huiuſmodi quæſtionibus, animaduertendum A eſt in corpore noſtro duplicem calorem reperiri, innatum, quem implantatum nonnulli, & Hippocrates primogenitum appellauit, nec non & influentem.

Calor innatus in vnaquaque parte proprius reperitur, qui vt vobis oſtendi in Miſcellaneis Decade 7. cap. 2. & Decade 1. cap. 4. eſt ſubſtantia quædam ſemper mobilis à centro ad circumferentiam illius partis, cuius calor eſt B proprius, & à circumferentia ad centrum, qui calor conſeruatur ab influenti, coctioniſque ventriculi eſt cauſa efficiens; vnde fortè eſt, quod Ariſtoteles 4. meteorum ſcripſit caliditatem eſſe principium coctionis in alimento, ſed mediante ipſius temperie.

Quare calor poteſt dici cauſa efficiens, quia in agendo mouet ventriculi temperiem, à qua quidem concoctio ce- C lebratur. Aliàs oſtendi differre calorem innatum à partium temperie, quod quidem ſolo hoc argumento compertum eſſe vobis debet, quia calor innatus eſt ſubſtantia, temperies verò eſt accidens de genere qualitatis: calor verò influens in corde genitus, & per arterias ad omnes partes corporis tranſfuſus calorem innatum quodam modo extinctum reſtaurat eo modo, quo poteſt.

D Cum igitur non omnium eadem ſit temperies ventriculi, hinc eſt, quod non omnia poſſunt animalia res eaſdem concoquere; ſed pro temperiei diuerſitate erit dicenda proxima cauſa chylificationis, ſeu coctionis ventriculi. At cum coctio, & cruditas ab inuicem ſibi contraria ſint, requiritur neceſſariò, vt intemperies ſit cauſa vitiatæ coctionis, cum autem in capacitate ventriculi contine- E atur alimentum, ſequitur quod pars illa, ad quam magis alimentum accedit, ea ſit, quæ coctionem faciat; illa autem ex communi medicorum conſenſu eſt fundus ventriculi.

Verùm opus eſt hic animaduerſione quadam; nam ventriculus conſideratur, vel vt eſt pars organica, & inſtrumentalis; vel

lis; vel vt eſt ex pluribus partibus ſimilaribus conſtructus. Primo modo in ipſo tres habentur partes contemplatione dignæ; prima, os, quod duplex eſt, ſuperius, atque inferius; ſecunda, fundus; tertia, totum corpus.

Per os ſuperius ingreditur alimentum, per inferius egreditur idem iam concoctum, & elaboratum. Fundus ea pars eſt, in qua habetur os inferius. Reliquum verò corpus eſt tota capacitas ventriculi, quæ ad latus ſiniſtrum noſtri corporis extenditur.

B

Fundus igitur, cùm ſit in parte inferna ventriculi, dicitur pars cõcoquens alimentum, quod ex neceſſitate tangit, & alimentũ tanquam in baſi firmatur in eodem fundo, cum non poſſit deorſum vltra progredi, quare procul dubio poteſt is dici pars, in qua fit concoctio.

C

Sed quoniam in omni inſtrumento alicui actioni deſtinato, datur vna pars (vt Galenus docet) cui ratio agendi tribui primò debet, & hæc vt ſimilaris ſit, oportet, ſequitur, quod fundus ventriculi, cũ ſit pars organica, non poſſit eſſe pars, cui conueniat ratio agendi primariò. Conſtat enim ventriculus ex pluribus partibus ſimilaribus, nempè ex duabus membranis proprijs, & tertia à peritonæo acquiſita. Præterea fibrarum omne genus habet, nempè rectas, obliquas, & tranſuerſales. Ac tandem pluribus venis, arterijs, & neruis eſt conſtitutus.

D

Cum igitur tot reperiantur partes ſimilares ventriculum componentes, neceſſe eſt, vt vna harum ſit, quæ habeat primariam agendi rationem; nam omnes partes in gratiam huiuſce coctionis ſunt factæ; quarum aliquæ ad actionem primariò, aliæ ſecundariò concurrunt.

E

Partes primariò concurrentes ſunt illæ, quæ faciunt actionem ſimpliciter, quarum vna eſſe debet, cui debetur actio agendi primariò, aliæ ſunt, ſine quibus fieri non poteſt actio. Secundariò verò concurrentes ſunt, quæ & ad meliorem actionem, & ad conſeruationem ipſus faciunt.

Pars igitur illa ſimilaris, quæ habet primas agendi vices, vna ex iſtis eſſe oportet, aut interna membrana ex fibris prædictis contexta, aut vena, aut arteria, aut tertia, vel ſecunda membrana.

At non poteſt dici interna membrana, quoniam ipſa eſt tota neruoſa, ſeu membranea, & per conſequens frigidæ, & ſiccæ complexionis. Dicebat enim Galenus actiones partium fieri à proprio ipſarum temperamento, temperies autem illius partis, cui debetur actio primò, debet eſſe calida, non igitur poteſt eſſe interna membrana, quamuis ipſa vtilitatem præbeat ad retinendum alimentum per ſui denſitatem, & continuitatem, qua conſtat.

Nec poſſunt eſſe fibræ, quia rectæ ad attrahendum, obliquæ ad retinendum, tranſuerſales ad expellendum valent.

Nec minus venæ, cùm ſint tanquam canales ferentes chylum à ventriculo, & ſanguinem à iecore, pro ventriculi nutritione.

Multo minus dicendæ ſunt arteriæ, quia ad caloris, & ſpirituum diſtributionem deſtinantur.

Nerui verò, eò quòd facti ſunt duplicis vſus gratia, nempè ad ſentienda obiecta occurrentia, nec non ad percipiendam indigentiam, à qua irritatus ventriculus ſe conuertit ad alimentum quærendum, nec poſſunt id munus præſtare.

Cùm igitur nulla ex prædictis partibus habeat vim agendi primò, neceſſariò requiritur, vt ſit vel membrana externa, nempè tertia à peritonæo enata, vel ſecunda, quæ ventriculi eſt propria; ſed non poteſt eſſe externa à peritonæo exorta, tum quia non includitur inter partes conſtituentes ventriculum; tum quia eſt frigidæ, & ſiccæ complexionis; quare relinquitur ex ſufficienti partium enumeratione, vt ſit membrana propria ventriculi exterior.

Con-

Conſtat enim hæc membrana ex ſubſtantia carnoſa, nempè ex fibris carnoſis tranſuerſalibus, ex quibus adeo egregiè conſtructa eſt, vt nonnulli exiſtimarint, poſſe ventriculum mouere muſculorum inſtar; quod an verum ſit, nec ne, alterius eſt inſtituti. Sufficit interim, ex communi omnium medicorum res anatomicas intelligentium, exteriorem ventriculi tunicam eſſe carnoſam, & per conſequens temperatam, quo ad caliditatem, quare cùm dictum ſit actionem ventriculi fieri à caliditate naturali medianre temperie, ſequitur huiuſmodi tunicam eſſe eam partem, cui ratio agendi primò debeatur.

B Hoc idem confirmatum fuit ab Auerroe lib. 2. cap. 9. ſui colliget. Quibus ad hunc modum enarratis iam apparet actionem ventriculi eſſe coctionem, ad quam quidem faciendam, omnes prędictæ partes concurrunt, quorũ prima eſt exterior tunica ob ſui temperiem.

Galenus lib. 3. de nat. facult. 4. de par. vſ. cap. 1. ait, quod nihil aliud eſt ventriculi actio, quàm concoctio, & peculiaris chylificatio. De cuius quidem contrario, hoc eſt de cruditate, quę reuera coctioni eſt contraria, in præſenti agendum proponitur, ſupponentes externam tunicam, propriam ventriculi, eſſe partem primò affectam; fundum verò ventriculi ſecundariò, & per accidens, quatenus attingit ſuo contactu alimentum.

DE CAVSIS LAESAE Coctionis.

CVm itaque nota iam ſit natura huius affectionis, & affectæ partis, ſuę cauſæ nobis indagandæ veniunt, quæ (ni fallor) à duobus capitibus ſumi poſſunt, nempè à rebus internis ipſius vētriculi, & à rebus externis, quæ ambo ad vnum caput, nempè ad fruſtrationem facultatis, quæ in plures partes, ſeu ſpecies, ſeu genera diuiſa eſt, reducuntur, vt docet

A Galenus lib. 3. de cauſſis ſymptomatum cap. 1.

Vnum genus ad facultatem læſam refertur; alterum ad errorem quendam exteriorem. At virtutis, ſeu facultatis læſio bifariam contingit, aut culpa ſuæ ſubſtantiæ, vel morbi alicuius inſtrumentalis occaſione. Error verò externus triplex eſſe poteſt; vel in excrementis, quæ in corpore detinentur; vel in cibis; vel denique in tempore ſomni.

Poſſumus etiam referre cauſam, in efficientem, in materiam, & in conditiones ad coctionem requiſitas. Cauſa efficiens eſt calor innatus mediante temperie, temperies verò mediante inſtrumento, nempe ventriculo, qui etiam efficiens dici poteſt, & vitiatur, vel vt eſt pars ſimilaris, vel organica.

C Si læditur, vt ſimilaris ab aliqua intemperie, dicitur actio vitiata; ſi vt inſtrumentum, dicitur actio impedita, quemadmodum accidit, quando ab aliquo morbo in compoſitione vitiatur; quicunque ille fuerit. Vel denique læditur actio ratione materiæ, quæ non habet diſpoſitiones requiſitas, ad hoc vt conuertatur in chylum.

D Auicennas lib. 3. fen. 13. tract. 3. cap. 2. ſcribit cauſas huius præſentis propoſitæ affectionis prouenire, vel à cibo, vel à receptore cibi, vel à rebus ſuperuenientibus.

Primò quidem cruditas ratione cibi, contingit vel cauſa ſuæ ſubſtantiæ, vel nimiæ copiæ, vel qualitatis, vel intempeſtiuitatis, aut ordinis, vel etiam varietatis; nam cibus ſua nimia quantitate aſſumptus ſtomachi virtutem vincit, quo nomine alterari, & concoqui non poteſt, quemadmodum vbi in pauca quantitate aſſumptus eſt, aduritur, & in cinerem conuertitur.

E Qualitas quoque cibi cruditatem facit, quando corrumpitur, ac putreſcit facilè in ſtomacho, vel quia calidus, aut frigidus, vel quia craſſior ſit nimis, aut glutinoſus. Accidit etiam hoc ipſum quan-

quando ipſius malignitas corrigi non poteſt, aut quia habet aliquam qualitatem aduerſantem ſtomacho alicuius; vidimus enim nonnullos abhorrere cibos aliquos, quamuis ſuaptè natura ſint optimi.

Tēpus quoque, quo cibus aſſumitur, poteſt aliquod nocumentum inferre, quo nomine, & labefactatur concoctio, vt Galenus 3. de cauſis ſymptomatum cap. 1. & Auicennas cap. 2. fen. 13. tract. 3. lib. 3. apertè ſcripſerunt; nam ſi quis mane antequam cibus prior deſcenderit, vel paulò ante exercitationem prandeat, nequit fieri concoctio.

Ordo quoque nocet; nam ſi mala punica, verbi gratia, præcedant, olera verò ex garo, & oleo poſtponantur, vel ſi (vt inquit Auicennas) leuia præcedant, ſubſequātur grauia, vel ſi ſupra ſtipticū leue alimentum ponatur, lęditur coctio. De alimentorum ordine egimus in Miſcellaneis Decade 8. ad Seſſam.

Addit Auicennas ciborum varietatem, de qua nihil Galenus, quia admiſcentur variæ ſpecies, quarum quædam ſunt velocis, quædam tardæ digeſtionis: iſtæ ſunt omnes cauſæ ex parte alimentorum.

Veniamus ad ea, quæ conſequuntur alimenta, dicturi poſtea de cauſis ex parte inſtrumenti, ſeu ciborum receptoris. Inter accidentia, quæ cibis ſunt impedimento, quo minus coctio fieri in ventriculo poſſit, primò occurrit defectus ſomni, dum non tantum ſomno indulgemus, quantum opus eſt ad cibum coquendū; nam in ſomno calor intus retrahitur, ex quo fit bona cibi concoctio.

Secundò eſt intempeſtiuum exercitium, aut nimius motus, nec non ſtudium, quod coctionem ventriculi mirè lædit; nam videmus homines robuſtos, benè ſe habentes, recteque alimenta digerentes, vbi animum ad literarum ſtudia impenſè applicant, ſtatim imbecillo fieri ſtomacho; vnde Celſus dicebat omnes vrbanos, ſed præcipuè eos, qui ſtudio de-

A diti ſunt, imbecillo eſſe ſtomacho.

Affectiones quoque animi poſſunt eſſe cruditatis cauſa, ſi præcipuè fuerint immoderatę, vt eſt gaudium, & timor, & huiuſmodi, & quamuis Auicennas ſcribat timorem eſſe cruditatum cauſam, gaudium verò prodeſſe coctioni, intelligendus eſt ipſe de moderato gaudio.

Tertiò eſt nimius potus, aut priuatio ipſius, aut in pauca quantitate aſſump-

B tus.

Quartò eſt intempeſtiuus coitus.

Quintò balneum repleto ventriculo factum, prętertim in loco calido.

Sextò vehemens nimis aeris frigiditas, aut ipſius mala, & peſtilens qualitas.

Poſtrema cauſa eſt flatus retentus, qui per inferna minimè euacuatus, ſurſumque regurgitans, atque alimentum ſu-

C ſpendens, facit, vt minimè ipſum alimentum concoqui poſſit.

Modò ad inſtrumentum, ſeu ad receptorem alimentorum deueniendum eſt, qui & ipſe cauſa horum ſymptomatum à Galeno, & Auicenna eſſe recenſetur. Primò dicebat Galenus facultatem lędi, atque inſtrumentum.

Sed vt rem ſua natura paulò obſcuram habeatis clariorem, ſcire licet ven-

D triculi facultatem concoquentem eſſe poſitam in ipſius temperie, quę cum ſit primò in exteriori membrana, vt principium actionis, dicendum etiam eſt lędi ſolere per intemperiem, quare intemperies erit cauſa huius affectionis.

Intemperies verò eſt multiplex, nempè ſimplex, compoſita, cum materia, & ſine materia. Galenus 3. de cauſ. ſymp. 1. dicebat intemperies actiuarum qualita-

E tum cauſam eſſe facultatis læſæ, hoc eſt dictu, ventriculum pati tanquam membrum ſimilare, & à ſolis intemperiebus actiuis, nempè à caliditate, atque à frigiditate.

Addit Auicennas, & ſubſtantiæ ventriculi conditionem, & partium, quæ coctioni opem ferre poſſunt, vt eſt omentum,

rum, quod ab ipſo zirbus appellatur; nam ſubſtantia ventriculi non debet eſſe craſſa, omenti verò non tenuis; nam ſi ſubſtantia ventriculi craſſior ſit, quàm oportet, non poterit permittere, vt calor iecinoris intus ingrediatur, hoc eſt, non admittit calorem hepatis.

Sed huiuſmodi Auicennæ inuentum nihil valere videtur; denſitas enim, & craſſities ventriculi magis retinet calorem, & non permittit ipſum exrra euaporare: & omentum poteſt eſſe nimium tenue, & nimium craſſum, & primo modò non poterit calefacere ventriculum, cum ſua denſitate prohibere natum ſit, ne ventriculi calor diffletur, & ne aeris frigidi læſionem concipiat idem ventriculus, quibus officijs per ſuam denſitatem ſatisfacere debet. Secundo modo nullum reſultat inconueniens, quia in humano corpore non poteſt omentum eſſe nimis craſſum, cùm ſit cribri in modum perforatum.

EXPLANANTVR NONNVLLA quæſita, circa cauſas læſæ Concoctionis ventriculi.

HAec eſt ſeries cauſarum propoſitæ affectionis, nempè cruditatis, ex quarum enumeratione nonnulla inſurgunt dubia in medium adducenda, & diluenda.

Primum eſt circa ordinem ciborum, an ſcilicet ordo incongruus poſſit facere cruditatem?

Secundò, cum dictum fuerit ex Auicenna varietatem ciborum efficere cruditatem, inquirendum eſt, quo nam modo id ſit verum?

Tertiò ſcripſit Galenus 3. de ſymp. cauſis cap. 1. intemperies actiuas eſſe cauſas cruditatis. de alijs autem, nempè de paſſiuis ſimplicibus, aut compoſitis, tam cum materia, quàm ſine materia nihil determinauit, inquirendum ergo proponitur, an præter intemperies actiuas, de quibus nulla dubitatio eſt; etiam A paſſiuæ, humiditas ſcilicet, & ſiccitas cauſa ſint cruditatis?

De varietate ciborum nihil à Galeno dictum fuit, non quod ipſe exiſtimaſſet varietatem contineri ſub multitudine, vt nonnulli aiunt, ſed quia non omnem ciborum varietatem eſſe nociuam arbitratus eſſet, & quamuis Ariſtoteles 1. problematum 15. videatur dicere varie tatem ciborum eſſe morboſam, non de B omni varietate, ipſius ſententia eſt intelligenda; ſed de illis cibis, qui adeo varij ſunt, vt inter ſe, & genere, & ſpecie diſtent; nam quidam ſunt facilis, quidam verò difficilis coctionis, & quidam qui mediam ſortiuntur naturam.

Varietas ciborum primi ordinis non eſt morboſa, nec tertij ordinis, vt in exemplo, carnes auium ſunt inter ſe ſpecie diuerſæ, vt gallinacea, phaſiano- C rum, columbarum, turdorum, attagenum, & huiuſmodi: carnes etiam ſuillæ, bubulæ in hoc ordine reponuntur, quæ non differunt coctione, niſi ſecundùm magis, & minus, quæ omnia alimenta ſunt tertij ordinis, hoc eſt, quæ nec facilia ad coquendum, nec difficilia exiſtunt.

Cæterùm in primo ordine ſunt non modo liquida alimenta, ſed etiam ole- D ra quædam, atque nonnulli fructus, vt ſunt

- Lactucæ,
- Endiuiæ,
- Spinaciæ, nec non
- Oliuæ;
- Cappares,
- Poma,
- Pyra,
- Pruna,
- E Piſtacia,
- Auellanæ, & alia huius generis.

Quæ ſecundis menſis pro ſanis offerri conſueuerunt; varietas horum ciborum non eſt morboſa, & hanc admittebat etiam Plato in ſua illa tam rectè inſtituta republica, dummodo non excederet quantitate nimia.

Altera verò varietas ciborum admodum nociua eſt, ſi huic potiſſimùm admiſceantur, quemadmodum ſunt illa, quæ ex paſta condita fiunt, piſces aliquot, nonnulli caſei.

Tunc præſertim morboſa eſt varietas, cum quis ex omnibus prædictis rebus veſcatur, quarum aliæ ſunt facilis, aliæ difficilis digeſtionis; nam quæ conſpirant in vnam chyli naturam, varia quamuis ſint, non ſunt nociua, niſi eorum aſſumatur nimia copia.

Circa illud quæſitum, an ſicuti à calida, & frigida intemperie læditur interdum concoctio; ita etiam à paſſiuis qualitatibus, humiditate ſcilicet, & ſiccitate lædi poſſit? varia dicenda occurrunt.

Nam ex vna parte videtur Galenus 3 de cauſis ſympt. 1. id negare, cùm de calida, & frigida aſſertiuè ſcribat, de humida autem, & ſicca ne verbum quidem habeat, quare dicendum eſſe apparet Galenum fuiſſe huius ſententiæ, vt neque ab humiditate, neque à ſiccitate concoctio lędi poſſit.

Ex altera verò parte contrarium colligere poſſumus ex 7. meth. med. cap. 5. vbi inſtituit curationem, tã ſiccę, quàm humidæ intemperiei, quòd ſanè confirmatum eſſe videtur ab antiquiſſimo omnium Arabum authore Serapione exiſtimante ab vtraque hac prędicta intemperie, non ſecus atque ab intemperie frigida, & calida fieri lęſionem in concoctione.

Sed Auicennas conatus eſt de medio hanc leuem difficultatem tollere, vbi conſiderans humiditatem, & ſiccitatem, dicebat non poſſe eas lędere coctionem, niſi ſint vehementiſſimæ, diuq; perſeuerent, & alicui ex actiuis qualitatibus connectantur: ſolę autem, recentes, & paruę, aut nullam, aut vix ſenſibilem faciunt in coctione lęſionem.

Quando namque Galenus inſtituit prędictarum intemperierum curationẽ, conſiderat eas, vt ſunt immoderatę, & vt materiam habent coniunctam, cui aſſo-
A ciata eſt aliqua actiua qualitas, vel calida, vel frigida.

Cum verò in lib. de ſympt. cauſis, ne verbum de illis habuit, conſiderauit ſimplices intemperies, per ſe ſolas lędentes ventriculi coctionem, inter quas cum vidiſſet minimè habere locũ paſſiuas, meminit tantummodo actiuarum. Idem ſenſiſſe Serapionem exiſtiman-
B dum eſt.

Si quis dicat, flatus in ventriculo exiſtens, & ſuſpendens cibum inter cauſas externas fuit enumeratus, cùm tamen potiùs inter morbos malæ compoſitionis numerari debuiſſet, facilè reſpondetur; nam inter cauſas exteriores reponitur, quoniam fit ab alimento, tanquam à minera, quod procul dubio cauſa externa eſt. Poſſet quidem connumerari
C etiam inter morbos compoſitionis, eò quòd cauitatem ventriculi repleat actionem ipſius lædens.

Poſt hæc quærere quiſpiam poſſet, quo nam modo ab exceſſu caliditatis, & frigiditatis vitietur coctio, & per conſequens enaſcatur cruditas? Pro cuius rei declaratione notandum eſt, quod in corruptione facta à caliditate generatur nidor; in ea verò, quæ à frigiditate fit,
D reſultat acor. Quid autem ſit propriè nidor, & quid acor, licet ſint voces admodum frequentes in ore practicantium, nondum tamen ab ijs quidquam certi deſumpſi.

Nihilominus dico, omnes facillimo negotio cognoſcere poſſe acorem, nempe ſaporem illum acidum, quem in ore ſe percipere dicunt ægrotantes.

At de nidore non ita clarum eſt; nam Ariſtoteles lib. 4. meteororum, vſurpauit
E hanc vocem, hoc eſt, ſuffitum, pro genere quodam ad fuliginem, fumum, ac nidorem; nam ſuffitum appellauit excretionem quandam humidi, & ſicci factam à caliditate vſtiua; quæ pro diuerſitate materiæ, à qua exit, diuerſimodè nominatur; ſi enim ab oſſibus, pilis, lignis, & huiuſmodi eleuetur, dicitur capnos, ſeu

A fumus; ſi à materia adipoſa, dicitur fuligo; ſi ab oleaginoſa, ac pingui, dicitur nidor; ita vt nidor nihil aliud ſit, quàm excretio quædam materiæ humidæ, & calidæ facta à calore vſtiuo, & materia pingui, & oleaginoſa, quare nidor pro cauſa efficiente ſemper habet calorem.

At è contra acor ſemper frigiditatem agnoſcit vt cauſam, & in hoc differt à nidore. B Deinde differunt in materia; nã nidor videtur fieri ex oleaginoſa materia; acor verò à materia frigida, à calore minimè euicta.

Notandum quoque eſt, nidorem eſſe in duplici differentia; vnus qui propriè nidor appellatur, & eſt diſtinctus à fumo, & à fuligine, de quo Ariſtoteles loco ſupra citato loquebatur, & ad rem noſtram minimè facit.

C Alter verò eſt nidor impropriè dictus, qui coincidit cum ſuffitu, habetque eandem cauſam efficientem, nempè calorem excedentem; ſed differt ab eo ratione materiæ, quia ille oleaginoſam requirit materiam; hic verò à quacunque materia in ventriculo contenta eleuatur, & refert odorem ouorum, vel piſcium corruptorum.

Vnde Ariſtoteles 4. hiſt. an. 8. dicebat D piſces nutriri ex nidore carnis, aut aliorum piſcium; quare per nidorem nihil aliud intelligere vult, niſi excretionem, ſeu exhalationem eleuatam à materia correfacta, atque aduſta, quemadmodum etiam medici omnes hunc eſſe nidorem intelligunt.

Sed dicetis, ſi nidor à materia aſſata, ac torrefacta fit, vnde eſt, quod Galenus ipſum inter ſpecies cruditatis repoſuerit? E Dico, quod corruptio cibi, quæ fit in ventriculo, à Galeno appellatur cruditas, cùm tamen non ſit re vera cruditas, ſed mutatio quædam alimenti in vitioſum ſuccum, quia hic idem ſuccus eſt ineptus pro nutritione. Deinde cùm fiat per aduſtionem, & ab ipſa eleuetur hic nidor, ideo à Galeno, & alijs reponitur inter ſpecies cruditatis.

DE SIGNIS LAESAE Coctionis.

IN theoria ſignorum tradenda, opus eſt animaduertere nos hic præ manibus tractandam habere triplicem ventriculi affectionem; vna eſt, in qua nihil alterantur alimenta in ventriculo; altera, in qua alterantur, ſed ægrè, & multo tempore; tertia verò, in qua corrumpũtur, quia non conuertũtur in chylum, ſed in prauum humorem, & vt dicebat Galenus, nullam recipiũt alimenti gratiam.

In deſignanda priori affectione, omnes authores multum laborant; tum quia hæc rarò contingit, tum quia ſi contingat, vix credibile eſt, poſſe hominem ſuperſtitem permanere, ſi diu affectio perdurauerit; tertiò quia difficilis eſt ipſius cognitio, quæ ab excretis, hoc eſt ab exeuntibus mutatis, accipi ſolet, quamuis alia adſint ſymptomata eandem aliquo modo deſignantia.

Exeuntia enim per ſeceſſum nullo modo alterantur, & qualia aſſumpta ſunt, eijciuntur deorſum, quemadmodum ingeſta fuerunt, non ſecus atque in lienteria euenire obſeruamus, vt ſuo loco dicemus.

Symptomata ſunt in primis eructatio, quæ ſaporem in ore præfert cibi paulò ante aſſumpti. Auicennas notat hunc ſaporem eſſe animaduertendum ſpacio quinque horarum poſt aſſumptum cibum, quæ animaduerſio non eſt ſemper limitata per ſpacium prædictum, quia in aliquibus concoctio celebrari non poteſt tam breui tempore.

Verùm quia homines ſtomacho benè valentes poſſunt concoquere alimenta hoc tempore, Auicennas viſus eſt limitare illud ſpatio quinque horarum ab aſſumpto alimento, intra quod ſi percipiatur ſapor in ore talis, quemadmodum ſi nuper aſſumptum eſſet alimentum, ſignum eſt fieri non poſſe, vt amplius coquatur; quamuis etiam homines concoquerent alimentum ſeptem

horarum ſpatio.

Sunt & alia ſymptomata, quæ hunc ſaporem concomitantur, vt eſt nauſea, quædam inanis, rugitus in ventriculo, nec non & ipſius ventriculi extenſio, quę euenit ratione flatus geniti in eodem ventriculo.

Addit Auicennas æſtuationem anhelitus, per quam nihil aliud intelligere oportet, niſi frequentem reſpirationem factam à ventriculo comprimente diaphragma; nam vbi alimentum non perfectè concoquitur, ſed alteratur à diminuta caliditate, flatus eleuantur diaphragma prementes: deinde cùm diſtendatur ventriculus, ab illis deorſum in illa dilatatione trahitur, nam œſophagus alligatur nexibus quibuſdam ipſi diaphragmati, & certè obſeruamus non rarò eos, quibus ventriculus malè concoquit, crebram habere reſpirationem, ac ſi aſthmate laborarent.

Sed huiuſmodi ſigna ſunt demonſtrantia cruditatem in genere, aut quòd vix, & cum difficultate alimenta in chyloſam materiam conuertantur. Nunc proponenda eſſent ea ſigna, quæ cauſas manifeſtant, à quibus vitiari coctionem contingit.

Sed antequàm vlterius progrediamur, dicet quiſpiam, tu nobis attuliſti ſigna oſtendentia cruditatem, cuius cùm triplex ſit differentia, nempè apepſia, bradipepſia, & diſpepſia, cuperem faciliorem, & magis diſtinctam cognitionem, ac vt mihi oſtenderes rationem cognoſcendi quamcunque illarum differentiam?

Pro huius rei notitia reſpondeo, & breuiter quidem, vnamquamque earum habere ſigna propria, quibus diſtingui poteſt ab altera; nam apepſia, quæ eſt, vt inquit Auicennas, vltimata, ſuis ſignis diſtinguitur, & primò ab exeuntibus, ſiue per vomitum poſt importunum, aut debitum tempus.

Tempus autem debitum eſt pro hominis varia natura, & pro conſuetudine,

A nam alij conſueuerunt concoquere alimentum ſpatio ſeptem, alij quinque, ſed rari ſunt iſti; alij nouem, & decem etiam horarum, & eo plus, poſt quod tempus, ſi abſque alteratione aliqua, vel euomatur alimentum, aut per ſeceſſum exeat, iam clarum eſt eſſe in apepſia, vt ſi quis ouorum duos vitellos deuoret, eoſque integros, vt dictum eſt, reijciat, dicendum eſt ipſum minimè concoxiſſe.

B Secundum ſignum eſt languiditas totius corporis, quæ ex macie contingit, quia cùm non conuertitur alimentum in chylum, non poteſt generari ſanguis, qui eſt vltimum alimentum, ideoq; emaciatur corpus, ac virium conſequitur languor.

Tertium eſt capitis quædam grauitas quæ ex crudis eleuatis vaporibus excitatur, præter quam quod ægrotantes

C percipiunt inquietudinem quandam tempore ſomni, quia optantes dormire, nequeunt ſtare loco, ſed modò in hoc, modò in illud ſe voluunt latus.

Tarditas autem coctionis ex flatibus genitis in ventriculo, atque eleuatis, qui diſtendunt eundum ventriculum, cognoſcitur ex tumore, quem faciunt, & maximè ex grauedine, quam inferunt eidem, adeo vt aliquando ægrotantes

D ſuffocari ſe percipiunt.

Succedit, quod non niſi poſt nouem, aut decē horas concoquunt, vt ex ructu clarè percipitur; nam poſt id tempus neque flatus, neque ructus percipiuntur, qui ciborum qualitatem ſapiant, cùm iam alimentum euictum omninò ſit, & ad naturam chyli mutatum.

Difficilis autem coctionis, ſeu diſpepſiæ ſigna deſumuntur a vario modo alte-

E rationis factæ in ventriculo, cùm cibus corrumpatur quatuor modis; nam vel putreſcit, aut aceſcit, aut in nidorem conuertitur, vel etiam aduritur.

Putrefactionis indicia ſunt fœtor ab ore egrediens, deinde crepitus, nec nō fœces, quæ ab aluo prodeunt, graueolentes; vrinæ quoque malo odore ſunt

refer-

referta. Ad hæc percipiunt ægrotantes mordacitatem, rugitus quoſdam ventris, ac nauſeam.

Mercurialis de affectibus imi ventris cap. 12. admonet nonnunquam per ſeceſſum ingentem copiam aquæ exire, quod ex nimio calore alimenta in ventriculo contenta in aquam conuertuntur, non ſecus atque euenit in elambicis, in quibus vi ignis res ſolidæ in aquam transmutantur.

Nidoroſa corruptiò deprehenditur ex nidore, qui eſt ſapor in ore perceptus ſimilis piſcium, aut ouorum frixorum.

Acor è contra ex ructu, ac ſapore acido percipitur.

Denique corruptio illa, quæ fit ex aſſatione caloris nimij, cognoſcitur ex oris amarore, & ex ingenti caliditate, quæ circa ventriculum ægrotantes percipiunt.

Sed iam afferamus ſigna cauſarum. Primò intemperies calida ventriculi ſine materia, cognoſcitur tum ex caliditate percepta, tum ex nidore iam dicto. Frigida verò tum ex aciditate in ore contenta, tum etiam ex frigiditate, quam circa ventriculum dicunt ſe ſentire ægrotantes.

Id ipſum manifeſtant iuuantia, & nocentia; nam vbi iuuantur à calidis, intemperies eſt frigida; vbi à frigidis intemperies eſt calida.

At ſi adſit humoris vitioſi, ac corrupti ſimul cum intemperie copia in ventriculo, explorandum eſt, an à toto, an verò ab aliqua corporis parte proficiſcatur.

A toto quidem profluit, ſi plethoricum ſit corpus aut cacochymum: ab aliqua parte, vt in mulieribus ab vtero, vbi non expurgantur: idem dicendum, ſi homines conſueti ſunt per hæmorrhoidas expurgari, nec expurgentur; indicium enim eſt regurgitare materiam in ventriculum.

Alij ſunt, qui à naribus ſtatutis quibuſdam temporibus, vt ait Galenus, expurgari ſolebant, alij per vomitum, alij per venas, quę ad fauces ſunt. Sunt aliqui etiam, qui per vomitum ſolent ſanguinem reijcere, quibus omnibus, aut vena ceſſante, materiam cadere in ventriculum neceſſe eſt.

Galenus obſeruat aliquos deſtitiſſe ab exercitio, nō tamen à victus ratione, quibus articuli exciderunt, itaq; materia ſuperflua ferri poteſt in ventriculum.

B Alij podagram, alij & arthriticos morbos pati conſueuerunt, qui omnes examinandi ſunt, vt inde agnoſcere valeatis, an materia ab aliqua corporis parte emanet, & in ventriculum recurrat, quæ ad alia loca confluere ſolebat.

Hæc non modò à ſignis iam dictis petenda, ſed ad aliud Galeni experimentum deueniendum erit, quod 1. de

C locis affectis cap. 4. docet, nempè cibos dare oportet corruptioni maximè contrarios, deinde ad excretorum conſiderationem deuenire.

Experimentum eſt, vt ægrotantibus offerantur ea, quæ ſunt difficilis corruptionis, hoc eſt, alimenta, quæ corruptioni quàm maximè aduerſantur.

Et illis, quibus in nidorem, tranſmutantur alimenta, hoc eſt in temperie

D calida laborantibus, cum chondro panis offerendus eſt; ijs verò, à quibus aciditas quædam ore percipitur, mel exhibendum venit.

Exeuntia deinde ſunt animaduertenda, tam ea, quæ per vomitum, quàm quę per ſeceſſum exeunt, num humor aliquis bilioſus cum pane; an verò humor pituitoſus, & frigidus excernatur; an verò nullo euacuato humore, ipſa ali-

E menta exiguam quandam habeant mutationem.

Nam vbi adſit humor aliquis prauus, vel eſt in cauitate ventriculi, aut in ipſius continetur membranis. Si in cauitate fuerit, tunc per vomitum obſeruatur cibos eſſe hoc humore aſperſos, nempe bilioſo panem, & pituitoſo mel, Galenus

lenus cum pane affert chondrum, quod apud nos parum eſt in vſu.

Materiam autem frigidam eſſe, aut calidam præter iam dicta ex victus ratione ante acta conijci facilè poteſt, vt ſi quis natura ſua habitus frigidi vſus ſit victus ratione frigida, incraſſante, vitamque ſedentariam, quæ potuit multas facere cruditates, egerit, tunc materiam frigidam eſſe, & craſſam ſtatim conijcietis.

Si verò nullus adſit intra cauitatem prauus humor, ſitque pura intemperies, tunc per vomitum alimenta exire aliquo modo alterata, ſed exiguè admodum conſpicientur. At ſi humor ſit in tunicis, iſque cauſa ſit corruptionis alimentorũ, opus eſt ipſum per ſymptomata quędam explorare, nempè per nauſeam, quæ (vt inquit idem Galenus) inanis erit, & abſque vomitu; aut per alicuius humoris euacuationem per vomitum, & quæ turbat, ac conuellit dumtaxat, hoc eſt, vt exiſtimo à nauſea tantùm conuellitur ventriculus, & ab ipſo nihil prorſus exit.

Sed cùm materia hæc contenta in membranis ventriculi calida eſſe poſſit, atque frigida, opus eſt, vt medicus ex prædictis ſignis eandem agnoſcat; nam nauſea eſt ſignum commune oſtendens tantùm adeſſe materiam in membranis: atqui caliditas demonſtratur à nidoribus, & frigiditas ab acoribus ſimul cum nauſea.

DE FVTVRO EVENTV *Coctionis læſa.*

QVod ad prædictiones ſpectat, Auicennas fen. 13. 3. tract. cap. 3. dicebat corruptionem digeſtionis, hoc eſt, cruditatem in genere originem eſſe ægritudinum chronicarum, & infirmitatum, & quod magis eſt, ſcribit cruditatem perducere homines ad ægritudines malignas, nempè ad epilepſiam mirachialem, melancholiam, & huiuſmodi.

A Cæterùm cruditas in conualeſcentibus, quæ ſit cum aceroſitate, prænunciat recidiuam morbi; ſignum enim eſt, quod in ventriculo remanſerit poſt infirmitatem intemperies frigida, vel aliqua copia materiæ. A Galeno habemus ex Hippocrate, quod quæ relinquuntur in morbis, recidiuam facere conſueuerunt, ex quibus patet curationem ipſius minimè ſpernendam eſſe.

B Sed rem omnem paulò diligentius conſiderare oportet, cum ſit tanti momenti, nec fiat ab vnica cauſa; nam vt audiuiſtis, aliæ ſunt internæ, aliæ externæ, pro quarum diuerſitate euentus quoque ſuccedit diuerſus; vbi enim à cauſis externis contigerit, facilis ad curandum redditur, vt potè, ſi à nimia cibi, aut potus copia eueniat, vel ob ciborum qualitatem, vel propter exiguum ſomnum, aut aliam aliquam cauſam externam, ea ablata, ſtatim tollitur effectus.

C At ſi ab internis cauſis proficiſcatur, quemadmodum ſi propter intemperiem aliquam, aut malam compoſitionem ventriculi, aut eiuſdem ſolutionem continui, non eandem in curatione felicitatem adipiſcuntur, quandoquidem tumores ventriculi, vt eſt eryſipelas, phlegmone difficillimè recipiunt curationem, ſcirrhus verò, & cancer omninò incurabiles ſunt, quæuis etiam valida ſolutio continui eſt incurabilis.

D In cauſis verò, quæ ab intemperie prodeunt, non eſt par ratio curandi; nam opus eſt animaduertere, an à calida intemperie fiat, an verò à frigida, & quænam ſpecies ſit cruditatis; nam ſi apepſia ſit, à quacunque cauſa proficiſcatur, difficilis eſt curatu. Si ſit bradipepſia facilè curatur, at diſpepſia medio ſe habet modo.

E Galenus 7. meth. med. cap. 5. videtur comparare inter ſe omnes intemperies ventriculi in relatione ad curationem, dicebatque calidam, & frigidam intemperiem eſſe facillimæ curationis, propterea, quod

rea quod corriguntur à maximè actiuis qualitatibus: ægrius è contra curantur illæ, quæ ab humidis, & ſiccis fiunt, quòd ab imbecillibus, & magis materialibus qualitatibus curatio procedat, potiſſimum ſi humectandum veniat.

Rurſus comparans inter ſe tempus curationis cum eiuſdem ſecuritate, dicebat in curatione actiuarum intemperierum tempus eſſe par, hoc eſt, quod non longiori tempore eget frigiditas ad ſui curationem, ac faciat calida intemperies.

Verùm ſi vtriuſque ſecuritas conſideretur, longè ſecurius curatur frigida, quàm calida intemperies, rationemque addens, dicebat opus eſſe, vt omnia, quæ circa ventriculum ſunt, benè ſe habeant, vt frigiditati, quæ illi opponitur, reſiſtere validè queant, alioquin imminet periculum, ne in graues incidant affectiones.

DE CVRATIONE LAESAE
Coctionis propter calidam intemperiem.

IN curanda huiuſmodi præter naturam affectione, oportet in primis cauſas reſpicere, quæ, vt diximus, vel externæ ſunt, vel internæ. Externæ ſtatim auferendæ veniunt, deinde ventriculus corroborandus cum iis medicamentis, quæ ſuo loco dicemus.

Quare ſi ob nimiam ciborum quantitatem, aut exiguum ſomnum cruditas euenerit, curandum eſt, vt ſe abſtineat æger à nimia ciborum copia, & ab omni crapula, ac vt moderatè indulgeat ſomno, quod idem dicendum eſt de omnibus alijs cauſis externis, ad quarum ablationem, auſertur etiam effectus, nimirum cruditas.

At res non tam facilis eſt, vbi cauſæ ſint internæ, inter quas primò occurunt intemperies, vel cum materia, vel ſine materia; ſi ſine materia ſint, tunc vel ſim- A plices, vel calidæ, vel frigidæ, vel humidæ, vel ſiccæ erunt. At auſpicemur curationem à calida intemperie ſine materia, quæ indicat ſui ablationem per ſua contraria, nempè per frigida, quæ ſanè vel ad diętam, vel ad pharmaciam, aut ad localia medicamenta attinent.

Alimenta igitur, quæ huic intemperiei conueniunt, boni ſucci eſſe debent, & quæ facilè coquantur, nullamque B vim ipſi ventriculo inferant, quemadmodum à nobis ſupra dictum fuit capite de cardialgia propter intemperiem calidam. Talia ſunt, quæ ex optimis carnibus proficiſcuntur, vt caponum, gallicolorum, & ſimilium.

Piſces etiam ſaxatiles conueniunt, verùm vbi huiuſmodi alimenta præparantur ſemper cum illis aliqua ſimplicia ſunt ebullienda, quæ refrigerandi facul- C tate polleant, vt ſunt

Endiuia,
Lactuca,
Portulaca,
Plantago, & alia eiuſdem generis.

Cuniuſculis parare fercula expedit ex pane trito, quibus vitellum oui adijcere confert.

Sed non ſolùm facultatem refrigerandi habeant alimenta, ſed ſæpè, vt actu fri- D gida ſint, oportet, quemadmodum Galenus docet 7. meth. medendi cap. 4. vbi gloriatur ſe breuiſſimo temporis ſpatio aqua niue refrigerata aliquos ab huiuſmodi ventriculi calida intemperie liberaſſe.

Inter alios cibos, quos vt refrigerantes laudat Galenus præcitato cap. lib. 7. 6. duo ſunt; nempè aphrogala, nec non & melcha. Aphrogala ſpecies erat ali- E menti maximè apud Romanos vſitati, quod à quibuſdam è noſtris ſpuma lactis appellatur.

Mercurialis lib. 1. variarum lectionum cap. 16. exiſtimauit eſſe alimentum ex lacte confectum, quod vocant vulgò caput lactis, in magnatum menſa in delicijs habitum, idque refrigerandi facul-

tatem

ratem haberet, & eo magis ſi frigidum accipiatur.

Melcha verò, Maſſaria authore lib. 3. de imbecillitate ſtomachi, erat & ipſa cibi ſpecies ex lacte facta, palatoque iucundiſsima. Gorræus tamen ſcribit ſpeciem eſſe ὀξυγάλακτος fit enim quædam lactis præparatio, in qua lac totum ſeparatur à ſero, & à parte butyroſa, quod maximè refrigerat, ita vt non poſsit niſi à calidiſsimo ventriculo concoqui. Exiſtimo equidem illam eſſe ſpeciem congelati lactis, quam vulgò iuncatam appellant noſtrates, Meſſanæ dicunt burraſchellas.

Sed quidquid ſit, edulia actu frigida, imo niue refrigerata, nec non poteſtatem refrigerandi habentia à Galeno cõmendantur tamquam optima, præſertim tempore æſtiuo in ſummo æſtu.

Mel, & omninò dulcia ex communi medicorum conſenſu, ob nimiam calefaciendi facultatem, in hoc caſu ſummè euitanda ſunt.

Pro potu aqua pura fontis eſto, vel aqua hordei, & huiuſmodi; à vino abſtinendum in principio, augmento, & ſtatu; in fine verò concedendum eſt.

Aer quoque eligendus eſt, qui ad frigiditatem vergat. Animi immoderatæ affectiones euitandæ ſunt.

Circa pharmaciam, cùm hic ſupponatur ſimplex intemperies calida, quæ non niſi refrigerari exoptat, ſolis alterantibus, hoc eſt, refrigerantibus agendum eſt, quorum quædam intus aſſumuntur, quædam extra admouentur.

Intus accipiuntur.
Syrupus de endiuia,
Syr. acetoſus ſimplex,
Syr. de nymphęa,
Syr. de ſucco cucurbitæ,
Oxyſacchara, & id genus.

Conſeruæ quoque idem præſtant, vt
Conſerua roſarum,
Violarum;
Nenupharis,

Et huiuſmodi, cum quibus poſſumus,

A quandoque corallium, ſantalos omnes, & etiam modicum caphuræ admiſcere, hoc modo.

℞. Conſeruæ roſarum,
Violarum,
Nenupharis ana vnc. j.
Pul. coralliorum rubr.
alborum ana drach. j.
Trium ſantalorum drach. j. & ſs.
Caphuræ ſcrup. ſs.

B Cum ſyr. de ſucco cucurbitæ fiat opiata addendo fol. auri num. 4.

Vel

In forma tabellæ.
℞. Spec. trium ſantalorum,
Coralliorum rubeorum ana ſcrup. j.
Caphuræ ſcrup. ſs.
Sacchari diſſoluti in aquæ acetoſellæ vnc. iij. & ſs.
Fiat confectio in tabellis.

C Doſis ſit ad drach. iij. ſuperbibat ſeri diſtillati frigidi vnc. iiij. aut v.

Galenus, vbi magis refrigeratione egemus, ita vt ad opiata ſit deueniendũ, multa proponit medicamẽta, inter quę mihi probatur hoc, quod non niſi maxima vrgente neceſſitate exhibendum eſt.

℞ Pil. de cinogloſſa ſcrup. j.
Syr. de papauere,
Syr. roſati ana vnc. ſs.

D Porrigantur ægro ſummo mane, deinde ſuperbibat aquæ fontis puriſſimæ tempore æſtiuo refrigeratæ vnc. vj. huiuſmodi medicamentum valens admodum eſt ad corrigendam præſuppoſitam intemperiem.

Extra admouenda ſunt medicamenta, itidem refrigerantia, quemadmodum eſt.

Oleum roſatum,
E Violatum,
Nenupharinum,
Myrtillorum, & ſimilia, ex quibus facite irrigationem hoc modo.

℞. Olei roſati,
Violati ana lib. ſs.
Miſce, & tepidè fiat irrigatio.

Valẽt etiam irrigationes ex ſero diſtillato.

lato.

Poteſt præterea emplaſtrum componi ex

Pulpa cotoniorum,
Tamarindis,
Santalis,
Myrtillis,
Roſis,

Et id genus, vt

℞. Pulpæ cotoniorum vnc.j.
Tamarindorum,
Santalorum,
Myrtillorum,
Roſarum ana drach.ij.

Cum olei myrtillorum q. ſ. fiat emplaſtrum.

Vel

℞. Cotonei,
Granati ana num.I.

Bulliant in vino auſtero, & fiat emplaſtrum ventriculo

Proficiunt quoque affuſiones ex
Aquis roſarum,
Plantaginis,

Horumque ſimilium medicamentorum.

Syluam apud Galenum comperietis, & apud Rondoletium inter recentiores, quibus intentioni prædictæ ſatisfacere poteritis. Gal. 8. de compoſitione medi. loc. in vrgenti neceſsitate vſus eſt quandoque veſica aqua gelida plena, ſed id in corporibus admodum robuſtis; quando quidem opus eſt animaduertere pericula, in quibus ob nimiam refrigerationem homines incidere poſſunt, vt ſupra ex Galeno monuimus.

Sed non modò his, verùm & embrocationibus ex oleis prædictis, & cum aqua mixtis vti poſſumus in pertinaci, & admodum calida intemperie. In Italia denique aquæ thermales habentur, quibus huiuſmodi intemperies corrigi valet.

(SSS)

A *DE CVRATIONE COCTIONIS læſa propter frigidam intemperiem.*

Sed iam ad frigidam intemperiem deueniamus, quæ optat tolli, tam per diætam, quàm per pharmaciam, & localium calefacientium applicationem. Longè frequentius huiuſmodi intemperies ventriculo euenit, quàm calida, &

B vt ſupra ex Galeno intellexiſtis, tutius, & ſecurius curari poteſt, cùm procedamus calefacientibus, quæ magis familiaria ſunt naturæ, quàm ſint refrigerantia, quæ adhibentur in calida intemperie.

In primis igitur aer eligendus eſt, qui ſit temperatus, magis tamen ad caliditatem vergens.

Panis eſſe debet ex optimo tritico factus, benè coctus, ac fermentatus, cui

C aniſi, vel dulcis fœniculi ſemina iniecta ſint.

Carnes ex ijs animalibus concedendæ, de quibus pluries diximus; ſed inter alias ſunt, qui exiſtiment prærogatiuam quandam habere columbarum pullos. Carnes caſtrati aſſatæ magis, quàm elixæ faciunt, condirique debent

Caryophyllis,
Cinnamomo,

D Zingibere,
Folijs ſaluiæ,
Roſmarini,
Pulegij,
Satureiæ, & ſimilibus.

Radices eryngij, & petroſelini, in iure carnium coctæ, & loco ferculi aſſumptæ valent.

In hoc caſu præterea omnia aromata ab omnibus commendantur, vt

E Cinnamomum,
Zedoaria,
Zingiber,
Agallochus,
Nux muſcata,
Coſtus,
Macis,

Ex qui-

ſum aquarum thermalium, vt ſunt ſulphureæ, nitroſæ, & etiam aluminoſæ, quæ in agro Patauino, aut etiam Bononienſi, ac Piſano reperiuntur. Mirabiles eſſent aquæ illæ, quæ in hoc Meſſanenſi agro reperiuntur, fluentes non modò à minera ſulphuris, ſed auri, quas ventriculum corroborare poſſe ab omnibus audio.

Stillicidium pro ventriculo calefaciendo, & roborando ad hunc modum parari poteſt.

℞. Olei communis antiquati lib. x.
Vini maluatici lib. ij.
Abſynthij,
Mentæ,
Roſarum,
Pulegij ana p. j.
Maſtiches electæ,
Caryophyllorum,
Cinnamomi,
Macis,
Nucis muſcatæ,
Calami aromatici ana drach. ij.
Aloes,
Myrrhæ ana drach. iij.
Ladani vnc. ij.
Miſce, & bulliant in duplici vaſe ad conſumptionem vini.

Quod ad alia externa pertinet medicamenta, Trallianus probat balneum prædictarum aquarum, quod non eſt à nobis negligendum.

Mihi valdè probantur embrocationes, ſeu duciæ vocatæ, tum ex prædictis aquis, tum ex quibuſdam oleis calefacientibus, quæ cæteris omnibus vnguentis, emplaſtris, fomentis longe præualent, quia liquor (quiuis ſit) deorſum cadens ex alto, poros cutis aperit, & intrò facilè permeat.

Ex rebus præterea aromaticis poſſunt parari ſacculi, emplaſtra, vnctiones, quæ exterius infra mucronatam cartilaginem applicentur, & vt notat Hollerius poſſunt etiam poſterius ad vndecimam, & duodecimam vertebram dorſi applicari, quia immediatè ad os ven-

A triculi virtus medicamenti appoſiti diſtribuitur.

Veſicæ quoque oleo plenæ applicatæ valent, vt eſt
Oleum camomælinum,
Coſtinum,
Rutaceum, &
De cinnamomo;

B Et ſimilia, ex quibus etiam vnguenta parari poſſunt, vt dictum eſt, cum prædictis aromatis.

Valet etiam puluis huiuſmodi, vt
℞. Coriandror. præparat. vnc. j.
Sem. aniſorum vnc. ij.
Fœniculi,
Cinnamomi,
Cardamomi,
Zingiberis ana vnc. j.
Spicæ,
C Croci,
Baſiliconis,
Carui.
Sem. apij,
Petroſelini ana vnc. ſſ.
Limaturæ ferri præparati ad pondus omnium, adiectoque aromatico roſato fiat puluis ſubtiliſſimus. Doſis ſit ad vnc. ſſ.

Vel

℞. Limaturæ ferri præparatæ drach. vj.
D Cinnamomi drach. ij.
Spec. diarrhodoñis Abb.
Succini ana drach. j.
Sacchari drach. vj.
Fiat puluis ſubtiliſſimus, doſis vt ſupra, ex Petro Foreſto 18. obſeruationum 35.

DE CVRATIONE LAESAE Coctionis propter humidam, vel ſiccam intemperiem.

E CVrationem ſimplicium intemperierũ per localia potiſſimùm aperire conamur, ne in complicatis cum materia ſimus coacti idem bis repetere; nam intemperies, exempli gratia, calida ſine materia eandem quo ad victus rationem, & localia medicamenta requirit

quirit curationem, atque ſimplex ſine materia. Cæterùm ex allata curatione ſimplicium intemperierum poteſtis poſtea per vos ipſos, & complicatarum curationem aggredi.

De calida igitur, & frigida intemperie ſine materia, cum hactenus actum à nobis ſit, ad humidam ſimplicem deueniendum eſt, quæ & ipſa per contraria auferri debet, tam per diætam, quàm per pharmaciam.

Panis debet eſſe benè coctus, ſale conditus, ac fermentatus, in quo modicum cinnamomi ſit poſitum.

Carnes omnes aſſari debent, quæ tamen ſint boni ſucci, & facilè concoquantur. Inter omnes volatiles maximè probantur attagenes, perdices, ac phaſiani; capones quoque maximè valent, vbi in veru probè cocti fuerint, & rebus aromaticis, vinoque maluatico conditi.

Exercitium moderatum eſſe oportet: placent moderatę vociferationes; vnde Celſus probat claram locutionem.

Medicamenta ſuperius propoſita ab omnibus cenſentur optima, tam interna quàm externa. Sed inter alia oleum ex cinnamomo, aut aniſo extractum mirificè prodeſt.

Sicca etiam intemperies, de qua loquens Galenus 7. meth. med. dicebat eſſe difficilis curationis, tollitur humectantibus, ideo ab omnibus ſcriptoribus proponuntur duo præſidia, lac nempe per os aſſumptum, & aquæ dulcis balneum.

Extra admouenda ſunt omnia præſidia, quæ ſiccæ intemperiei conueniunt, quæ in cap. de phthiſi à nobis allata fuerunt, & in curatione febtis tabidæ anno futuro (Deo dante) dicentur.

DE CVRATIONE COCTIONIS læſa propter intemperies complicatas.

PRopero ad complicatas intemperies, & primò ad frigidam, & ſiccam, deinde ad frigidam, & humidam, quod

A frequentiſſimè mortalibus eueniãt; hæ autem complicatis præſidijs, quæ vtriq; indicationi ſatisfacere poſſint, curandę veniunt; nam ſicuti dictum à nobis eſt, vbi de ſimplicibus loquebamur frigidam intemperiem calidis, ſiccam humectantibus eſſe curandam; ita nunc ſimplicia medicamenta ſunt inrer ſe admiſcenda, vt complicatam intemperiem poſſint corrigere: hæc autem petuntur à
B victus ratione, pharmacia, & localibus præſidijs.

In victus ratione maximè à Galeno lib. 7. inter alia alimenta cõmendatur mel, nihilque eo in frigido corpore magis expetendum, nihil è contra in calido corpore magis reſpuendum; nam in corpore frigido optimum eſt nutrimentum, in calido verò eſt aduerſiſſimum.

Sed duo animaduertenda ex Galeno
C ſunt, vnum quod in hoc caſu melli admiſcendum eſt lac. Secundum, vt idem mel priùs ſuper prunas ex quercu, viteue ad ſummum candentes fuerit decoctum, & ſtudioſè deſpumatum.

In pharmacia, alterantia medicamenta methodo admiſcenda ſunt, vt vtrique intentioni ſatisfacere valeant, hac facta contemplatione, quod ſicuti vnaquæque qualitas, ſeu intemperies poteſt ſe-
D cundùm magis, & minus augeri, & diminui, adeo vt aliquando, & frigiditas, & ſiccitas ſint in ſummo, aliquando in gradibus remiſſis, & nonnunquam vna remiſsior, altera verò intenſa; eodem modo medicamentis compoſitis habentibus oppoſitos gradus intemperiebus, calefaciendum, & humectandum eſt.

Localia verò medicamenta talia eſſe debent, vt nullam euacuandi vim habe-
E ant, nec multam facultatem adſtringendi; nam quæ euacuant, calida ſunt, & rarum faciunt corporis habitum, & relaxant; vnde eſt, quod ſuccos digerunt, & particulas frigidis extrinſecus occurrentibus obnoxias reddunt; illa verò, quæ valenter adſtringunt, exiccant.

A Galeno tria cõmendantur præſidia. Vnum

dia. Vnum eſt maſtiche Chia pinguiſſima in vnguento nardino diſſoluta cum modico purpuræ ſubt. pul. hoc modo ℞. Vnguenti nardini vnc. ij.

Maſtiches Chię pinguiſſimę drach. ij.

Purpuræ ſubt. puluer. ſcrup. j.

Cum modico ceræ fiat vnguentum.

Vtilius redditur medicamentum, ſi opobalſamum illi addatur. Hoc medicamento iubet Galenus, vt aſsiduè corpus inungatur, ne vnquam ſiccum remaneat.

Aliud à Galeno propoſitum lib. 7. meth. præcitato etiam cap. quod Auicennas ſummè laudat lib. 3. fen. 13. tract 3. cap. 5. eſt puellulus boni habitus, cum quo æger accubans; applicet eum, vt ſibi ſemper abdomen contingat. Multi de hoc medicamento multa dicunt.

Sed Galenus admonet, ne ipſe puellus ſudore afficiatur; nam qui noctu ſudore perfunduntur, cute humida exiſtente, potiùs refrigerant, quàm calefaciunt.

Sed hic ventriculum ita calefacere eſt opus, vt in qualitate calor minimè intendatur, ſed eius temperamentum naturale, quàm maximè ſeruetur, caloriſque naturalis ſubſtantia, quantum fieri poteſt, adaugeatur, quod ex hoc præſidio ſperare licet.

Hieron. Cardan. inſignis noſtri temporis medicus, qui medicinam, in Archigymnaſio Bonon. & in prima ſede interpretatus eſt, hoc medicamento in ſua ſenectute vtebatur. Proponunt etiam nonnulli catellos, nempè pullos caninos, ſed pingues, illos verò felium ſuſpectos eſſe aiunt, quod ſuo habitu homines ad phthiſim diſponunt.

Poſtremum remedium, quod à Galeno probatur, eſt picatio, qua nonnulli medici antiquitùs vtebantur, quos picatores idem Gal. appellat. Id genus præſidij ſuper abdomen extenditur, & antequam refrigeratur, aufertur, idque bis in die tantum repetendum ait, mirificumque in hoc caſu medicamentum eſſe cenſet, quod ventriculum ea ratione calefacere poteſt, qua opus eſt.

Verùm hujuſmodi medicamentum barbarum admodum eſt, & à nullo ex modernis vſitatum; appellatur alio nomine Dropax.

Hæc ſunt, quæ in frigida, & ſicca intemperie ventriculi agenda veniunt ex mente Galeni, qui non ſolùm de puero loquitur in 7. meth. medendi, ſed etiam 5. de ſimpl. facul. cap. 6. quo in loco hoc genus præſidij in ſicca ventriculi intemperie ſummè laudat.

Sed iam frigida, & humida intemperies inſtat, quæ calefacientibus, & exiccantibus auferenda eſt; hæc autem ſunt in genere, aut cibi, aut medicamenta, quæ à medico ita admiſceri, & componi debent, vt vtrique indicationi ſatiſfaciāt, hac habita conſideratione, quem admodum paulò ante dicebam, vt agnoſcar, an actiua intemperies virtute ſuperet ſiccam, quo in caſu magis calefaciendum, quàm humectandum; ſi verò, ſicca magis vrgeat, magis humectandum.

Quæ ſint cibi, aut medicamenta interna, & externa, quæ id efficere poſſunt, ſatis à nobis dictum eſt.

De calida, & ſicca, deque calida, & humida intemperie, Gal. 7. de met. med. cap. 8. & 9. peculiariter loquitur, ſed quoniam omniā, quę ad ipſarū curationē pertinent, attulimus tractantes de ſimplicibus intemperiebus, hic tantùm aliqua conſideratione digna, quæ à Galeno traduntur, in medium breuiter afferamus.

Inter alia in calida, & ſicca intemperie, in qua tamen caliditas non ſit admodum intenſa, admonet Galenus, vt cibos tepidos offeramus, nempè ſub lactis tepore, ſi hyems ſit, ſi verò æſtas, ſub aquæ fontanæ frigore, hoc eſt, vt alimenta actu frigida quidem ſint, ſed non niue refrigerata, vt in ſimplici calida intemperie ſupra ex eodem Gal. dictum eſt.

Pro potu vinum quidem aquoſius cō- cedit,

cedit, ſed æſtiuo tempore, quod ſit ſub eo frigore, quo à fonte aqua per mediū ver exire ſolet; non enim tam frigida eſſe debet aqua, vt in curatione ſimplicis intemperiei docuit, ſed moderatè, quem admodum ex fontibus manare ſolet aqua tempore veris.

Poſtremum, quod Galenus admonet, pertinet ad futuri euētus cognitionem, & eſt, quando ſub vtraque intemperie pars ipſa validè immutata eſt, omnis eius actio perit, nec facilè ad ſuam naturam reuerti poteſt, ac vbi pluſculum altera qualitas erit tranſmutata, altera verò mediocriter ſe habet, tunc ſanari facilius poteſt. Ad habendam perfectam cognitionem curationis huius complicatæ intemperiei, poteſtis legere hoc caput, in quo duæ hiſtoriæ habentur pulcherrimæ eorum, qui fuerint curati.

Sed vt finem dicendi imponamus intemperiebus ventriculi ſine materia, de calida, & humida agendum eſt, à qua Galenus breuiter ſe expedit, dicens potum debere eſſe parcum. Addit tam cibi, quàm potus, & medicamentorum facultatem adſtringentem exquirendam: cibi propterea debent eſſe auſteri, & qui citra valentem refrigerationem, aut calefactionem ſiccent.

Vinum vetus eſſe oportet, non nouum, & auſterum, quemádmodum ſunt aſprina in agro Neapolitano nota. Reliqua omnia, nempè medicamenta, quæ foris adhibentur, iuxta proportionem eorum, quæ intus aſſumpta ſunt, adhibeantur.

Sed in Galeni verbis videtur controuerſia quædam non contemnenda; nam cap. 5. 7. lib. methodi med. loquens de facili, & difficili curatione intemperierum ventriculi, dicebat calidam, & frigidam eſſe facilioris curationis; humidam è contra, & ſiccam difficilioris, rationemque, vt ſupra intellexiſtis, addidit, quia priores actiuis qualitatibus, aliæ verò qualitatibus materialibus, quæ A ſunt nullius actiuitatis, tolli debent.

Et idem Galenus cap. 9. videtur contrarium aſſerere, humidam ſcilicet intemperiem, ſiue ſolam, ſiue actiuis coniunctam omnium facillimè curari. Hæc ſanè controuerſia à nemine, quem viderim, obſeruata fuit.

Pro ſolutione vix equidem, quod dicam, habeo, niſi quod curatio poteſt conſiderari duobus modis, vel quatenus B fit per ſe primò ratione contrariorum, vel quatenus fit ſecundariò, & per accidens.

Si primo modo conſideretur, verum eſt actiuas intemperies eſſe facilioris curationis, quia earum curatio fit ab actiuis qualitatibus; paſſiuas verò eſſe difficilioris curationis, & maximè omnium ſiccam, quia curatur ab humiditate, quæ nullius, aut pauciſſimæ actiuitatis eſt. C Vnde idemmet Galenus cap. 10. 7. meth. med. dicebat inter ſimplices intemperies ſiccam omnium curatu difficillimam eſſe; inter compoſitas verò ſiccam, & frigidam.

Si ſecundo modo conſideretur, dico, quod humida omnium intemperierum curatu eſt facillima, cùm non modo à ſiccitate, quæ è directo illi contraria eſt, ſed etiam à caliditate, & frigiditate au- D ferri poſſit; nam caliditas humiditatem abſumit; frigiditas verò eam à partibus exprimit, in quibus reperitur.

Vnde ex applicatione calidorum medicamentorum, aut frigidorum humiditas tolli poteſt, quamuis alia, & alia ratione, vt ſuperius habuiſtis; hac igitur ratione exiſtimo Galenum ſcripſiſſe humidam intemperiem eſſe omnium curatu facillimam, quod non modo à ſuo có- E trario corrigi poſſit, verum à diuerſis vt potè ab actiuis qualitatibus, quod, ſi rectè conſideretur, nulli ex alijs qualitatibus euenire poteſt. Hæc de intemperiebus ſine materia.

(§ § §)

PRAEMITTVNTVR NONNVLLA circa curationem læſa actionis ob intemperiem cum materia.

IAm ad intemperies cum materia pro perandum eſt, de quibus agit Galenus lib. 7. præcitato methodi med. cap. 12. quarum antequam curationem vobis explicem, nonnulla prius præmittenda eſſe duxi, quæ idem Galenus cap. 13. conſiderat. Primò enim aliud eſt methodicè curare, & aliud empiricè.

Empirica curatio eſt, quando aliquis audiens ventriculum debilem eſſe, abſque vlla cunctatione iubet ipſum corroborandum medicamentis adſtringentibus, & amaris, vt vino auſtero, abſynthij, aut mali cotonij ſucco.

Extra verò vtitur oleo maſtichino, nardino, mellino, vel ſtatim ad aromata recurrit, ſperans debilitatem ventriculi curare, quam non rarò ex horum medicamentorum applicatione multum adauget.

At ille, qui methodicè curare ventriculi languiditatem cupit, & prædictas intemperies, & alias cauſas debilitatis ventriculi vt agnoſcat, neceſſe eſt, ad quarum ablationem auſertur quoque & debilitas.

Sed cum inter alias debilitatis cauſas frequentius occurrant intemperies; hæ autem ſint cum materia, & ſine materia, & de illis ſine materiam actum ſit, ad eas, quæ cum materia ſunt, deueniendum eſt, ad quarum omnium methodicam curationem opus eſt, vt medicus quinque conſideret, à quibus deſumuntur indicationes curandi.

Primum quidem eſt natura partis curandæ, à qua ſumitur indicatio refrigerandi, humectandi, calefaciendi, exiccandi, aut ex his coniunctum aliquid faciendi.

Secundò partis actio conſideranda occurrit, an ſcilicet ſit ſui ipſius gratia, an communis omnibus corporis partibus, & an facultatem ſubminiſtret?

A Tertiò eſt partis curandæ figura.

Quartò eſt ſitus, hoc eſt, an portio aliqua partis ſit affinis, ſocietatemque habeat cum alijs partibus. Poſtremò attendendus eſt ipſius partis ſenſus, hebetudo, atque acrimonia, cùm aliæ ſint partes, quibus ſenſus ineſt acris, alijs verò minimè.

Ex cognitione naturæ partis habemus quantum refrigerandum, aut calefaciendum, vel humectandum, vel exiccandum veniat, tam coniunctim, quàm ſeparatim; nam ſi pars calida ſuaptè natura ſit, laboretque ex frigiditate, liberalius, & diutius calefieri poteſt, id quod de omnibus alijs contrarietatibus intelligendum eſt.

At è contra, ſi calida pars calido morbo laboret, exigua, breuiſque temporis refrigeratione eget, quemadmodum quæ frigidior eſt, calefactione ad eundem modum in alijs oppoſitionibus procedere conuenit.

Lapſus enim à re naturali ad præter naturam prauus eſt; & rurſus in id, quod eſt ſecundùm naturam redditus bonus: vnde eſt etiam, quod minus periclitantur quicunque ſua natura cognato morbo laborant.

Actio partis, quod ad alterationem ſpectat, nihil facit; at vbi medendum eſt intemperiei cum materia, maximè refert; nam ſi actio ſui ipſius gratia tantùm facta ſit, audaciùs purgandum eſt, educendaque materia peccans; ſatis enim eſt ſeruare virtutem, at vbi communis omnibus eſt actio, vel ſubminiſtrat facultatem alicui parti, tunc non ita audacter euacuare licet, ſed opus eſt ſolicitè reſpicere virtutem.

Ex figura cognoſcere licet per quam viam euacuare ſit expediens; nam aliquę partes duplici orificio ſunt præditæ; alię verò vnico. Quę duplicem habent viam, poſſunt per vtramque euacuari, vt ventriculus tum per vomitum, tum per deiectionem. Iecoris etiam gibboſa regio, renes,

renes, & veſica duplicem viam habere videantur, per quam euacuari poſſunt, nempè per vrinam, & per ſeceſſum.

Sed cum hac Galeni animaduerſione; nam vel multo vitioſo ſucco ſunt refertæ hæ partes, vel pauco; ſi primo modo, vt per deiectionem, ſi ſecundo, vt per vrinam euacuentur.

Cerebrum verò per plures vias expurgari poteſt, nempè per palatum, nares, aureſque. Pulmones quoque per aſperam arteriam, & fauces. Inteſtina verò, quæ tantùm vnam habent viam, & caua iecinoris, per deiectionem ſolùm euacuantur.

A ſitu partis indicationem deſumimus tam ad alterandum, quàm ad euacuandum. Ad alterandum quidem; nam partes, quæ alteratione egent, vel ſuperficiales, aut intus reconditæ ſunt; ijs applicabimus medicamenta, quę intemperiem auferre poſſunt, iſtis verò medicamenta, quæ intemperiem corripere valent. Sed cum illis aliquid addendum, quod medicamentorum facultatem perducere poſsit.

Ad euacuationem ſitus quoque notitia conferre poteſt, dum demonſtrat partis ſocietatem quam cum alijs partibus habet; nam vt ſupra dictum, iecoris ſitus oſtendit poſſe ipſum per duas vias euacuari.

Quod verò neceſſarium ſit, vt cognoſcatur ſenſus partis, inde colligitur, quia quæ partes ſenſu acriori ſunt præditæ, non poſſunt ſtatim perferre valentia auxilia, vnde opus eſt ſenſim, atque in tempore ijs medicamenta adhibere. At vbi ſenſus adeſt hebetudo, ſtatim eſt opus, ac celeriter id præſtare, quod requiritur, ſemelque auxilium ferre, quod opportunum fore videbitur, quibus ad hūc modum declaratis facilius intelligere poteritis curationem intemperierum omnium tam ſine materia, quàm cum materia.

Verum, vt propius accedamus ad curationem intemperierum cum materia, A opus eſt in primis agnoſcere, an materia in ventriculo exiſtens, ac intemperiem faciens, generetur in ventriculo, an verò aliunde proficiſcatur.

Et rurſus conſiderandum, an ipſa materia contineatur in membranis, illiſque ſit imbibita, an verò ſit in ſinu, & ſola ipſius cauitate, an verò contineatur in tunicis, ac ſinu ſimul; nam cum ſcripſerit Gal. lib. 7. meth. cap. 12. ventriculum tri- B plici hac affectione ſimul laborare poſſe, nempè intemperie, materia contenta, & imbibita in membranis, nec non & in cauitate eiuſdem, ſubiunxit poſſe primum, & ſecundum affectum ſimul complicari, primum, & tertium, nec non ſecundum, & tertium.

Quare ventriculus poteſt eſſe intemperatus cum materia infixa membranis, quæ auferri cum difficultate poteſt, vel C intemperatus cum materia tantùm in ſinu ventriculi contenta, vel vtroque modo, quæ omnia, qui cupit rectè, & decenter curare, debet probè intelligere.

Cæterùm requiritur, vt calleat medicus qualitatem materiæ, nec non naturam intemperiei, vt intellexiſtis ſupra, dum de ſimplicibus ageremus; nam diuerſa ratione affectus ſimplex à compli- D cato curatur; & alio modo affectus per eſſentiam, ab eo qui fit per conſenſum. Quare primùm videndum eſt, an materia generetur in ventriculo, ita vt dicatur affectio per eſſentiam; an verò aliunde deriuet.

Quando materia in vētriculum irruit, ſciendum eſt, à quo nam loco proficiſcatur, & vtrum à toto, an ab aliqua parte, ſi à toto cadat, videndum eſt, an corpus E ſit plethoricum, an cacochymum; nam alia ratione, & alijs auxilijs euacuatur, quod plethoricum eſt, & alia cacochymum.

Item conſiderandum, an ab aliqua parte tranſmittatur materia, qua cognita habetur indicatio, vt prohibeamus ferri materiam in ventriculum, deinde ventri-

ventriculo proſpiciendum venit. Sed hæc methodus medendi facilis omninò non eſt; nam vbi implicati ſunt affectus, omnibus ſuccurrendum venit eodem tempore.

Dicebat Galenus opus eſſe tria obſeruare, vnum an aliquid ſit, à quo periculum vitæ impendeat, hoc eſt, quod vrgentis rationem habeat. Secundo loco, an aliquid ſit eorum, quod efficientis vicem gerat. Tertiò videndum, quæ ſanari ante alia poſſint, & quæ non poſſint. B Cum enim aliquid fuerit, à quo impendeat non leue periculum vitæ hominis, inuigiles huic primò

Pars potiſſimum eſt attendenda in hoc caſu, quia ratione partis affectæ magnus eſt morbus: at vbi non adſit vrgens, ſed cauſa efficiens, quæ vel generet, aut aliquid augeat, tunc rectè dignoſcere eſt opus, quid nam ab ea augeatur, C quiduè generetur. Cùm nihil ſit, quod cauſæ efficientis rationem habeat, tunc recurrendum ad id, quod ordo curationis dictat, nempè videre quid ante quod, vel quid cum quo, vel quid poſt quod ſanari poſſit.

In curatione igitur ventriculi ex affectuum horum complicatione, cauſę efficientes habent rationem cauſæ ſine qua D non, & coincidit ordo curationis cum efficientium cauſarum ordine, quod tamen non ſemper contingit in curatione aliorum complicatorum morborum.

Sed quoniam ratio curandi morbos cõplicatos, vt ſupra dictum, eſt paulùm difficilis, pro iunioribus, atque initiatis non grauabor rem ipſam exemplo à Galeno deſumpto illuſtriorem reddere, vt hoc exemplar ſit vobis tanquam paradigma quoddam ante mentis oculos te- E nendum, ad memoriamque mandandum.

Galenus igitur lib. ſæpius citato 7. meth. medendi cap. 12. fingit aliquem eſſe, cui à capite in ventriculum materia quædam ſupervacanea, & frigida deſcendat, ipſiuſque ratione contracta ſit in- A temperies, & quod magis eſt, malus ſuccus iam occupet totius ventriculi omnia partium ſimilarium ſpacia, in hoc caſu intemperies eſt magnus quidem morbus ſuæ eſſentiæ ratione, qui prorſus indicat ſui ablationem.

Sed vlterius fingatur, quod ſuccorum fluxus, qui in membranis continetur, ſit omnium peſſimus, à quo eueniat ſenſus morſus in ore ventriculi, inde ſequantur praua ſymptomata, vt eſt animi defectus, ſudoreſque cum quadam ſyncoptica diſſolutione; quia hoc ſymptoma quatenus eſt ſupra vires, reliquis eſt maius, in hoc caſu adeſt vrgens, quod eſt virium diſſolutio; igitur conſtat opus eſſe, vt primùm virtuti ſuccurratur, deinde vt morbum ſua eſſentia magnum, nempè intemperiem reſpiciamus.

At materia contenta, & imbibita in membranis eſt huius intemperiei cauſa, ideoq; ipſa primùm auferenda eſt, & quia, quæ continetur in ſinu veluti alimentum præbet illi, ideoque & ipſa venit expelenda. Ea propter Galenus dicit, quod ille, qui educit humorem in ſinu ventriculi contentum, is ſimul humoribus, qui in tunicis continentur, alimentum adimit, & qui cerebrum ita ſanat, ne quam ſenſibilem redundantiam creet, is veluti fontem fluxionis in ventriculum deſtruit. Ita agendum vbi vrgens adſit.

At vbi nullum reperiatur vrgens, ita vt non adſit notabilis copia excrementorum, omnium primum ſanandum eſt cerebrum, deinde ſinus ventriculi vacuandus, extergenduſque eſt, poſtea tunicæ ipſæ expurgandæ, tandem intemperiei medendum eſt.

Ex his (ni fallor) non modò ventriculi intemperies implicatas, ſed etiam morbos omnes compoſitos curare poteritis.

Materia igitur vel à toto, aut à parte quadam in ventriculum ruit, vel in eo generatur. Si à toto, totum eſt curandum, plethoricum quidem ſanguinis miſſione, cacochymum verò purgatione, vt

pluribus in locis à Galeno ſcriptum eſt, ſed præcipuè cap. 11. lib. 7. meth. med. At ſi ab aliqua parte, tunc videndum eſt, an pars ſit præcipua, an verò minima; præcipuæ enim ſimul, & ſemel ſuccurrendum eſt, quemadmodum ſupra dicebamus. Quod ſi ex retentis hæmorrhoidibus, aut menſibus in muliere, ſtatim ad ſanguinis miſſionem deueniendum, & vt vno amplectar verbo, ea omnia, quæ cauſæ efficientis rationem habent, ſunt auferenda pro partium læſarum varia natura, & varijs affectionibus, quibus affliguntur.

Sed ſi generetur in ventriculo, omni ingenio curandum, vt ipſius generatio inhibeatur, cum hac tamen diſtinctione; nam vel eſt in cauitate, vel in membranis imbibita materia. Si in cauitate ſtatim euacuanda, deinde prohibenda eſt ipſius generatio: at ſi membranis fuerit infixa, curare oportet, vt tollatur eiuſdē generatio, deinde quod genitum eſt, auferatur. Prohibebitur autem generatio per rectam victus rationem, quæ pro materiæ diuerſitate diuerſimodè inſtituenda eſt, vt infra dicemus.

DE CVRATIONE COCTIONIS *læſa ventriculi ob intemperies cum materia per victus rationem.*

Victus ratio in curandis intemperiebus cum materia, quæ coctionem ventriculi lædunt, debet in vniuerſum eſſe boni ſucci, & facilis coctionis in frigida materia, in calida verò difficilis; vnde Auicennas lib. 3. fen. 13. tract. 3. cap. 7. laudabat carnem vaccinam cum aceto, quia tenuiora alimenta in huiuſmodi ventriculo corrumpi ſolent.

Verùm, vt ſummatim dicam, victus omnis debet eſſe talis, qualem deſcripſimus in intemperiebus ſimplicibus, quē gratis non repetam, ſed eius loco nonnulla ſcitu digna, quæ à grauiſſimis authoribus ſcripta reperiuntur, adducam.

A Primum eſt circa decubitum, & ſomnum; Aetius enim lib. 9 cap. 24. tradit opus eſſe, vt ægrotantes læſa coctione decumbant capite quam maximè recto, quia hoc ſitu promptius accomodatur cibus in ventriculo.

Quod ſanè dictum videtur non admodum veriſimile, quandoquidem œſophagus, ſeu gula à ſummis faucibus enata, deorſum per ceruicem fertur, inde per

B thoracem ad ventriculum vſque, vbi ingeſtus eſt cibus; vnde homines ſi decumbant capite eleuato, nihil habere poſſunt vtilitatis, niſi quod per eam partem, quæ ſimul cum capite mouetur, quæ eſt ceruix, poterit cibus à principio œſophagi ad thoracem vſque facilè propelli.

Sed vt per thoracem deſcendat, nihil emolumenti ex capitis illa eleuatione habebit (niſi dicere velimus oportere

C ipſum ægrotantem ita decumbere, vt totum dorſum erectum maneat, qui ſitus incommodus admodum eſt) quia vbi gula benè ſe habet, deorſum protrudit cibum, quare non eſt opus, vt eleuato capite ægrotantes decumbant.

Aliud notandum eſt circa latus, ſuper quo dormiendum ſit; dicebat enim Auicennas, & Aetius locis præcitatis in pri

D mo decubitu debere ægrotantes ſomnum facere ſuper latus ſiniſtrum, deinde ſuper dexterum; nam in primo decubitu faciliùs dicunt deſcendere cibum ad fundum ventriculi, in dextero verò citiùs, & faciliùs deſcendere per pylorum.

Sed huiuſmodi animaduerſiones ſunt parui momenti, quia ſiue in ſiniſtrum, ſiue in dexterum latus decumbant, numquam ventriculus à ſua ſede dimouetur,

E adeo nexibus firmis, partibus ſibi circūuicinis adhæret, quare ſemper à iecinore eodem amplectitur modo.

Deinde diſtributio, & exitus chyli non fit ſitus ratione, ſed mediantibus faculatibus, quæ eaſdem faciunt operationes, ſiue erecti, ſiue extenſi in lecto iaceamus, quare exiſtimo ægrotantes poſſe

tutius

tutius ſomnum facere ſuper idem latus, in quo conſueti ſunt decumbere.

Plutarchus laudat, vt illi, qui non benè concoquunt, antequam dormitum eant, ſorbeant cyathum aquæ frigidæ, quod idem Celſus lib. 4. 8. commendauit, Aetius verò videtur propoſitionem hanc cum quadam limitatione afferre, nempè ſi quis ob nullam cauſam malè diſpoſitus ſit ad frigidæ potum, non inconueniens erit, vt cyathum vnũ aquæ frigidæ puræ abſorbeat; nam inde corroboratus venter celerrimè quod in ipſo hæret, extrudit, & ad ſubiectas partes demittit.

Sed quamuis huiuſmodi ſententia probetur à grauiſſimis viris, non tamen videtur ſine limitatione prætermittenda; nam quamuis Galenus 5. aph. 29. ſcribat non eſſe relinquendos eos, qui ſummè ſitiunt tempore nocturno abſque potu, cum præcipuè ob multitudinem ciborum, & potuum dormire nequeant, ſed in media nocte aquæ potum concedit, nihilominus non eſt permittendus potus aquæ frigidæ in his, qui cruditatem patiuntur. potiſſimùm ſi à cauſa frigida veniat.

Nam ſicut illi, qui multum ingurgitarunt, calefactum adeo habẽt ex alimentorum, & potuum ebullitione ventriculum, vt neceſſarium ſit ad remittendum hunc feruorem aquæ potum concedere; ita in hoc caſu, vbi nulla adeſt ebullitio, minimè concedenda venit aquæ gelidæ potio.

At Plutarchus non eſt loquutus niſi de ſanis, qui ſunt boni habitus, quibus prodeſt potus aquæ frigidæ, vbi multum comederint, vnde ipſemet Celſus dicebat opus eſſe includere in frigidam aquam, quidquid ingeſtum eſt.

Quare ſum huius ſententiæ, vt non concedatur niſi illis, qui intemperiem calidam, & ſiccam patiuntur, aut calidam, ſiue cum materia, ſiue ſine materia, dummodo nulla præceſſerit cauſa primitiua, quæ potuerit ſitim cauſare;

A vbi verò ſitiunt aquæ potus ad duos, aut tres vſque cyathos concedi poteſt, vt Aetius admonuit.

Pro potu ſicut vinum conceditur, vt dictũ eſt, dum de victus ratione in intemperie frigida, in frigida, & humida, in frigida, & ſicca ſine materia ageremus, ita & in hac cum materia concedendum eſt. In reliquis verò ſex rebus non

B naturalibus moderatè, vt etiam diximus, tractandi ſunt ægrotantes.

Sed quoniam in illis nihil erat, quod extra corpus eſſet ducendum, ideo de clyſteribus nihil diximus, in huiuſmodi autem affectione clyſteribus ſæpè agendum, vt non modò inteſtina à fœcibus expurgentur, ſed vt etiam materiæ aliquæ, quæ in iiſdem ſunt euacuentur, vt inde ſuccedat à ventriculo deriuatio

C hæc de victus ratione.

DE CVRATIONE LAESAE
Coctionis ventriculi ob intemperiem cum materia per Pharmaciam.

Videamus denique, quid per pharmaciam facto opus ſit. Iam verò, materia, vel eſt in cauitate, vel in mem-

D branis. Si primò euacuanda eſt, ſiue biliosa ſit, ſiue alterius generis, hoc enim habemus ab indicatione, quæ à figura ventriculi accepta eſt; nam ipſius adſunt duo orificia, ſuperius, & inferius, quæ igitur in ſinu innatat, per ſuperius, tanquam per propinquius orificium, eſt educenda vomitorijs quibuſdam leuioribus, & hæc eſt facilis curatio, vt idem Galenus præcitato capite doctiſſimè de-

E clarat.

Si verò materia contineatur in membranis, vel infixa, vel nondum infixa, vel biliosa, ſiue alterius generis, Galenus iubet extra corpus per ſeceſſum eſſe educendam, leuibus tamen medicamentis, quæ regionem non tranſcendant inteſtinorum, & venarum meſeraicarum,

Galenus in hoc caſu aloem laudat, & medica-

medicamenta, quæ ex ea fiunt, hieræ **A** appellata; aloem autem conſiderat vt elotam, vel non elotam. Primo modo aſſerit magis corroborare ventriculum, & minus purgare; non elotam è contra magis purgare. Ex ea igitur componitur præſtantiſſimum illud medicamentum, quod picram appellant, à Galeno ſummè commendatum, nullumque re vera eſt medicamentum, quod poſſit melius, ac tutius humores hoſce extra corpus **B** trudere.

Nos ſolemus hieram picram exhibere in bolis propter ſui ingentem amaritudinem, at tempore Galeni nonnulli eam ex aqua, aut alia potatione accipiebant, quemadmodum aſſumunt etiam & noſtra ætate nonnulli, quos certè miror, quo modo poſſint tantam ſufferre amaritudinem.

Huiuſmodi medicamentum benignũ **C** quidem eſt, & more benedictorum concedi poteſt; aliqui enim ſunt, qui talia medicamenta ante prandium per horam vnam, vel alteram concedunt; alij è contra ſummo mane exhibent; neque permittunt ægrotantem non niſi poſt purgationem prandere, ſed non poteſt aſſignari certa regula, quia videmus aliquos rectius purgari à prandio, alios verò nequaquam comedere poſſe, niſi prius me- **D** dicamentum operatum fuerit.

Mihi magis placet, vt ſummo mane medicamentum, concedatis, nec prius exhibendum prandium, quam medicamentum deſcenderit, & peccantem materiam aliqua ſaltem ex parte expulerit; hoc enim modo non eſt periculum, vt natura ab alimento impedita medicamenti actuationem deforat, nec vt alimenta humoribus admiſceantur, & ſic **E** impediatur medicamenti operatio. Medicamentum verò hac ratione præſcribendum eſt.

℞. Pulpæ caſſiæ recens extractæ,
Hieræ ſimpl. Galeni ana vnc. ß.
Cum ſaccharo, quantum ſufficit, fiat bolus.

Vel ſub forma boli.

℞. Spec. hieræ ſimpl. Gal. vnc. ß.
Diacatholici drach. ij.
Cum ſaccharo q. ſ. fiat bolus.

Hoc medicamento non modò humores praui in cauitate contenti euacuabuntur, ſed illi, qui in membranis ventriculi ſunt imbibiti.

Sed quoniam non ſemper omnes humores vnico medicamento euacuari poſſunt, quia qui infixi ſunt in tunicis, & eorum craſſitie, non cedunt vni purgationi, quemadmodum ſunt pituitoſi, aut etiam melancholici, ideo prius ſunt præparandi, deinde denuò expurgandi.

In materia pituitoſa poteſtis hoc ſyrupo præparare, vt

℞. Syr. de quinque radicibus,
Oxymel. Caleſtani ana vnc. j. m.

Præcipio quidem, vt quando materia eſt in ventriculo, abſtineatis ab aquis, & præcipuè in pituitoſa materia, quia magis morantur in ventriculo, & quia ſyrupi amittunt ob aquas vim attenuandi, & incidendi. Vbi verò cognoſcatis iam materiam eſſe præparatam extra ducatis hoc medicamento, vt

℞. Specierum hieræ picræ drach. vj.
Cum melle roſato ſolutiuo, q. ſ. fiat bolus.

At ſi præparanda eſt melancholia,

℞. Syrupi de ſtœchade,
De fumo terræ ana vnc. j. m.

At cũ educenda veniat, non eſt vt recedatis à medicamento iam præſcripto, vel à ſequenti.

℞. Diaſenæ lenitiuæ,
Specierum hieræ ſimpl. ana drac. v.
Cum ſaccharo, quãtũ ſufficit, fiat bolus.

Educta iam materia, ita vt nihil ſit, quod amplius faciat, vel augeat intemperiem, vt hæc eadem remoueatur, omne conſilium dirigendum eſt, quæ tollitur tum internis, tum externis præſidijs, de quibus ſupra ſatis eſt dictum.

Medicamenta ad varios affectus ventriculi, quibus vtebantur celebriores medici antiqui, habetis apud Galenum lib. 8.

lib.8.med.local. vbi ea comprobat à 1. vſque ad 5. caput. Ex recentioribus complura in medium affert Rōdeletius, ac etiam Capiuaccius, qui ea omnia à Galeno adducta in examen reuocat. Nos quoque ſuperius loquentes de curatione ſimplicium intemperierum plura experientia comprobata tam intus aſſumenda, quàm extra applicanda attulimus.

Et hæc de curatione cruditatis, quæ ab intemperiebus prouenit, dixiſſe ſufficiat.

VErùm, cum non modò intemperies, ſed etiam malã compoſitionẽ inter cruditatis cauſas enumerauerimus, ordo expoſtularet, vt etiam de morbis malæ compoſitionis, qui referuntur ad magnitudinem nimium adauctam, vt in tumoribus tam calidis, quam frigidis contingit, vel ad eandem magnitudinem, aut capacitatem diminutam, aut ad ipſius figuram deprauatam, aut ſitum mutatum, hoc loci ageremus. Ad hæc de ſolutione continui, quæ cauſa etiam eſt cruditatis, vt intellexiſtis, opus eſſet pertractare.

Sed quia materia morborum ventris huius inferioris admodum prolixa eſt, ab huiuſmodi tractatione tam ſuperflua ſuperſedemus; tum quia tumores interni calidi ad calidos humores, frigidi ad frigidos reducuntur, ad quos curandos iiſdem præſidijs medicus practicus vtitur, quæ iam ſuis locis propoſuimus.

Tum quia ad cauſam antecedentem auferendam, circa quam maximè verſatur, præſidia eadem in genere adminiſtrare oportet. Circa coniunctam verò operatur Chirurgus, quare videtur potius hanc tractationem ſpectare ad chirurgicam ſpeculationem.

Succedit, quod huiuſmodi affectiones rarò eueniunt, de illis autem agen- A dum eſt, quæ frequentius contingunt.

Addo, quod ſolutionem continui, & malam compoſitionem non conſiderat Phyſicus practicus, & ſi ipſam conſiderat, eſt, vt ſciat modum curandi, non vt actu curet: ſed nec locus, nec tempus requirit, vt has materias pertractemus.

At Galenus diuiſit libros methodi medendi in tres partes in ſecundo vſque ad ſeptimum excluſiuè de ſolutione B continui pertractauit, à ſeptimo ad decimum vſque tractauit de omnibus intemperiebus; à decimo tertio vſque ad finem decimi quarti omnes ſpecies morbi malæ compoſitionis contemplatus eſt.

Nos verò tractantes de morbis particularibus ventriculi, relinquimus tumores, & ſolutionem continui, breuitatis cauſa, attamen ſi cupitis hanc ma- C teriam videre poteſtis legere Auicennam lib.3.fen. 13.ab octauo capite tract. 43. vſque ad tractatus quinti capitis, quamuis Raſis 9. Almanſorem poſt caput de cruditate nihil de dolore ventriculi ab apoſtemate, & ſolutione continui ſcribat.

Per vos ipſos igitur poteſtis prædictos authores perlegere, noſtrum in præſentia eſt ordinem inſtitutum proſequi, hoc D eſt, docere morbos ventriculi particulares, qui ab actionibus vitiatis prodeunt; erant autem actiones quatuor, attractiua, alteratiua, retentiua, & expulſiua. Iam morbos exequuti ſumus attractricis, & alteratricis, reſtant duæ aliæ facultates retentiua, & expulſiua, de quarum læſionibus agendum, at primò de vitijs retentricis, quæ ſunt lienteria, & cœliaca, quas examinandas E auſpicamur.

DE LIENTERIA ET COELIACA.

CAPVT NONVM.

DVæ à retentrice læſa præter naturam affectiones oriuntur proprijs nominibus donatæ, vna lienteria, altera cœliaca appellata, de quibus in præſentia agendum proponitur.

Exordiamur à lienteriæ nomine, quod non nulli exiſtimant eſſe deducendum ἀπὸ τῆς λειότητος τῶν ἐντέρων, ideſt à lęuitate inteſtinorum, quo nomine omnia alimenta deorſum cadunt, eò quòd retineri nequeant. Quod quidem etymon, etſi ab omnibus ferè acceptum ſit, falsò tamen lęuitas inteſtinorum dicitur, Galeno authore 6. de locis affectis cap. 2. quia inteſtinorum aſperitas, quam à rugis accipit, ſecundum naturam eſt; potius verò appellatur inteſtinorum affectio, quàm ventriculi, quia notius eſt nobis materiam ab inteſtinis exire, quàm à ventriculo. Idem Gal. 6. aphor. primò inquit, quod inteſtinorum lęuitas dicitur ratione celeritatis, qua alimenta decidunt.

Cœliaca verò, etſi exeat materia per inteſtina, quia tamen chylus admixtus alimentis apparet, refertur vitio ventriculi, non inteſtinorum, & conueniunt ad inuicem, tum quia ſunt retentricis praua ſymptomata, tum quia ſunt affectiones ipſius ventriculi.

At in multis differunt, primò quia lienteria ex abolita retentione fit, vt quando per ſeceſſum alimenta intacta exeunt nullam paſſa alterationem; nam qualia fuerunt aſſumpta, talia egeruntur; cœliaca verò prouenit à diminuta retentione, quia alimenta, licet retineantur aliquantulum, non tamen retinẽtur, quantum ſatis eſt ad coctionem celebrandã; vnde dicuntur affectiones hæ differre ſecundùm magis, & minus.

A Differunt deinde ratione partis læſæ, quia lienteria videtur eſſe morbus communis inteſtinorum, & ventriculi; cœliaca ſpectare magis videtur ad ventriculum, quamuis etiam inteſtinis poſſit communicari, 1. aph. 6. libri ex Galeno in comm. Cornelius Celſus lib. 4. cap. 12. ſcriptum reliquit lienteriam eſſe affectionem oris inferioris ventriculi, quod piloros vulgò appellatur, & Aui-
B cennas fen. 14. tract. 5. cap. 5. lęuitatem ſtomachi, & lubricitatem appellauit, ſed definitiones vtriuſque iam afferendæ ſunt.

Lienteria eſt ſymptoma in genere retentricis, ſeu contentricis virtutis abolitæ. Galenus 6. aph. 1. dicebat eſſe carentiam coctionis, quod non videtur verum, propterea quod coctio ventriculi ſit læſa, quia in hac affectione alimenta
C ingeſta exeunt inconcocta prorſus, & inalterata, non concoctionis vitio, ſed ipſius retentricis.

Vnde idem Galenus præcitato loco dicebat alimenta hæc non deijci, quod non ſint cocta, ſed quia deijciuntur, non poſſunt concoqui, ratio eſt, quia ad hoc vt fiat concoctio, oportet, vt alimenta retineantur, & vt inquit Galenus, vndique comprehendantur, cùm verò non
D retineantur, concoqui nunquam poterunt.

Ex quo Galeni diſcurſu facilè vnicuique innoteſcere poteſt grauiſſimos authores, Areteum nempè, Cælium Aurelianum, & Auerroem deceptos fuiſſe, vbi dicunt huiuſmodi affectum eſſe ſymptoma coctionis abolitæ, niſi dicamus eam eſſe per accidens abolitam, quia cum retentrix illi ſubordinata, ſit læſa,
E neque retineat alimentum, vt debet, neceſſariò euenit, vt & ipſa ſuo fruſtretur

conco-

concoquendi officio.

Cœliaca verò affectio eſt ſymptoma eiuſdem retentricis, ſed diminutè; in hac ſanè affectione alimenta concoquuntur quidem, ſed diminutè; non enim tantùm retinentur, quantum ſatis eſt ad conſummatam coctionem, quod Galenus expreſſit 3. de cauſis ſymp. cap.4.

Sed dicet quiſpiam, quomodo ex Galeno determinaſti has duas affectiones eſſe ſymptomata retentricis facultatis, cùm apud eundem Galenum legatur lib. de cauſis ſymptomatum cap. eodem lienteriam eſſe connumerandam inter vitia expultricis facultatis?

Dices ſecundò videtur idem Galenus 3.epid.55. voluiſſe lienteriam eſſe ſymptoma quidem facultatis retentricis, ſed diminutę, & abolitę.

Priori difficultati Galenus probè ſatiſfacit in commentario aphoriſmi pręcitati dicens duplicem eſſe lienteriam, vnam, quæ fit ab humoribus acribus irritantibus naturam, aliam verò, quæ fit ab humoribus abſque aliqua acredine, vel à ſola intemperie, vt paulò poſt videbimus.

Prima eſt ſymptoma virtutis expultricis, quia cum humores acres, & mordaces in ventriculo reperiantur, mordendo, & inducendo dolorem, irritant facultatem expultricem, quæ irritata expellit, quidquid in ventriculo continetur, & de hac loquitur Galenus, quando dixit pertinere ad facultatem expultricem.

Alia verò ſemper eſt ſymptoma retentricis, & de hac nos in præſenti loquimur, & ipſemet loquebatur Galenus 3. de cauſis ſymptomatum cap.4.

Ad ſecundam dubitationem dicimus lienteriam hoc ſecundo modo acceptam conſiderari bifariam, vel quatenus eſt abolita retentio, aut quatenus etiam amplectitur, & ſub ſe continet cœliacam affectionem: primo modo eſt ſymptoma abolitæ retentricis; ſecundo modo eſt diminutæ facultatis ſymptoma; A dictum enim ſupra eſt has affectiones non differre niſi ſecundùm magis, & minus.

Cùm igitur ſtatutum à nobis ſit has affectiones eſſe ſymptomata, opus eſt, vt videamus à quibuſnam morbis proficiſcantur. Auicennas lib.3. fen. 13. tract. 5.cap.5. ad duo capita morborum, tamquam ad veras cauſas reducit, ad intemperiem frigidam; vel frigidam, & humi- B dam cum materia, & ſine materia; nec non ad vlcus, tanquam ad ſolutionem continui, quæ eſt morbus communis.

Nonnulli addunt reſolutionem neruorum à ſexta coniugatione, qui cum diſtribuantur per ventriculum, ſunt cauſa laxitatis, & reſolutionis ipſius ventriculi.

At poteſt eſſe, quod fiat ab alijs intemperiebus, vt à calida tam cum mate- C ria, quàm ſine materia, ideſt illa lienteria, quæ fit ab humoribus acribus irritantibus, nihilominus ex communi medicorum conſenſu rarò contingit fieri has affectiones à calida intemperie, frequentius autem à frigida, & à materia pituitoſa, quamuis Galenus 3.aphor.30. addat vlcus, tanquam cauſam internam.

Sed cum materia hæc, quæ cum intemperie frigida euenit, vel in ipſo naſ- D ſcatur ventriculo, vel ab aliqua parte, vt pote à cerebro deſcendat, ideo lienteria alia eſt, quæ fit per eſſentiam, alia quæ fit per conſenſum, ſiue à toto, ſiue à parte, vt à cerebro. Vlcus huius affectionis cauſa eſt, quando humor aliquis mordax inteſtina excoriat, ac inde ſequatur dyſenteria, cui lienteria poſtmodum ſuccedit.

DE CAVSIS LIENTERIAE, & *Cœliacæ.*

Cauſarum aliæ internæ ſunt, aliæ externæ: priores ſunt humores pituitoſi, & etiam bilioſi, acres, & mordaces: amplectimur etiam cauſas à pituita prodeuntes, quæ habēt ſuas cauſas exteriores.

riores. Cauſæ verò exteriores, & mediatæ ſunt in primis mala victus ratio in ſex rebus non naturalibus, frequentes cruditates, nimia, & frequens aquæ gelidæ potio, morbi longi, & ij potiſsimùm, qui ab humoribus frigidis prodeunt, & aliæ res non naturales, tàm neceſſariò, quàm non neceſſariò occurrentes.

Cæterum medicamenta frigida, & nimius horum frequens vſus eſſe poteſt horum affectuum cauſa. Auenzoar lib. 1. tract. 1. cap. 5. ſcribit herbam quandã eſſe, quæ ingeſta producit lienteriam: hæc de cauſis, veniamus ad ſigna.

DE SIGNIS LIENTERIAE, & Cœliaca.

Signorum alia ſunt, quæ affectiones demonſtrant, alia quæ ipſarũ cauſas depingunt. Quæ affectiones declarant, petuntur potiſſimùm ab excretis, & à modo, quo per ſeceſſum exeunt, nec non & à corporis habitu. In lienteria excremẽta exeunt prorſus inalterata ea ratione, qua ingeſta fuerunt; in cæliaca verò ſunt aliquo modo mutata, & cum aliquo fœtore.

Addit Galen. 6. de loc. affect. cap. 2. in lienteria eadem aquoſa eſſe, exireque ſine aliquo dolore, deinde habitus corporis totius extenuatur; quare vno verbo concludendum eſt; vt quando videmus excrementa citò ſubire inalterata, corpuſque tabeſcere, dicamus eſſe lienteriam.

Cauſæ exteriores, ſi quæ fuerint, ab ipſiuſmet ægrotantis ore habentur; aliç verò internæ à ſignis petendæ ſunt ea ratione, quam diximus cap. de cruditate; nam intemperies cum materia, aut ſine materia cognoſci poterit à ſymptomatibus; nam ſi calida fuerit, aderit caliditas circa ventriculi regionem, ſitis, præceſſerit victus ratio calefaciẽs, habitus totius corporis erit calidus, ætas florens, tẽpus anni calidũ, regio calida, conſuetudo, aut exercitium, quod calefacere A potuerit totum corpus.

At ſi vultis cognoſcere humorem, reſpicite exeuntia, quia ſemper aliqua humoris portio cum excrementis admiſcetur, ex quibus cognoſcetis etiam ſpeciẽm humoris. Id, quod de calida intemperie dictum eſt, de materia etiam frigida, & pituitoſa intelligendum venit.

Cognoſcetis etiam materiam, quando à capite in ventriculum deſcendit, B ſuis notis, de quibus cap. de catarrho ſatis diximus.

Sed cùm prædictæ affectiones à ventriculo primum læſo, & ab inteſtinorum læſione aliquando eueniant, non ſine ratione quiſpiam percunctabitur, an adſit aliquod ſignum, quo poſſimus vnam ab altera diſtinguere.

Mercurialis lib. 3. de aff. ventris inferioris cap. 10. inquit poſſe diſtingui ab C exeuntibus, hoc modo quòd cum ab inteſtinis eueniant excrementa, ſemper habent aliquam chyli portionem admixtam, quia retinetur in ventriculo cibus tamdiu, donec aliquam chyli formam acquirat.

Hoc ſanè admodum probabile eſt, ſed à principio nondum perfectè facta læſione in ventriculo, temporis verò progreſſu cùm non fiat retentio, ne- D que fieri poteſt chylificatio; quare cum per conſenſum ab inteſtinis fit, opus eſt animaduertere, an ipſa inteſtina aliquem morbum paſſa ſint, nec ne.

Nam ſi vel diarrhæa, aut dyſenteria laborauerint inteſtina, remanſitque in illis aliquod vlcus, ac inde ſequatur vel lienteria, aut cœliaca affectio, poteritis concludere hanc ab inteſtinis prouenisſe; at ſi per eſſentiam facta ſit in ventri- E culo, excreta nihil prorſus habent chyloſæ materiæ admixtum, quod ſanè in confirmata affectione veriſſimum eſt, ſed quando iam incipit fieri, poteſt cognoſci ab excretis quidem, quæ incipiunt parum alterata exire, deinde nullam accipiunt mutationem.

Sum huius ſententiæ, quòd poſſit hęc affectio

affectio à principio cognoſci, quando ſit per eſſentiam in ventriculo ab accidente quodam ipſius ventriculi, cuius meminit Galenus cap.8. de differ. morborum; nam ventriculus amplectitur cibum cum quodam tremore, quod ſymtoma à medicis cognoſcitur, ſed cum difficultate; tunc enim ægrotantes ab aſſumpto cibo anguſtiam quandam percipiunt, non ſecus atque perciperent cor distremorem; vbi igitur præceſſit id genus ſymptomatis, inde ſequatur vna ex prædictis affectionibus poteritis affirmare eam eſſe per eſſentiam in ventriculo.

Sed hoc inquiſitione eſt dignum, cur ſit, quod aliqui retinent potum, non cibum, quem euomunt, quod Nicolaus Florentinus ſe in muliere quadam obſeruaſſe ſcribit, quæ quamuis multam copiã vini ſingulo die potaſſet, euomebat cibum omni ſucco priuatum, & aridum, vinum verò retinebat.

Inſuper ſcribit Alexander de Benedictis lib.13. cap.20. ſuæ practicæ, ſe mulierem obſeruaſſe pluries, quæ cum bibiſſet vinum aquæ admixtum, euomebat aquam puriſſimam, vino intus remanente, & ipſa nihil prorſus odoris vini redolebat; ſed hæc diſcutiemus capite de vomitu.

DE FVTVRO EVENTV Lienteriæ, & Cæliacæ.

QVod ad præſagia ſpectat, Bernardinus Gordonius inſignis practicus lib. de paſſionibus ſtomachi cap.13. ſcribit læthalem ſemper eſſe lienteriam, quæ naſcitur propter inteſtinorum dyſenteriam.

Galenus 6. aph.1. dicebat lienteriam factam ab humorum acredine, totius ventriculi, & inteſtinorum abraſa ſuperficie, ceſſante humorum malignitate, ſtatim ſanari cibis, & potibus vim denſandi habentibus.

Aetius lib. 9. cap. 23. ſcriptum reliquit lientericam affectionem, quæ ab autumno per totam hyemem durat, eſſe curatu difficilem.

A

Si læuitatibus inteſtinorum longis ructus acidus fiat, qui prius non erat, bonum. Hippocrates 5. aph. 1. dicebat, ſi lienteriæ ructus acidus ſuperueniat, bonum eſſe. Hunc locum Galenus exponens affirmabat intelligendũ eſſe de diuturna lienteria, quoniam cum hęc ipſa proueniat ab intemperie frigida, ſolent fieri ructus acidi, qui progreſſu temporis ceſſant; in principio enim continentur alimenta aliquo tempore in ventriculo aucta affectione non retinentur, hinc non poſſunt fieri ructus.

B

In antiquata tamen lienteria, vbi appareat ructus, bonum eſt, quia ſignificat ventriculum recuperaſſe aliquem vigorem, caloriſque adhuc adeſſe aliquam ſcintillam, vnde ſperare licet fore, vt magis vigoretur.

C

Lienteriam ſæpè conſequi ſolet dyſenteria, aliquando etiam febres tabidæ.

Alexander Trallianus lib.8. cap.8. cæliacam ſcribit à principio curari facilè, poſt verò difficilius. Hæc affectio in prouectioribus, maximè ſi inteſtina diuturnis torminibus fuerint agitata difficiliùs, facilius verò in iunioribus curatur.

D

Sed iam aggrediamur curationem, quam vnico capite amplectimur, cum tantummodo inter ſe ſecundum magis, & minus differant propoſitæ affectiones.

DE CVRATIONE LIENTERIÆ, & Cæliacæ per victus rationem.

PRæcipuus curationis ſcopus eſt retentricem ventriculi, & inteſtinorum corroborare, ita vt non permittat amplius ad ſeceſſum alimenta fluere, niſi fuerint perfectè concocta, quo ſcopus vt habeatur, in primis cauſam efficientem animaduertere oportet, quæ vt audiuiſtis, multiplex eſſe ſolet.

E

Inter alias frequentius eſt intemperies fri-

ries frigida, aut humida, aut vtraque ſimul. De illa primùm dicemus, quæ ſanè non poteſt auferri, niſi conſueris medicinæ inſtrumentis, quæ à nobis dicta ſunt cap. de læſa coctione à cauſa frigida, & humida.

Præter ea adde, quòd cùm intentio præcipua ſit, vt retineatur cibus, aer eligendus eſt calidus, & ſiccus, qui ſi nõ ſit talis, curãdum eſt, vt fiat in cubiculo, vbi ægrotus deget, igne præſertim facto ex lignis quercinis, caſtaneæ, vel ſarmentorum: ſi ligna deſunt, ex carbonibus ex quercu, vlmo & id genus, quæ adſtringendi facultate pollent.

At quia Auicennas ſcriptum reliquit coriandrorum ſemina opem ferre ventriculo ad retinendum cibum, ideo nonnulli volunt opus eſſe cum pane admiſcere coriandrum, quod quidem in hoc caſu mihi non diſplicet, ſi tamen coriandrum præparatum accipiatur; in calida verò cauſa illud viride, & recens adhibeatur.

Iam aliàs oſtendi vobis inter grauiſſimos authores verſari controuerſiam de qualitate coriandri; nam alij dicunt ipſum refrigerare, vt Dioſcorides, alij calefacere, vt Galenus, quam de medio ſuſtulimus, dicentes refrigerare totam plantam, vbi recens fuerit, calefacere verò ſemen, vbi exiccatum, & præparatum habeatur.

Carnes, quæ in hoc caſu magis conueniunt, ſunt perdicum, attagenum, auicularumque in montibus degentium, quæ aſſatæ ſint, & quibuſdã aromatis cõditę.

Omnia tandem edulia debent eſſe boni ſucci, & quæ poſſint ſine difficultate à ventriculo concoqui. Galenus 5. de ſimpl. med. facult. commendare videtur carnes gallinarum antiquarum, atque ius ipſarum, quod adſtringendi aliquam facultatem habeant, quod ſanè in hoc affectu præcipuè conuenit.

Notatione dignum eſt, quod omnes authores de curatione lienteriæ agentes ſcribunt cõuenire oua gallinacea, ea A ratione cocta, vt toſta ſint.

Ab Alexandro in hoc caſu tamquam cibus proponuntur oua dura in aceto intincta, quod non probat Mercurialis quia in hoc affectu, inquit, conueniunt alimenta facilis coctionis oua verò cocta indurata ſunt duræ digeſtionis. Nec ab Alexandro quidem probantur, quia ipſe eo in loco non loquitur de lienteria, ſed de dyſenteria, nec in omnibus B dyſentericis huiuſmodi proponit alimenta, ſed tantummodo in iis, qui concoquendi validam facultatem habent.

Pro potu vinum ſubadſtringens, generoſum, vetus, clarettum à Syracuſijs appellatum, eſt maximè idoneum, idque aqua dilui poteſt, in qua coriandrorum, aut aniſorum, aut cinnamomi modicum ebullierit.

In cauſa calida, ſiue intemperies nuC da fuerit, ſiue cum materia, victus ratio deber eſſe boni quidem ſucci, ſed quæ refrigerare valeat, ideo aer eligendus eſt, qui ad frigiditatem vergat.

Panis verò, quo veſcitur æger, ex optima farina ſit, minimè ſale conditus, parumque fermentatus. Biſcotus ex farinâ præſtantiſſima ouis, ac ſaccharo conditus pro ditioribus eſt optimus.

Carnes boni ſucci commendantur, D præſertim galliculorum, qui prius in poſca elixari debent, vt iubet Alexander lib. 8. cap. 8. nec abs re eſſet, ſi ſimul ebullirent ſimplicia quædam, quæ vim refrigerandi, ac etiam modicè adſtringendi haberent, quemadmodum eſt

Plantago,

Oxalis,

Et huiuſmodi: deinde vbi ebullierint, quã tum ſatis eſſe videbitur, auferantur à caE cabo, atque vt aſſentur, infigantur veru, ſed primò, ex eiuſdem Tralliani decreto, impleantur rebus adſtringentibus, ac corroborantibus, qualia ſunt

Myrta,

Sorba ſicca, tritaque, aut minutim inciſa, aut

Meſpila, aut

Pyra

Pyra viridia, aut
Mala cotonia.

Igitur in hunc modum præparabuntur, primò deplumandi, & euiſcerandi, deinde ebulliendi, ac denique aſſandi ſunt.

Inter carnes quadrupedum commendat idem Trallianus lumbos porcinos, aut hœdinos in aceto maceratos.

Cæterum ptiſana hordeacea in aqua per noctem ebullita, vna cum pedibus vitulinis non ſolum in hoc caſu, ſed in dyſenteria à cauſa calida, ſumè probatur, ſi præſertim adeo ebullierit, vt vngues ſpôtè ceciderint, quo nomine cremor ptiſanæ magis ſpiſſatus, & glutinoſus redditur; deinde modico aceti conditus eſui ſeruetur.

Pro potu aqua chalybeata valet; aqua etiam hordei, cum quo ebullierit nonnihil plantaginis. Galenus laudat vinum adſtringens, quale illud eſt, quod Neapolitani appellant aſprinum.

Placet etiam mihi vinum ex amarenis aqua chalybeata lymphatum.

Clariſsimus Mercurialis lib. 3. de aff. ventris inferioris c. . quatuor pulcherrima in hoc caſu obſeruanda proponit.

Primum eſt, vt cibi, qui ægrotantibus ſunt gratiores, offerantur, iuxta Hippocratis præceptum dicentis: Deteriorem cibum, & potum, ſed iucundiorem ipſis ægrotantibus, præferendum eſſe meliori, ſed inſuaui, & ingrato. Et meritò quidem, quia ventriculus melius amplectitur grata alimenta, & tenacius continet.

Secundum, eſt præceptum à Celſo acceptum, quod ægris abſtinendum ſit, quo ad poſſunt, ab egerendi actu; nam nô debent ſtatim prouocationi cedere, ſed reſiſtere; hac enim ratione violentiam ſibi inferentibus, natura quodãmodo coacta aſſueſcit paulatim ſponte cibos retinere.

Tertium, vt ægrotantes parcè comedant, modiceque admodum bibant; nam inquit coruos hac ęgritudine ęſtiuo tempore laborare, neque vnquam, dum ægrotant, bibere.

A Quartum, & vltimum eſt, vt cibi, qui offeruntur, non ſint valde fluidi.

Clyſter etiam adſtringens debet non numquam inijci ad inteſtinorum corroborationem, vt

℞. Foliorum plantaginis,
Caudæ equinæ,
Portulacæ ana m. ß.
B Sem. myrtillorum,
Sem. acetoſellæ ana drach. iij.
Fiat decoctio in vino auſtero q. ſ.
℞. huius decocti lib. j.
Olei roſ.
Myrtini ana vnc. j.
Coaguli leporis,
Hœdi ana drach. ij.
Diaſorborum,
Michletæ ana vnc. j.

C Fiat clyſter; verum ſi vlcus erit in inteſtinis omittenda ſunt olea.

℞. Sorborum,
Granatorum,
Balauſtiorum ana vnc. j.
Fol. meſpilorum,
Sorborum ana m. ß.
Baccarum myrti,
Lauri ana vnc. ß.
Fiat coctio in aqua chalybeata.
D ℞. Huius decocti lib. j.
Thuris,
Myrrhæ ana drach. j. & ß.
El. meſpilorum,
Roſatæ nouellæ ana drach. vj.
Miſce, & fiat clyſter.

Hæc ſunt, quæ in hoc caſu circa victus rationem particulariter animaduertenda, & adhibenda ſunt.

E *DE CVRATIONE LIENTERIA, & Cœliaca à frigiditate producta per Pharmaciam.*

AD medicamentorum modò rationem deueniendum eſt, quorum quædam intus aſſumuntur quædam extra admouentur. In frigida, & humida intemperie, aut in humida ſolùm,

cum materia opus eſt(vt in alio capite dixi) animaduertere, vtrum materia ab aliquo membro tranſmiſſa ſit, an verò generetur in ventriculo, & vtrum ſit in ſinu ſolùm, an in membranis, an verò vtroque in loco.

A quacunque parte euenerit, videndum inſuper eſt, an aliquid ſit, quod vrgeat; nam ſi pars, quæ demandat illa ſit, ei ſtatim proſpicere debes, omniaque agenda ſunt, ne amplius pars illa demandet; deinde ad ventriculi curationem properandum eſt, quod ſuſius declarauimus cap. de cruditate.

At ſi materia generetur in ventriculo, & in capacitate ipſius contineatur, eſt educenda per ſuperna, ſi propenſio, & facilitas ſit ad vomitum, alioquin eam debemus expellere per infernas partes huiuſmodi medicamento.

℞. Diacatholici vnc. j.
Spec. hieræ vnc. ſſ.
Cum ſaccharo, q. ſ. fiat bolus.

Deinde expedit, vt illa, quæ in membranis eſt, euacuetur, poſtremò intemperies tollenda, ventriculuſque corroborandus internis, & externis præſidijs.

Ordo itaque curationis eſt, vt ſi materia in capacitate ventriculi inſit, extra per vomitum educatur, at ſi in membranis exiſtat, &(vt dictum eſt) craſſa ſit, & humida, primùm alteranda venit ſyrupis idoneis abſque aquis, atque decoctione, quia maiorem adſtringendi, & attenuandi facultatem habent, neque ventriculum, vt aquæ, & decoctiones relaxant, ſunt autem ſyrupi

Mel. roſ. col.
Syr. de menta.
Oymel ſimpl.
Syr. de abſynthio.

Et quæ cum his conueniunt.

Poſtquam præparata materia fuerit, extra duci poteſt hoc medicamenti genere, nempe

Pilulis maſtichinis, vel
Pilulis de aromatibus, quas alephan-
A ginas vocant.

Valent etiam & pilulæ de hiera cum agarico; vel etiam hiera Pachij, vt

℞. Pil. alephanginarum,
Maſtichinarum
De hiera cum agarico ana ſcrup. ij.
Cum cathartico roſ. fiant p. num. 7. aurentur.

Vel ſi ægrotantes non delectantur boli, poteritis ſub forma potus tale medica-
B mentum componere.

℞. Florum roſarum rubearum,
Summitatum abſynthij ana drach. ij.
Myrobalanorum indorum
Chebulorum ana drach. ij.
Decoquantur in aqua plantaginis, quantum ſufficit, ſecundùm artem, colentur,
℞. Colati huius vnc. iiij.
Agarici trochiſcati,
Rhabarbari optimi ana drach. j.
C Cinnamomi,
Zingiberis ana gr. v.
Infundantur ſecundùm artem, factaque forti expreſſione diſſolue.
Mel. roſ. ſol. aur potius,
Syrupi noſtri ex ſucco roſarum fact cum ſena, & agarico,
Mannæ fortis ana vnc. ij.
Fiat potus.

Purgatione hac peracta, ventriculus
D corroborandus venit tam internis, quàm externis præſidijs. Interna ſunt

Mithridatium,
Theriaca,
Diaſpoliticum,
Aromaticum roſatum,

Et quæ ſunt huius generis. vt

℞. Sacchari roſarum antiquati vnc. iij.
Aromatici roſati,
Specierum diamarg. cal. ana dr. j.
E Miſce, huius doſis ſit ad drach. j.
Condirum.
℞. Conſer. roſarum,
Borraginis,
Scorzon. ana vnc. ſſ.
Mithridatij,
Elect. noſtri ana drach. j.
Syr. de menta,

Syr.

De abſynthio ana vnc. ij.
Fol. auri num. iiij. miſce, & fiat conditum.

Sub forma tabellæ.

℞. Specierum aromat. roſ.
Diapliris,
Diamuſci dulc. ana drach. j.
Sacchari diſſoluti in aqua ex auro chalybeata vnc. iij.
Fiat confectio in tabellis, doſis drach. ij.

Exterius cōmendātur, quæ ſequuntur. Vnguentum ſtomachale Galen. quod in hoc caſu prodeſſe mirificè ſolet, necnon emplaſtrum illud communiſſimum de panis cruſta Montagnanæ adſcriptum.

Poteſt etiam fieri ſacculus ex his rebus.

℞. Mentæ,
Comarũ abſynthij ana vnc. ſ. vel m. j.
Ladani,
Maſtiches,
Thuris ana drach. v.
Coriandr. præparat.
Panis aſſati ana vnc. j. & ſ.
Caryophyllorum,
Cyperi,
Nardi,
Scœnanthi ana drach. j. & ſ.

Decoquantur omnia in vino auſtero, exprimantur, & in ſacculum imponantur. Poſſunt etiam prædictæ materiæ in puluerem reduci, & in ſacculum ſiccum accommodari. In hoc caſu curandum eſt diligenter, vt medicamenta adhæreant ventriculo.

Maximè præterea probantur aquæ thermales ſulphureæ, nec reprobantur aluminoſæ, ſiue in ijs immergatur totum corpus, ſiue ad modum ſtillicidij ſuper ventriculo cadere permittantur.

Vt verò habeatis modum efficiendi ex arte huiuſmodi ſtillicidium vulgò duccia appellatum (quo etiam vti ſolemus in vitiatis ventriculi coctionibus, aſſumentes ad id materias affectibus conuenientes, vt in præcedenti capite apparet) hic aliquanto fuſiùs deſcribendum eſſe operæ pretium duxi.

A In applicatione huius remedij, duo, vel tria eueniebant incommoda, alterum, quòd materia ſtatim, & vnica vice diſperdebatur fruſtra in primo ſtillicidio alterum, quod æger videns ſe totum madidum, & perfuſum ſtillicidij liquore faſtidiebat præſidij admotionem, tertium, quia culcitræ, & ſtragula cubilis, ſuper quo æger decũbit, conſpurcabantur, & humectabantur ex illa illuuie, B vt eſſet neceſſarium migrare ægrotantẽ non ſine graui noxa in alium lectulũ.

Ad euitanda hæc incommoda, dum applicatur hoc præſidium, vt habeatis, oportet, quandam ſitulam, ex altiori parte per ſuum ſemicirculare manubrium pendentem, in cuius fundo vel vnicum, vel multiplex foramen exiguum exiſtat, vt materia ſtillicidij intus contenta per illud guttatim, vel iuxta pluuię C deorſum dilabi ſuper ventriculũ poſſit.

Aliud vas deinde faciendum curabitis, quod ſit circumcirca rotundum, habens diametrum longitudine ferè vnius palmi, & altitudine ſit quatuor, vel quinque digitorum. Eius ſuperior pars relinquatur prorſus patens, & aperta; inferior verò debet eſſe in medio perforata tantum, quantum eſt vola manus.

Præterea eidem vaſi adaptanda eſt in D decliuiori loco propè fundum fiſtula quædam intus excauata, eius longitudinis, quæ poſſit ſtillicidij materiam extra lectum eijcere.

Inferior huius vaſis pars applicanda eſt ſupra regionem ventriculi, ægrotantis in lecto decumbentis, vt vndique adhęreat, fiſtulæ verò extremitas extra cubile accommodetur, ſub qua ſit peluis, vel catinum, quod recipiat humo- E rem fluentem. Pars ſuperior reſpiciat è directo fundum ſitulæ tranſmittentis liquorem, quæ diſtare debet à parte irriganda ſpatio plerumque bipalmari.

Maioris intelligentię cauſa pro iunioribus ſequentem tabulam incidendam curaui, in qua apertiſſimè hoc artificium videtur.


A
A Situla continens materiam ſtillicidij, quam ut emittat guttatim per inferius anguſtum foramen ſuper ventriculum.
B Vas habens maximum foramen in fundo, quod aptari debet concinnè ſuper ægri ventriculo, ne materia ſtillicidij ex alto cadens effundatur per lectum.
C Fiſtula, per quam materia ſtillicidij effunditur è vaſe aperto in fundo in ſubiectam catinum.
C
D Catinum recipiens per fiſtulam ſtillicidij materiam.
D
E Scutula anſata, ſeu vaſculum quo materia ſtillicidij re infunditur iterum ex catino in ſitulam prædictam.
E

DE CVRATIONE LIENTERIÆ, & Cœliaca à materia calida per Pharmaciam.

SI verò à materia calida affectiones prædictæ fiant, quod rarò contingit, eadem methodo incedendum eſt, quamuis medicamenta contrarias habeant qualitates. Præparanda igitur in primis eſt materia his ſyrupis.

℞. Syr. roſ. recentis,
Syr. de cotonijs,
Syr. myrtini ana vnc. j. m.

Capiatur tota doſis vnica vice, cui ſuperbibi poteſt aquæ decoctæ aliqua exigua quantitas.

Præparata materia educenda eſt pilulis ex hiera ſine agatico, pilulis aggregatiuis, vel etiam de rhabarbaro. Si verò pilulæ non ſatisfaciant, potionibus agendum eſt, huiuſmodi.

℞. Aquæ plantaginis vnc. iij.
Infunde rhabarb. drach. ij.

Per quatuor, aut ſex horas, factaque leui expreſſione diſſolue.

Syr. roſati ſolutiui ex roſarum ſucco vnc. v. vel
Mannæ fortis, &
Syr. ex nouem roſarum infuſionibus ana vnc. ij. aut iij.

Iuxta habitus corporis, ætatis, regionis, ægri conſuetudinis rationem.

Expurgato iam ventriculo ab illuuie illa calida ſtudendum eſt ipſius corroborationi, tam internis, quàm externis præſidijs. Interna ſunt in primis.

Saccharum roſatum antiquatum.
Mora rubi puluerizata,
Diacydonium ſine ſpeciebus,
Trochiſci de rhabarbaro,
Trochiſci de roſis,
Roſata nouella Nicolai.

Pro condito.

℞. Conſeruæ nenupharis,
Roſarum ana vnc. j.
Diacydonij,
Roſatæ nouellæ ana vnc. ß.

A Syr. de ribes vnc. iij.
Fol. auri num. v.

Fiat conditum.

Pro tabella.

℞. Specierum trium ſantal.
Diamarg. frigidi,
Roſarum rubearum ana drach. j.
Caphuræ ſcrup. j.
Sacchari diſſoluti in aqua plantaginis vnc. iij.

B Fiat confectio in tabellis.

Extrinſecus adhibentur.

Oleum myrtillorum,
Cotoniorum,
Roſatum omphacinum.

Ceterùm poteſtis, & medicamentum tale componere,

Pro vnctione.

℞. Ol. roſati,
Myrtillorum,
C Mellini ana vnc. j.
Roſarum rubearum,
Maſtiches,
Cornu cerui,
Berberum,
Specier. diam. frigidi ana ſcrup. j.

Cum cera q. ſ. fiat linimentum.

Vel pro ſacculo.

℞. Fol. plantaginis,
Acetoſæ ana m. j.
D Baccarum myrti,
Roſarum rubearum ana vnc. ß.
Acaciæ,
Hypociſtidis,
Berberum,
Cornu cerui,
Maſtiches ana drach. j.

Fiat puluis ſubtiliſſimus, & ex eo ſacculus componatur, & ſupra ventriculum applicetur. Hæc eſt methodus, quæ ſer-E uari debet in curandis huiuſmodi affectionibus, vbi cum materia fiant, quæ quoque ſeruanda omnino venit, vbi intemperies fuerint ſine materia: & hæc de lienteria, ac cœliaca paſsione, quæ virtutis, ſeu facultatis retentricis ſunt ſymptomata.

DE INFLATIONE VENTRICVLI.

CAPVT DECIMVM.

Tempeſtiuum modò eſt, A vt ad expultricis ventriculi vitia properemus, ſed antequã ipſa aggrediamur opus eſt, vt animaduertatis affectionem quandam reperiri ipſius ventriculi, quam Hippocrates ſuo idiomate appellauit ἐρυγματῶδες, hoc eſt, vt Mercurialis interpretatur morbus eructuoſus, Galenus 3. de ſymptomatum cauſis cap. 2. B inflationem ventriculi, 14. verò methodi medendi ἐμφύσημα vocauit, ab alijs fuit appellata ventoſitas ventriculi; ab Arabibus denique inflatio ventriculi, de qua agit Auicennas lib. 3. fen. 13. tract. 5. cap. 1.

Primùm quod attinet ad eſſentiam huius præternaturalis affectus, non omnes ſcriptores conuenire videntur; C namalij dicunt eſſe ſymptoma actionis retentricis, alij concoctricis, alij ad expultricem læſam referunt, & alij denique volunt eſſe morbum in compoſitione, nempè in magnitudine ventriculi nimium adaucta.

Sed ſi rem ipſam contemplemur, ac probè intelligamus, quæ Galenus lib. de diff. ſymptomatum cap. 4. ſcriptum reliquit, comperiemus facilè hanc affectionem eſſe ſymptoma horum trium actio- D num ventriculi, & eſſe etiam morbum eiuſdem ventriculi, vt eſt membrum organicum.

Eſt autem retentricis ſymptoma, quia quemadmodum lienteria, & cœliaca prodeunt ex abolita, vel diminuta hac facultate, ita ventriculi inflatio neſcitur ab eadem vi retentrice deprauatè operante.

E Nam, vt Galenus ſcribit cap. præcitato, virtus retentrix, quò probè fungatur ſuo munere, primùm opus eſt, vt vẽtriculus cibum perfectè amplectatur, adeo vt nihil vacui relinquatur inter ipſum, & ventriculi parietes.

Deinde oportet, vt cibi amplexus fiat tempore coctionis, ita vt tempus concoquendi ſit æquale amplectendi tempori, & vna ex prædictis conditionibus, vel ambabus deficientibus, ſymptoma aliquod præter naturam, vt ſequatur neceſſe eſt.

Nam ſi imbecillus ſit amplexus, fiunt fluctuationes cum ſonitu, quas Græci clydonas vocant, & flatulentiam, at vbi tempus amplectendi fuerit minus, tunc ſequitur excretio celeris, & ciborum in inferiori ventre corruptela, quatenus igitur inflatio ſequitur diminutum cibo rum amplexum, eatenus dicitur ſymptoma retentricis deprauatæ.

Poteſt etiam alteratricis dici ſymptoma; nam (vt ait Gal. 3. de cauſis ſymptomatum 2.) quando calor ventriculi languidus eſt, ita vt concoquere perfectè non poſsit, flatus eleuat, quos diſcutere nequit, & quodammodo diſſoluit, non tamen prorſus conficit, atque hinc oritur flatuoſus ſpiritus, & eò magis vbi cibi intus exiſtentes flatulenti ſint, hoc eſt apti generandos flatu.

Dicitur quoque, & expultricis facultatis ſymptoma, quandoquidem eodem docente Galeno 3. de cauſis ſympt. citato capite tam expultricis, quàm retentricis morbi, & ſymptomata miſcentur; vbi enim flatus contentus eſt, nec mouetur in capacitate ventriculi, dicitur ſymptoma expultricis irritatę & vbi ipſa irritatur ad flatum expellendum, tunc inflatio ventriculi efficitur, quæ eodem nomine donatur.

Tandem poteſt hęc affectio appellari morbus

morbus in magnitudine adaucta ventriculi; nam quando continetur flatus, ipſum tumere facit, reſpectu igitur diuerſorum inflatio poteſt dici ſymptoma trium harum facultatum, ſeu actionum, & poteſt etiam appellari morbus ventriculi in compoſitione.

Verùm ſi medullitùs affectus huius eſſentiam inquiramus, videbimus eſſe ſymptoma in genere actionis cibum complectentis diminutè; ex quo aliud enaſcitur præter naturam ſymptoma, nempè, vt inquit Mercurialis, dolor ventriculi, & extenſio facta à flatu retento, vel vt ait Euſtachius Rudius, magnitudo ventriculi à flatu in eius cauitate contento diſtendente producta.

Poſſemus alias afferre diſtinctiones, quibus natura huius affectionis declarari adhuc poſſet; ſed vtcumque ſit, eſt flatus incluſus in cauitate ventriculi actionem ipſius lædens: hæc de eſſentia huius affectus.

DE CAVSIS INFLATIONIS Ventriculi.

Ex cauſis, de quibus agit Auicen. lib. 3. fen. 13. tract. 5. cap. 1. aliquæ externæ, aliæ internæ ſunt: exteriores, quas primitiuas appellant, referuntur ad res non naturales, ad aerem præcipuè, & ad cibum, & potum; internæ verò ſunt humores contenti in ventriculo, & ipſemet ventriculus.

Circa aerem Auicennas dicebat eum frigiditate intemperatum eſſe internam inflationis cauſam; frigiditate enim prohibet, ne vapores reſoluantur, parteſque externas refrigerans ventriculo communicatur, & eſt cauſa, vt calor tantummodo faciat, vt ipſe loquitur, mediam operationem.

Nam cùm calor ventriculi debeat concoctionem efficere integram, quæ eſt ipſius operatio, vbi intemperatur à frigiditate, tunc non poteſt illam perfectam facere, ideoque mediam facit operationem, quam flatus generatio ſtatim conſequitur. Aër quoque immoderatè calidus extrinſecus ambiens calorem innatum ventriculi, eumque reſoluens, eſt cauſa huius affectus.

Idem Auicennas conſiderat cibum duobus modis; primò vt eſt ſine aliqua flatulentia ex ſua propria natura. Secundò, vt aptus ad flatum faciendum, vel flatulentus eſt. Si accipiatur primo modo non generatur flatus, niſi diminutus ſit calor, qui moueat quidem, ſed non perfectè materiam digerat; vel ſi caliditas valida ſit ad concoquendum, tamen ex copia nimia potus aquæ totam maſſam obruentis impediatur, fieri coctio minimè poteſt, inde flatus excitatur. A cibis igitur ſuapte natura nõ flatulẽtis duabus hiſce de cauſis flatus eleuatur.

Secundo modo cibi flatulenti ſua natura ſemper flatum faciunt, vt phaſeoli, fabæ, lentes, & huiuſmodi, quæ, licet virtus ventriculi valida ſit, aut etiam inteſtinorum, ad quæ deſcendere ſolet materia concocta, ſemper tamen generant flatum, niſi virtus robuſtiſſima exiſtat, aut alimenta ſua natura ſint lubrica, facileque deorſum deſcendentia.

Alimenta igitur tam flatulenta, quàm non flatulenta poſſunt eſſe cauſa generationis flatus, vt hactenus diximus.

Potus etiam eſſe poteſt cauſa eiuſdẽ, vt multa aquæ copia, vel vini craſſi, & dulcis, vt muſcatellum eſt, quod craſſarum ſit partium: & iſtæ ſunt cauſæ exteriores.

Internæ verò cauſę referuntur ad duo capita, ad partes, nempe ventriculum, & inteſtina, & ad humores intus contentos. Primò dicamus de humoribus, quorum vnus eſt pituita craſſa, ſeu (vt ait Auicennas) humiditas cruda, vitrea, in quam calor naturalis agens eam in vaporem, & flatum reſoluit.

Si quis quærit ab Auicenna, cur dum alimentũ eſt in vẽtriculo, quãuis adſit illa cruda humiditas, nõ generatur flatus? Reſpondet id contingere, quia tunc

temporis caliditas intenta eſt coctioni alimentorum, & ipſius actio nequit attingere huiuſmodi crudam humiditatem, quam poſtea euacuato ventriculo ob deſcenſum alimenti attingit, & in flatum diſſoluit.

Quare euacuato ventriculo flatus generatur, idque contingit, quia tunc ipſius virtus ad attrahendum à vicinis partibus inſurgit, & aer attractus in ſpacia mouetur, & cum eo reſiduum vaporum humiditatis, quæ & ipſa eſt tanquam flatus, ſeu ventoſitas quædam.

Melancholicus quoque humor flatus eſt cauſa, vnde Ariſtoteles 3. probl. probl. 3. dicebat melancholiam eſſe ventoſam, quando igitur in affectibus ſpleniticis contingit copiam melancholię ad ventriculum ferri, duobus modis generatur flatus; primùm tam ventriculo repleto, quàm vacuo, quia melancholia adeo copioſa eſſe poteſt, vt ad frigidam intemperiem deducat ventriculum.

Secundo modo eſt, quando in eam exiſtentem in ventriculi vacua capacitate calor agit, & in flatum reſoluit. Ab humoribus igitur tanquam à cauſis internis flatus fieri poteſt, & vt concludam cauſæ flatus precipuè ad humiditatem ſuperfluam, tanquam ad materiam referuntur, & ad imbecillum calorem, tanquam ad cauſam efficientem.

Flatus etiam cauſa partes ſunt, & præcipue ventriculus, vt eſt membrum ſimilare, & vt organicum; vt ſimilare, quando ad frigiditatem eſt intemperatus; vt organicum, cum habet raritatem, quæ eſt cauſa, vt aerem extrinſecus facilè admittat; tunc enim, exempli gratia eius os vel ſuperius, aut inferius non occluditur. vnde aer intrò ſubit, & flatus cauſa efficitur.

Tandem in ventriculo benè ſe ſe habente flatus generari poteſt ab erroribus externis, vt eſt motus intempeſtiuus ab aſſumpto cibo factus, interruptus ſomnus, inedia, & huiuſmodi ex rebus non naturalibus; hæ igitur ſunt externæ, & internæ cauſæ.

PROPONITVR, ET SOLVITVR quædam difficultas.

Sed hoc loci non negligenda exoritur dubitatio, quia ex Galeni ſententia, lib. 3. de ſympt. cauſis 2. & Auicennæ etiam determinatum eſt flatum fieri ſemper ab imbecillo calore. Paulus verò Aegineta 3. lib. cap. 3. 8. numquam ex ipſo emortuo, aut feruidiore creari putat. Præterea idem Auicennas lib. 3. fen. 13. tract. 5. cap. 1. in fine capitis ſcribit flatus hypochondriacos, quos mirachiales appellat, fieri ex vehementia caliditatis ventriculi.

Pro ſolutione dicendum, calorem conſiderari duobus modis, vel per ſe, vel per accidens. Si primò ſumatur modo, nunquam eleuat, aut facit flatus, ſed potius ipſos diſcutit, vt etiam ſupra dictum fuit.

Si ſecundo modo, producere poteſt flatus, debilitando calorem innatum ventriculi, eumque cònſumendo, quo debilitato, & agente in materiam humidam, & melancholicam, vt eſſe ſolet in mirachiali affectione, tunc flatus fiunt, quales Auicennas ſcribit generari in hac paſſione.

Succedit, quod tumores, aut apoſtemata quædam fiunt in ventriculo, à quibus non modo extraneus calor augetur, verùm etiam obſtruuntur viæ à ventriculo ad vniuerſum corpus, hinc eſt, quod flatus in ventriculo retinentur, & euenit illa eructuatio acetoſa, de qua Auicennas ibidem loquitur.

Sed cum dictum ſit etiam materialem cauſam eſſe pituitam, aut melancholiam dubitare adhuc quiſpiam poſſet, an ex biliosa materia in ventriculo contenta eleuari poſſit flatus?

Reſpondeatis id minimè fieri poſſe, quia deeſt in ventriculo, & cauſa materialis, atque formalis; nam vt dicebat Hippo-

Hippocrates 6.epid. quibus ventres ſunt calidi, quales in bilioſis eſſe ſolent, non fiunt flatus; bilis enim non eſt frigida, & humida, qualis ſupponitur eſſe debere flatuum materia.

Deinde calor eſt validus nimis; vnde etiam eſt, quod Hippocrates 5.aph. vltimo ſcripſerit ictericos non fieri ventoſos, quia vt 1. de alim. facult. à Galeno ſcriptum eſt, bilioſa corpora conficiunt, ac concoquunt etiam duriſſima alimenta, & quamuis videamus aliquando in ictericia fieri tympanitem, id non contingit ratione bilis, ſed obſtructionum culpa, à quibus calor debilitatur, vnde flatus ſuccedunt.

Cauſæ igitur antecedentes internæ ad humores prædictos, & ad caloris debilitatem referuntur, nec non ad intemperiem, aut malam ventriculi compoſitionem. Cauſa verò coniuncta, & proxima eſt flatus contentus in capacitate ventriculi, qui nec per inferna, nec per ſuperna exitum habet.

DE SIGNIS INFLATIONIS *Ventriculi.*

SYmptomata nunc conſideranda, quæ non modò morbi huius naturam, ſed cauſarum etiam oſtendere nobis poſſunt; hæc autem in vniuerſum ſunt in actionibus, in excretis, & qualitatibus mutatis, & quamuis in animalibus, & vitalibus actionibus pauca ſint conſideranda, in naturalibus tamen propter cauſarum diuerſitatem quandoque diuerſa excitantur ſymptomata.

Dolor aliquis tenſiuus circa ventriculi regionem ab ægrotis percipitur, nõ nunquam ſibi ſuffocari videntur, adeo ex flatu ventriculus intumeſcit: flatus quoque aliquando per ſuperiora, nonnumquam per inferiora erumpunt: tenſio quædam circa hypochondria ad manum occurrit: hæc ſunt ſymptomata, quæ ab affectu hoc prodeunt.

Alia ſunt conſideranda ad cauſarum

A diſtinctionem, quæ non modò à præſentibus, ſed etiam, & à præteritis deſumuntur; nam cùm dictum ſit à cibo flatum eleuari, opus eſt intelligere, qualis nam victus præceſſerit, vtrum vel faba, aut aliud tale ab ægrotante ingeſtum fuerit.

Deinde qualitatem inflationis explorare debemus; nam ſi aſſumptum fuerit flatulentum alimentum, inflatio eſt exi-

B gua, & parum durans, & ablato alimento ceſſat effectus, & à calore etiam ſtatim reſoluitur; præterea vbi boni aſſumantur cibi, nulla fit inflatio, vel duabus, aut tribus eructationibus ſoluitur.

At vbi contingit vitio humorum contentorum, dicebat Auicennas differre flatulentiam melancholicam ab ea, quæ procedit ab humoribus crudis, quod in melancholica adſit ſiccitas, in humida

C verò ſemper humiditas.

Recentiores addunt, quod in melancholica adeſt ventris ſtipatio, hypochondria ſuſpenſa ſunt, ructus eſt acidus. Idemmet Auicennas addebat eſſe non modò eructationem, ſed vomitum quandoque ſtupefacientem dentes, ſi potiſſimum à liene proficiſcatur.

Succedit, quòd adſunt alia ſigna humorem melancholicum demonſtrantia,

D vt ſunt timor, mœſtitia, habitus quoque corporis melancholicus.

At ſi inflatio ex ventriculi facultate proueniat, præſertim ex læſa vi amplectrice, ſæpè aderit fluctuatio cum ſonitu; eaque euenit, etiam ſi nihil prorſus intra ventriculum exiſtat, à quo flatus poſſint eleuari.

Si verò ex concoctrice læſa procedat,

E tunc ea ſymptomata aderunt, de quibus capite de vitiata concoctrice dictum ſatis fuit; hæc ſunt ſymptomata demonſtrantia inflationem per eſſentiam in ventriculo factam, quæ ſi à partium quarumdam læſione contigerit, ab ipſarum læſione cognoſci facilè poterit.

DE FVTVRO EVENTV INflationis Ventriculi.

VEnio ad ea, quæ ad futurum euentum pertinent, quæ ſunt tria, nempè euentus, tempus, ac modus, de quibus non poſſumus tam facilè determinare propter varietatem cauſarum, à quibus inflatio naſcitur.

Nam ſi ab alimentis flatum eleuantibus hæc affectio enaſcatur, finis non modò ſalubris, & bonus euentus erit, ſed breuiſsimo tempore, nempè (vt ſupra ex Auicenna diximus) duarum, aut trium eructationum tempore terminatur. Moduſque erit per extraductionem ipſorum alimentorum, ſiue ſurſum, ſiue deorſum protrudantur.

Si à languiditate caloris euenerit, periculoſa eſt, ſi præſertim ſequatur, vel febrem aliquam malignam, aut acutum morbum; videtur enim eſſe extinctionis caloris indicium.

Si in conualeſcentia alicuius morbi contingat, ſignum eſt recidiuæ: ſi diù perdurauerit, & magna ſit, tympanitem minatur, inde anaſarcam, & tandem aſcytem.

Inflatio melancholica non vacat periculo, maximumque corpori affert detrimentum, nec ſine mortis ſuſpicione eſt, varias & malas cogitationes producet, & tormina generabit.

Vbi praua adſint ſymptomata, vt mœror, & mœſtitia, aut inquietudines, ſæpè in mortem terminatur. Et hæc ſunt, quæ ad primum caput propoſitorum ſpectant,

DE CVRATIONE INFLAtionis Ventriculi, per Victus rationem.

IN huius affectionis curatione ab indicationibus procedere eſt opus, quæ à morbo, à cauſa morbi non nunquam, & à ſymptomatibus deſumuntur; in primis enim flatus contentus in ventriculo au-
A ferendus eſt, quoniam communiſsima & vniuerſalis indicatio, vt ſcribit Galenus lib. 4. meth med. cap. 7. à natura morbi deſumitur, cui indicationi ſatisfacimus duobus modis.

Primò prohibentes nouam ipſius generationem, ſecundò auferentes eam partem flatus, quæ iam genita eſt, & in capacitate ventriculi continetur. Prohibebimus autem generationem flatus, ſi
B cauſas amputauerimus, à quibus ipſe excitatur, quæcumque illa fuerint; nam ſi ab aeris qualitate id contigerit, curabimus aerem ad contrarias, & oppoſitas conditiones reducere.

Si verò eueniat ratione virtutis non benè complectentis, vel non perfectè alterantis, omni ingenio corroborationi ventriculi ſtudendum erit, tam internis, quàm externis præſidijs: at vbi
C ab alimentis vitioſis flatus fiat, ab his omninò abſtinendum eſt.

Cæterũ curare oportet, vt reliquiæ horum alimentorum ex toto conſumantur, & à natura, aut ab arte extra ducantur, ſiue per vomitum, ſiue per ſeceſſum: vbi verò vel ab humoribus crudis, & craſſis, aut ab humore melancholico fiat, oportet eos euacuare.

Hiſce autem indicationibus ſatisfa-
D ciemus triplici conſueto medicinæ inſtrumento, nempe diæta, pharmacia, & chirurgia.

Victus ratio inhibet flatus generationem, à quacunque cauſa proueniat.

Primò enim aer ſi ſit frigidus, alterandus ad calidum eſt, & è contra, vt ſæpè in alijs affectibus dictum à nobis eſt, rarò autem contingit, vt adeo calidus ſit, vt calorem ventriculi naturalem abſor-
E beat.

Quod ad alimenta ſpectat, neceſſe eſt, vt ſint boni ſucci, & facilis coctionis, vt ſunt omnes carnes volatilium, de quibus ſupra eſt à nobis ſatis dictum, cum quibus admiſcenda ea ſunt, quæ flatum diſcutere valent, vt ſunt

Aniſi,

Aniſi,
Fœniculum,
Cinnamomum,
Et id genus. Valet etiam huiuſmodi pulvis inſperſus tam ſupra carnes, quàm ſer cula, quibus æger veſcitur.
℞. Aniſorum drach. iij.
Sem. fœniculi drach. j. & ß.
Coriandr. præpar. drach. j.
Cumini,
Carui,
Seſelios, in vino albo generoſo infuſi, quouſque depoſuerit ingratum ſaporem ana ſcrup. ij.
Corticum citri ſicci,
Cinnamomi craſſi ana ſcrup. j.
Sacchari optimi, quanta eſt doſis omnium, hoc eſt drach. vj. vel vnc. j. m. & fiat puluis.
Cuius cochlear vnum poſt aſſumptum cibum aſſumi poteſt, cum hac cautela, ne amplius bibatur. Vel ſic.
℞. Coriand. præp.
Seminum carui,
Aniſi ana vnc. j.
Roſarum rubearum,
Maſtiches ana drach. j. & ß.
Menthæ ſiccæ drach. j.
Nucis muſcatæ,
Cinnamomi,
Cubebarum ana drach. ß.
Redigantur in ſubtiliſſimum puluerem, cuius doſis ſit eadem, ac alterius præcedentis eſt, addendo ſacchari tabulati ad vnc. viij.

DE CVRATIONE INFLAtionis Ventriculi per Pharmaciam.

PEr victus rationem hac lege inſtitutam poterimus inhibere flatûs generationem, à quacunque cauſa proueniat. Sed prohibenda etiam eſt per pharmaciam auferendo cauſam; nam ſiue pituita fuerit, ſeu humor crudus, vt dicebat Auicennas, ſiue humor melancholicus, proprijs, & appropriatis remedijs

A educenda venit.
In materia pituitoſa pro præparãtibus.
℞. Syr. de corticibus citri,
Rhodomellis ana vnc. j.
Deinde exhibe catharticum ſub forma potus, hoc modo.
℞. Fol. polij montani,
Saluiæ ana p. j.
Cubebarum,
B Cinnamomi,
Sem. aniſorum ana drach. ß.
Coriandr. præpar. drach. j.
Macis,
Nucis muſcatæ ana ſcrup. j.
Fiat decoctio ſecundùm artem.
℞. Huius decocti vnc. iiij. cui infunde.
Rhabarb. in talleolas diuiſi,
Agarici trochiſcati ana drach. j.
Per ſex, aut octo horas facta expreſsione diſſolue.
C Mell roſati ſolutiui vnc. iiij.
Mannæ fortis vnc. ij.
Elect. indi maioris drach. j. & ß.
Fiat potio breuis,
Vel ſub forma boli.
℞. Conf. eleſcoph.
Diaphœnici,
Diacarthami ana vnc. ß.
Cum ſaccharo, quod ſufficit, fiat bolus,
D Vel ſub forma pilularum.
℞. Pil. aſſairet.
Alephanginarum,
Aggregatiu. minorum Meſuæ.
Aurearum Nicol. ana drach. ß.
Cum ſyrupo de ſtœchade fiant pilulæ numero vij. & aurentur.
Pro materia melancholica hæc erunt præparantia.
℞. Syr. de fumoterræ comp.
E de bettonica comp. ana vnc. j.
Miſce pro hauſtu vno.
Præparata materia eſt educenda his medicamentis.
℞. Bugloſſæ,
Meliſſæ,
Rutæ ana p. j.
Sem. aniſorum,
Fœniculi ana drach. j.

Flor.

Flor. ſaluiæ,
Bugloſſæ ana p. ſſ.
Bulliant in ſ.q. aquæ ſecundùm artem.
℞. Huius decocti vnc. iiij. in quo infunde
Rhabarbari maturi in talleolas diuiſi drach. ij.
Cinnamomi ſcrup. ſſ.
Fol. ſenæ drach. ij. & ſſ.
Facta expreſſione diſſolue.
Syr. M. Auguſtini vnc. iiij.
Conſ. hamech.
Diaſenæ ſol. ana drach. j. & ſſ.
Fiat potus breuis,
Sub forma pilulari.
℞. Pil. arabicarum Nicolai,
Indarum ana ſcrup. ij.
Imperialium drach. j.
De nitro Alexandri ſcrup. j.
Cum ſyrupo roſato ſolutiuo fiant pilulæ numero nouem, & aurentur.
Sub forma boli.
℞. Confect. hamech.
Hieræ pachij,
Diaſenæ ſolut. ana vnc. ſſ.
Cum ſaccharo fiat bolus.
Vel ſic
℞. Diacatholici drach. j.
Conſ. hamech. vnc. ſſ.
Cum ſaccharo fiat bolus.

Eductis humoribus opus eſt flatum diſcutere, ventriculumque corroborare, medicamentis internis, & externis. Interna quædam ſimplicia, quædam compoſita ſunt: ſimplicia ſunt, vt
Aniſum,
Fœniculum,
Ammi,
Ruta,
Coſtus,
Baccæ lauri,
Spica nardi,
Origanum,
Calamintha,
Polium montanum,
Cubebæ,
Piper,
Cinnamomum,

A Cuminum pulueriʒatum,
Talus ſuillus crematus, & potu aſſumptus.
Compoſita ſunt.
Dianiſum,
Diacyminum,
Diatriumpipereon,
Diacalaminthæ,
Diagalanga,
Diacinnamomum,
B Electuarium de baccis lauri,
Mithridatium,
Theriaca.
Tabellæ.
℞. Specierum diacumini,
Trium pipereor. ana drach. j.
Specierum arom. roſ. vnc. ſſ.
Sacchari diſſol. in aq. ſaluiæ vnc. iiij.
Fiat confectio: doſis ſint drach. iij.
C ℞. Diacalamenthi,
Diagalangæ ana drach. ij.
Theriacæ,
Mithridatij ana drach. j.
Conſeruæ florum ſaluiæ,
Syr. de corticibus citri vnc. iiij.
Fiat conditum addendo fol. aurinum. 4.
Sunt qui proponant vinum, in quo ſint
Flores camomillę,
Seminum aniſorum,
Cuminum,
D Nux muſcata pulueriʒata,
Cum modico olei amygdalarum dulcium, quod epotum, tamquam arcanum nonnulli commendant.
Placet etiam hoc
℞. Caſtorei drach. ſſ.
Caryophyllorum ſcrup. ſſ.
In vino propinata, & hauſta.
Aqua cinnamomi lambicata præſtantiſſimum rimedium eſt.

E Propono etiam vobis vinum, quod Hippocraticum vocant, cuius doſis accepta mirificè flatum diſcutit. Apud Pariſienſes in vſu eſt familiariſsimo, & componitur cum vino ſaccharo, & cinnamomo, hoc modo.
℞. Vini optimi albi lib. iiij.
Sacchari optimi vnc. vj.

Cinna-

Cinnamomi vnc. ſſ.
Ab alijs componitur ad hunc modum.
℞. Sacchari optimi vnc. iiij.
Cinnamomi totidem,
Piperis longi drach. ſſ.
Cubebarum,
Granorum paradiſi,
Galangæ,
Zingiberis ana drach. j.
Vini albi optimi lib. ij. aut etiam iiij.
Colentur per manicam Hippocratis. Hęc omnia, & ſimilia intus aſſumpta flatum in cauitate ventriculi diſcutere validè poſſunt.

Venio ad extrinſeca medicamenta, inter quæ Auicennas proponit puluinar plenum rebus calefacientibus. Plumę quoque excerptæ ex anſeris collo ad puluinar replendum optimæ ſunt, quia calefaciunt, & flatum diſcutiunt.

Non deſunt olea ab Auicenna, Paulo, & Aetio deſcripta, inter quæ eſt oleum commune, in quo ebullierint
Cuminum,
Ammi, &
κυμιν, quod liuiſticum appellant, vt
℞. Seminum ammios,
Cumini,
Leuiſtici ana drach. ij.
Olei vnc. iij.
Vini vnc. iiij.
Bulliant vſque ad vini conſumptionem, inde ventriculus inungatur. Valet etiam
Oleum laurinum,
Rutaceum,
Anethinum,
Aniſorum,
Et huiuſmodi.

Vel poteſt parari ad hunc modum.
℞. Olei communis,
Vini ana vnc. j. ſſ.
Sem. rutæ,
Baccarum lauri,
Sileris montani, alij ſeſelion appellant, ana drach. j.
Bulliant vſque ad conſumptionem vini, deinde reponatur oleum, & ſeruetur. Auicennas laudat irrigationes tum ex prę-

A dictis oleis, tum ex decoctionibus ad hunc modum factis.
℞. Pyrethri,
Coſti,
Ammios,
Melanthij, ideſt nigellæ,
Rutæ ſiccæ,
Cumini,
Baccarum lauri ana drach. j.
Ladani drach. ij.
B Olei laurini,
Rutacei,
Irini ana vnc. ij. & ſſ.
Vini optimi vnc. ij.
Coquantur omnia ad vini conſumptionem, deinde hoc oleo inungatur, vel irroretur ventriculi tota regio. Poteſt etiam fomentum fieri hoc modo, cum ſpongia.
℞. Florum camomillæ,
C Menthæ,
Anethi,
Ammios,
Pulegij,
Amaraci,
Rutæ,
Sileris montani,
Baccarum lauri,
Decoquantur in vino, & aqua æquis portionibus, inde hac decoctione irroretur
D ventriculus.

Ex prædictis etiam rebus ſacculi parari poſſunt, ad hunc modum.
℞. Florum camom.
Leucoij ana p. ſſ.
Cumini vnc. ſſ.
Milij vnc. ij.
Furfuris vnc. iij.
Salis vnc. j. m.
Cucurbitula magna affixa ſummè prodeſſe ſolet. Galenus de hoc præſidio lo-
E quens dicebat eſſe veluti incantamentum quoddam in quauis ventris parte flatibus contenta applicetur.

Sed inter alia præſidia, quæ per ſeceſſum immittuntur, primas partes obtinere conſueuerunt, ſiue glandes, ſiue clyſteres fuerint.

Pro clyſtere placet huiuſmodi decoctio.

℞. Foliorum parietariæ,
Mercurialis ana m. j.
Foliorum camomeli,
Meliloti ana p. j.
Summit. anethi,
Rutæ,
Pulegij,
Calamenthi ana m. ß.
Sem. dauci,
Cumini ana drach. ſ.
Furfuris in linteolo legati m. j.
Fiat decoctio, &
℞. Huius decoctionis lib. j.
A Olei anethini,
Rutacei,
Mellis roſati ana vnc. ij.
Diaphœnici,
Benedictæ laxatiuæ ana vnc. j.
Salis drach. ij.
Fiat clyſter.

Hac methodo curanda eſt inflatio à cauſa interna per eſſentiam, vbi verò à cauſa exteriori prouenerit, hac ablata au-
B fertur & illa. Cæterum vbi per conſenſum euenerit, ad curationem partis affectæ curabitur & inflatio; & hæc dicta ſint de vitijs retentricis ventriculi.

DE SINGVLTV.

CAPVT VNDECIMVM.

VItium expultricis eſſe ſingultum nemo hactenus dubitauit, ad quod accedentes notamus, ventriculum à natura factum fuiſſe tanquam primarium, etſi non dignitate, via tamen, & numero nutritionis inſtrumentum.

Cùm autem nutritio fiat per alimenti tranſmutationem, ab vnica ventriculi operatione fieri minimè poteſt; nam vt ſupra à nobis dictum fuit, opus eſt primò alimentum deſcendere ab ore in ventriculi capacitatem, quod vt commodius, & citius fiat, attrahitur à ventriculo fibris longis, & rectis mediantibus, poſtea retinetur, deinde alteratur, & in chyloſam denique materiam tranſmutatur.

Hæ omnes variæ actiones fiunt ſucceſſiua quadam ratione à ventriculo; nã vbi tranſmutatum eſt alimentum in ſuccum prædictum non poteſt amplius ibi contineri, vt Galenus lib. 3. de natur. facult. cap. 18. docet, tum quia euadit ventriculi onus ſuperfluum, tum quia
C ex ipſo ſucco ab eo confecto vniuerſum corpus nutriri debet, vnde alia actio requiritur eiuſdem ventriculi, vt exeat ab ipſo hæc chyloſa materia, quæ actio nihil aliud eſt, quam expulſio, qua mediante extrapellitur chylus.

Expulſio igitur eſt ventriculi vna actio, omnis autem actio partis cuiuſcumque eſt motus actiuus, qui fit mediante aliquo inſtrumento; huiuſmodi autem
D motus nunquam fieret, niſi adeſſet aliquid, quod ad agendum impelleret; id autem eſt, quodcumque continetur in ventriculo, quod vel quantitate, aut qualitate ventriculum infeſtat; ſiue id ſit ſecundùm naturam, ſiue præter naturam.

Quo circa vbi chyloſa materia ſatia-
E tus fuerit ventriculus, quæ veluti onus ſuperfluum illi euadit, eam deorſum ad inteſtina protrudere per expulſionem tentat. Huiuſmodi autem ventriculi expellendi actio poteſt tribus modis lædi, non ſecus atque aliæ prædictæ operationes, nempè abolitè, diminutè, & deprauatè.

Quando autē abolctur, & diminuitur vis expulſiua, fiunt affectiones præter naturam ſpectantes ad cruditates, vt ſupra vidimus, at vbi expulſio deprauatur, fiunt affectiones illæ, quarū meminit Galenus lib. 3. de cauſis ſymptomatum cap. 2. de compoſ. medic. lib. 8. cap. 3. 6. aph. 13. & 19. 3. de locis affectis cap. 5. 4. de rat. vict. acut. 69. Auicennas lib. 3. fen. 13. tract. 5. pluribus capitlbus, Alexander Trallianus lib. 7. Aetius lib. 9. Paulus lib. 3. nempè ſingultus, nauſea, vomitus, & cholera, de quibus ſigillatim agendum proponitur, à ſingultu tamquàm à leuiori affectu exordium ſumentes.

DVAE PROPONVNTVR DIFficultates, & diſſoluuntur.

SEd ex dictis duæ ſtatim exoriuntur difficultates; vna eſt, quia determinatur huiuſmodi vitia ſpectare ad expultricem ventriculi.

Altera, quia dictum eſt ſingultum eſſe cæteris affectibus leuiorem: aduerſus vtramque determinationem eſt Galen. lib. 3. de cauſis ſympt. cap. 2. vbi ſcribit ſingul um eſſe ſymptoma retentricis operationis, & 6. aph. 39. apertè determinare videtur eundem eſſe validiorem, & vehementiorem motum ipſo vomitu.

Ad primam dicatis non eſſe inconueniens, vt hæc ſymptomata, ſaltem ſingultus, de quo nunc loquimur, ſint vtriuſque facultatis, ſed alia ratione, vt docet Galenus, vbi ait tam morbos, quàm ſymptomata expultricis, & retentricis facultatis a l inuicem miſceri; nam ſingultus, qui veluti conuulſiò quædam eſt, ſymptoma eſt retentricis, quia venter cum ſingultit, prauè, & non naturaliter cibos complectitur; expultricis verò, propterea quod prior eſt eius prauus motus, dum quod moleſtat, eijcere cupit.

Nam vt idem docet Galenus virtus retentrix ad actionem deprauatè accedit quatuor modis. Primo modo, cum quadam palpitatione. Secundo cum conuulſione quadam. Tertio cum tremore. Quarto cum vibratione.

In præſenti affectione retentrix ventriculi ſe ad cibum conuertens, illum amplectitur veluti conuulſione quadam; non enim eſt proprius motus conuulſiuus, ſed ſimilis conuulſiuo, quandoquidem conuulſio eſt propriè præter naturam affectio muſculorum, ventriculus autem non eſt muſculus.

Poteſt igitur ſingultus appellari ſymptoma actionis retentricis, & actionis expultricis, ſed quia magis conſpicuus eſt motus expultricis, ideo refertur magis ad expultricem.

Ad ſecundam dubitationem tollendam duo intelligere poſſumus, vel quod ſingultus ſit leuior affectus, aut quod motus ipſius validior ſit.

Si primo modo, certè nos fateri liberè poſſumus ſingultum eſſe nauſea & vomitu leuiorem affectionem, ſi non eueniat ratione inanitionis, ſed à materia replente.

Cæterùm de motu ipſius digladiatio eſt inter Galenum, & Auicennam; nam ille præcitato loco apertè ſcribit ſingūltum eſſe validiorem motum vomitu & hic l b. 3. ſen. 13. tract. 5. cap. 2. tribus rationibus nititur demonſtrare vomitum eſſe validiorem motum.

Sed ne circa inutiles haſce quæſtiones diu verſemur, dicimus vtrumque poſſe dici validiorem altero, reſpectu diuerſorum; nam vel conſideramus motum ratione paſſionis, quam patitur vnū quodque horum, aut ratione actionis, quam facit.

Primo modo poſſumus dicere maiorem eſſe motum ſingultus, eò quòd magis patitur; nam expellere nō poteſt id, quod moleſtat intus exiſtens, nempè in ipſius membranis infixum.

Secundo modo dicimus maiorem eſſe motum ventriculi in vomitu, quia ventriculus magis mouetur, & vehementius;

tius; nam partes ipſius inferiores ſurſum feruntur, quemadmodum ſi illud, quod concauum eſt fieret conuexum, maior igitur eſt impetus totius corporis ventriculi in vomitu, quàm in ſingultu, cum partes ventriculi inferiores ſurſum eant.

Verùm quia in hoc actu vomitionis exoneratur ventriculus ab eo, à quo premebatur, ideo minus patitur, diciturque minor conatus. Poſſemus etiam dicere ſingultum eſſe maiorem motum partium ſupernarum, vomitum verò partium inferiarum ipſius ventriculi.

DE ESSENTIA SINGVLTVS.

PRo cognitione huius affectionis, ſicut & aliarum ſe offerunt conſideranda præſentia, præterita, & futura. Quod ſpectat ad præſentia, verſabimur in primis circa morbi eſſentiam, dicturi mox de cauſis, & ſymptomatibus ſucceſſiuè. Eſſentia autem exprimi non poteſt, niſi primùm nomen intelligatur, ſciendum propterea eſt hunc affectum à Græcis dici λυγμὸς, qui ab Hippocrate quandoque fuit appellatus λύγξ.

Eſſentia eius in hoc conſiſtit, vt ſit motus ventriculi deprauatus, vt inquit Galenus 5. de locis affectis cap. 6. & 6. aph. 39. & vt 3. de cauſis ſympt. habetur, eſt veluti conuulſorius ad expellendas res noxias factus.

In hac deſcriptione accipitur motus tamquam genus quoddam; nam motus prædicatur de motu naturali, & voluntario, & de præter naturali. Dicitur enim motus, vt Galenus docet, ſimilis tuſſi, & ſternutationi, & conuulſioni, qui quidem ſunt motus naturales, ſed a cauſa præter naturam excitati.

Hic igitur eſt motus naturalis, non animalis, quia in eo faciendo nullo modo voluntas concurrit; dicitur etiam naturalis ad differentiam motus volũtarij; nam vt 3. de cauſis ſympt. 1. ſcribitur, eſt opus ſolius naturæ, ideſt facultatis ipſius expultricis.

A Motus autem eſt conuulſionis inſtar, non tamen eſt conuulſio, cum hæc ſit inſtrumentorum voluntati famulantium proprium ſymptoma, ventriculus verò, Galeno docente lib. 3. de ſympt. cauſis cap. 2. eſt inſtrumentum naturale.

Sed dicitur moueri ad modum cõuulſionis, non quòd moueatur motu contractiuo ad ſuam originem, vt muſculi,
B. deinde relaxetur, quia motus muſculorum voluntarius, & illis inſitus à natura eſt, vt ipſi ad propriam ſui originem moueantur, inde relaxẽtur, aut diſtendãtur; nam motus muſculorum eſt contractio, & diſtenſio, at motus ventriculi naturalis eſt ſe ſe circũ cibum conſtringere.

Quare quando motus muſculorum deprauatur, opus eſt, vt ad ſuam originem ipſi moueantur, ventriculi verò mo-
C tus deprauatus non poteſt moueri niſi eo modo, quo ſecundùm naturam conſueuit moueri, ſed cum hac differentia, vt in naturali moueatur blandè, & abſque ventriculi læſione, at in hoc motu deprauato violenter admodum moueatur, quia vbi à cauſa præternaturali irritatur, tunc virtus expultrix ſe accingit ad expellendum illud, quod moleſtat tum dilatando, tum conſtringendo ven-
D triculum.

Galenus aſſimilat hunc motum tum tuſſi, tum ſternutationi reſpectu cauſæ lędentis; omnes enim iſti motus ſunt naturales, licet à cauſa præter naturam irritentur; verum modus expellendi materiam cõtriſtantem longè diuerſus eſt; nam in partibus naturalibus membrum ſe conſtringit circa rem moleſtam, vt eam expellat, at in tuſsi, & ſternutatione,
E cùm partes inuicem conſtringi minimè poſsint, alioquin non poſſet fieri reſpiratio, natura per exufflationem, quod noxam infert, expellere cogitur.

Huiuſmodi igitur motus eſt ſimilis motui conuulſiuo, & ſimilis motui à tuſſi, & ſternutatione excitato, ex quo diſcurſu habetis ſingultum eſſe motum naturalem,

turalem, ſed à cauſa contriſtante factum, atque ita dicendum eſt, quod ſit ſymptoma in genere actionis motricis ipſius ventriculi deprauatę: hæc eſt eſſentia huius affectionis ventriculi.

Sed quæri poteſt hoc loco, cuiusnam partis ventriculi eſt motus? nec iniuria quidem huiuſmodi quæſitum excitatum fuit, quia, ſi videmus, quæ à Galeno ſcribuntur 3. de locis affectis cap. 7. & lib. 5. cap. 5. manifeſtè patet motum hũc eſſe oris ſuperioris ventriculi, quòd cæteris partibus ſenſum exquiſitum magis habeat.

Ex altera parte idemmet Galenus lib. 3. de cauſis ſymptomatum cap. 2. ſcribit eſſe affectionem totius ventriculi. Aurelianus lib. 7. cap. 13. ſectatur hanc opinionem, & Auicennas lib. 3. cap. 20. fen. 13. 5. tractatus ſcribit oris ventriculi, gulæ, & aliarum etiam ventriculi partium eſſe affectionem.

Multa hic Mercurialis aduerſus Altimarum diſputat oſtendens non poſſe eſſe gulæ affectionem; ſed vt rem ipſam determinatam habeatis, opus eſt, vt conſideretis ſingultum duobus modis, nempe, vel vt eſt affectus quidam, & motus cum ſonitu, vel reſpectu humorum à quibus cauſatur.

Si primo accipiatur modo dicimus eſſe affectionem propriam, & primariam oris ſuperioris ventriculi, deinde & membranarum ipſius. Si ſecundò modo, eſt etiam affectio gulæ, quæ propriè ſtomachus appellatur, non tamen totius gulæ, ſed illius ſolummodo partis, quæ ori ſuperiori ventriculi eſt adnexa; hæc de eſſentia ſingultus.

DE CAVSIS SINGVLTVS.

VEnio ad ipſius cauſas, quarum aliæ ſunt internæ, aliæ externæ. Rurſus internæ quædam ſunt antecedentes, quædam coniunctæ. Verùm opus eſt diuidere in primis in ſuas differentias ſingultum; nam vel fit à repletione, vel ab

A inanitione, & vel fit per eſſentiam, aut per conſenſum.

Ad quinque capita ab Auicenna reducuntur cauſę, hoc eſt, ad frigiditatem, ad caliditatem, ad mordacitatem, ad extenſionem, & ad materiam grauantem.

Sed ſiue à frigiditate, ſiue à caliditate lædatur, Auicennas ſcribit vtramque qualitatem lædere, vel mediatè, vel immediatè. Mediatè quidem vno modo, B immediatè verò duobus modis.

Mediatè enim concurrit frigiditas, dum ob vim ſuam alimenti portio excrementitia, quæ deberet euaporare, detinetur; frigiditas enim corpora, & præſertim neruoſa ad difflandum difficiliora reddit.

Hæc autem materia excrementitia, quæ difflari non poteſt, concurrit tamquam cauſa immediata, frigiditas verò C concurrit tamquam cauſa mediata, ſiue cum materia ſit, ſiue ſine materia, ſiue exterius, ſiue interius proficiſcatur.

Idem dicendum eſt de caliditate, quæ mediatè concurrit, dum agendo vaporem producit, qui vbi non diſſipatur, fit cauſa immediata ſingultus, & calor euadit mediata: immediatè autem concurrit ſiue cum materia, ſiue ſine materia fuerit; hæc autem caliditas conſideratur D in febribus validiſſimis, non vt ſiccandi rationem habet, ſed quatenus calefacit.

Caliditas igitur, & frigiditas tam mediatè, quã immediatè cauſæ ſunt ſingultus, ſiue à rebus extrinſecis, ſiue à rebus intrinſecis eueniãt. Mordicatio etiam, quæ eſt tertia cauſa, fit tam à rebus externis, quàm ab internis.

Res exteriores ſunt cibi, potus, aut medicamenta; cibi enim ſunt quemad- E modum piper, aut ſinapi, quæ ſua mordaci, & acri qualitate ventriculũ pungunt, vel cibus, qui corruptus in bilem conuertitur, aut acrem quandam qualitatem acquirit, vt eſt mel, aut lac, aut quidpiam ſale, idque ſæpè pueris contingere ſolet.

Potus deinde vini generoſi, aut copioſi,

pioſi, vel aquæ, in qua adſit ſinapi.

Medicamentum verò eſt diatrium pipereon, aut quid ſimile.

A cauſa etiam interna fit, hoc eſt ab acribus, & mordacibus humoribus, ſiue à iecore in os tranſmittantur, ſiue aliunde vel critico, vel ſymptomatico modo.

Quartò eſt flatus diſtendens; Quintò ſunt humores frigidi, qui ſua corpulentia, & craſſitie os ventriculi grauant; & iſtæ ſunt cauſæ ſingultus illius, qui à repletione vocatur.

Qui verò fit ab inanitione, ab eodem Auicenna diuiditur in duas differentias; nam vel fit à ſiccitate pura, & conſummata, qualis eſſe ſolet in fine febrium ardentium, vel diuturna, & prolixa fame; vel fit etiã à ſiccitate non conſummata, quæ reparari poteſt ab humido quouis.

Singultus autem per conſenſum ab alijs partibus, prouenit à iecore, & præcipuè ab ipſius concaua regione, ab inteſtino tenuiori, à membranis cerebri, & à venis, quæ per ipſum ſparſæ ſunt.

Sed huiuſmodi ſingultus, à quacunque parte euenerit, reduci facile poteſt ad primam ſpeciem, nempe ad ſingultum à repletione factum, quod manifeſtè ex eiuſdemmet Auicennæ verbis colligere vnuſquiſque poteſt, vbi ſcribit ex quorundam opinione, quod vbi hepar eſt læſum ab apoſtemate, & ſequitur inde ſingultus, nulla alia illi euenit ratione, niſi quia humor bilioſus effunditur, à iecore in duodenum, inde ad ventriculi cauitatem, & ad os ipſius.

Sed cum addat ſingultum fieri ex communitate nerui cuiuſdam ab hepate in os ſuperius ventriculi, procul dubio non poſſumus eum reducere ad repletionem, ſed ad purum conſenſum.

Quare ſi rem conſideremus exactius, videbimus ſingultum poſſe habere triplicem cauſam, nempe repletionem, inanitionem, & conſenſum. Hippocrates tamen 6. aph. 39. viſus eſt reducere ad duas illas cõuulſionis communiſſimas cau-

A ſas, id eſt, ad repletionem, & inanitionem.

Galenus verò lib. 8. de comp. medic. per loca cap. 3. ſcribit ſe nullam aliam agnouiſſe cauſam conuulſionis, duabus illis exceptis; at bene ſingultum ab alijs cauſis fieri obſeruauit, nempe ab acredine humorum, à vitiato alimento, in pueris præſertim, nec non à partis frigiditate.

B Quamuis dubitet ipſe, an fieri poſſit à nimia euacuatione, hoc eſt, ab inanitione, vnde hanc materiam tamquam difficilem eo loci reliquit indeciſam. Re vera ſi conſideremus motum, quem facit ventriculus in ſingultu, & motum, quem muſculi faciunt, videbimus longè diuerſos eſſe inter ſe.

Proinde vbi læduntur, vario etiam modo læſio contingit, & à varijs cauſis;

C nam cùm conuulſio ſit motus præter naturam muſculorum, qui æmulatur eorum motus ſecundùm naturam, ſcilicet contractionem ad eorum originem, quæ contractio per neruos ſecundùm longitudinem exporrectos efficitur, idcirco dum contrahuntur, abbreuiantur, dum diſtenduntur, longiores fiunt.

Motus verò eorum præter naturam vbi fiat, opus eſt, vt nerui illi aliqua re-

D pleantur materia, aut omninò exiccentur, quemadmodum pulchrè Galenus exemplificat in neruis, ſeu chordis fidiũ, quæ tempore æſtiuo exiccantur valde, & rumpũtur, hyeme verò nimia repletæ humiditate etiam franguntur.

At ventriculi motus naturalis fit per amplexum rei illius, quæ in ipſius cauitate continetur; nam partes parietum ventriculi, qua inter ſe diſtant, ſe ſe ap-

E propinquare tentant, vt vndique amplectentur quidquid in ipſius cauitate continetur, vbi verò aliquid vel in ore, aut in membranis retinetur, quod læſionem faciat, ſe conſtringit, vt virtute expultrice poſſit ipſum expellere.

Vnde mirum non eſt, ſi Galenus dubitet, an poſſit ab inanitione ſingultus fieri, quia

ri, quia

ri, quia vbi inanitæ ſunt membranæ, & cauitas ipſius, nihil adeſſe videtur, quod læſionem inferat, proinde non mouentur ad illud expellendum.

Hinc igitur certum non eſt, an ab inanitione efficiatur ſingultus, quod in conuulſione clariſſimè apparet, & proinde Galenus dubitat, vtrum in omnibus exemplaribus addita ſit illa particula, & ſimiliter & ſingultus.

Et quod ſpectat ad alias cauſas, id eſt ad humorum, vel medicamentorum acredinem, aut etiam frigiditatem, videntur omninò diuerſæ cauſæ à repletione, ſi conſideremus eam ſtricto modo, vt eſt plenitudo ab humorum copia excedente.

At ſi plenitudinem accipiamus lato modo, dicimus hæc omnia, quę à Galeno, & ab Auicenna etiam referuntur, reduci ad plenitudinem, eò quòd prauus humor, vel alimentum nimium, vel medicamentoſa qualitas continetur, vbi contineri non deberet, & per conſequēs dicitur replere illas partes, quare poſſumus dicere motum conuulſiuum eſſe in duplici differentia, alium proprium, alium verò improprium.

Motus conuulſiuus proprius fit à vera plenitudine humorum, at improprius fit ab omni humorum coaceruatione, quos natura tentat expellere, in qua expulſione fit ſingultus, non ſecus atque fit rigor, quando calor tentat expellere ad extimas corporis partes materiam peccantem.

At quemadmodum natura humores contriſtantes eijcere tentat, ita quoque vbi percipit aliquam læſionem in ventriculo, eadem vi conatur illam expellere, vt vbi fibrę ventriculi à propria, & natiua humiditate deſtitutæ ſunt, percipit ventriculus inſuetam illam læſionem, & ipſam tentat per ſui motum expellere, quamuis ſine fructu, quia nihil exit; hinc eſt etiam, quod fit ſingultus ab inanitione, aut, vt dici Auicennas, à ſiccitate.

A Galenum redarguit clariſſimus Mercurialis lib. 8. de comp. med. cap. 3. quod Hippocratē reprehenderit, dicens omiſiſſe ſingultus aliquas cauſas, deinde quod addat vnam, quam ponere minimè debebat, videlicet, inanitionem.

Vnde ſubiungit ſe non ſatis poſſe Galenum noſtrum admirari, quod tam facilis hoc loci fuerit in Hippocrate redar-
B guendo, cùm tamē alibi ſcripſerit ipſum mira quadam breuitate omnia ad artem pertinentia comprehendiſſe.

Quapropter Hippocratem ab hac iniuria defendens dicebat vnum ex locis, in quibus ipſe breuiſſimè multa perſtrinxit illum eſſe 6. aphr. 39. vbi nequaquam ſcribit ſingultum fieri ſolum ex repletione, & inanitione, ſed quod eius ſententia fuit omnes ſingultus potiſſimùm, vel
C ab inanitione partium, vel à plenitudine fieri.

Duo hoc loci conſideranda veniunt, ſilentio minimè prætereunda, vnum eſt, an re vera Galenus reprehendat Hippocratem; ſecundum vtrum, dato quod ſit verum ſuppoſitum, rectè à Mercuriali defendatur.

Mercurialis ſcribit Galenum adnotaſſe hanc particulam, fermè, repertam fuiſ-
D ſe in omnibus exemplaribus, ſed eam retuliſſe ad ſequentia verba, nēpe ſimiliter & ſingultus, vt ſenſus ſit, conuulſionem fieri à repletione, aut inanitione, & fermè ſimiliter & ſingultum, ita vt ſit dicendum ex Hippocrate ſemper conuulſionem ab inanitione, aut repletione fieri, ſingultum verò non ſemper, ſed fermè hoc eſt, plerumque.

Quæ viri doctiſsimi expoſitio ſi ad-
E mittatur, nulla profectò erit Galeni obiectio in aphoriſmum, quia dicit ſe nullam aliam conuulſionis agnouiſſe cauſam præter plenitudinem, & inanitionē; at ſingultus alias agnouiſſe cauſas, quas ipſe enumerat, vnde ſi particula illa, fermè, referenda eſt tantùm ad conuulſionem, nulla prorſus erit dubitatio, quia habemus ſemper conuulſionem fieri ab

vna

vna ex prædictis cauſis, & pręter rationem aliquam dixiſſet Galenus, ſe non animaduertiſſe aliam cauſam, quàm illam ab Hippocrate traditam.

Sed ſi, fermè, refertur ad ſingultum, habemus ſingultum fermè fieri ab inanitione, & euacuatione, non tamen perpetuò.

Vnde Galenus nihil habet aduerſus Hippocratem, cuius ſententia eſt, quod conuulſio fit ab inanitione, & repletione, & fermè ſimiliter ſingultus, quare ex modo loquendi Hippocratis breui, & conciſo elicere clarè poſſumus, ſingultum non ſemper fieri ab illis cauſis, à quibus fit conuulſio, vnde neceſſariò alias habebit cauſas.

Quamuis poſſemus ſententiam Galeni alio modo interpretari, vt ſenſus illius ſit; quòd ferme in omnibus exēplaribus reperiantur ſcripta illa poſtrema verba, nempe ſimiliter & ſingultus, nō tamen in omnibus exemplaribus reperiuntur, & proinde Galenus nullam dubitationem aduerſus Hippocratem affert, ſed confirmans ipſius mentem, dicebat re vera nullam aliam dari poſſe conuulſionis cauſam ab his, quas Hippocrates attulit, proinde verba poſtrema fuere addita ipſi aphoriſmo, cum ſingultus ab alijs cauſis fieri in dies obſeruetur.

Poſſumus tertiò exponere Galeni ſententiam, additum eſſe ad aphoriſmum, fermè, in omnibus exemplaribus, ſic autem & ſingultus. Secundùm hunc ſenſum intelligere poſſumus in omnibus exemplaribus additam fuiſſe illam particulam, fermè, poſt primam aphoriſmi partem, vbi dicitur conuulſio ex repletione, aut inanitione fermè fit, ſic autē & ſingultus, vt ſenſus propoſitionis ſit: conuulſio fermè fit ab inanitione, & repletione, ſic autem & ſingultus.

Tunc Galenus vrgeret Hippocratem ſecundùm primam partem aphoriſmi, quia inquit conuulſionem fermè fieri ab vna ex prædictis cauſis, ergo non ſemper, attamen nullam aliam reperiri præter iam dictas cauſam conuulſionis, meritò reprehenderet Hippocratem, quod eſſet diminutus in aſſignādis cauſis conuulſionis, cum debuiſſet aſſignare alias cauſas, à quibus quandoque fit conuulſio.

Hæc eſſet igitur reprehenſio Galeni, & in Hippocratem animaduerſio, at ſi conſideretur ſecunda pars aphoriſmi, in qua dicitur fieri ſingultum, vt fit conuulſio, nulla aderit reprehenſio, quia ſenſus erit, quod ſingultus fit fermè ab inanitione, & repletione, ergo poterit fieri ab alijs cauſis, fruſtra igitur dixiſſet Galenus, ſingultum autem ſine his fieri.

Video igitur ſecundùm triplicem hanc ſignificationem, quod Galenus nō reprehendat Hippocratem.

Ad ſecundam, dicebat igitur Mercurialis conciſa oratione Hippocratem noluiſſe docere ſingultum ſolùm fieri ex repletione, & inanitione; ſed ſententiam ipſius fuiſſe omnes ſingultus potiſſimùm fieri vel ab inanitione partium, vel à repletione.

Quæ determinatio non videtur menti Hippocratis reſpondere; nam cum aphoriſmus duas habeat partes, vnam, in qua dicitur, quod conuulſio fit ex repletione, & euacuatione; alteram, in qua ſcribitur ſimiliter & ſingultus, non igitur concludit Hippocrates ſingultum potiſſimùm fieri à repletione, & inanitione, ſed ſimpliciter vt conuulſionem, non igirur rectè defenditur Hippocrates; nec Galenus ipſum reprehendit.

Concludamus igitur ab iiſdem cauſis ſingultum fieri, à quibus fit conuulſio, ſed vt aliàs vobis demonſtraui, dum agerem de cauſis conuulſionis, alia eſt conuulſio, quæ dicitur proportionata ad materiam; alia minimè proportionata; & rurſus proportionata ad materiam eſt duplex; vna quæ dicitur repletio, alia quæ dicitur inanitio.

Hoc poſito ſingultus fieri poteſt ab vtra-

vtraque cauſa, eo quo dictum eſt modo, ad quas reducuntur plenitudo propriè, & impropriè dicta, ſimul, & ſiccitas vtraque, de qua Auicennas loquitur, quę verò non reducitur ad has duas dicitur cauſa non proportionata materiæ, quemadmodum eſt conſenſus partium ab affinitate ipſarum prodiens.

Vnde dicebat Auicennas neruum par tum hepatis quandoque cauſam eſſe ſingultus, quemadmodum etiam nerui alij à ſexta neruorum coniugatione exorientes, quãuis ab aliquibus huiuſmodi cauſa ad repletionem, & inanitionem redigatur.

Porrò cauſæ plenitudinis eſſe poſſunt plures, nempè internæ, & externæ; internæ ſunt omnes humores, ſanguis, pituita, bilis, & melancholia.

Externæ ſunt alimenta acria, vt piper, & huiuſmodi medicamenta, vini etiam, & aquę frigidæ potus. Vnde Gal. 8. de comp. med. cap. 3. dicebat frigiditatem, nec non humores acres, vel medicamenta, aut alimenta eſſe cauſas externas ſingultus; hæc de cauſis.

DE SIGNIS SINGVLTVS.

PRopero ad ſymptomata, quæ ſignorum rationem habent, quæ omnia referuntur ad tria illa genera, nempe ad actiones, ad excreta, & affectus corporis, qui & qualitates mutatæ à Galeno dicuntur. Singultum autem eſſe præſentem adeo clarum eſt, vt non ſit recurrendum ad aliquod ex prædictis, cum ſuapte natura innoteſcat.

Cauſæ verò ipſius inueſtigandæ à tribus illis capitibus veniunt, ſed iam dictum eſt alias eſſe procatarcticas, alias interiores.

Externæ ab ægrotantis relatione haberi facilè poterunt, vt ſi æger aeri frigido nimium expoſitus fuerit, aut ex ijs, quæ intus aſſumpta fuere, ingeſſerit aquam gelidam, & quæcunque refrigetare nimis poſſunt, ſiue actualia, ſiue po

A tentialia fuerint; aut multum ingurgitauerit, vel vini generoſi copiam aſſumpſerit, vel grana aliquot piperis deuorauerit, ſuperbiberitque vinum aqua calida temperatum, aut aliquam læſionem habuerit, ex qua potuit fieri ſingultus.

Cauſæ verò internæ vel ſunt per eſſentiam in ventriculo, vel ab alijs proficiſcuntur partibus; ſi primo modo, cum diuerſæ ſint pro humorum diuerſitate, à

B quibus ſingultus fieri poteſt, à varijs etiam ſignis petuntur; nam ſi plenitudo fuerit, tunc circa ventriculum ægrotantes percipiunt tenſionem quandam ac grauitatem. Ructus adſunt acetoſi nimium, & nauſea: adſunt etiam alia cruditatis, & plenitudinis ſigna. Vomitu ſoluitur talis ſingultus.

Si verò acres, & mordaces humores fuerint, ex amaritie oris, ex caliditate

C ventriculi, & gulæ, ex morſu, quem percipiunt ægrotantes circa os ſuperius ventriculi, cognoſcitur. Adeſt ſitis intenſa. Liberantur etiam vomitu, vt notat Raſis.

Adſunt etiam ſigna petenda à corporis totius habitu, ab ante acta vita, ab ætate, & anni tempore, à quibus colligi poteſt humorum in corpore peccantium dominium, nempè bilioſorum, &

D acrium.

At ſi ab humoribus crudis, ac frigidis contingat. aderunt cruditatis ſigna, de quibus iam actum à nobis fuit, dum eſſet ſermo de vera ventriculi cruditate.

Atqui ſi contingat ratione nimium acris ſenſus, à leuiſſima cauſa ſingultiunt homines.

Si tandem à flatu proueniat, ſigna flatus iam declarata fuerunt capite de

E ventriculi inflatione.

Quod ſi ab inanitione enaſcatur ſingultus, cognoſcitur ab ijs, quæ præceſſerunt accidentibus; nam vel facta fuit nimia purgatio valido quodam medicamento, aut longum præfuit ieiunium, vel aliqua ſanguinis immoderata euacuatio, vel vehementiſſima, & ardentiſſima

febris

febris. Hac igitur methodo explorandę ſunt cauſæ ſingultus tam internæ, quàm externæ.

Sed cùm dictum ſit per conſenſum fieri à iecore, cerebro, & alijs partibus, Auicennas ſcribit, quod quando ſingultus fit à quapiam materia, videndum eſt, an ex vomitu ceſſet ſingultus nec ne, ſi non ceſſat, tunc indicium eſt fieri ab apoſtemate vel in ventriculo, aut cerebro, vel eius membranis, aut neruis exiſtente.

Verùm vnumquodque membrum ſua propria ſigna diſtinctiua habet, ex quibus cognoſci rectè poteſt, an à ventriculo, aut cerebro proueniat; nam ſi à cerebro, tunc oculi rubicundi ſunt: habetur etiam fieri à iecore inflammato ex proprijs inflammationis iecoris ſignis, de quibus ſuo loco.

DE FVTVRO EVENTV *Singultus.*

QVod ad prognoſtica attinet, ſingultus omnes ex inanitione facti ſunt periculoſi, à quacumque cauſa prouenerint, ſed maximè ob nimiam ſanguinis euacuationem, aut ſuperpurgationem.

Singultus, qui vomitū ſequitur, periculoſus eſt, & vt ait Auicennas, ſi rubedo oculorum accedat, indicium eſt inflammationem eſſe in ventriculo, aut cerebro.

Vnde Hippocrates 3. aph. 7. partic. ait à vomitu ſingultus, & oculorum rubor malum, quia, vt inquit Galenus, niſi à vomitu ſingultus tollatur, ſignum eſt inflammationem eſſe in cerebro, aut ventriculo; rubor enim oculorum, eſt paſſio communis vtriuſque partis inflammationis.

Singultus, qui diebus iudicatorijs febribus ſuperuenit cum ſignis coctionis bonum, cum ſignis cruditatis malum.

Singultus ſequens inflammationes membrorum præcipuorum eſt malum;

A quemadmodum etiam ille, qui vel tetanum, aut ilion, aut diarrhæam, vel dyſenteriam comitatur.

Qui verò ſingultus à cauſis externis eueniunt, aut ex nimia replètione, facilè curanrur, vnde eſt, quod Ariſtoteles ſcripſit 33. part. probl. 1. & 17. ſternutamentum curare ſingultum, quia ex illo motu materia exiſtens in illis partibus ventriculi diſſoluitur, ac diſsipatur, &

B Hipp. 6. aph. 13. ſingultu fatigante, ſternutatio ſuperueniens liberat, quare dicimus leues ſingultus facilè curari, ſi prę ſertim à cauſa externa prouenerint.

PROPONITVR, ET SOLVITVR *quoddam quæſitum circa ſingultus cognitionem.*

C SEd antequam hoc caput de ſingultus cognitione abſoluamus, inquirendum eſſe videtur, cuiuſnam partis noſtri corporis ſingultus ſit ſymptoma? & ratio quæſiti eſt problema iam citatum, in quo philoſophus inquirens cur ſit, quod ſingultus ſternutamento ſedari poſſit, non autem ructus, reſpondet id eſſe propter partium diuerſitatem, quia ructus eſt affectio ventriculi, ſingultus verò pulmonum.

D Ex altera tamen parte eſt Hippocrates, & Galenus, & omnis medicorum ſchola, qui dicunt ſingultum eſſe ſymptoma ipſius ventriculi, vt determinatum eſt ſupra.

Maſſarias lib. 3. ſuæ practicæ, cap. 4. ſcribit Ariſtotelis locum eſſe deprauatum; exiſtimat enim numquam philoſophum hæc deliramenta dixiſſe, ſed ſi rem ipſam paulò accuratius contemple-

E mur, forſitan non videbitur abſurdum dicere ſingulrum à pulmone prouenire. Nam in ſingultu duo conſiderantur, vnum eſt motus ventriculi circa rem con triſtantem; aliud eſt ſonitus ille, qui in ſingultu percipitur.

Si primo modo conſideretur ſingultus, procul dubio eſt affectio ventriculi; at ſi

at ſi ſecundo modo conſideretur, ſonitus ille non poteſt à ventriculo prouenire, ſed à pulmonibus cum ſua aſpera arteria, & capite, quæ ſunt vocis inſtrumentum.

Quando igitur fit ſingultus, ventriculus contrahitur, & in illa contractione deprimit aſperam arteriam, eamque impellit, in qua cum aer incluſus ſemper contineatur, is violentia hac motus, ſurſumque ad laryngis capacitatem delatus, atque per linguIam exire coactus ſonitum illum fecit.

Quam obrem ſi dicas ſingultum pertinere ad pulmones, non eſt delirare, vt Maſſarias imaginatur; cum autem ſingultus fiat vel à flatu, vel à materiæ copia, vt contingit in pueris, mirum non eſt, ſi ex illo motu diſſoluatur flatus, & materia, & hinc ceſſet ſingultus.

Quamuis re vera ſingultus magis ad ventriculum pertineat, poteſt tamen eſſe pulmonis paſſio, vt intellixiſtis, ſed qui non anatomicè diſcurrit hoc arcanum à ſummo philoſopho tactum capere non poterit.

Sed cum ſtatuamus cum medicis eructationem, & ſingultum ad vnam, & eandam ſpectare partem, nempe ad ventriculum, reddenda eſt ratio, cur à ſternutamento ſingultus, non ructus ſoluatur? Id autem euenire exiſtimamus ratione copiæ materiæ, quia in ſingultu pauca eſt materia: in ructu vero nulla, & in cauitate ventriculi, à qua perpetuò eleuantur flatus, qui continuò ructus faciunt. Ex ſternutamento igitur facilius ſoluitur materia faciens ſingultum, quæ prius diſſolui non poterat.

Sed denuò quiſpiam inquiret, cuiuſnam partis ventriculi ſit ſingultus, ſuperioriſne, an inferioris, an verò totius ventriculi? De hac re nondum quidquam certi determinatum eſſe video, quia ſi Galenum ſequamur, videbimus aliquando ſcripſiſſe eſſe paſſionem oris ſuperioris ventriculi, vt apparet 3. de locis affectis cap. 7. & lib. 5. cap. 6.

A Et rationem reddit, quia os ſuperius ventriculi exquiſitiſſimo ſenſu eſt præditum: & è contra 3. de cauſis ſymp. 2. ſtatuere videtur eſſe affectionem totius ventriculi, nonnunquam ventriculi, & gulæ, quare nulla eſt contradictio in dictis Galeni, cum potiſſimum 7. aphor. 3. eandem afferat dictorum ſuorum conciliationem, vt ſæpe ſit oris ſuperioris affectio, aliquando ipſiuſmet ventriculi, B & etiam gulæ: & hæc de primo capite, properandum modò eſt ad curationem.

DE CVRATIONE SINGVLTVS per victus rationem.

HVius affectus curatio indicationibus deſumptis à cauſa morbi perfici poterit; cauſa enim primò eſt auferendæ; C nam ſi fuerit aliquod alimentum, vel medicamentum deuoratum, ab illo abſtinendum eſt; ſicuti ſi aer nimium frigidus fuerit, vel mutãdus, aut alterãdus, ſed cauſæ exteriores facilè amouentur.

Veniamus ad cauſas internas, quas quidem remouere poterimus his rectè conſideratis, atque idonea victus ratione inſtituta ipſis proportionata, quemadmodum à nobis dictum fuit in alijs D ventriculi affectibus.

Nam vbi à plenitudine humoris prodierit, non modò minuendum eſt alimentum, verùm opus eſt aliqua animaduerſione. In hoc caſu ab Auicenna præſidia particularia ad victus rationem magis, quàm ad alia medicinæ inſtrumenta attinentia proponuntur.

Inter quæ primum eſt vomitus, quam uis huiuſmodi auxilium competat omE ni cauſæ materiali, quæ ſemper indicat ſui ablationem, ſiue per inferiora, ſiue per ſuperiora expellatur.

Vomitorium quoque, quod multitudinem humorum è ventriculo expellit, eſt decoctum factum ex aqua, & ſeminibus aſari, vel geniſtæ, aut raphani cum hydromelle.

Si vomitus non ſatisfacit, ſunt quæcunque poſſunt mouere vehementer & corpus, & animum ipſum. Quæ corpus mouent, ſunt motus corporis, vt ſaltatio, equitatio, & aliud quodcunque validum exercitium; tuſſis quoque valida, quę thoracem commoueat, ſimulque & ventriculum.

Vnde Auicennas dicebat expectatio nem ſuper tuſſis retentionem eſſe optimum remedium, eo quod ex illa valida flatus retentione, & conatu diſſolui poteſt materia, quæ facit ſingultum: & vt vno amplectar verbo, quæcumque corpus mouere poſſunt validè, in hoc caſu ſummopere commendantur, inter quæ valet etiam vociferatio, vt idem docet Auicennas.

Ex ijs, quæ animum mouent, quædã ſunt, quæ ſpiritus intus cõcentrant, vnde calor augetur, ac vigoratur, quo vigorato melius expellitur materia; quædam verò, quæ eoſdem ſpiritus extra du cunt. Priora ſunt timor, qui (vt Rondeletius dicebat) vbi repente contingat ob ſubitam ſpirituum concentrationem, & ceſſationem à reſpiratione motum facit, ex quo diſcutitur materia ſingultus: idem efficiunt vehemens ira, & gaudium. Hæc ſunt, à quibus accenditur calor quidem, ſed ſpiritus ad extremas corporis partes mouentur.

Cæterùm duo alia proponuntur remedia, quorum vnum eſt aquæ frigidæ irroratio ad faciem, & expectatio ſuper ſitim; nam vbi ſitis euenerit, indicium eſt caliditatem in illis partibus adauctam eſſe, in quibus materia faciens ſingultum continetur, à qua poterit diſſipari, & diſſolui.

Quæ quidem præſidia communia eſſe poſſunt omni ſingultui ab aliqua materia euenienti, præcipuè ſi flatus, aut aliqua materia pituitoſa fuerit, quæ à calore adaucto diſsipatur. Idem facere poteſt ſternutatio, nec non & flatus retentio in thorace.

Somnus quoque, Auicenna docente, A præſtare idem poterit; hæc ſunt communia auxilia ferè omnibus ſpeciebus ſingultus conuenientia circa victus rationem.

Ariſtophani ſingultienti ab Eryſimacho apud Platonem medico celeberritria proponuntur idonea præſidia, nempe ſpiritum continere, aqua frigida os totum abluere, deinde, ſi magnus fue- B rit ſingultus, ſternutamentũ excitare.

DE CVRATIONE SINGVLTVS *à cauſa frigida facti per Pharmaciam.*

SEd iam aggrediamur curationem vniuſcuiuſque cauſæ particularis per pharmaciam. Primò quidem humor qui uis contentus auferendus eſt, & in C primis per vomitum extra feratur.

Quod ſi materia pituitoſa, & craſſa fuerit, opus eſt eam detergere, & incidere.

Syrupo acetoſo ſimp.
Oxymelle ſimpl. aut
Oxymelle ſquillitico,

Vel aliquo alio detergente, inde expurgandum eſt corpus, niſi tota materia ablata per vomitum fuerit, inter alia D medicamenta hæc proponuntur.

Sub forma potus.

℞. Foliorum ſiſymbrij, ideſt menthæ Romanæ,
Menthæ aquaticæ, quam creſcionem vocant ana m. ß.
Seminum ammios,
Amomi,
Fœniculi ana drach. ß.
Florum bettonicæ,
E Stœchados ana p. ß.
Bulliant in ſ. q. aquæ ſecundùm artem.
℞. Huius decocti vnc. iiij. infunde,
Rhabarbari diuiſi in taleolas dr. ij.
Facta expreſſione diſſolue.
Mel. roſati ſol.
Syr. M. Auguſtini ana vnc. ij.
Mannæ fortis vnc. ß.
Diaphœnici drach. ij.

Fiat

Fiat potus breuis.
Sub forma boli.
℞. Hieræ Galeni,
Diacatholici ana drach. ij.
Trochiſc. alhandal ſcrup. j.
Cum ſaccharo q. ſ. fiat bolus.
Sub forma pilularum.
℞. Pil. de hiera cum agarico,
Arabicarum ana drach. j.
Trochiſc. alhandal ſcrup. j.
Cum ſyrupo roſato fiant pilulę numero ſeptem, aut nouem, & aurentur.

Et vbi non cedat his præſidijs, ad validiora recurrendum, inter quæ eſt hic ſyrupus.
℞. Syrupi byzantini,
Syrupi de ſtœchade ana vnc. j.
Inde denuò exhibe catharticum, & vbi iam euacuatus fuerit humor, tunc ventriculus corroborandus eſt, hoc modo.
C ℞. Syrupi de mentha,
De abſynthio ana vnc. j.
Verùm cùm vterque hic ſyrupus adſtrictionis nonnihil habeat, non eſt ijs vtendum, materia adhuc actu in membranis exiſtente. Cum autem pro maiori ſalte parte reſoluta fuerit, tunc vno, aut altero ex prædictis ſyrupis vti licet, quibus nō modo reliquiæ humoris diſſipantur, ſed totus vētriculus corroboratur.

D Myrobalani conditi commendantur ab Auicenna.

Valent etiam in hoc caſu theriaca, & mithridatica confectio, vt
℞. Conſ. roſmarini,
Roſarum ana vnc. j.
Theriacæ,
Mithridatij ana drach. j.
Cum ſyr. de mentha vnc. ij. fiat conditum, addendo fol. auri num. 4.

E Vbi verò ſimul cum hac materia adſit flatus, vel à ſolo flatu fiat ſingultus, admiſcenda his ſunt, quæ flatum diſcutiunt, vel ea ſola ſunt exhibenda, quemadmodum eſt,
Dianiſum,
Diagalanga,
Diacalaminthes,

A Diacuminum,
Aromaticum roſatum,
Et huiuſmodi ſiue ſola, ſiue alijs admixta, vt
℞. Dianiſi,
Diagalangæ,
Diacalaminthæ ana vnc. ſſ.
Conſeruæ bugloſſæ,
Borraginis ana vnc. j.
B Cum ſyr. de mentha, & de hyſſopo ana vnc. j. & ſſ.
Fiat conditum.

Exterius quoque applicantur quædam remedia, quæ vtrique indicationi ſatisfacere poſſunt, quemadmodum eſt vinum, in quo ebullierint
Mentha,
Origanum,
Ruta,
Fœniculus.
Calamintha cum modico caſtorei, ex qua decoctione fomenta, & embrocationes fieri debent ad ventriculi regionem, hoc modo
℞. Vini generoſi albi lib. iiij.
Fol. rutæ,
Menthæ,
Calamenthi ana m. j
Sem. origani,
Fœniculi ana vnc. j.
Caſtorei drach. ij.
Bulliant S. A. huius decocti ℞. q. ſ. & fiat irrigatio.

Auicennas in flatulenta materia laudat embrocationem ex aqua calida factam; laudat etiam enulam campanam, ſed exiccatam, & in aqua ebullitam.

Vnum tamen notatione dignum eſt, quod Auicennas admonet, ſcilicet oportere ſemper aliquid, quod ſtupefaciendi facultatem habet, his medicamentis addere, eaque medicamenta, vel cum melle, aut ſaccharo componere, quia in ſingultu ferè ſemper os ſuperius ventriculi acerrimo ſenſu eſt præditum.

Cuius ſenſus temperandus eſt, & aliquomodo ſtupefaciendus, quod fit medicamentis ſtupefacientibus. Et quoniā ad ma-

ad materiam ibi diſcutiendam, ſenſum moderandum, & ventriculum corroborandum opus eſt, vt immorentur medicamenta, hinc eſt, quod ſaccharum, aut mel addendum eſſe medicamentis iubet.

Auicennas ad ſatisfaciendum hiſce tribus intentionibus componit tale medicamentum.

℞. Coſti,
Galangæ,
Croci,
Roſarum recentium,
Maſtiches,
Spicæ,
Aloes ana aur. iiij.
Aſari aur. j.

Conficiatur cum ſucco pſyllij. Dóſis ſit ad aureum vnum.

Spica enim confortat ſtomachum, & reſoluit, pſyllium, & opium ſtupefaciunt. Aſarum educit humiditates per vrinam, at aloes educit per ſeceſſum, & inclinat materias ad illam viam. Crocus verò, & coſtus calefaciunt, & reſoluunt.

Huiuſmodi medicamentum omnes habet intentiones ad ſingultum à materia pituitoſa factum auferendum, ſi ei addamus fœniculum, vel aniſum, aut cuminum.

Valebit etiam ad flatùm reſoluendũ; rarò enim contingit adeſſe materiam pituitoſam, quin etiam adſint aliqui flatus.

Præſtantiſſimum quoque eſt huiuſmodi medicamentum,

℞. Menthæ,
Rutæ,
Coſti loco huius,
Aloes,
Scœnanthi,
Siſymbrij ſicci,
Thuris,
Sem. apij,
Aſari ana drach. ij.
Roſ. rub. ſicc.
Opij ana drach. j.

A Bulliant omnia in ſ. q. aquæ, aut vini, quod erit melius, & ipſa decoctione vtantur ſingultientes.

Aliud eſt Galeni 8. de comp. medicamentorum cap. 3. quod hoc mòdo paratur.

℞. Galangæ,
Spicæ nardi,
Roſarum viridium,
Nucis muſcatæ,
B Maſtiches ana vnc. ß.
Aloes,
Aſari ana drach. ij.
Apij drach. j.

Excipiantur omnia ſucco pſyllij, & fiant trochiſci. Poſuimus hic loco coſti galangam, & loco chryſobalani nucem muſcatam.

A materia frigida, & craſſa, & etiam à frigida tantummodo intemperie indi-C catur, quia calefaciendi, attenuandi, ſenſum exquiſitum temperandi facultatem habet, & ad flatum diſcutiendum non eſt inutile medicamentum.

Petrus Foreſtus liberauit quemdam ſingultientem ex multa humorum plenitudine ſola decoctione ceruiſiæ cum ſemine anethi in petia legati ad m. j.

Quidam verò euaſit ex aſſumptione philonij ad ſcrup. j. &

D Diagalangæ ſcrup. ij. cum modico vini albi.

Alius ex theriacæ drach. j.
Pul. dictami drach. ß.
Cum modico vini.

Exterius applicata olea calida omnia ex Auicennæ conſilio valent, & propriè chamomælinum, nec non & illud, in quo ebullierit caſtoreum, vel etiam cuminum, aut aliquid huiuſmodi: & hęc E eſt cura, quæ competit ſingultui à cauſa frigida euenienti, ſiue ſit cum materia, ſiue abſque materia.

(§ § §)

DE CVRATIONE SINGVLtus facti ab acri materia per Pharmaciam.

VEniamus ad ſingultum, qui fit ab acri, & mordaci materia cum calida intemperie, in quo quidem curando ſtudendum eſt ablationi materię ſiue per inferiora, ſiue per ſuperiora, magis tamen vomitus commendatur à principio. Aliqui opinantur priùs iubendum eſſe, vt ægrotantes per duos, aut tres dies accipiant ſyrup. acetoſ. ſimpl. ad vnc.iij. ac inde euomant.

Alij verò ad vomitum priùs recurrunt, ſed vtroque modo procedere poſſumus diuerſo habito reſpectu tam cauſæ, & diſpoſitionis ventriculi, quàm corporis habitus.

Si ex vomitu ſequitur ablatio ſingultus, non ſunt tentanda alia medicamenta, at vbi non tollatur, ad medicamentum aliquod purgans deueniendum eſt, inter quæ cõmendatur maximè rhabarbarum. Valet hiera picra Galeni, vel huiuſmodi medicamentum.

Sub forma potus.

℞. Seminum portulacæ,
Endiuiæ,
Ligni aloes ana ſcrup. ij.
Rhabarb. optimi drach. ij.
Pulpæ tamarindorum drach. j.
Myrobal. citrinorum drach. j. & ſſ.
Fiat infuſio in aceto q.ſ. coletur, & exhibeatur.

Vel

℞. Fol. lactucæ,
Intybi ana m. ſſ.
Sem. frigidorum maiorum drach. j.
Hordei mundi,
Paſſularum ana vnc.ſſ.
Roſarum rubearum p. j.
Bulliant in ſ.q. aquę ſecundum artem, &
℞. huius decocti vnc. iiij. infunde
Rhabarb. in talleolas diuiſi drach. ij.
Et facta infuſione S. A. diſſolue.
Syr. roſ. ſolutiui ex ſucco vnc. iiij.
Elect. roſ. Meſuæ drach. ij.

A Fiat potus breuis.

Sub forma boli.

℞. Diacatholici cum dupl. rhab. vnc. ſ.
Elect. roſ. Meſuæ vnc. ſſ.
Cum ſaccharo fiat bolus.

Sub forma pilularum.

℞. Pil. de tribus cum rhab.
Pil. de hiera ana drach. j.
Diagridij gran. v.
B Cum ſyrupo roſato fiant pilulæ numero ſeptem, aurentur.

Euacuata materia, ad corroborandum ventriculum valet miua cotoniorum.

Auicennas laudat aquam, cui acetum fuerit admixtum: commendat etiam aquam hordei.

Syrupus de mentha cum rob de ribes inſpiſſatus eſt optimum, vt

C ℞. Syr. de mentha vnc. j.
Rob de ribes vnc. ſſ. miſce

Probantur quoque & myrobalani conditi, ſed citrini.

Sed quia ſenſus ſolet eſſe maximè acer, & validus, ſi acer, & mordax humor colligatur, probantur medicamenta, quæ illum ſtupefacere poſſint, inter quæ eſt

Philonium Romanum, aut
D Pilulæ de cynogloſſa, vel hoc conditum.

℞. Conſ. balauſtiorum,
Roſarum,
Violarum ana vnc. ſſ.
Philonij Romani drach. ij.
Miuæ cotoniorum,
Syr. roſ. ex duabus infuſ. ana vnc. ij.
Fol. auri num. 4.
Fiat conditum.

E Syrupus de papauere, vel ſolus, aut cum modico opij ad gr. iij. conciliare poterit ſomnum, materiam alterare, & os ventriculi corroborare, & ſtupefacere.

Theriaca etiam recens ſex menſium circiter maximopere prodeſt.

Curaui quemdam ſingultientem à materia biliosa à iecore tranſmiſſa, qui etiam

etiam erat ictericus confirmatus, hac decoctione.

℞. Sem. carui,
Anethi,
Portulacæ,
Papau. albi ana drach. j.

Fiat decoctio ſecundùm artem. Doſis fuit ad vnc. v. Iubebam, vt ante potionem aſſumeret Philonij Romani ad drach. j.

Exterius olea, & vnguenta refrigerantia, & corroborantia ſunt adminiſtranda; & hęc de ſingultu per eſſentiam à materia facto, ſiue frigida, ſiue calida fuerit.

DE CVRATIONE SINGVLTVS ab inanitione, vel in pueris à lacte coagulato prodeuntis.

AD ſingultum à ſiccitate, aut inanitione factum deueniendum eſt, in quo laudatur ab Auicenna potus lactis recenter emulſi: deinde aquam tepidam proponit cum oleo amygdalarum dulcium recenti, vel de cucurbita.

Aqua etiam hordei, vel cucurbitæ, aut citruli cum mucilaginibus maluæ, cotoniorum, aut pſyllij valdè prodeſt.

Idem præſtat iulapium violatum, cremor ptiſanæ, & tandem omnis victus, qui humectandi, & refrigerandi facultatem habet, vt dictum eſt à nobis tum

A capire de conuulſione à ſiccitate, tum etiam in curatione hecticæ febris.

Si demum ex lacte condenſato in pueris euenerit ſingulrus, ſatis nobis ſit olea exterius ca ida adminiſtrare, & nutricis lac corrigere, & vt finem dicendi ſingultui imponamus, vbi per alicuius partis conſenſum veniat, illi, pro vt caſus expoſtular, ex arte ſuccurrendum eſt, vt verbi gratia, ſi ſit inflammatio,

B ipſa curetur.

Verùm cum ex Alexandri Tralliani decreto contingat aliquando ſingultum non cedere prædictis auxilijs, opus eſt ad medicamenta quædam refugere, quæ exterius admora, aut alligara alicui parti, non raro opem tulerunt manifeſtam, adeo vt miraculi inſtar ſingultum curauerint.

Ex Dydimo igitur proponit tale ge-

C nus medicamenti; vt accipiamus, vel
Fiſtucam, aut
Lapillum, aut
Fimum ex terra ſublatum, & ſingultientis capiti, ipſo ignorante, applicemus, ſtatimque ſingultum deſiſtere fuit obſeruatum.

Caſtoreum quoque alligatum ſingultum rollit.

Cuminum quoque lineo panno inuo

D lutum, & brachio alligatum ſingultum iugulat, hæc, & alia pleraque ab Alexandro ſcripta reperiuntur ad ſuperſtitionem vſque.

DE NAVSEA, ET VOMITV.

CAPVT DVODECIMVM.

QVatuor ſunt affectiones ad ventriculi expultricem deprauatam, & irritatam pertinentes inter ſe ſecundùm magis, & minus differentes, quæ tamen vnico vomitus nomine com

E prehendi poſſunt, licet videantur eſſe quaſi præuiæ ad vomitum diſpoſitiones.

Sunt autem hæ in primis ſtomachi cõturbatio, ſeú faſtidium, quod & ſupiniras appellatur, Græcè verò ναυσιασμός.

Deinde eſt abominatio, aut fœtor, à Græcis βδελυγμα dictus: nam eſt veluti

cibi

cibi iam optati contemptus, ita vt ipſū n oblatum cum faſtidio intueatur æger, & abhorreat, & aſſumere coactus paulò poſt euomat; indeque eructationes fœtidæ, & fumoſæ ſuperueniunt, quare inter omnes faſtidij ſpecies deterior eſt, cùm appetitus etiam, & concoctio deſtruatur.

Sequitur & nauſea, à Græcis ναυσία vocata, nempe euomendi voluntas ſine effectu.

Subuerſio quoque ſtomachi in hoc cenſu eſt, ἀνατροπή Græcè dicta, quæ eſt nauſeatiua quędam affectio ab accepto cibo, vel etiam ante cibum facta, in qua quidem virtus expulſiua inſurgit, & expellit aliquid, & quamuis patiens aſcenſum materiæ percipiat, ipſam tamen emittere non poteſt, vnde ad interiora iterum reuertitur.

Galenus 8. de comp. med. per loca cap. 3. ſubuerſionem, vt quid πολυσημον, hoc eſt, multa ſignificans, & non vno modo acceptam conſiderauit; nam loquēs de Aſclepiade dicebat non benè intelligere, quid ſubuerſionis nomine intellexerit; nam & perditio appetitus potuit hoc nomine appellari ab eo, nec non & nauſeoſæ affectiones ab accepto cibo factæ.

Poſtremò ſequitur vomitus tamquā finis, ad quem tendunt ſubuerſio, ſeu ſupinatio ventriculi, & cibi faſtidium, à Græcis ἔμετος appellatus, prædictarumque ventriculi affectuum omnium peſſimus, de quo, & de nauſea, quæ ipſum vt plurimum præcedere conſueuit, in præſenti à nobis tractandum eſt, vt ex recta amborum declaratione, alias affectiones cognoſcere, & curare valeatis.

Eſt quidem nauſea ſymptoma in actione expultrice ventriculi deprauata, in qua nihil expellitur: at vomitus ſymptoma eſt eiuſdē expulſionis deprauatæ, ſed cum materiæ exitu per partes ſuperiores, quare conueniunt primò in genere, quia ambo ſunt ſymptomata expultricis ventriculi irritatæ.

A Secundò conueniunt ratione partis affectæ; nam in vtroque affectu mouetur ventriculus, vt ad ſuperiora expellat noxia; nam licet duplex ſit ventriculi orificiūm, vt ſupra dictum, vnum quod dicitur os ſuperius, factum ad recipiendum, aliud verò os inferius ad expellendum, aliquando tamen contingit, vt illud, quod exitui deſtinatum eſt, recipiat, ſed præter naturæ modum conſue-

B tum, quemadmodum etiam euenit, vt os illud ſuperius, quod ingreſſui ciborum præfectum eſt, aliquando exitum præbeat materiæ contentæ in ventriculo, vt in vomitu, & nauſea; in vtraque enim affectione fit conatus, & ambo fiunt per eſſentiam, & per conſenſum.

At inter ſe in pluribus differunt; nam in nauſea nihil exit, in vomitu verò aliquid ſemper extrapellitur, inde longē

C maior in vomitu, quàm in nauſea motus efficitur.

Differunt etiam tamquam via, & terminus, quandoquidem nauſea videtur eſſe via ad vomitum, aut ad eundem propenſio, vomitus verò eſt tanquam terminus quidam.

Tertiò differunt ratione partis affectæ; nam in nauſea membranæ ventriculi læduntur, in vomitu verò cauitas.

D Differunt quartò ratione materiæ, quam conantur expellere, cùm in nauſea eſſe non poſſit niſi prauus humor; in vomitu verò eſſe poſſit alimentum, quod deſcendere nequeat aliqua ratione impeditum, aut etiam prauus humor, vel ſubſtantia quædam craſſa, & dura, quæ imprudēter deglutita fuerit, vt apparet apud Veſalium de illo Hiſpano, qui annulum aureum cum quadraginta

E vnionibus deglutiuit; vel etiam ſubſtantia lapidea, quæ in ventriculo generatur. Legite Saxoniam virum doctiſſimū, qui in Gymnaſio Patauino practicam interpretabatur, tum hoc in loco, tum etiam capite de dolore ventriculi.

Vltimo differt vomitus à nauſea, quod ille poſſit eſſe ſymptoma actionis expul-

expultricis læſæ, nec non & in excretis: at nauſea non poteſt eſſe niſi ſymptoma actionis, non excretorum; cum, vt dictum eſt, nihil in ea exeat.

His prænotatis tria hic conſideranda occurrunt, vnum eſt motus expultricis, aliud eſt materia expellenda, vltimum verò locus, per quē materia expellitur.

Primum horum conſiderantes poſſumus dicere vomitum eſſe ſecundum naturam, quia ita comparatum eſt, vt virtus expultrix expellat, quidquid ei nocuum eſt; vnde Galenus 2. de cauſis ſympt. 2. dicebat nullum animal nauſeare, aut vomere per diſciplinam, ſed à ſe ipſo, & propria natura.

B Si verò reſpectu materiæ contriſtantis conſideretur vomitus, eſt ſemper præter naturam, quia ea ipſa moleſtat, atque irritat facultatem expultricem ad expellendum.

Sed quia, vt dictum eſt, orificium ſuperius ad introducendum alimentum, non autem ad expellendum factum eſt, idcirco reſpectu loci, à quo materia exit, dicitur omninò præter naturam; vnde vomitus poteſt dici, & ſecundùm naturam, & præter naturam.

Prætetea idem vomitus bifariam conſideratur, vno modo, vt eſt ſpontinus ab Hippocrate 1. aph. 2. appellatus: ſecundo modo, vt eſt prouocatus, vel ab arte, aut à re præter naturam. Spontinus eſt ille, in quo materia intus contenta, ſiue quantitate, ſiue qualitate irritat facultatem expultricem abſque aliquo artis auxilio.

Saxonia hic tria affert facientia vomitum; nam dicit materiam, vel mole, vel pondere, vel morſu inducere vomitum, quæ tria rediguntur ad quantitatem, & qualitatem, vt diſcurrenti apparet.

Arte factus eſt ille, qui excitatur ab aliqua materia arte præparata. Si prior rurſus conſideretur, poteſt dici ſymptoma actionis læſæ, & excretorum, nam illud quod exit, exire non deberet per hunc locum.

A Nauſea verò ſi conſideretur, eſt tantummodo ſymptoma in genere actionis deprauatæ, quia nihil in eo conatu, vt dictum eſt, exit, & ita quandoque remanet, nec ad vomitum permutatur, ex Auicenna lib. 3. tract. 5. cap. 8. hæc eſt igitur natura, & eſſentia ipſius vomitus, & nauſeæ, ad quorum exemplar reliqua omnia facilè dignoſcuntur.

DE CAVSIS NAVSEAE, & Vomitus.

CAuſæ internæ harum affectionum ad duo capita ab Auicenna reuocantur, nempe ad ventriculi diſpoſitionem & ad materiam contentam in ventriculo. Ad diſpoſitionem quidem ventriculi ſpectat, cum is debilis redditus eſt, præcipuè in ſuperiori eius parte.

C Redditur autem debilis, vel ob aliquam intemperiem, vel malam quandam compoſitionem, vel denique ob ſolutionem aliquam continui, quemadmodum ſi pylorus ita læedatur, vt intumeſcat ratione cuiuſdam inflammationis, aut alterius tumoris in ipſo naſcentis, & alimentum deorſum deſcendere non permittentis; vel ſi caro generetur orificium claudens, vel callus fuerit,

D quod non modo à Galeno ſcriptum eſt 3. de cauſ. ſympt. cap. 2. cui Auicenna ſubſcribit 13. lib. 3. tract. 5. cap. 10. ſed Beniuenius inter recentiores admittit, lib. de admirandis, tribus capitibus 32. 36. & 37.

Auicennas dicebat ventriculum languidum, & debilem ex ſola cibatione cadere in nauſeam, & ſubuerſionem, ab intemperie igitur debilitari poteſt tam

E calida, quàm frigida, aut humida, aut etiam ſicca.

Idem Auicennas inter cauſas debilitatis dolores connumerabat, triſtitiam, ieiunium, atque vehementem famem, quæ omnia variam in ventriculo intemperiem inducere poſſunt, cauſa igitur interna eſſe poteſt ventriculus debilitatus, præ-

tus, præcipuè verò os eius ſuperius.

Duæ ſunt cauſæ, vna ex parte ventriculi continentis, alia ex parte materiæ contentæ, ſcribit Galenus 3. cap. lib. 8. de compoſitione med. per loca, ſequitur quandoque hoc ſymptoma ad ſolam oris ventris debilitatem, quod cibos amplecti, eiſque obuolui non poteſt, velut tota ventris amplitudo ſolet, quandoque verò, & cum vitiatæ alicuius modicæ tamen humiditatis complexu; etenim multa, quemadmodum etiam valde vitiata citra cibum nauſeam efficit. Supinitas contingit ex quacunque intemperie citra vitiatos humores.

Alia verò cauſa interna eſt materia ſua quantitate, aut qualitate nempe acri, & mordaci lædens, quæ vel in ipſo ventriculo generatur, aut, vt inquit Alexander Trallianus, à toto corporis ambitu, vel aliqua ipſius parte prouenit. Hinc vomitus eſt in duplici differentia, vnus per eſſentiam, alter per conſenſum. Per eſſentiam ille eſt, qui fit a materia contenta in ventriculo, quantitate, aut qualitate peccante, ſiue alimentum fuerit, ſiue aliud, quod in eodem genitum ſit aggrauans ventriculum.

Per conſenſum verò, vel a toto, vel à partibus corporis varijs, vt ab inteſtinis, quemadmodum ſunt fęces regurgitantes, vt contingit ſæpè in voluulo, aut vermes à craſſis inteſtinis ad ventriculum aſcendentes, vel etiam pus, aut ſanies.

A renibus quoque fit vomitus, & à colo inteſtino; à renibus quidem fit bilioſus à colo verò pituitoſus.

Ab hepate etiam, & à liene fit vomitus, aliquando vero capite, vnde Hippocrates dicebat ab accepto vulnere vomitum ſubſequentem eſſe ſignum cerebri læſi, quare ſi conſideremus omnes vomitus differentias, dicendum eſt alium eſſe per eſſentiam, alium per conſenſum, & rurſus, qui fit per eſſentiam, vnus eſt, qui efficitur vitio ipſius ventricu-

A li nimis debilitati, vel culpa materiæ, quæ in ipſo colligitur, aut etiam genera ta fuerit.

Ex ijs, quæ ad cauſas externas pertinent, numerantur alimenta pinguia, & oleaginoſa, nec non graueolentia, vt ſunt carnes putridæ, piſceſque putridi, & omnia guſtui ingrata. Nauigatio etiam per maria facta in hanc ſeriem reducenda eſt, vt quotidiana demonſtrat

B experientia; nauigantium enim plurimi & nauſeam concipiunt, & vomitu corripiuntur.

Huius effectus cauſam inueſtigãtes nonnulli aiunt à maris motu totum corpus perturbari, ac inde ventriculum, nam ex inæquali motu contingit humores in corpore exiſtentes ad ventriculum ferri, ac ibi os ipſius ſupernum lædere, indeque ad vomitum excitare.

C Idque facilius contingere obſeruamus, ſi ab aſſumpto cibo quis nauigationi ſe exponat.

Hæc ſanè reſponſio aliquibus in caſibus vera eſſe poteſt; attamen non eſt vniuerſalis, quia obſeruamus in nauigationibus aquarum dulcium, vt potè vel fluminũ, aut lacuum in quibus validiſſimus ſit motus, nullum excitari vomitum, aut nauſeam, quare motus aquæ

D non eſt cauſa adęquata nauſeę, aut vomitus.

Rei huiuſce rationem viſus eſt Plutarchus tetigiſſe in quæſtionibus naturalibus, vbi inquirens, cur ſit, quod nauigantes in mari promptius ad nauſeam, & vomitum concitentur, etiam ſi tempus quietum fuerit, quàm ſi in dulcibus aquis nauigauerint, inquit duo eſſe, quæ inter alia vomitum, & nauſeam exci-

E tant, quorum vnum inter obiecta ſenſus, aliud inter animi affectiones connumeratur.

Inter ſenſibilia obiecta eſt prauus odor, inter paſſiones animi eſt timor, at nullum ex iſtis percipitur à nauigantibus aquarum dulcium; nam odor earum familiaris admodum eſt, cùm omnes

ijs ad potum familiariter vtantur. Nec deinde ex illa nauigatione periculum aliquod percipiunt.

Contrarium in mari contingit; nam prauus ex eo exoritur odor, & homines ſemper periculum mortis in nauigatione adeſſe exiſtimant, hinc eſt, quod & nautea, & vomitus illis ſæpè excitatur, hæ ſunt cauſæ vomitus, & nauſeæ exteriores.

B Quamuis ego vidi aliquos in magnis lacubus nauigantes ex ingenti illo aquæ motu à ventis excitato in magnū incidiſſe vomitum poſt aſſumptum cibum, vbi nullus erat prauus odor, quamuis non deeſſet mortis timor ob lacus latitudinem, & vehementem motum.

Poſſemus etiam dicere id eſſe in mari propter vapores ſalſos inde eleuatos, qui aeri admixti ſimul cum ipſo noſtrū corpus ingrediuntur, & potiſſimum in inſpiratione, ac cum per aſperam arteriam ad pulmones perueniant, inde attingentes ventriculi os ſuperius, quod ſenſitiuum eſt, inferunt illi eam læſionem, quod poſtea inſurgens ad expulſionem, id, quod in ventriculo eſt, eijcit, & impetuosè quidem: hæc de cauſis dicta ſufficiens.

DE SIGNIS NAVSEAE, & Vomitus.

CVm determinatum ſit vomitum, & nauſeam diſtingui ſolere in eſſentiales, & per conſenſum, deinde iuxta differentias materierum exeuntium, opus omninò eſt, vt dignoſcamus, quando eorum quoduis aut per eſſentiam, aut per conſenſum fiat, & vtrum alimentorum, an humorum vitio contingat, nec non vtrum materia lædens ſit in cauitate, an in membranis ventriculi imbibita; nam ſi ſit in membranis, ſit nauſea, ſi in cauitate, ſit vomitus per eſſentiam.

Vomitum, & nauſeam à copia alimentorum prouenientem poterimus facilè

A ab ipſo ægrotante cognoſcere, vbi refe- rat ſe multum ingurgitaſſe, vitam crapuloſam, & ſedentariam degiſſe, diù, & frequenter in conuiuijs, ac compotationibus interfuiſſe. Quod ſi præterea adſint alia cruditatis ſigna, iam habebimus vtramque hanc affectionem à nimia ciborum, & potus copia, & per eſſentiam à ventriculo prouenire.

At vbi ab humoribus fieri vomitum, & nauſeam ſuſpicemur, opus eſt in primis animaduertere, vtrum ſit per eſſentiam, an verò per conſenſum ſiue à toto, ſiue ab aliqua parte; fieri enim per eſſentiam à ventriculo læſo cognoſcere poterimus, ſi nauſea ſit continua, ſi vomitus ſæpè ſubſequatur, ſi ventriculus aliqua labe iam fuerit affectus, nullamque aliam partem in corpore percipiat læſam eſſe æger.

C At vbi explorandum veniat, an vomitus, vel nauſea ſit per conſenſum, vel ab aliquibus partibus, cognoſcetur prodire a toto, ſi vniuerſum corpus affectum ſit vel cacochymia quadam, aut plethoria.

Si verò ab aliqua parte hęc duo ſymptomata eueniant, opus eſt rectè diſtinguere partem læſam, vt inſtitui recta curatio poſſit, quod fiet per ea ſigna diſcur-

D rendo, quæ læſionem vniuſcuiuſque membri prædicti demonſtrare poſſunt, ſiue vnum ſit pathognomonium, ſiue ſyndrome ſit multorum vices gerentium pathognomonici ſigni.

Hiſce omnibus ritè, & vt decet, animaduerſis, facta que diſtinctione inter affectiones prædictas per conſenſum, & per eſſentiam debetis recognoſcere, an

E à cauſis externis, an verò ab internis proueniant. A cauſis exterioribus euenire facilè comprehendemus, tum ab ijs, quę ab ægrotante referuntur, tum etiam ab ante acta vita, & regimine in ſex rebus non naturalibus.

At difficilius cauſæ internę recognoſcuntur, quamuis ab exeunte manifeſtum reddatur nobis talem, aut talem eſſe vo-

eſſe vomitum, nempe vel ſanguineum, ſi exit ſanguis, aut bilioſum, ſi euomatur bilis, vt in exemplo dictum fuit, alium eſſe vomitum ſanguineum, quia à rubicundo colore ſanguinem cognoſcimus.

Sed quoniam à venis exit ſanguis, vbi eæ apertæ ſunt, & iſtæ aut ſunt in ventriculo, aut partibus circumuicinis, difficultas eſt de loco, in quo vena illa, à qua exit ſanguis, reperiatur; nam eſſe poteſt in gula, aut ventriculi capacitate, vel fieri poteſt, vt nulla læſione exiſtente in prædictis venis, ſanguis exeat ab hepate, aut liene, & in ventriculum deponatur.

Et rurſus dato, quod ſanguis ab vna, aut pluribus ex venis, quæ ad œſophagum ſunt, aut ad ventriculi capacitatem, exeat, opus etiam eſt indagare, à quanam cauſa is extra ſuum conceptaculum feratur, cum pluribus modis id fieri poſſit, nempe vel quia venarum ora ſint aperta, aut earum ſubſtantia ſit nimium relaxata, aut ipſius continuitas ſoluta, vnde ea ſigna petenda ſunt, à quibus & locum, & læſionis modum inuenire poſſimus.

Omnes ſcriptores in hoc côueniunt, vt dicant, quod quando ſanguis à ventriculi vena læſa exit, tunc fluidus conſpicitur, cum tamen minimè fluidus appareat, quia venæ in ventriculo exiſtentes à meſeraicis proueniunt, in quibus ſanguis purus non continetur, ſed materiæ chyloſæ admixtus, ideoque craſſior eſt eo, qui in vena caua continetur, quare non videtur hoc ſignum à ſanguine acceptum, eſſe verum, cum & craſſior ſit, & minimè fluidus.

Deinde opus eſt animaduertere, quod quando ſanguis à ventriculo exit, dolor aliquis, vel aliqua mala ventriculi affectio adeſt, aut iam præceſſit.

A gula verò ſanguinem exire cognoſcere poterimus à difficultate deglutiendi, & à leui dolore circa illam partem, in qua vena læſa reperitur; ſuccedit quod ſanguis rubicundus eſt, & fluidus.

Vtrum modo ab eroſione, vel alia cauſa euenerit, indicijs proprijs dignoſcitur, de quibus egimus, vbi ſermo fuit de ſanguinis ſputo, & narium fluore.

Sanguinem autem, vel ab hepate, aut liene exire cognoſcemus per ſigna propria demonſtrantia harum partium læſionem, de quibus ſuo loco intelligetis, & Auicennæ 3. lib. fen. 13. tract. 5. cap. 11. egit, vomitus igitur ſanguineus hoc modo explorandus, ſiue per ſe ſit, ſiue ab alijs partibus eueniat.

Alij vomitus ab exeuntibus, & à qualitate ipſorum dignoſcuntur, vt humores pituitoſi ab aciditate, aut inſipiditate, à craſſitie, & lentore, aut denique ab albedine.

Vomitus verò bilioſi, quia plures ſunt bilis ſpecies, vt intellexiſtis, in hoc communicant omnes, vt amarorem in ore ægrotantis præſeferant, deinde, & calorem aliquem, quo nomine, & ſitim inducunt, linguæ etiam ſcabritiem, & ſiccitatem aliquando, & palati excoriationem.

Differunt tamē inter ſe coloris ratione; nam vbi bilis pallida, aut flaua fuerit, colore vel pallido, aut flauo cognoſcitur; æruginoſa verò à colore ſimili æruginis; vitellina à colore lutei ouorum.

Tandem viridis, & praſſina etiam ſi à colore porraceo, & viridi plerunque deprehendatur, aliquando tamen contingit humorem praſſinum ab alimentis quibuſdam in ventriculo generari, quēadmodum olera quædam ſunt duræ digeſtionis, aut fructus quidam acerbi, quare opus eſt ad bilem hanc dignoſcendam, explorare verum alimenta talia præceſſerint, quæ hunc ſuccum generare potuerint.

Vomitus melancholicus ab habitu totius corporis, & ab ante acta vita diſtingui poteſt; ac vbi talis ſit, acidus omninò eſt, & craſſus, quamuis niger.

R 2 Vbi

Vbi verò ex ipſius aduſtione melancholicus fiat, tunc videbitis eam materiam, terram fermentare, atque ampullas eleuare, iis ſimiles, quæ in iuſculis apparent; color autem niger eſt, ſed ad lucididitatem quandam vergens.

Reliquæ verò materiæ, vt eſt ſeroſa, aut ſanies, aut pus, vel vermes, aut etiam ſtercora, ſuis notis facillimè dignoſcuntur: hæc de ſignis vomitus, & nauſeæ, nunc de præſagijs agendum eſt.

DE FVTVRO EVENTV NAVſea, & Vomitus.

Nauſea nunquam eſt bona, vomitus aliquando bonus, aliquando verò malus; quandoquidem is, vel eſt ſpontinus, vel arte factus, & vtro contingat modo, vel in valetudine, aut in morbis generatur.

Si primo modo eueniat, vbi materia peccans euacuetur, & ſequatur conferentia, & tolerantia, tunc bonus eſt vomitus; ſiue materia pituita ſola, ſiue bili admixta fuerit.

Si verò arte paratus fuerit, tunc dicebat Auicennas eſſe conſiderandum, verum fiat cum æqualitate, hoc eſt, moderatione quadam, ac etiam frequens, & aſſiduus fit magis, quàm conueniat.

Si primo modo, confert, & ſalubris eſt, vt quando percipimus materiam aliquam contentam in ventriculo grauantem ſua copia, vel qualitate, & moderatè per vomitum eam euacuamus.

Vomitus dicitur cum æqualitate fieri, ſi fiat cum corporis iuuamento; ſi verò propter malam conſuetudinem aſſiduè nimis, & frequenter fiat, tunc dicebat Auicennas malum eſſe, quia ventriculi debilitat virtutem, ipſumque veluti totius corporis lacunam ſuperfluitatum reddit: & Bernardus Gordonius dicebat vomitum frequentem diſponere hominem ad varias ægritudines.

Si uerò vomitus in morbis conſide- A ratur, cum alij morbi ſint vniuerſales, totius corporis, alij verò particulares; vniuerſales, idest, febres, vel acutæ ſunt, aut chronicæ.

Primo modo, vel vomitus eſt criticus, vel ſymptomaticus. Si criticus, ſcilicet in die iudicatorio, & cum ſignis coctionis, bonus eſt vomitus. At ſi ſymptomaticus fuerit, prauus omninò eſt.

B Si febres longæ fuerint, & vomitus ſponte eueniat, bonus eſt, ſi ab arte proritetur, & materia habeat propenſionem ad vomitum, dico etiam bonum eſſe; at ſi prouocetur ſine propenſione materiæ ad vomitum, dico tunc poſſe eſſe malum.

Si verò morbi ſint particulares, ſæpè vtilis eſt ſpontinus vomitus, quemadmodum contingit in profluuio alui longo, aut in colico affectu, vel nephritica C paſſione, aut, vt ait Auicennas, quando adſunt apoſtemata aliqua in viſceribus internis; at arte prouocatus, niſi fiat ad naturæ imitationem, non poteſt eſſe bonus. Vomitus in iliaca paſſione malum, 7. aph. 37.

Dicebat Auicennas ſanguinis vomitum ſemper eſſe malum, & ratio eſt, quia ſanguis eſt vitæ theſaurus, & à quacunque parte exierit, per quam exire non D debet, malum ſanè eſt, & potiſsimùm per vomitum, per quem non niſi magna violentia egredi poteſt.

Nihilominus ſunt aliqui caſus, in quibus Auicennas ſcribit non eſſe ſine aliquo iuuamento; nam in magna plenitudine, & virtute benè valente, ſanguis ſi expellatur, & ad duas libras, cum iuuamento exire poſſe teſtatur, lib. 3. fen. 13 E tract. 5. cap. 8. Ab Hippocrate verò determinatur, qualis ſit bonus ſanguinis vomitus lib. 2. prog. 38.

Quicumque euomunt ſanguinem, ſi ſine febre quidem, ſalubre: ſi verò cum febre, malum. Vomitus ſanguinis in mulieribus ſanatur menſibus aduenientibus, Hippocrates 2. prog. 36. ſed caſus hic rarus admodum eſt.

Imo

Imo Auicennas ſubiungit talẽ vomitum ſolere ſequi vomitum nigrum, qui eſt ex humore melancholico, cùm autem hi duo humores, ſanguis nempe, & melancholia non generentur in ventriculo, denotant primò ventriculi debilitatem; deinde quia materiæ iſtæ à longinquis proueniunt locis, nec ſine horum læſione, ſanguis exiens per vomitum eſt malus, & ſæpè ſi frequens eſt, & multus, mortem minatur citiſsimam.

Vomitus cholericus eſt malus, quod oſtendat caliditatem ſuperfluam, & pituitoſus nimiam frigiditatem; vomitus igitur ſimplicis humoris, vt bilioſi, aut pituitoſi, eſt malus.

Mixtus verò ex bile, & pituita eſt laudabilis, at qui eſt diuerſorum colorum præſertim cum nigredine eſt malus. Excretiones in febribus continuis, cruentę, fætidæ, liuidæ, bilioſæ omnes malæ, ſi tamen commodè prodeant, haud malæ.

Peſsimus etiam eſt vomitus ex nigro, & viridi colore infectus; vnde Hippocrates dicebat, vomitus ſicut ſuccus porri viridis, vel pluribus, aut niger eſt malus.

Antonius Cæſar Aquilonius paſſus eſt vtrumque vomitum, nigrum nempe, & viridem, primò multam euomuit atram bilem, nigram valde, & cum magna pituitę copia, deinde ſubſecutus eſt vomitus æruginoſus, & viridis, ego inuiſi tantummodo ſemel, & animaduertens vtrumque vomitus genus prædixi mortem, quæ ſucceſsit media nocte ſequenti.

Auicennas hunc vomitum malum eſſe dicebat ex nigro, & viridi, quod ſignificat humores tales in ventriculo infixos eſſe, aut ab alijs locis euenire, nempe liene, & iecore, aut alijs locis.

Vomitus cum ſyncope, & alui adſtrictione eſt malus, quod contrarijs remedijs ſit curandus.

Vomitus aliorum materierum pro diuerſitate partium affectarum, pro morbique, & virtutis robore, ac languidita-

A te poſſunt eſſe boni, atque mali.

Quod idem dicendum eſt de nauſea, quę & ipſa, vel in ſanitate conſideratur, aut in morbo, vel in conualeſcentia. Primo modo nihil aliud oſtendit nobis, niſi aliquod erratum in victus ratione, nempe vel in ciborum nimia quantitate, aut praua qualitate, vel in modo, aut in tempore, & huiuſmodi, vnde cum nihil ab ea exit, nullum beneficium corpo-
B ri humano pręſtat.

Si verò in morbis, vel euènit nauſea diebus criticis cum optimis ſignis, & cum vomitu; vel ſymptomatica eſt. Primo modo ſalutem; ſecundo modo perniciem oſtendere ſæpè conſueuit, vt apparet in febribus malignis, in quibus ex malæ materiæ qualitate nauſea ſemper contingit, quæ non modò appetitum corrumpit, ſed etiam vires cordis labe-
C factat.

At vbi in conualeſcentia contigerit, hæcque frequens ſit, aut continua, indicium eſt recidiuæ: & hæc de prognoſticis, venio ad curationem.

DE CVRATIONE IN GENERE Nauſea, & Vomitus.

IN curatione harum ventriculi affectionum triplici vtimur medicinæ in-
D ſtrumento, quæ ita adaptari debent, vt indicationibus deſumptis à morbo, & à cauſis probè ſatisfacere poſsint.

Cum autem ſemper morbus cauſam ſequatur, is auferri minimè poteſt, niſi cauſa primò ablata fuerit, quod tamen cum hac moderatione faciendum eſt; nam cum vomitus alter ſit criticus, & alter ſymptomaticus, ac vterque ſit mo-
E tus ventriculi præter naturam, compeſcendus eſt, & ventriculus ad ſtatum ſuum naturalem redigendus.

Verùm non ita ſimpliciter, quia vbi per criſim materia aliqua expellitur morbis, quæcunque ea ſit, permittere oportet, donec tota euacuata fuerit, iuxta Hippocratis diuulgatam illam ſen-

lam ſententiam, quæcunque iudicantur, & iudicata ſunt integrè, non ſunt mouenda, nec medicamentis irritanda, ſed naturæ relinquenda.

Si tamen ſuperfluè exeat materia, ita vt periculum ſit de virtutis lapſu, compeſcendus eſt vomitus, præſertim ſi ſanguis euomatur; motus igitur à natura facti non ſunt impediendi, niſi ſuperfluè fieri contingat.

At licet ſymptomaticus ſemper compeſcendus ſit, id tamen effici non poteſt in omnibus eodem modo, quandoquidem ad materiæ qualitatem reſpicere oportet, quæ vbi ad benignum redigi non poteſt, euacuanda per vomitum eſt.

Et hoc eſt, quod dicebat Auicennas vomitum vomitu curari, quod à Galeno deſumptum eſt 2. in 6. epidem. 9. & Hippocrate lib. de locis in homine: non numquam verò ad benignum reduci poteſt, & tunc præparanda eſt, vt deorſum expelli poſsit.

Sed animaduerſione dignũ eſt, quod admonet Galenus 6. epid. 8. text. 20. nempe quando morbus cum vomitu inceperit, & homines ad vomitum procliues ſunt, ac faciles, eo tunc tutò vtendum eſt; & ſi contrariæ ſint conditiones, non eſt tentandus vomitus.

At ſi quantitate peccauerit, ea eſt minuenda, quemadmodum vbi cibi in maiori, quàm par ſit, copia aſſumpti fuerint, omninò euacuandi ſunt per vomitum, ac etiam vbi corrupti fuerint, tunc ex Auicennæ conſilio rectificandi, & ſtomachus confortandus eſt, cum corroborantibus, quæ vel calida ſint oportet, vel frigida pro diuerſitate materiæ.

Hæ ſunt indicationes deſumptę à materia, at quia ventriculus debilitatur, & ratione debilitatis ſuccedit, vt ad vomitum pronus reddatur, opus eſt animaduertere intemperiem, & eam auferre, & vetriculus, ſi relaxatus fuerit, adſtringendus, & corroborandus eſt, ſi frigi-

A dus calefaciendus, & ſic de alijs intemperiebus.

Indicationes etiam deſumptæ à nauſea eędem ſunt; nam in primis neceſsè eſt cauſam reſpicere, pro diuerſitate cuius materia attenuanda eſt, incidenda, aliquando refrigeranda, & temperanda, & ad benignum reducenda: ſæpè etiam educere oportet eam per vomitum, atqui his omnibus indicationibus

B ſatisfacere ſolemus Diæta, Pharmacia, & Chirurgia, de quibus in ſequentibus ſigillatim dicemus.

DE CVRATIONE NAVSEAE, *& ſingultus per Victus rationem.*

IN primis aer eligendus eſt, qui ad calidum temperatum, & ad ſiccum ver-

C gat; nonnunquam verò opus eſt, vt ad frigiditatem inclinet, & ex Auicennæ præcepto bonis odoribus refertus ſit, cùm graueolentes ſtomachum ſubuertere conſueuerint, & contra, quæ ſuauis ſunt odoris, eundem corroborent.

In parandis quoque cibis aliquid ſemper addendum, quod iucundi, & grati ſit odoris.

In ſomno, & vigilia moderatè proce-

D das: magis tamen ſtudendum, vt æger dormiat, vnde Auicennas: & tu ſtude quantum potes in hoc, vt eos dormire facias, quoniam illud eſt radix; nam ſomnus eſt aptus euacuationes validas compeſcere.

Idem Auicennas concedit in potu ſtupefacientia, vt ſomnus concilietur; in ſomno enim calor viget, neque ſenſus adeo exactus eſt, ſed quaſi ſopi-

E tus, virtuteſque naturales corroboratæ ſunt.

Multa etiam ab Auicenna ad ſomnum conciliandum in hoc caſu proponuntur. Inter quæ primò proponit aquam carnis; hoc eſt, iuſculum aliquod pulli, aut caponis, in quo ſemina quædam frigida ebullierint, vt ſunt ſemina

frigida

frigida maiora, aut minora, cum quibus coriandrum inſit: huiuſmodi medicamentum in cauſa calida valet.

Nonnumquam modicum vini odoriferi ſtiptici loco coriandrorum apponendum ſcribit, idque exiſtimo eſſe factum gratia corroborationis ventriculi.

In reliquis verò rebus non naturalibus moderatè agendum venit, in affectibus animi, oportet, vt bono animo ſit æger, & quantum fieri poteſt hilaris, nunquam iratus, aut melancholia affectus. A rebus etiam venereis omninò abſtinendum.

Inſuper corpus debet quotidie ab excrementis mundari, præſertim ſi clyſteribus quibuſdam aluus irritetur; vnde Auicennas cap. 12. tract. 5. fen. 13. libri tertij, dicebat multoties clyſterem acutum abſcindere vomitum, quia eius ope materia faciens vomitum ad infernas attrahitur partes, poteſtque in materia frigida hac ratione præſcribi.

℞. Fol. maluæ,
Althææ ana m. j.
Fol. abrotani,
Rutæ,
Menthæ ana m. ſſ.
Sem. aniſorum,
Fœniculi ana drach. ij.
Bulliant in ſ. q. aquę, deinde adde.
Diaphœnici,
Elect. indi maioris,
Olei rutæ ana vnc. ſſ.
Cum ſale quantum ſufficit, fiat clyſter.

Quod ſi materia fuerit calida, ita prę paretur.

℞. Fol. maluæ,
Violariæ ana m. j.
Hordei mundi vnc. j.
Sem. frig. ma. vnc. ſſ.
Sem. fœniculi drach. ij.
Bulliant in ſ. q. aquæ ſecundùm artem deinde.
℞. Huius decocti lib. j.
Diacatholici vnc. j.
Hiera ſimpl. vnc. ſſ.

A Olei chamomæli
Anethi,
Communis ana vnc. j.
Cum vitello oui, & ſale quantum ſufficit, fiat clyſter.

Hinc eſt etiam, quod ab Auicenna fen. 13. lib. 3. tract. 5. cap. 12. probantur frictiones validæ, ligaturæ quoque dolorosę ad malleolos crurum.

B Cæterùm & balnea aquæ calidæ ab eodem commendantur, in quibus pedes apponi iubet. His præſidijs ſperare licet materiam attractam iri ad partes infernas. Quare medicamentum etiam exulceratiuum cruribus appoſitum ad hanc intentionem probat.

Sed vnum eſt conſideratione dignū, quod ab eodem authore, fen. eadem 13 tract. 5. 12. probatur, hoc eſt, aquæ frigidæ vſus, qua extrema refrigerantur, ſi

C mulque, & ventriculus; ſubdit enim refrigerationem hanc vomitum ſedare.

Verùm cum aqua calida, & frigida contrarios efficiant effectus, ſi impoſitio extremarum partium in aquam calidam ſedat vomitum, contrarium eueniet, vbi partes extremæ in gelidam aquam immittatur; nam concitabitur vomitus, id tamen vſu probamus falſum

D eſſe; nam vbi quis medicamentum aſſumpſit, à quo ad vomitum compellatur, iubent medici manus eſſe in aquam gelidam immergendas, quare cum aqua frigida hac ratione compeſcat vomitum, aqua calida ipſum irritabit.

An dicendum ſit vtramque aquam poſſe vomitum compeſcere, ſed alia, & alia ratione? aqua enim calida trahit humorem ad partes infernas, diuertitque

E illum à ventriculo; at aqua frigida duobus modis poteſt vomitum ſedare; primo modo, vt nonnulli aiunt, incraſſando, & inſpiſſando humores tenues, & hoc modo compeſcet tantummodo vomitum ab humoribus colericis factum, quare nunquam ad eam eſſet recurrendum, niſi in vomitibus bilioſis.

Attamen obſeruamus ſæpè in omnibus vo-

bus vomitibus appoſitionem manuum in aquam vomitum compeſcere, ſignum igitur eſt aquam ita adminiſtratam vomitum omnem ſiſtere.

Quare mihi dicendum eſſe videtur aquam frigidam, nec non & omnia refrigerantia ad partes extremas appoſita, & ad ventriculi regionem, vomitum ſedare, & per accidens, quatenus calorem repercutiunt ad partes internas, qui vigoratus quidquid moleſtiam ventriculo infert, deorſum ferri cogit; hinc eſt, quod vomitum compeſcit frigiditas, partibus extremis appoſita aqua à niue refrigerata. In ore detenta etiam comprimit vomitum.

Eadem, cui taxillum aceti fuerit inmixtum, hoc idem præſtat, ſi in ea immergantur lintea, atque applicentur parti ſuperiori thoracis immediatè ſub ceruice.

In cibo autem, & potu adminiſtrando, opus eſt animaduertere non modò qualitatem, quantitatem, & materiam, ſeu ſubſtantiam, verùm etiam & modum, quo offerri debet, quandoquidem qualitas alimenti, quatenus virtutem vitalem reſpicit, debet eſſe boni ſucci, & facilis coctionis, quatenus verò morbo ſatisfacere debet, ſi ſermo ſit de primis qualitatibus, poteſt eſſe vel calidus, vel frigidus pro cauſę diuerſitate.

At ſi ſecundę qualitates in eo conſiderentur, opus eſt, vt facultatem corroborare poſſit, ſitque boni odoris, & grati, quantitatiſq; moderatæ. Modus verò accipiendi cibum ex Auicennę pręcepto eſt, vt paulatim offeratur, ne ex repente aſſumpto alimẽto, & in multa quãtitate, renouetur vomitus, aut nauſea.

Quod ad materiam alimentorum attinet, cibi, qui offeruntur priores, Auicennę conſilium eſt, vt lenitiui, & lubrificantes ſint; poſt verò cibum aſſumptũ, ſtiptica, & odorifera, vt cotonia, & ſimilia concedenda, quia talis victus ratio deponit cibum ad fundum ventriculi, & naturam inclinat ad inferiora, non ad ſuperiora.

A

Aliquando etiam opus eſt, vt alimenta ſpiſſa ſint, & aliquo modo viſcida, vt ventriculo adhęrere poſſint. Rondeletius.

Panis eſſe debet ex farina optima factus, beneque coctus, cui nonnunquam, vel cinnamomum, aut cumini modicum admiſcere opus eſt, aliquando & pro effectus diuerſitate, & ipſius cauſarum, tritum panem offerimus in pullorum iuſculo diſſolutum, vel etiam infuſum.

B

Quo ad carnes, præponuntur cæteris omnibus pullorum, gallinarum, columbarum etiam, quę nondum euolare inceperint, phaſianorum, attagenum, perdicum, turturum, merularum, & turdorum.

Carnes etiam capreolorũ, leporumque iuuenum, veruecinæ, nec non vitulinæ, ac cuniculorum cõmendantur, quę magis aſſæ, quàm elixæ probantur. Ex hiſque conficimus contuſa, quibus odorata admiſcemus, idque pro vario appetitu, & pro effectus magnitudine.

C

Euitanda veniunt, quæ pinguia ſunt, & humida, ne in ventriculo fluitent, quare ius pingue reprobatur, oua quoque mollia, lac & quæ ſunt huius generis: oua tamen in aceto cocta, vel ſucco cotoniorum, aut omphacio, quibus modicũ cinnamomi, ac maſtiches inſperſum ſit, tutò exhiberi poſſunt.

D

Plures in vomitu à materia calida tabellæ parari poſſunt, vt

℞. Coralliorum rubeorum,
Roſarum rubearum ana drach. j.
Summachiorum,
Santalorum rubeorum ana drach. ß.
Membranæ internæ ventriculi gallinæ ſcrup. ß.
Sacchari diſſoluti in aqua roſarum vnc. iij.
Fiat confectio in tabellis.

E

Decoctum ex aſaro ad vomendum valet in pituitoſa materia.

Inter olera lactuca, acetoſa, endiuia, in vomitu calido, valent, ac præ cæteris

portu-

portulaca, ſed præcipuè in vomitu ſanguineo. Ab aliquibus commendantur pepones, cucurbitæ, ſorba, cotonia, meſpila, & amarenæ.

Inter alia, quæ probari à ſcriptoribus conſueuerunt ad vomitum compeſcendum, eſt coriandrum ſiccum in aceto, aut vino odorato infuſum, atque ægrotanti exhibitum, eſt tamen, vt animaduertatis, quod in cauſa calida non in vino, ſed in aceto infundi debet, è contra verò in frigida.

Auicennas tria alimentorum genera proponit, quæ ad ſiſtendum tum vomitum, tum nauſeam maximè conferunt, vnum (quod niſi fallor communiſſimus eſt cibus) nempè amygdalatum à nobis vocatum, quod ex amygdalis contuſis, & expreſſis conficitur.

Ab Auicenna autem ad hunc modum deſcribitur, vt amygdalæ terantur, & digitis fricando diſſoluantur in aqua, & colentur, & ex ea aqua ſumatur in potu, quamuis putem, ſiue digitis, aut peſtillo cõterantur amygdalæ ſatis eſſe, vt auferatur cortex earum aqua calida, deinde in frigidam immergantur, tandem contundantur, & fiat amygdalatum.

Alterum eſt faba decocta cum ſuis corticibus, quibus admixtũ ſit acetum.

Conſiderandum hoc loci eſt, Auicennam voluiſſe fabam cum cortice concoqui ad maiorem, & faciliorem penetrationem.

Tertium eſt lentes in aceto coctæ, quæ omnia ea ratione proponuntur, vt ventriculi retentrix corroboretur.

Sed hoc loci etiam eſt animaduertendum Auicennam proponere lentes cõctas in aceto ad corroborationem ventriculi, vbi verò tractat de variolis, eaſdem lentes proponit coctas in aceto ad materiam extra pellendam, quæ operationes contrariæ apparent, at re vera contrariæ non ſunt, cum in vtroq; caſu lens corroboret ventriculum, qui corroboratus facilius expellit.

Pro potu in cauſa frigida vinum com-

A petit odoratum, optimum, & quod non nihil adſtrictionis habeat; in cauſa verò calida oligophorum eſſe debet, & multa aqua lymphatum: placetque, vt illud conſeruetur in vaſe ex maſtiche facto, & diluatur aqua chalybeata, aut aurata, vel etiam in quo maſtiches modicum ebullierit: hæc de victus ratione.

B *DE CVRATIONE VOMITVS in communi, & Nauſea in ſpecie.*

QVod ad pharmaciam ſpectat, duo agenda veniunt. Vnum eſt, vt materia, quæ intus eſt faciens vomitum, aut nauſeam euacuetur. Alterum, vt ventriculus corroboretur.

Materia autem vel eſt in ventriculo genita, aut collecta, aut ab alijs partibus ad ventriculum fertur. Si primo mo-
C do, ex Auicennæ decreto euacuanda eſt, vel medicamentis ad receſſum hanc ducentibus, vel per vomitum idoneis, & proportionatis præſidijs.

Hinc eſt, quod idem Auicennas dicebat vomitum vomitu curari, quod ab Hippocrate deſumpſit lib. de locis in homine, & à Gal. 2. in 6. epidem. 9. Quando verò ab alijs partibus ad ventriculum materia tranſmittitur, tunc ea
D conſideranda eſt, an ſcilicet ſit ſanguis, an aliquis ex alijs humoribus.

Primo modo euacuatur phlebotomia, vt paulò poſt videbimus, ſi alia eſt materia, medicamentis agendum, niſi criticè ea fluat; in criſi enim nihil tentandum, ſed totum naturæ onus committendum, niſi tamen ſuperfluè hæc ipſa moueat.

Rurſus materia, quæ in ventriculo
E eſt, vel eſt alimentum, aut aliquis humor; ſi alimẽntum, vel quantitate tantùm, vel qualitate peccat, vtroque contingat modo, opus eſt ipſum euacuare, deinde ventriculum corroborare tum internis, tum externis admotis præſidijs; cibalis enim vomitus non prius cohibendus eſt, quin tota crapula euacua-

ta fuerit.

A Eſt tamen notatione dignum aliquando contingere vomitum cibalem ob humoris alicuius acuitatem, aut acredinẽ irritantem facultatem ventriculi expultricem, & tunc eum non oportet cohibere, ſed potius irritare, quouſque humor noxius euacuatus fuerit.

His ad hunc modum animaduerſis, videamus, quid in nauſea, aut ſubuerſione agendum veniat; nam hæc cùm ab hu-

B moribus prauis fiat, ſequitur, vt ij vel tenues, aut craſſi ſint.

Si primo modo; quando materia faciens nauſeam tenuis fuerit, incraſſantibus vtendum eſt, & eam euacuantibus extraducenda, ſiue per inferiora, ſiue per ſuperiora: deinde adſtringentia, vſurpanda ſunt. Ideo in hoc caſu placet, vt exhibeatur primùm,

C Syrupus de nymphęa, aut
Violatus, vel ex
Cucurbita, vel etiam ex
Portulaca.

Cæterũ hiſce opus eſt admiſcere quædam, quæ adſtringendi facultatem habent, vt notat Rondeletius, vt eſt hordei decoctum cum ſaccharo, addendo etiam parum ſucci roſarum diluti cum prædicta aqua.

D Placet etiam vomitum excitare, vt humor peccans totus exeat, hac facta conſideratione, an æger ſit facilis ad vomitum, an verò difficilis.

Primò enim modo opus eſt multam copiam iuſculi cum ſaccharo offerre, deinde manum admouere ori, digitumque ad œſophagum vſque impellere, vt excitetur vomitus; ſic enim bilis facilè euomitur.

E Eadem quoque ratione agendum eſt, ſi humor ſit ſeroſus nauſeam inducens: at ſi pituitoſus fuerit, ac viſcidus, validioribus abſtergentibus, attenuantibus, & incidentibus vtendum eſt, tale eſt oxymel ſimplex, vel
Compoſitum, vel
Syrupus acetoſus,
Decoctum etiam raphani
Cum ſyrupo acetoſo.

Et in multa copia: vbi verò non ſint ægrotantes proni ad vomitum, vtemur potius ijs, quæ per ſeceſſum humores peccantes educere conſueuerunt, quales ſunt
Pilulæ de hiera cum agarico,
De aromat. ſeu alephanginarum ana drach. j.
Quæ formentur cum oxymelle.

Tandem corroborandus eſt ventriculus, vt infra dicemus. Hac methodo nauſea, & ventriculi ſubuerſio per pharmaciam curanda eſt.

DE CVRATIONE VOMITVS Bilioſi per Pharmaciam.

De vomitu quoque eadem prorſus ſunt dicenda, quandoquidem eſt opus illius materiam conſiderare, quæ vel eſt bilis, aut pituita, vel melancholia, vel etiam ſanguis.

Si vomitus bilioſus fuerit, ſtudendum eſt eductioni materiæ incitando vomitum cum tepida aqua, & modico
Syrupi acetoſi ſimplicis,
Syrupi de cotonijs,
Oxyſaccharæ ſimplicis,
Syrupi myrtillorum, & huiuſmodi.

Qui valent ad materiæ acredinem tum remittendam, tum etiam humorem incraſſandum, nec non ad ventriculum corroborandum, vt etiam
Rob de agreſta,
De acetoſa, vel
De acitoſitate citri,

Camphora etiam ab Auicenna in hoc caſu probatur, quòd illi ineſt proprietas compeſcendi vomitum à cauſa calida, quæ tribus modis adminiſtrari poteſt; primò eam bibendo ad grana x. vnà cum
Syr. de cotonijs, ſeu
Miuæ cotoniorum, aut
Syrupi de agreſta ad vnc. iij.

Secundo valet, ſi frequenter naribus odoranda offeratur.

Terriò

Tertiò valet illita, at aqua roſarum A diſſoluta.

Succus vuæ ſedat quoque vomitum.

At vbi hiſce præſidijs bilis non auferatur, nec ſuperatur, ad purgationem deueniendum eſt.

In hoc caſu probantur mihi

Pilulæ de hiera,

Hiera quoque ſimplex valet ad vnc. j

Placet & potus ex decoctione ſequenti.

℞. Santalorum citrin. B

Corticis tamarindorum ana vnc. ß.

Roſarum rub. drach. j.

Bulliant in ſ. q. aquæ S. A.

℞. Huius decocti vnc. iij.

Infunde rhabarb. drach. ij.

Et abſque expreſſione diſſolue ſyr. roſ. ſol. ex nouem infuſionibus vnc. vj. m. & fiat p. b.

Sub forma boli.

℞. Diacatholici cum dupl. rhab. vnc. j. C

Elect. roſ. Meſuæ,

De ſucco roſarum ana drach. j.

Cum ſaccharo fiat bolus.

Sub forma pilulari.

℞. Pil. maſtichinarum,

Stomachicarum,

De tribus cum rhab. ana drach. j.

Cum ſyrupo roſato fiant pilulæ numero nouem.

Euacuata hac materia ventriculus ro- D borandus eſt tam internis, quàm externis præſidijs; inter interna præſidia valet hoc

℞. Millefolij ſuccus ad vnc. iij.

Cum aquæ frigidæ vnc. v.

Miſce, & fiat hauſtus.

Commendatur valdè huiuſmodi medicamentum, vt

℞. Granorum mali punici acerbi,

Rhu obſonij,

ana drach. ß. E

Roſarum,

Santalorum,

Ligni aloes,

Corallij,

Seminis plantaginis,

Portulacæ,

Hypociſtidos ana drac. j. & ß.

Syrupi myrtini quantum ſatis eſt ad omnia vnienda ad formam conditi, cujus doſis ſit ad vnc. ß.

Deinde ſuperbibat æger vnc. vj. aquæ gelidæ, ſi tempus fuerit æſtiuum.

Vel

℞. Aquæ roſaceæ in quercinis folijs colatæ,

Portulacæ,

Strychni,

Succi mori immaturi,

Sorbi,

Meſpili,

Pruni ſylueſtris ana vnc. j. & ß.

Succi citrij,

Limoniorum,

Aurantiorum,

Vuæ immaturæ ana vnc. j.

Ruſſis,

Hypociſtidos ana drach. iij.

Cynorhodi cimarum drach. j.

Feruefacito, & ſubinde colato decocto adde ſacchari albiſſimi, quantum ſufficit, & rurſus ebulliant, donec fiat iulap.

Puluis etiam parari poteſt hoc modo

℞. Coralliorum,

Roſarum,

Summachiorum ana drach. j.

Meſpilorum,

Sorborum,

Myrobal. citrin. ana drach. ß.

Camphoræ ſcrup. ß.

Cinnamomi gr. v.

Sacchari optimi ſub. pul. vnc. j.

Fiat puluis ſubtiliſſimus, qui inſpergatur ſemper ſupra alimenta.

Exterius admouentur talia medicamenta,

℞. Stupæ mollis, & mundæ q. ſ. infundatur, & exprimatur in ouorum recentium candido, in quo gallæ, & balauſtiorum farina commixta ſit, cum modico camphoræ, & ventriculi regione applica.

Vel tale componi poteſt cataplaſma.

℞. Roſarum ſiccarum,

Balauſtiorum,

Gallæ immaturæ,
Acetabulorum glandium,
Thuris,
Acaciæ ana m. j.

Tundantur omnia, ac cribentur, & cum aceto, aut ſucco cotoniorum ferueſiant, addendo farinæ modicum: vel ebulliri poſſunt omnia in vino auſtero, ac intus ſpongijs immerſis applicentur ventriculo.

Vel

℞. Album. ouorum num. iij.
Gallarum immat. ſ. pul.
Balauſtiorum ana drach. j.
Caphuræ ſcrup. j.

Immerge lanam, & applica regioni ventriculi.

Vel poteſt formari vnguentum ad hunc modum,

℞. Succi cotoniorum vnc. ij.
Aceti opt. roſat. vnc. ij. & ſſ.

Agitentur, & cum modico farinæ hordeaciæ fiat linimentum.

Vel

℞. Succi pyrorum,
Sorborum, aut
Vuæ acerbæ ana vnc. j.

Olei myrtillorum, quantum ſufficit, bulliant ad ignem vſque ad mediam ſuccorum conſumptionem, deinde addito ceræ modicum, fiat linimentum.

Huiuſmodi linimentum applicandum eſt ventriculi regioni, ſed lentè admodum, ne fiat agitatio, aut motio circa ventriculum, aut os ipſius, quia motus huiuſmodi vomitum excitare eſt aptus: hoc modo curatur vomitus bilioſus, qui non ſit criticus.

DE CVRATIONE VOMITVS pituitoſi per Phamaciam.

VEnio ad vomitum factum à materia pituitoſa, craſſa, ac viſcida, quę vētriculo adhęrēs vomitū excitat, in quo opus eſt in primis vti præſidijs quibuſdam præparantibus, nempè exiccantibus, & attenuantibus: deinde deueniendum eſt ad ea, quæ electiuè educunt, vel per vomitum, vel per ſeceſſum: tandem ventriculus eſt corroborandus internis, & externis præſidijs.

A

Exiccandi facultatem habent.
Oxymel ſimpl.
Oxymel ſquilliticum,
Syrupus acetoſus,
Syrupus de hyſſopo.

B Verùm antequam ſyrupos validiores exhibeamus, conſiderare oportet, an ægrotantes ſint faciles ad vomitum, an difficiles. Si primo modo curandum eſt, vt vomitiuo aliquo vtantur, quale eſt decoctum raphani cum oxymellitis modico.

At ſi inepti, & ad vomitum difficiles fuerint, prædictis auxilijs addendum eſt aliquod decoctum ex rebus incidentibus factum, vt exempli gratia ex

C

Hyſſopo,
Serpyllo,
Pulegio,
Abſynthio,
Radicibus fœniculi,
Capparum.

Sed hoc decoctum eſt eximium.

℞. Calaminthæ,
Menthæ,
D Hyſſopi,
Serpylli,
Pulegij ana m. j.
Abſynthij m. j.
Rad. fœniculi,
Capparum ana vnc. ſſ.
Sem. fœniculi drach. j. & ſſ.
Aniſorum drach. j.

Fiat decoctio in aqua fontis ad lib. j. quę coletur, & aromatizetur cum drach. j. cinnamomi electi, & drach. j. aromatici roſati, addendo

E

Syrupi de mentha vnc. j.
Oxymel. ſimpl. vnc. j. & ſſ.

Clarificetur ſecundùm artem, cuius vſus ſit frequens.

Ad hoc vt materia illa, quæ adhæret membranis ventriculi extrahi poſſit, pharmaco aliquo purgante ad ſeceſſum pellenda

pellenda eſt.

Deinde pituita viſcida educenda, vel hiera ſimplici, aut logadij, vel aliquo ſimili medicamento,

Sub forma potus.

℞. Fol. calaminthæ,
Menthæ,
Hyſſopi ana m. ſſ.
Rad. fœniculi vnc.ſſ.
Sem. aniſorum,
Carui ana drach. ij.

Fiat decoctum ſecundum artem, &

℞. Huius decocti vnc. iiij. infunde
Rhab. in taleolas diuiſi. drach. ij.
Cinnamomi gr.v.

Sine expreſſione, diſſolue.
Mel roſ. ſolutiui vnc.iiij.
Diaphœnici,
Elect. indi maioris ana drach.ij.

Fiat potus breuis.

Sub forma boli.

℞. Diacatholici,
Diaturbith. Montagnanæ ana vnc.ſſ.

Pro robuſtioribus.

Sub forma pilulari.

℞. Pil. de hiera cum agarico drach. ij.

Cum melle roſato fiant pilulæ numero ſeptem, aurentur.

At ſi pituita dulcis fuerit, cum ſit veluti ſanguis diminutus, opus eſt, vt recta victus ratione, nempe quiete, ſomno, & inedia ad benignum reducatur, quod ſi fieri non poſſit, aliqui ſyrupi, aut alia medicamenta ſunt propinanda, quemadmodum eſt

Syrupus de mentha,
De byzantijs,
De fumo terræ,
Cum aquis menthæ,
Abſynthij,
Chamomæli.

Euacuanda deinde eſt cum pil. de hiera cum agarico, aut
Diaphœnico, vel
Elect. indo,

Aut ſimilibus.

Materia euacuata, opus eſt corroborare ventriculum internis, ac externis

A præſidijs. Interna ſunt.
Aromaticum roſatum,
Diacalamenthum,
Diagalanga,
Theriaca vetus,
Mithridatium,

Et quæ ſunt huius generis.

Ad corroborandum ventriculum tabellæ.

℞. Specierum arom. roſ.

B Diagalangæ ana drach.j.
Trochiſc. de gall. muſc. gr. vij.
Sacchari diſſoluti in aqua roſacea drach. iij.

Fiat confectio in tabellis, doſis ſit ad drach. iij.

Pro condito.

℞. Conſeruæ ex floribus ſaluiæ,
Bettonicæ ana vnc. j.
Mithridaticæ confectionis,

C Diagalangæ ana drach.j.
Calami aromatici,
Ligni aloes ana ſcrup. ſſ.
Syrupi de cort. citri, &
De mentha ana vnc. j.

Cum folijs auri numero quatuor, fiat conditum.

Puluis in materia frigida adhibendus.

℞. Sem. fœniculi,

D Aniſorum ana drach. j.
Cinnamoni,
Nucis muſcatæ ana drach.ſſ.
Coriandr. præparat. & in vino infuſ. drach. ij.
Boli armeniæ,
Terræ ſigillatæ ana ſcrup. j.

Fiat puluis ſubtiliſſimus addendo ſacchari vnc. j.

Extra verò admouentur plura medi-

E camenta, inter quæ probatiſſimum illud eſt, quod ex cotonijs coctis efficitur.

Accipiunt cotonia, eaque ebulliri faciunt in vino generoſo, & additis his pulueribus, nempe
Maſtiches,
Caryophyllorum,
Coralliorum rubeorum,

Cin-

Cinnamomi,
Ligni aloes,
Formant emplaſtrum.

Emplaſtrum de cruſta panis in hoc caſu conueniens eſt, vt

℞. Cruſtæ panis aduſtæ vnc. vj.
Infunde in vinum optimũ odoriferum, deinde exprimatur, & in mortario contundatur, addendo pulueris
Caryophyllorum.
Ligni aloes,
Cinnamomi,
Nucis muſcatæ ana drach. j.
Piperis ſcrup. ſſ.
Cum oleo cotoniorum, & myrtillorum q.ſ. fiat emplaſtrum.

Non deſunt, & alia medicamenta extra regioni ventriculi admouenda, inter quæ iſtud valet,

℞. Maſtiches Chiæ,
Aloes ana vnc. j.
Cum oleo nardino quantum ſufficit, & modico olei abſynthij fiat vnguentum.

Vel

℞. Olei maſtichini,
Nardini,
Abſynthij ana vnc. j.
Menthæ ſiccæ ſ. p.
Cinnamomi,
Macis,
Galangæ, ana drach. j.
Maſtiches vnc. ſſ.
Miſce, & cum ſ. q. ceræ fiat vnguentũ.

Vel fiat ſacculus his rebus,

℞. Abſynthij,
Menthæ ſiccæ,
Amaraci,
Roſarum rubearum,
Cinnamomi,
Caryophyllorum,
Macis,
Iunci odorati,
Ligni aloes,
Corticum citri mali,
Maſtiches,
Specierum arom. roſati ana drac. ij.
Miſce, & redacta in puluerem reponantur in ſacculum pro ventriculo.

A

DE CVRATIONE VOMITVS *Melancholici per Pharmaciam.*

IN curatione huius vomitus multi authores ex Auicennæ authoritate ſcribunt eum non eſſe compeſcendum ob maximum, quod ineſt periculum, ne ex humoris huius retentione contingat ventriculo aliquis prauus affectus, vt po
B te vel cancer, aut ſcirrhus, ſed volunt, vt deorſum ad inteſtina ſtatim protrudatur, alioquin contingeret fieri ex eo lethalem aliquam dyſenteriam.

Horum admonitio placet quidem, quia Auicennas id conſulit, ſed non ſolum ſeruandum hoc præceptum in hac vomitus ſpecie, verùm etiam in alijs à cæteris humoribus factis, quandoquidem vomitus non ſunt reſtringendi, niſi
C expulſa fuerit materia peccans; ſed magis in hoc id videtur eſſe ſeruandum propter malam humoris huiuſce qualitatem.

Eſt tamen animaduertendum, quod quando ſuperfluus eſt, omninò ſupprimendus venit, vt de alijs etiam vomitibus dictum fuit.

Humor autem melancholicus præparatur quibuſdam appropriatis præſidijs
D intus ſumptis, vt eſt
Syrupus de fumo terræ,
Syrupus de epithymo,
De mentha,
Cum aquis fumariæ,
Borraginis,
Meliſſæ,
Et ſimilibus: deinde deorſum vel attrabitur clyſteribus quibuſdam validioribus, vt exempli gratia.

E ℞. Sem. carthami,
Polypodij quercini ana vnc. j.
Tribuli vnc. ſſ.
Epithymi,
Hyſſopi ana drach. vj.
Flor. chamom. m. j.
Fiat decoctio ſecundum artem, &
℞. Huius decocti lib. j.

Olei

Olei ſeſamini, aut
De lilio vnc. iij.
Mel. deſpumati vnc. j.
Salis drach. j. & ß.
Fiat clyſter.

Vel medicamento extraducitur, vt ſunt
Pilulæ de lapide lazuli,
De lapide armenio,
Confect. hamech.

Diaſena ſolut. & huiuſmodi, quo per acto ventriculus corroboretur internis, atque externis medicamentis.

Interea quæ aſſumuntur ore, mihi ſummopere probatur confectio alkermes ad drach. j.

Vel poteſt præparari electuarium ad hunc modum.

℞. Meliſſophylli,
Zedoariæ,
Florum roſmarini ana drach. j. & ß.
Croci,
Caryophyllorum,
Nardi,
Cardamomi ana ſcrup. j.
Serici minutim inciſi drach. ß.
Moſchi in aqua borrag. diſſoluti g. v.
Sacchari quantum ſufficit, fiat electuarium: doſis à drach. j. ad vnc. ß.

Vel

℞. Coralliorum rub.
Oſſis de corde cerui,
Sapphyri,
Granatæ,
Hyacinthi,
Terræ ſigillatæ,
Raſuræ eboris,
Sem. oxalidis ana drach. j.
Foliorum lauri num. x.
Margarit. ſubt. puluer. drach. ij.
Fiat puluis ſubtiliſſimus ieiuno ventriculo cum modico vini exhibendus.

Item huiuſmodi conditum valet.

℞. Conſeruæ roſarum,
Conſol. maior. ana vnc. j.
Conſeruæ acetoſæ vnc. ß.
Trochiſc. de ſpodio cum
Seminibus acetoſæ,

A Trochiſcorum de karabe ana dr. j.
Coralliorum rubeorum drach. ß.
Roſarum,
Myrtillorum ana drach. ß.
Maſtiches,
Terræ ſigillatæ ana ſcrup. j.
Cum ſyrupo cotoniorum, & myrtillorum fiat conditum.

In hoc vomitu non modò roboratur ventriculus per externa medicamenta,
B de quibus ſupra, vbi tractauimus de vomitu de pituitoſo, verùm etiam opus eſt animaduertere Auicennæ præceptum eſſe, vt apponatur aliquod remedium lieni, qui corroborari & ipſe poſſit: hoc que emplaſtro vtitur,

℞. Florum meliloti,
Granorum myrti ana vnc. ß.
Vſneæ drach. ij.
Lalani diſſoluti in vino pontico
C drach. ij.
Fiat emplaſtrum ſecundùm artem.

DE CVRATIONE VOMITVS Sanguinei per Victus rationem, Pharmaciam, & Chirurgiam.

HViuſmodi vomitus curatur magis ſanguinis miſſione, quàm pharma-
D cia, & quemadmodũ ſanguis humor eſt cæteris alijs humoribus præſtantior, vitæque humanæ magis neceſſarius, ita ipſius curatio debet admodum tuta eſſe, & citò à medico fieri.

In cuius curatione peragenda, aliqua in victus ratione particularia ſunt obſeruanda; relinquo enim ea, in quibus cum curatione aliorum vomituum conuenit, nempe quod vbi criticus eſt, non com-
E peſcatur, niſi fuerit immoderatus, & poſt quam ceſſauerit, vtendum ſit corroborantibus.

Sed vbi curatio à principio ſuſcipitur, animaduertere eſt opus, an ſanguis grumefactus ſit, an verò fluidus, & rubicundus? Si primo modo ſtatim ad ea, quę grumos diſſoluere poſsũt, eſt recurrendum

rendum, quemadmodum eſt poſca, aqua rubeæ tinctorum, coagulum leporis, quod non modo grumos diſſoluit, ſed etiam ſanguinem ſiſtit; mumia etiam deuorata idem præſtat.

In reliquis verò pharmaciæ inſtrumento curatur, quemadmodum ſi eſſet fluidus, oportet vti medicamentis intus ſumptis, & extra admotis, quæ adſtringendi aliquam facultatem habeant; quales ſunt

Syrupus myrtinus,
Miua cotoniorum,
Syrupus roſatus de roſis ſiccis,
Syrupus de berberis,
Cum aquis ex lactuca, ſoncho, portulaca, & huiuſmodi.

Vel

℞. Trochiſc. de ſpodio, vel
De terra ſigillata, aut
De karabe ana ſcrup. j.
Specierum diamarg. frigidi dr. j. & ſſ.
Miuæ cotoniorum vnc. j.
Aquæ plantaginis vnc. iiij.
Fiat hauſtus.

Propono etiam vobis huiuſmodi conditum,

℞. Pulpæ cotoniorum conditorum cum ſaccharo,
Conſeruæ ſymphiti, hoc eſt, conſolidæ ana vnc. j.
Conſeruæ acetoſæ vnc. ſſ.
Pulu. diacydonites ſine ſpeciebus,
Coralliorum ana ſcrup. j.
Trochiſc. de ſpodio, cum
Semine acetoſæ,
De karabe ana ſcrup. ſſ.
Syrupi myrtini, vel
Miuæ cotoniorum, aut
Succi cotoniorum, q. ſ.
Miſce, & fiat gluten.

Medicamenta verò exterius ventriculi regioni adminiſtranda ſunt refrigerantia, & adſtringentia, vt ſunt ſucci ex plantagine, ex nec non ex alijs rebus à nobis iam dictis in vomitu billioſo, inter quæ hoc mihi magnopere probatur medicamentum.

A ℞. Thuris,
Maſtiches,
Nucis cupreſſi,
Summachiorum,
Berberis,
Cort. mali punici ana drach. ij.
Sang. draconis drach. ſſ.
Boli armeniæ or.
Terræ ſigillatæ,
Myrtillorum ana drach. ij.
B Olei cydoneorum vnc. ij.
Succi plantaginis,
Polygoni ana vnc. iij.
Ceræ quantum ſufficit, fiat vnguentum.

Vel ſic

℞. Olei roſ. omph.
Myrtini ana vnc. ij.
Succi plantaginis vnc. j.
Acaciæ,
Hypociſtidos,
C Ladani ana drach. j.
Vtriuſque corallij,
Sem. portulacæ,
Berberis,
Vuæ acinorum ana drach. j.
Ceræ parum, fiat vnguentum.

Vel fiat ex prædictis rebus puluis, qui inſpergatur ſupra regionem ventriculi, vbi is inunctus fuerit; & hæc de curatione, quæ competit vomitui, tam per
D pharmaciam, quàm per victus rationem.

Modò veniendum eſt ad chirurgiam, de qua ſæpiùs dictum eſt, mittendum eſſe ſanguinem, quoties adeſt indicans ſanguinis mittendi, quod eſt vitium, vel in quantitate, aut qualitate ipſius; vbi igitur adeſt copia ſanguinis in corpore, mittendus eſt ſanguis euacuandi cauſa, at vbi immoderatè fluit mittitur re-
E uellendi, & deriuandi gratia.

Sed quemadmodum omnes conueniunt in hoc quod mittēdus ſit ſanguis, ita ex aduerſo de loco, vnde mittendus ſit, clarum eſſe non videtur, quia Auicennas ſcribit primùm detrahendum eſſe ex venis pedum; cap. verò 12. dicit ſanguinem eſſe mittendum ex brachijs, deinde

deinde tranſactis quatuor, aut quinque A diebus præcipit eſſe deueniendum ad venas, quę ſunt ſub lingua.

Sed huiuſmodi difficultates nullæ ſunt, quia vbi mittit ſanguinem ex brachijs, id inſtituit euacuandi gratia; quando inquit eſſe mittendum à pedibus, reuellendi, & quando ſub lingua deriuandi gratia intelligit; quare modò ab vna, modò ab altera parte pro varia intentione inſtituit Auicennas ſanguinis miſſionem; & hæc de cognitione, & curatione vomitus.

Modò properandum eſt, & breuibus quidem, ad aliam ventriculi affectionẽ, quę cholera vocatur.

DE CHOLERA.

CAPVT DECIMVMTERTIVM.

INter affectiones præter naturam ventriculi, ſpectantes ad ipſius expultricem diximus reponendam eſſe illam tritam, & diuulgatam, quam Greci choleram, Arabes verò cholericam paſſionem vocarunt, de qua quidem in præſenti agendum proponimus, exorſi ab illius nomine.

Verùm non eſt opus, vt multum temporis conteramus in inquiſitione etymologię huius affectus; an videlicet dicta ſit à cholera, vt Cornelius Celſus lib. 4. cap. 11. innuit, quia ortum ducat à materia cholerica, quod idem, & Galenus videtur voluiſſe 2. meth. med. cap. 2. licet non ex ſui ipſius, ſed ex aliorum ſententia; an verò ab inteſtinis, quę cholades à Gręcis vocantur, vt voluit Alexander Trallianus lib. 7. cap. 14 nam nolumus hac de re altiorem inſtituere quęſtionem, putantes longè vtilius fore, vt eius definitionem inquiramus.

Sed primum ſcire oportet, quod affectio hęc in duplici eſt differentia; vna quæ legitima appellatur, altera ſpuria, legitima eſt, quę & Celſo, & Galeno autoribus nomen deduxit ab humore cholera appellato, eſt enim excretio bilis per ſupernum os ventriculi, & inferum: ſpuria verò eſt excretio cuiuſcumque materię acris, ſiue bilis ſit, ſiue cibus in nidorem conuerſus, & in putridinem tendens, ex Gal. 4. acut. 103. 3. de cauſ. cap. 2. 3. de naturalibus facult. C cap. 13.

Rurſus alia eſt cholera humida, alia ſicca, illa fit ex humoribus, hæc ex flatu.

His prænotatis idem Trallianus eandem definiens choleram dicebat eſſe immoderatam virtutis ventriculi perturbationem, ſuperius per vomitum, inferius per aluum, propter ſtomachi ſubuerſionem, offenſionemque proue- D nientem.

Paulus verò Aegineta dicebat eſſe immoderatam ventris perturbationem infra, & ſupra per vomitum ex continuata ciborum cruditate factam, quam deſcriptionem communiter ſcriptores amplexi ſunt, cum tamen Galenus aliam tradidiſſe videatur lib. 3. de cauſſis ſymptomatum cap. 2. & 3. de natural. facultatib. cap. 13. dicens, cholerã eſſe eua- E cuationem excrementorum quouis modo ventriculum contriſtantium factam, per vtramque eius partem ſuperiorem, & inferiorem.

Hic Alexander Maſſarias in ſua praxi lib. 3. cap. 1. nititur demonſtrare duas priores definitiones, quamuis recipiantur ab omnibus, non eſſe admittendas.

Primùm, quòd non aſſumant proximum

mum genus, quod eſt euacuatio; deinde aduerſus Paulum, quod non ſemper fiat ex recenti cruditate; dicebat enim eſſe euacuationem, quam ſequitur perturbatio.

Sum tamen huius ſententiæ, vt exiſtimem vnam, & eandem eſſe deſcriptionem huius, de qua quæritur, affectionis, quia antequam ægrotantes euomant, B percipiunt perturbationem ventriculi, ſimiliter & dum euomunt, vtcumque eueniat, perturbatur ſemper ventriculus.

Ideo rectè dicunt eſſe perturbationem, in qua ſuperius, & inferius per vomitum, & ſeceſſum è corpore aliquid exit, quod idem eſt, ac ſi dicas eſſe euacuationem per os; & per ſeceſſum; nec Paulus ſcribit hanc fieri à recenti cruditate, ſed à continua.

Quare non multũ diſtant huiuſmodi definitiones, verùm Alexander vnam cauſam affert, Paulus verò aliam. At Galen. definitio cauſam efficientem non ponit, cùm nihil aliud dicat, niſi quod cholera ſit euacuatio per ſeceſſum, & vomitum.

Siue igitur dicere volueris eſſe perturbationem, in qua à ventriculo exit aliquid per ſuperiora, aut inferiora, ſiue euacuationem per os ipſius ſuperius, aut inferius, idem prorſus dices, & eandem rem ſignificabis.

Cum verò fiat à materia ſubuertente, & offendente ſtomachum, quæ eſſe poteſt, aut cruditas, vel aliquid aliud; dici etiam poteſt ea prouenire à ſtomachi ſubuerſione, aut offenſione, quia vbi ſubuertitur ſtomachus, ſtatim offenditur.

Concludamus igitur poſſe nos dicere choleram eſſe perturbationem ventris immoderatam ſuperius, & inferius per aluum propter ſtomachi ſubuerſionem, offenſionemque prouenientem, & à ciborum cruditate factam, vt Paulus ait lib. 3. cap. 39.

At vniuerſalior eſt Alexandri definiA tio, quòd omnes cauſas amplectitur, quę ſtomachum ſubuertere poſſunt; quidquid igitur Maſſarias dicat, aſſero definitionem Alexandri, Pauli, & Aetij vnam & eandem eſſe cum Galeni definitione, & ſatis naturam præſentis affectionis declarare.

DE CAVSIS CHOLERAE.

MOdò ad cauſas declarandas accedimus, quæ ad duo capita reuocantur, ſcilicet ad internas, & externas cauſas.

Internæ cauſæ ſunt intemperies ventriculi nimium calida, quæ ſua caliditate cibos iniectos corrumpat, aut prauos humores à circumuicinis partibus recipiat, & attrahat. Galenus lib. 4. acutorum C 103. dicebat choleram humidam ex humoribus acribus, ab alimentorum corruptione enatis prouenire, ſiccam verò ab acri flatu.

Externæ verò cauſæ plures ſunt, inter quas aer nimium calidus, & æſtuoſus enumeratur; hinc eſt, quod Hippocrates 7. epid. dicebat, in æſtate potiſſimùm choleram fieri.

Cuius rei cauſam Auicennas reddeD re conatur, dicens id eſſe, quia prætet vſum frequenrem fructuum multæ fiunt corruptiones ciborum ex quibus praui fiunt humores acres, & mordaces, & præſertim biliofus, quaadmodum euenit ex comeſtione braſſicæ, alliorum, cæparum porrorum, betæ, ex quorum proprietate gignitur in ventriculo cholera.

Vnde aliqui dicunt inter regium morE bum, & choleram non eſſe aliam differentiam, niſi quod in ictero materia per vniuerſum corpus ſpargatur, in cholera ad ventriculum tantum, cui humor à iecore, & à folliculo etiam emittatur.

Alexander inter exteriores cauſas addit medicamenta actu frigida applicata, aut aquæ frigidæ vſum ſiue in potu, ſiue in balneis.

Deinde

Deinde quæcunque ore aſſumuntur, ſiue alimenta fuerint, ſiue medicamenta.

Legere poteſtis Petrum Foreſtum lib. 24. obſer. 44. vbi loquitur de muliere quadam, quæ ex medicamento in choleram incidit.

Alimenta quidem, quæ, vt inquit Auicennas, non rectè conuertuntur in ſuccos conuenientes ipſi corpori, ſed in vitioſos humores. Inter hæc alimenta Trallianus pinguia, oleaginoſa, & dulcia, & ſignanter pepones numerat, tunc ſcilicet cum à calore ventriculi non euincuntur.

Cæterùm non modò alimenta qualitate inepta, vt rectè conuertantur, verùm ſua nimia quantitate, vt diximus cap. de cruditate; nam nimis multa conuerti nequeunt, vt ijs, qui ſunt gulæ dediti, contingit.

Tempus quoque, quo hæc ingeruntur intempeſtiuum, eſt cauſa.

Deinde ordo aſſumendorum aliquid ad ciborum corruptelam facit, quemadmodum, & ipſorum varietas, vt ſuo loco diximus, poteſt eſſe cauſa, vt alimenta in ventriculo corrumpantur; Galenus lib. 2. de al. facult. de peponibus loquens dicebat eos generare choleram.

Medicamenta etiam in nimia quantitate accepta, vt contigit illi medico, cuius mentionem facit Maſſarias, qui aſſumpſit vnc. j. agarici.

Nec non & mala qualitate prædita poſſunt generare præſentem affectionem, vt eſt ſuccus tithymali.

Addere etiam poſſumus nimiam vini generoſi potationem, & ſæpius repetitam: hæc de cauſis, videamus ſigna.

DE SIGNIS CHOLERAE.

Signa etiam ad duo capita reuocantur; nam vel imminentem prænunciant choleram, vel eam eſſe præſentem demonſtrant.

A Prænunciare quoque poſſumus ex præteritis, vel præſentibus. Præterita ſunt, quæ ante actam vitam rememorant, ex qua poſſimus inferre periculum futuræ huius affectionis.

Præſentia verò, Celio Aureliano interprete, ſunt membrorum laſſitudo, quædam grauitas totius corporis, & præcipuè thoracis, inteſtinorum ſonitus cum aliquo dolore, crepitus ventris graue olentes, eructationes frequentes, nauſeæ, ſaliuæ fluor, anxietas, vigiliæ, & huiuſmodi, à quibus poterimus cum alijs ſignis à rebus præteritis acceptis prænunciare choleram.

B

Præſentem verò adeſſe choleram demonſtrant, in primis vomitus bilioſus, ſeceſſus bilioſi ſimul, & ſemel; ſæpiſſimè morſus, & dolor ſtomachi; ac ciborum abominatio.

C Eſt tamen, vt noretis ex Celio Aureliano, ægrotantes primùm euomere corruptos cibos, deinde humores bilioſos, tertiò aquoſos, & interdum loturæ carnis ſimiles. Auicennas cap. 1. tract. 1. tex. 16. lib. 3. addit huiuſmodi carnis loturam habere odorem pinguedinis.

Nonnulla alia ſigna nobis præſcribit Hippocrates 3. epid. nempe pulſum denſum, celerem reſpirationem, vrinæ

D ſuppreſſionem, partium extremarum refrigerationem, & conuulſionem.

Sed fortaſſe veſtrum quiſpiam dicet videri difficillimum, quomodo contingat refrigerari in hoc caſu extremas partes, & conuelli, cum nulla adſit febrilis acceſſio. Id tamen mirum videri non debet; duplici enim de cauſa contingit.

Primùm, quia ventriculus eſt neruo

E ſus, qui vbi grauiter afficitur, vt in cholera, ſecum in conſortium trahit neruoſas partes, quę cum diſſeminatæ ſint per muſculos, mirum non eſt, ſi & ipſi conuellantur.

Refrigeratur autem, quia ſpiritus naturales, & animales diſſipantur; calor autem naturalis, vt ipſis ſuccurrat, in-

ſtro retrahitur, & partes extremas deſtituit, hinc refrigerantur. Hic addenda ſunt cauſarum ſigna.

Sed huiuſmodi ſigna demonſtrant tantummodo vnam choleræ differentiam, nempe humidam; nam altera illius differentia eſt, de qua Hippocrates, & Galenus tractarunt lib. 4. acutorum tex. 103. à recentioribus vix ſummis labijs delibata, & à multis ne cognita quidem.

B Hæc tamen euenire conſueuit cum ventriculi perturbatione, & agitatione, ſæpè prauis ſymptomatibus concomitata, differt tamen ab humida ratione generationis, cùm illa fiat ab acribus humoribus, à prauis edulijs ortum ducentibus; arida verò ex ſpiritu dumtaxat acri, & flatuoſo, quapropter in humida multa deorſum, atque ſurſum per os reijciuntur; in ſicca verò nihil per hæc loca protruditur, quinimo aluus ferè penitus adſtringitur cum aliqua ventris inflatione, murmuratione, & dolore lumborum.

C Sed fortaſſe quiſpiam veſtrum inquiret, vnde flatus prædictus ortum ſuum ducat? Dico id euenire ratione alimentorum quorumdam, quæ ad huiuſmodi flatum generandum ſunt idonea, quale dicunt Hippocrates, & Galenus 4. acut. tex. com. 96. eſſe laſerpitium, aut ipſius ſuccum, immoderatum quoque vſum caulium, vel caſei antiqui, vel carnis bubulæ, aut talium alimentorum, quæ tardum habent deſcenſum, & ſunt difficilis coctionis.

D Deprehenditur quoque & ſicca hęc cholera ſuis indicijs; nam conqueritur æger de nimia ventris tenſione, lumborum dolore, de rugitu: nihil per vomitum, parum per feceſſum exit, cuius contrarium in humida percipitur, vt dictum eſt ſupra.

E Cæterùm ex Auicennæ ſententia in omni cholera adeſt ſitis, & quoties multam aquam bibunt ægrotantes, incaleſcit in ventriculo, & poſtea ab ipſis euomitur; hæc de ſignis.

A

DE FVTVRO EVENTV Cholera.

PRopero ad prognoſtica, primò arida illa cholera facilioris eſt curationis, quod non habeat tam praua ſymptomata, vt humida, ac etiam quod cauſa ipſius à natura, & ab arte protrudi poſſit.

In humidæ verò exitu dignoſcendo opus eſt ipſius vehementiam, & magnitudinem explorare; nam ſi ſymptomata, à quibus vehementia cognoſcitur, praua adeo ſunt, vt virtutem proſternant, ſintque multa, ac va ida, procul omni dubio nihil boni ſperandum; via enim interitus eſt, ſi hæc ipſa ad ſyncopem hominem perducat; ſalutis verò via eſt, ſi per ſuperiora, & inferiora materia expurgetur abſque virium deperditione.

Dicebat Alexander hunc eſſe acutum morbum, verùm Auicēnas admonebat choleram factam ex ciborum corruptione minus periculoſam eſſe illa, quæ ſit poſt multam, & aſſiduam humorum corruptionem; adhæc dicebat magis periculoſam eam choleram eſſe, quæ à principio videtur lenis; ſed, vt vno concludam verbo, omnis cholera humida eſt acutus morbus, cui quam citiſſimè eſt occurrendum, & eò citius vbi apparent exeuntia eſſe admodum fœtida, cum tunc temporis magis impendeat periculum.

DE CVRATIONE CHOLERAE in communi.

SEd omiſſis prognoſticis curationem iam aggrediamur; & primò videamus, quæ ſint indicationes, dicturi deinde de inſtrumentis, & materijs accipiendis, quibus indicationibus medicus ſatisfacere debet.

Duo, ni fallor, indicātur nobis, quæ ab inuicem

inuicem ſe conſequuntur. Vnum eſt, quod euacuetur illa materia, quæ facit choleram: alterum, quod ventriculum corroboremus; ſi enim quiſpiam audeat vti corroborantibus, antequam humor peccans expulſus fuerit, in multa inconuenientia ægrotantem deducet, vt 2. ad Glauc. cap. 14. ſcribit Galenus. Pluribus alijs in locis docuit, quàm res hæc peſſima ſit. Primus igitur ſcopus eſt, vt materia à ventriculo euacuetur. Secundus eſt, vt idem corroboretur.

Primæ indicationi per medicamenta ſatisfacere poſſumus, quorum quædam ſunt, quæ per vomitum, quædam verò per ſeceſſum eam educunt. Primò ſi materia eſt in ventriculo, expellenda eſt per vomitum, ſiue ſit alimentum corruptum, ſiue ſint humores.

Sed antequam vlterius progrediamur opus eſt, vt animum aduertamus ad ea, quæ ab authoribus ſcribuntur de huius affectionis curatione; vt plurimum enim videtur ſolis vomitorijs, & ventriculum corroborantibus curari poſſe abſque aliorum medicamentorum ope. Idque apud Amatum Luſitanum centuria 2. curatione 31. & Petrum Foreſtũ lib. 18. in obſeruationibus pluribus legere poteſtis. Verùm in primis conſiderandi ſunt illius tres gradus diſtincti ab inuicem, ex quibus comperimus vt plurimum curati vomitorijs quidem, ac etiam quandoque, neque rarò alijs medicamentis.

Primus igitur gradus choleræ eſt, cum corrupti cibi in ventre moleſtiam inferunt, & notæ adſunt corruptionis, ſed adhuc natura ad expellendum non impellitur; tunc enim leuiter irritare vim ventris oportet, prius quam affectio ſponte ſua eueniat; nec ex irritatione hac aliquod inconueniens timendum venit.

In hoc primo ſtatu conſiderandum eſt, an ægrotantes nauſeam patiantur, an morſum, vel rugitum, aut angorem ventris percipiant, an verò alimenta ma-

A læ, & venenoſæ qualitatis aſſumpſerint, vel purgantes cibos deuorauerint.

Deinde ſi æſtas ſit, an æſtuationem ſentiant, & an verò corruptionem flatus ſequantur. Si primo, & ſecundo modo fiat, tunc ad vomitum excitandum, vel aqua mulſa, aut aqua hordei tepida veniendum eſt, idque donec venter bis euacuetur; nam poſtea fouendus eſt ventriculus oleo abſynthij, ac maſtichino

B calido, vt ex vomitu relaxatus corroboretur. At ſi vomitum ægri recuſent vnguentum applicandum erit, ex prædictis oleis addita

Cera,

Corallijs,

Maſtiche,

Aloe, & ſimilibus.

At ſi æſtas fuerit, melius eſt oleum cotoniorum, quod melinum vocant, mox

C vbi quieuerint, cibũ dabimus, aſſum magis ſed mollem; at ex ijs, quæ familiaria illis ſunt, eligenda veniunt; ſæpe verò confert ventrem irritare, quibus cauſa facilè mitigatur.

At ſi flatus adſint diſcutientibus flatum tam interius, quàm exterius admotis vtendum eſt. Galenus commendat medium cochleare ſeminis cumini in aqua decocti. Ita in primo gradu ex præ

D dicantium decreto agendum venit.

Secundus gradus verſatur circa conſiderationem corruptionis humorum, aut alimentorum, an per totum corpus fuerit, an verò ventrem ſolum, & venas quæ inter ipſum, & iecur ſunt tantũmodo, apprehenderit; nam ſi ventrem tantum, & meſeraicas obſideat, ſufficient ea, quæ facultatem habent abſoluendi, quæ infixa ſunt, & inhærentia proritant excrementa, poſſuntque eadem mi

E tigare, quales ſunt aquæ tepidæ potus, aut aquæ hordei cum ſaccharo.

Tertius gradus eſt, quando in toto corruptela viget, itaque quamuis à ventre incipiat, proſequatur expultricis impetus, in quo caſu conſiderandum eſt excretiones has eſſe ſymptomaticas, nõ

natura-

naturales; nam quemadmodum, quæ ſecundum naturam excernuntur, ea ratione exire permittendum eſt, vt modum non excedant, ita quoque hic conſiderare oportet, quod præter naturam ſunt, & prauæ excretiones, ac vt exeant, permittendum, ſed quia modum excedunt, ſiſtendæ veniunt.

Huiuſmodi autem ſiſtendi ratio duobus ſcopis perficitur, nimirum materiā auertendo, & partem demandantem corroborando; ſed cum materia ſurſum per vomitum, ac deorſum per ſeceſſum, vt dictū eſt, exeat, opus eſt animaduertere, quid nam horum magis vrgeat, eique primò ſatisfacere.

Nam ſi vomitus magis infeſtat, deorſum auertere oportet. Si verò magis vrgeat fluxus ventris, ſurſum oportet attrahere cognita materiæ peccantis natura. Idque fiat tam clyſteribus, & ſuppoſitorijs, quàm medicamentis per os aſſumptis, quæ ſunt materiæ deſumptæ à pharmacia.

Verùm raro contingit pharmaciam adminiſtrandam eſſe in cholera, quæ ab alimentorū corruptione generatur, ſed ſemper in ea, quæ fit ab humoribus vitioſis ad totum corpus ſpectantibus, qui vt plurimum ad bilioſum genus referuntur: & hic eſt tertius choleræ ſtatus.

Quando igitur adeſt copia humoris praui in corpore, cuius ratione vomitus maior ſit, quam alui fluxus, omni genere reuulſionum agendum eſt, tam per materias ad pharmaciam, quàm ad dietam, aut chirurgiam attinentes.

DE CVRATIONE CHOLERAE per Victus rationem.

SEd videamus, quid in victus ratione dicendum veniat, dicturi de medicamentis corroborantibus, tam interius aſſumendis, quàm exterius applicandis.

Aer in primis temperandus in actiuis qualitatibus, in paſſiuis verò magis vergat ad ſiccum, nec debet eſſe admodum luminoſus.

A Eſto cibus boni ſucci, & facilis coctionis; oua tremula recentia probantur, quæ per totam noctem in aqua frigida perforato cortice permanſerint, cum modico ſucci agreſtæ deglutita.

Succum ptiſanæ commendant valde cum iuſculis gallinarum, quæ non dum oua pepererunt.

B Panis ex optima farina ſit factus, benè coctus, & ſi materia fuerit calida, intus apponi poſſunt ſemina papaueris albi, eiuſq. offulas in aquam frigidam immergere, ſimulque cum vino granatorum, & modico ſacchari, atque ægrotanti pro cibo offerre expedit.

A principio carnibus eſt abſtinendum, vbi verò morbus declinet, eæ concedendæ ſunt gallinarum, caponū, C perdicum, & attagenum, turdorumque, & ſi adeſt tempus, ficedulæ probantur, quæ modò elixæ, modò aſſatæ offerantur, pro dominio materiæ peccantis, quæ vt plurimum cholerica eſſe conſueuit.

Fit tamen corruptio omnium alimentorum, ita vt aliquando & materia aliquam frigiditatē prę ſe ferre videatur, in quo caſu carnes aſſandæ ſunt, & con- D diendæ cum rebus quibuſdam aromaticis, vt inter herbas ſunt

- Mentha,
- Saluia,
- Roſmarinus,

Inter aromata, ſunt

- Caryophylli,
- Nux muſcata,
- Zingiber,
- Cinnamomum, & talia.

E Conferunt ſapores facti ex

- Succo limoniorum,
- Granatorum,
- Agreſtæ.

Probantur inter olera in materia calida, lactuca cruda, refrigerata cum modico aceti. Scariola quoque, atque endiuia reponitur in hoc ordine.

Inter

Inter fructus illi, qui ſunt aliquo modo acetoſi, vt

Cotonia,
Poma,
Pyra,
Meſpila,
Sorba,
Caſtaneæ, &
Vuæ penſiles.

Inter bellaria à ſcriptoribus probantur & vt alimenta, & vt medicamenta, poma quoque granata.

Omnia verò dulcia, & pinguia euitanda veniunt, vt capite de vomitu dictum eſt.

Pro potu aqua hordei ab Auicenna proponitur, aqua etiam frigida ab Alexandro lib. 7. cap. 15. probatur. Vinum quoque auſterum ipſemet laudat, ſi virtus langueat, aut materia non ſit admodum calida. Vinum etiam granatorum multa aqua lymphatum in hoc caſu proponitur.

Somnus præterea ab Hippocrate, Galeno, & Auicenna, & omnibus prouocatur quàm maximè; hinc eſt, quod Auicennas cap. præcitato admonebat vtendum eſſe omni induſtria, vt ſomnus accedat, hoc eſt, cantilenis ſomniferis, ſonis, nec non & lecto penſili ea induſtria parato, vt moueri hinc inde poſſit, non ſecus atque nutrices, dum pueris ſomnum conciliare tentant, cunarum motu accerſunt.

Quieſcere eos oportet, atque in lecto decumbere, & loco motus frictiones adhibendæ ſunt, ligaturæ, cucurbitæ applicandæ, non tamen ſine diſcrimine; nam ſi vomitus vehementior ſit, & magis vrgeat, quàm fluxus, tunc frictiones faciendæ ſunt cruribus, fęmoribus ad pedes vſque, ligaturæ, & nodi dolorosi ad vtrum[illegible] m[illegible] um, & vt ait Alexander talos conſtr[illegible], & paulò poſt diſſolutos rurſus del[illegible] oportet.

Cucurbitæ quoque cruribus, fœmoribus, tibijs applicandæ veniunt, ex eiuſdem Alexandri conſilio.

A Docet etiam Auicennas opus eſſe in hoc caſu applicare cucurbitam magnam regioni vmbilici abſq; tamen ſectione, quæ ſi diutius adhibeatur vomitum compeſcit, & coctionem iuuat, Alexandro authore, & Auicenna: & ita applicata bonum erit, ſi æger dormire poterit.

B Fluxu verò magis vrgente frictiones ad brachia, ad humeros, ad ſcapulas ſunt faciendæ: deligandum eſt corpus, modò ſoluendum, ac denuò cum dolore deligandum: cucurbitæ iecoris, aut lienis regioni applicandæ magna flamma veniunt.

Animi immoderatæ affectiones, quantum fieri poteſt, euitandæ ſunt, hoc modo prohibebitur humoris peccantis generatio.

C Et quáuis nos dicamus ea, quæ ad vnumquodque ſpectant inſtrumentum, agenda vnum poſt aliud, in applicandis tamen remedijs opus eſt omnibus ſimul vti, atque quàm citiſſimè omnia adminiſtrare auxilia.

DE CVRATIONE CHOLERAE per Pharmaciam.

D Nunc proſequamur ea, quæ ad phamaciam ſpectant, & præcipuè in hoc caſu, vt dixi, vrgente neceſſitate deorſum protrudenda eſt materia, cogendaque, vt per ſeceſſum propellatur, idque agendum medicamentis ſoluentibus, quidem; vnde Auicennas lib. 3. fen. 16. tract. 2. cap. 13. dicebat, deinde euacues poſt aliquot dies cum ijs, quæ ſoluunt ipſum.

E Sed vt aliquod adſtrictionis veſtigium relinquāt in ventriculo, atque inteſtinis, præcipuè ſint ſub forma boli, vt diù remanentia in ventriculo corroborationis initium præbeant. At mihi medicamentum hoc probatur.

℞. Diacatholici cum duplicato rhab. drach. vj.

Rhab.

Rhab. immaturi drach. j.
Myrobal. citrinorum drach. j.
Spicæ gr. iiij.
Cum ſaccharo quantum ſufficit, fiat bolus.

Sub forma potionis ad hunc modum pararem medicamentum.

℞. Corticum myrob. citrinorum,
Sem. acetoſæ,
Portulacæ ana drach. j.
adurantur.
Hordei torrefacti p. j.
Florum cord. ana p. ſſ.
Fiat decoctio ſecundum artem in aqua plantaginis, coletur, &
℞. Huius colati vnc. ij. & ſſ.
Rhab, in talleolas diuiſi acerbi drac. j. & ſſ.
Spicæ gr. v.
Infunde per viginti quatuor horas, facta forti expreſſione diſſolue.
Syr. roſ. ſol. ex roſis rubeis vnc. vj.
Elect. roſ. Meſue drach. ij.
Fiat potus.

Sub forma pilulari.

℞. Pil. de tribus cum rhab.
De hiera,
De rhabarbaro,
Et huiuſmodi, euacuata materia, ſtudendum eſt corroborationi ventriculi, & inteſtinorum; hoc modo curanda eſt cholera, quando magis vrget vomitus.

At ſi è contra maior copia ſit ea, quæ per ſeceſſum exit, vomitus eſt procurandus, quouſque tota materia, quæ eſt in ventriculo, fuerit euacuata, vt inde etiam fiat aliqua à partibus infernis reuulſio, omnique diligentia alijs præſidijs eſt reuellenda, & tandem corroborationi ſtudendum tã internis, quàm externis præſidijs, tam à victus ratione, quam à pharmacia deſumptis.

Sed cum in hoc caſu materia biliosa, acriſq; ad inteſtina labatur, opus eſt clyſteribus quibuſdam vti acrimoniam materię attemperantibus, & inteſtina ab eroſione defendentibus, quales illi ſunt, qui ex iuſculis vituli, aut capi, aut

A pullorum fiunt.

Placet etiam olei decoctum cum saccharo, &
Oleo roſato,
Chamomęlino, &
Violaceo ad libram vnam. Conuenit etiam doſis ad lib. j. & ſſ.

Oleum etiam amygdalarum dulcium valet in hoc caſu, exemplum clyſteris cum iure facti.

B ℞. Iuris paruæ pullæ vnc. xv.
Olei roſati vnc. iij.
Sacchari rubei vnc. ij.

Vbi verò materia acris adeo eſt, vt morſum inferat, aut inferre poſſit, addere poſſumus ptiſanæ cremorem ad lib. j. cum iuſculo pulli gallinaculi, aut gallinæ diſſolutum, &
Olei chamomæli,
Roſati ana vnc. ij.
C Vitelli oui num. j.
Fiat clyſter.

Non eſt pretereundum hoc loco Aetij clyſterem factum ex decoctione capitum papaueris, & amylo eſſe medicamentum maximè conueniens, quod fieri hac ratione poterit.

℞. Decoctionis capitum papaueris albi lib. j.
Farinę amyli vnc. ij.
D Olei violati,
Roſati ana vnc. j.
Miſce, & inijciatur.

Vel

℞. Capitum papauerum num. iiij.
Fol. ſemperuiui,
Millefolij ana m. ſſ.
Bulliant in aqua S. A.
℞. Huius decocti lib. j.
Olei violati,
E Roſati ana vnc. j. & ſſ.
Farinæ amyli vnc. ij.
Sine ſale,
Ouorum cum albuminibus num. ij.

Sed iam deueniamus ad medicamenta corroborantia, quorum quædam ſunt intrus accipienda, quædam extra admouenda. Ex internis quædam per os aſſumun-

ſumuntur, alia per ſeceſſum immittuntur. Hic ferè omnia medicamenta applicari poſſunt, quæ capite de vomitu dicta fuerunt, ſed in hoc caſu mihi magis probantur, quæ ſequuntur.

℞. Conſeruæ roſarum antiquæ vnc. j.
Miuæ cotoniorum antiquæ vnc. ſſ.
Corticis, & medullæ citrij conditi drach. ij.
Myrobal. emblic. conditorum,
Citrinorum ana drach. j. & ſſ.
Specierum diarhodonis abb.
Aromatici roſ. ana ſcrup. ſſ.
Cum ſyrupo cotoniorum, quantum ſufficit, fiat conditum,

Vel

℞. Conſeruæ roſ. antiquæ,
Conſeruæ acetoſæ,
Rob de ribes ana vnc. ſſ.
Diacydon. ſine ſpec.
Sem. acetoſæ,
Citrij pul. ana ſcrup. j.
Manus chriſti perlatæ drach. ij.
Spec. trium ſantalorum ſcrup. ij.
Cum ſyrupo conſeruæ myrobal. embl. & cum ſyrupo myrtaceo fiat conditum molle.

Vel

℞. Syrupi cotoniorum,
Roſarum ana vnc. j. & ſſ.
Syrupi myrtillorum vnc. j.
Cinnamomi,
Nucis muſcatæ ana ſcrup. ſſ.
Miſce, & fiat conditum, cuius doſis ſint cochlearia duo ſine aquis

Conſerua balauſtiorum,
Syrupus quoque granatorum, &
Miua cotoniorum modò cum ſpeciebus, modò abſque ſpeciebus pro cauſæ varietate valent.

Vel

℞. Syr. de agreſta,
De mentha,
Succi granatorum ana vnc. j.
Miſce.

Accipiat huius ſyrupi vnc. j. cum modico aquæ cinnamomi.

Valent & conſeruæ roſarum antiquæ
A tæ cum modico terræ ſigillatæ, nempe pro quauis vncia conſeruæ, drachma ſemis terræ.

Hæc medicamenta, & quæ ſunt huius generis valent intus aſſumpta ad ventriculi, & inteſtinorum corroborationem.

Exterius verò quam plura admouentur, inter quæ eſt.

℞. Olei de abſynthio,
Maſtichini,
B Cotoniorum ana vnc. j.
Pulueris roſarum,
Specierum trium ſantalorum ana drach. j.
Cinnamomi gr. v.
Cum cera, quantum ſufficit, fiat vnguentum.

Emplaſtrum ad hunc modum parari poteſt.

C ℞. Cotoniorum pulpæ ſub cineribus coctæ vnc. ij.
Pul. roſarum,
Myrtillorum,
Summachiorum ana drach. ij.
Succi abſynthij vnc. j.
Miſce, & fiat emplaſtrum cum modico ceræ.

Emplaſtrum Amati Luſitani cent. 2. capite 32.

D ℞. Ladani vnc. ſſ.
Maſtiches,
Cinnamomi,
Caryophyllorum,
Ligni aloes,
Menthæ ſiccæ,
Nucis muſcatæ,
Abſynthij ana drach. j.
Galliæ drach. ſſ.
Cum reſina, & terebinthina, quantum ſufficit, fiat ceratum.

E Alexander Trallianus componit emplaſtrum ex ſucco ſemperuiui, &
Lactucæ,
Cum mica panis, & oleo roſato; illudque ventriculo, & præcordijs applicandum iubet. Verùm ſi tempus ferat, aliud proponit, quod non modò refrigerat, ventriculum corroborat, ac id quod in

in ſtomachum influit, repellit, ſed etiam ventrem inferiorem cohibet, totumque corpus ad bonam temperiem mutat, & appetitum excitat, & præter hęc alia præſtare poteſt.

Illud autem componit ad hunc modum, nempe rebus prædictis addit ſuccum capreolorum vitis, vuæ acerbæ, & polygoni. Huiuſmodi medicamentum in bilioſa materia, in corpore bilioſo, & tempore æſtiuo, atque in iuuene applicandum eſſe tantummodo exiſtimo.

Ceratum iſtud ventriculo applicatum maximè prodeſt, vt

℞. Pul. margaritarum,
Roſarum rub,
Myrtillorum ana drach. j.
Succi acaciæ,
Vuæ acerbæ ana vnc. j.
Ligni aloes,
Cinnamomi ana drach. ſſ.
Coralliorum rubeorum drach. j. & ſſ.

Excipiantur omnia maſtiche, & modico olei roſati omphacini, & fiat emplaſtrum ventriculo applicandum.

Vel

℞. Trochiſc. diarhod.
De corallijs,
Spec. trium ſantalorum ana drach. j.
Ligni aloes ſcrupi j.

Plura alia reperiuntur medicamēta, præcipuè apud Rondeletium tam in calida, quàm in frigida materia; & hæc ſunt præſidia, quæ per os, & exterius offeruntur.

Intus verò immittuntur per inferna, quæ attemperare poſſunt humoris acrimoniam, ac ſeruare inteſtina ab exulceratione; nec non eadem corroborare: ſunt autem clyſteres, quos antea adduximus, vel etiam ſequens.

℞. Decoctionis hordei cum cortice
Trium myrobal.
Foliorum plantaginis lib. j.
Olei roſati omphacini vnc. iij.
Sacchari rubei vnc. j. & ſſ.
Pinguedinis gallinæ vnc. j.

Cum vitulo oui fiat clyſter; & hæc de A curatione choleræ humidæ.

De curatione choleræ ſiccæ, quæ rarò contingit, Hippocrates 7. textibus, tractat 4. acutorum, nempe à 103. ad 110. vſque, at nihil eſt, quòd dicamus, cum communis ſit ipſius curatio cum curatione flatuum, cum re vera ſit flatus collectus inteſtinis, qui extra educi debet internis, & externis præſidijs fla-
B tum pellentibus, de quibus capite de colico dolore tractabimus.

DE CVRATIONE CHOLERICAE paſſionis ad mentem Raſis nono ad Almanſorem cap. 26.

LOco corollarij addere placet Magni Raſis curationem, qui primum exhibet multoties aquam calidam pro potu, & continuò: ſi non ceſſat vomitus,
C aut ventris fluxus, iterum exhibet aquæ calidæ potum; deinde ceſſante paſſione dicit ægrotum ad balneum aquæ dulcis per horæ vnius ſpacium, poſt balneum cibum in pauca quantitate offert, ac dormire facit.

Si vomitus, & fluxus ventris vehementiores fuerint, cum prauis etiam ſymptomatibus, concedit
Trochiſcos de olibano, ſeu
D Trochiſcos de thure, cum aqua miuæ, & rob granatorum, quos non ceſſante vomitu, adhuc repetit, & deinde ligaturis ſtringit humeros, atque fœmorum partes ſuperiores, infunditque aquam niue refrigeratam ſupra pedes, & crura, eoſq; immittit in aquā frigidam.

Ventrem epithemate facto ex
Santalis,
Roſis,
Camphora,
E Gallia,

Aqua roſata inſpergit, ſupraq; apponit linteum madidū aqua roſacea niue refrigerata, ipſumque ne incaleſcat, quam citò remouet.

Pro potu vinum vetus, rob granatorum temperatum, paulatim acceptum conce-

concedit, quod ſi euomatur, repetit: panemque infuſum in granatorum rob, aut ſuccum cum vino cõmendat, quod ſi vomitur, denuò repetendum iubet, quouſque vomitus ceſſauerit.

At ſi ſyncope ſequatur, muſcum cum vino dandum cenſet, vimq; ægrè inferre opus eſſe ſcribit, vt ipſum accipiat, deinde ſuccum carnis hœdinæ, & pullorum cum cotoniorum ſucco, & vino mixtum offert.

Aſſat deinceps pullos integros, & ante nares afferendos eſſe iubet, & thus ad maſticandum, & paulò poſt eijciendum præbet.

Bolum coraſcenum cum camphora conditum tribuendum admonet, denique omnem hanc curationem faciendam eſſe ſtatuit, quouſq; vomitus ceſſet, & ſtomachus cibum recipiat, poſt quam verò recipere poterit, nutriendus eſt æger, & parum vini veteris benè rodolentis in potu ſumat, & dormire incipiat.

Docet tandem modum conficiendi trochiſcos de olibano, qui à practicantibus dicuntur trochiſci de thure.

Præterea docet modum, quo rob de granatis ex arte confici poſſit, hoc eſt, recipe rob, aut ſuccum granatorum aceto ſorum, donec craſſum, quod in eo eſt, reſideat, quod per integram noctem, aut etiam plus euenit.

Deinde coquitur, & deſpumatur, donec iulapij ſimilitudinem acceperit, eique ab igne ſtatim depoſito intus inſundantur menthæ viridis ſtipites, in ipſoque maneant, quouſque infrigidetur, cumque infrigidatum fuerit, extrahatur. Ad huius ſimilitudinem ſyrupus de cotonijs fieri poteſt.

Medicamenta corroborantia intus aſſumenda præter dicta ſunt.

TROCHISCI.

Trochiſci de ramich.
Trochiſci diarhodon Nicolai,

A Trochiſci de karabe Meſ.
Trochiſci de ſpodio cum ſemine acetoſæ Meſuæ.
Trochiſci de corallijs.
Trochiſci ligni aloes.
Trochiſci de gallia alephangina, ſiue aromatica Meſuæ.

ELECTVARIA.

B Roſata nouella, in cauſa calida doſis à drach. ij. ad iij.
Diamargariton frigidum Nicolai.
Diatragacantha tam calida, quàm frigida.
Diarhodon Abbatis in cauſa calida.
Diatriumſantalor. in eadem cauſa.
Electuarium, ſiue conditum, ſiue ſyrupus de fructibus Meſuæ.
Michleta Nicolai, omni ſolutioni ventris eſt efficax. C

CONSERVAE.

Saccharum roſatum.
Saccharum violatum.
Saccharum nenupharis in cauſa biliosa.

CONDITA.

D Citria condita.
Myrobalani chebuli,
Myrobalani emblici,
Cydonia condita,
Dyacydonium ſimplex.
Dyacidonium ex ſucco cotoniorum Galeni.

SYRVPI.

E Syrupus de corticibus citri,
Syrupus acetoſus ſimplex.
Syrupus acetoſitatis limoniorum,
Syrupus de abſynthio,
Syrupus infuſionis roſarum Meſ.
Syrupus de mentha poſterior Meſ.
Syrupus de ſucco myrtillorum tam ſimplex,

plex, quàm compoſitus, A

Miua cotoniorum ſimplex, & compoſita.

Rob de ribes tam ſimplex, quàm compoſitum.

Rob de berberis ſimplex, & compoſitum.

Rob de ſummach.

Rob de agreſta.

MEDICAMENTA LOCALIA B
Ventriculum corroborantia.

OLEA.

Oleum maſtichinum,
Oleum cotoniorum,
Oleum myrthinum, ſiue myrtillorum,
Oleum de mentha, } in cauſa frigida
Oleum de abſynthio, } magis.
Oleum roſatum, }
Oleum roſ. omphacinum, } frigida.
Oleum de ſpica tā ſimplex, }
quàm compoſitum. }

VNGVENTA.

Vnguentum comitiſſæ ad ſiſtendos omnes fluxus.

Vnguentum ſantalinum,

EMPLASTRA.

Emplaſtrum de cruſta panis Mōtag.
Emplaſtrum diaphœnicon Alexandri, & Meſuæ.

CERATA.

Ceratum Meſuæ, quod Galeno adſcribitur, & ſtomachicum appellatur.

C Et hæc dixiſſe ſufficiant circa cognitionem, atque curationem morborum, & ſymptomatum ad gulam, ventriculumque pertinentium. Ordo nunc propoſitus requirit, vt iecinoris affectus diſcutiamus, de quibus (Deo dante) in ſequentibus.

DE MORBIS PARTICVLARIBVS IECINORIS:

DE HEPATIS DEBILITATE, SEV DYSENTERIA IECORARIA.

CAPVT DECIMVMQVARTVM.

QVamuis iecur habeat quatuor illas actiones, attractricem nempe, retentricem, concoctricem, atque expultricem, non ſecus atque ventriculus, quæ in dies læduntur; nihilominus ex ipſarum læſione non oriuntur particulares morbi proprijs nominibus circumſcripti, vt in ventriculo euenit.

Nam vna iecinoris affectio eſt, quæ ſicut malorum omnium, & ægritudinum eſt origo, ac fundamentum; ita ab omnibus eiuſdem hepatis facultatibus ſeu coniunctim, ſeu diuiſim læſis oriri poteſt, quæ affectio Galeno authore, proportione cœliacæ ventriculi reſpondere videtur.

Quemadmodum enim ventriculus, dum cibos appetit, eoſque ſibi admouet, ſi concoquere nequeat, iiſdem oppreſſus ſemicoctos ad inteſtina demittit, & ad vomitum excitatur; ita iecur Galeno docente 8. de compoſ. med. cap 6. & 3. de cauſis ſympt. cap. 2. aliquid patitur, quod vomitui proportione quodammodo reſpondet; nam alimentum per venas meſeraicas vbi attraxe-

A rit, & rurſus per eaſdē ſemicoctum ablegat, fit iecinoris debilitas, in qua licet omnes hepatis actiones læduntur, alteratio tamen potiſſimum læditur, quæ propriè hæmatoſis, ideſt, ſanguificatio appellatur.

Vnde idemmet Galenus 8. de compoſ. medic. loc. cap. 7. tanti fecit huiuſmodi affectionem, vt exiſtimauerit non modò eſſe principium multarum

B rum iecinoris ægritudinum, ſed illos, qui in eam incurrunt appellari debere iecinoroſos, ſeu propriè hepaticos.

Hanc debilitatem ſequi ſolent plures iecoris morbi, videlicet obſtructio, cachexia, inflammatio, ſcirrhus, atque hydropis tres ſpecies, de quibus ſigillatim agendum proponitur, exordientes ab ipſa debilitate tanquam ab omnium fundamento, de qua quidem.

C Duo in primis inquiremus; vnum eſt quæ ſint illa, quæ pro ipſius cognitione à vobis addiſcenda veniāt. Secundum, quæ requirantur pró ipſius curatione: ſed antequam vlterius progrediamur, dubitatiuncula quædam in medium proponenda eſt, atque diſſoluenda.

Inquiri enim poteſt, cur poſt tractatum de morbis ventriculi, non tractatur de mor-

de morbis inteſtinorum, qui plures quidem ſunt, & difficiles? videtur enim rationi magis conſentaneum de morbis agere illarum partium, quæ non modò ſunt continuæ ventriculo, ſed etiam ipſi famulantur, quaſi in eandem naturam conuenientes, quàm de aliarum partium morbis tractare, quæ remotiores ſunt tum natura, tum etiam ſitu.

A

Reſpondeo, nullum ſequitur incõueniens poſt morborum ventriculi tractatum addere affectuum inteſtinorum contemplationem: cum multi ſint authores, qui in illis tradendis hunc ſeruauerint ordinem. Imo quidem clarioris doctrinæ gratia poſt morbos ventriculi addendos illos iecinoris exiſtimauimus.

B

Ita enim requirere videtur ordo naturæ, vt primò concoquat alimenta in ventriculo, deinde ea per venas meſeraicas ad iecur tranſmittat, in quo celebratur ſecunda concoctio. Meritò igitur morbi partis illius, in qua celebratur ſecunda coctio, poſt morbos partis primæ concoctionis, conſiderandi veniunt, & ante quam illarum partium morbi conſiderentur, quæ excrementis primæ coctionis ſunt deditæ.

C

Succedit, quod multi ſunt inteſtinorum morbi, qui ſupponunt iecoris morborum præcognitionem, vtpotè multæ ſpecies fluxus, & potiſſimum dyſenteria, quæ ſunt inteſtinorum affectiones præter naturam, quapropter nos poſt morbos ventriculi ſpeculamur morbos hepatis.

D

Hunc ordinem Raſis 9. ad Almanſorem ſeruauit, quem plerique omnes authores ſunt ſectati arbitrantes eum optimum eſſe.

E

His poſitis veniamus ad debilitatem à nobis propoſitam, ad cuius cognitionem faciunt tum præſentia, tum futura. Præſentia ſunt eſſentia, cauſæ, differentię, & ſymptomata; futura ſunt euentus, tempus, & modus.

Eſſentiam declaraturis opus eſt nomen primùm conſiderare, quo ea ſignificatur; appellatur autem cõmuniter debilitas iecoris, & dyſenteria hepatica, ſeu fluxus hepaticus.

Debilitas quidem, quia iecur non fungitur probè ſuo ſanguificandi munere: dyſenteria verò hepatica ob ſanguinem à iecore in inteſtina labentem, ac deorſum per ſeceſſum non ſecus atque in vera dyſenteria exeuntem.

Quod ad eſſentiam attinet, eſt ſymptoma actionis ſanguificandi læſæ ſecundùm magis, & minus, pro vt vna, vel altera iecoris actio læditur, & pro varia parte læſa, Auicennas lib. 3. fen. 14. tract. 2. cap. 1.

Vel dicendum eſt debilitatem iecoris eſſe ſanguificandi diminutam actionem. Dicimus læſam eſſe ſanguificandi actionem, diminutè quidem, ſed ſecundùm magis, & minus; nam ſi parenchyma, quod eſt caro iecoris, vbi verè conſiſtit ſanguificandi facultas, læditur, maior eſt debilitas, minor verò vbi reliquę partes offenduntur; nam læſis venis, aut alijs partibus vitiatur ſanè ſanguificatio, ſed longè minus. Si denique omnes ipſius iecoris partes læderentur ſimul cum parenchymate, fieret quoque debilitas, lædereturque maximè ſanguificatio.

Propria quoque, & vera eſt iecoris debilitas quando læditur alteratio, ſeu iecoris sãguificatio, impropria verò eſt, quando vna ex reliquis actionibus læditur, ſiue ſit attractio, ſiue excrementorum expulſio, ſiue retentio; ſatis enim eſt, quod omnes actiones lædi in hac affectione poſſunt, ſed primò ipſa ſanguificatio.

DE PARTE AFFECTA in hepatis debilitate.

QVare quoad partem affectam ſpectat, eſt caro iecinoris primò, & quamuis omnes eius actiones lædi poſſint,

ſunt, maximè tamen vt ſcribit Galenus 3. de cauſis ſympt. 2. ſanguificatio vitiatur, quæ fit in iecoris parenchymate, vt determinauimus in Miſcellaneis Medicis Decade 9. ad Flaminium Rotam, & Marcum Antonium Politum demonſtrantes ſanguificationem fieri in parenchymate hepatis, quod proinde dicimus in dyſenteria hepatica eſſe partem affectam.

Et quamuis Gal. ſcribere videatur lib. 1. de facult. naturalibus cap. 4. ſanguificandi potentiam, ſeu facultatem eſſe in venis, id tamen intelligendum eſt primò in iecore, ſecundariò in venis, quatenus eę dependent ab hepate, & ab illo vim, & facultatem accipiunt, non ſecus atque inteſtina coquendi facultatem habent à ventriculo, & arteriæ motum à corde aſſumunt, vnde idem Gal. loco præcitato dicit venas habere facultatem quandam ſanguificandi, non ſimpliciter, quia talis eſt in iecore.

Cùm igitur ſtatutum ſit hoc hepatis vitium eſſe ſymptoma in actione læſa, vt ab aliquo morbo proficiſcatur neceſſe eſt, & cum eius pars, quæ læditur, ſit ſimilaris, neceſſe quoque eſt, vt morbus ſit intemperies, ad intemperiem itaque reducitur huiuſmodi morbus, quæ intemperies, vel calida, vel frigida aut ſicca, vel humida, aut ſimplex, vel compoſita, cum materia, aut ſine materia eſt, vt docet Galenus lib. 8. de compoſ. med. cap 7.

Verùm iecoris ſanguificatio non eodem modo ab omnibus intemperiebus læditur, vt docet idem Galenus; nam à calida intemperie aduruntur humores tam in iecore, quàm in venis meſeraicis contenti, & qui à ventriculo ad iecur feruntur, nec ſolùm aſſantur, ſed comburuntur, & colliquantur, & tandem ab eadem intemperie calida ipſiſſima iecoris ſubſtantia colliquatur.

Frigida verò intemperies humorem frigidum, & pituitoſum in iecore reſidētem craſſum, & difficilem ad motum redA dit, & eum, qui per meſeraicas ad iecur vadit, ſemicoctum relinquit, hinc difficilis ad motum redditur, quo minus à virtute iecoris attractrice trahi poſſit.

At ſicca intemperies ſicciorem, & denſiorem facit, quare non modò nocet attractrici iecoris, ſed & ipſius concoctioni.

Humida denique tenuiorem, & aquoB ſum reddit, ac retentrici officit, hoc eſt, quod Auicennas tract. 2. lib. 3. fen. 14. cap. 2. dicere voluit, quando ſcripſit, vt plurimum quidem debilitatur attractiua, & digeſtiua ex frigore, & debilitatur, retentiua ex humiditate, & expulſiua ex ſiccitate.

Huiuſmodi intemperies inducuntur aut per eſſentiam in iecore, aut per conſenſum ab aliquibus partibus, vt à venC triculo, liene, folliculo bilis, & in mulieribus ab vtero, vbi ſuis muneribus non rectè funguntur, quod idem contingit à toto corpore, vt in febribus.

DE CAVSIS DEBILITATIS *hepatis.*

HVIuſmodi intemperies ſuas habēt tam internas, quàm externas cauD ſes, quæ petuntur à rebus naturalibus, non naturalibus, & præter naturam.

Naturales cauſę ſunt diſpoſitiones, quę pendent à temperie naturali totius corporis, ab eiuſdem habitu, ab ætate, à ſexu, & à conſuetudine.

Non naturales ſunt ea, quę ore ſumuntur, ſiue alimenta, ſiue medicamenta ſint, & porus, ea quę aguntur tam corpore, quàm mente, quę euacuantur, aut E retinentur, & quę corpus extra alterant, ſiue neceſſariò, ſiue non neceſſariò occurrant, quæ omnes dicuntur cauſę externę.

Cauſę porrò pręternaturam ſunt humores varij, quę aliqua qualitate vitiantur.

DE SIGNIS DEBILITATIS hepatis.

SVnt modò ſigna, quę affectionem præſentem, variam intemperiem, facultates læſas, & cauſas efficientes demõſtrant; hæc verò petuntur à ſymptomatibus, & in primis à qualitatibus corporis, & faciei mutatis, ab exeuntibus tam per ſeceſſum, quàm per vrinam, & ab actionibus læſis.

Color faciei præcæteris conſiderandus eſt; nam Galenus lib. 3. de locis affectis cap. 7. & Auicennas ſcripſerunt, colorem mutatum declarare nobis hepatis læſionem, dummodo perſeueret, nec occaſionem habeat vllam à rebus exterioribus.

Deinde, quæ per ſeceſſum exeunt, attendenda ſunt, quæ ſi habuerint aliquam formam ſanguinis, & potiſſimùm loturæ carnis effigiem præſeferentis, dicendum eſt debilitatem adeſſe iecinoris.

Tandē ab actione ſanguificandi læſa deprehenditur iecur in coquendo debile eſſe, & in purgando ſanguinem à fœcibus, & ichore.

Cum autem variæ intemperies hanc ſanguificandi actionem lædant, opus eſt, quantum fieri poteſt, vnam ab altera diſtinguere, quod fit à recta coloris faciei, & excretorum contemplatione, nec non ſi victus ratione conſideremus animaduertentes, quæ ſecundùm naturam inſunt.

Signa intemperiei calidæ.

VBi intemperies calida fuerit, color citrinus primùm apparet, deinde viridis ad nigredinem tendens. Excreta erunt bilis craſſa, copioſa, graueolens, ſuo bilis colore ſaturata eo modo, quo fieri conſueuit in febribus peſtilentibus. Colliquantur humores, & etiam caro hepatis, inde eſt, quod odor exeuntis eſt prauus inſtar earum rerum, quæ ab A igne colliquari ſolent.

In ore amaritudo percipitur, cibi adeſt faſtidium, ingens ſitis, vomitus virulenti, & non raró æruginoſi, linguæ ſcabrities, febriſq; adeſt, celeritas in pulſu apparet, vrinæ flauæ admodum ſunt; ac ſæpè ſaturatæ bile ipſa.

Habitus corporis in dies emaciatur, & gracilior redditur, complexio ipſius calida exiſtit, ætas iuuenilis eſt B conſuetudine non nihil conſentiente; hæc omnia demonſtrant intemperiem calidam hepatis, ſi addiderimus victus rationem ſeruatam, quæ eam inducere potuerit.

Tandem ſi conſideremus, quę iuuant & nocent, & iuuantur ægrotantes à frigidis, eſt calida, ſi à frigidis nocumentum accipiant, frigida eſt intemperies.

C Signa intemperiei frigidæ.

FRigida intemperies à colore ad album mutato apparet, aluus copioſè ſatis profluit cum fœtore ingenti, qualis percipitur in ſanguine putrefacto, non autem odor eſt ſimilis illi, qui videtur in carne colliquata.

Galenus admonet exire quandoque ſanguinem limoſum, & craſſum, qui pro D pè ad atram bilem accedit. Plures quandoque colores apparent in huiuſmodi egeſtione ægrè iudicabiles.

Adeſt etiam febris lenta, pulſus parui, & tardi, facies œdematoſa, lingua alba ſine ſiti.

Sed cùm vtrique intemperiei poſſit adiungi vel ſicca, vel etiam humida intemperies, ſi ſicca fuerit; quæ exeunt, E ſicciora apparebunt, ſi humida magis quoque humida erunt, atque dilutiora; hæc ſunt ſigna, quæ diſtinguunt inter ſe intemperies, à quibus proficiſcitur debilitas iecoris, ſimulque, & quæ ipſam debilitatem demonſtrant.

Harum intemperierum cauſæ petuntur ab ante acta victus ratione per omnes ſex res non naturales; nam ſi quis

habitus

habitus bilioſi, gracilis, temperieique A calidæ, in ætate florente vſus fuerit cibis calidis, vinoque generoſo, diù, multumque corpus exercuerit, ac intempeſtiuè multas animi affectiones paſſus ſit, aut immoderatè vigilauerit, vel aliqua retineantur in corpore præternaturam excrementa, aut immoderatè fluxerint, facilè in prædictam iecoris intemperiem incidere poterit.

Et quod de intemperie calida di- B ctum, id intelligendum vobis eſt de intemperie frigida, ad cuius rei habendam cognitionem opus eſt circa ante actam vitam diſcurrere, conſiderareque an in aere frigido diù, & multum vixerit, an vſus ſit cibis frigidos ſuccos generare aptis, aut multam aquæ copiam potauerit ſemel, aut pluribus vicibus repetitis, in otiumque diù permanſerit, ſomno profundiori ſit vſus, in- C curreritque in vehementiſſimas animi affectiones, à quibus calor naturalis iecinoris, & aliarum partium extingui potuerit, & an exeuntia pituitoſi ſucci abundantiam demonſtrent? Hoc enim modo poteritis diſtinguere inter ſeſe intemperiem calidam, & frigidam.

Vt verò dignoſcatis humidam, aut ſiccam vni ex illis, vel alteri eſſe adiunctam excreta exeuntia vobis declara- D bunt.

Signa attractricis læſæ in hepatis debilitate.

COgnitio facultatis attractiuæ læſæ habetur ab exeunte per ſeceſſum; nam cum iecur non attrahit, aut languidè ſaltem, materia chyloſa ſanguini admixta deorſum deſcendit, quæ E poteſt eſſe vel perfectè cocta, aut etiam cruda pro ventriculi varia affectione; nam ſi ventriculus benè habeat chylus eſt coctus, ſin malè, eſt crudus, & aquoſus, ſed tunc temporis iecur nihil attrahit, neque etiam aliquid ab eo exit, ſed huiuſmodi materia demonſtrat ventriculi affectionem, quam cœliecam vocant, omninò debilitatis iecoris ſimilem.

Sed fortè quiſpiam cum Auerroe 3. colliget cap. 4. dicet huiuſmodi ſignum non eſſe ſufficiens ad demonſtrandam iecoris affectionem; nam poteſt eſſe, quod iecur validum ſit, eiuſque facultas attractrix ſuo fungatur officio, at tamen adeo exiguum ſit, vt non poſſit tantam chyli copiam colligere, quanta à ventriculi actione ſuggeritur, hinc deorſum neceſſariò chyloſa materia protruditur.

Sed cùm ſermo ſit de iecoris attractione læſa, quæ non læditur niſi ab aliquo morbo, ſcire oportet, quod morbus non eſt quid perpetuum, ſed ad tempus, iecoris verò paruitas eſt perpetua, ita vt, quando iecur eſt paruum, & ratione paruitatis ſuæ non admittit totam materiam chyloſam, qua à ventriculo concoquitur, ſemper illa, quæ ſuperflua eſt, ad inteſtina deſcendit.

Quare ſignum paruitatis iecoris deſumitur à chyloſa materia ſemper deſcendente per aluum; at ſignum languiditatis virtutis attrahentis eſt, quod aliquando, hoc eſt, male ſe habente iecore, appareat per ſeceſſum fluens materia chyloſa admixta ſeroſitati.

In iecore igitur malè ſe habente, chyloſa materia cum ſeroſitate diluta per ſeceſſum exiens demonſtrat attractricem iecoris læſam eſſe, non autem paruitatem iecoris huius affectus eſſe cauſam, cuius ſignum Raſis dicit eſſe digitorum paruitatem, aduerſum quem pugnat Auerroes 3. coll. cap. 4.

Signa retentricis læſæ.

REtentricis læſæ ſignum ab exeunte quoque per ſeceſſum deſumitur; nam ſanies cruenta primò exit, deinde craſſior, & veluti fœculenta, & ſplendens.

Signa expultricis læſæ.

EXpultrix læſa cognoſcitur à ſanguine puro exeunte, qui ſimilis eſt illi, qui à corpore eorum exit, qui lautè viuunt exercentes corpora ſua, qui vbi ab exercitio deſiſtunt, multam ſanguinis copiam colligunt: id quod etiam cõtingit ijs, quibus aliquod membrum decurtatum fuit, aut mulieribus, quæ non rectè expurgantur tempore debito per vterum, hinc multa ſanguinis copia ad iecur recurrens faculratem expultricem irritat, qua irritata ſanguinis copia ad ſeceſſum expellitur.

Signa alteratricis læſæ.

ALteratricem eſſe læſam demonſtrat illa lotura carnis, aut (vt dicebat Galenus) ſanguis aquæ admixtus per ſeceſſum exiens.

Tandem chylum conuerti in alium humorem, à ſanguine diuerſum demonſtrat humor exiens, qui bilioſus eſt, vel pituitoſus, aut melancholicus. Sed hi humores demonſtrant læſionẽ ipſius alteratricis, quæ deprauata ita eſt, vt loco ſanguinis alium humorem generet.

Cauſæ quoque, nempe humores in corpore peccantes, decernuntur ab ante acta vita, à qua potuit generari humor peccãs in corpore, qui habet ratione cauſæ ſiue bilis, aut pituita, aut melancholia ſit; vnuſquiſque enim humor cognoſcitur à proprijs, & cõmunibus ſignis, nec nõ à iuuantibus, & nocẽtibus.

Propria ſunt vniuſcuiuſque humoris color, ſapor, motus, tam diurnus quam periodicus, victus ratio præcedens, complexio, habitus, ætas, ſexus, tandem quæ iuuant, & nocent, vt in exemplo humor bilioſus eſt calidus, colore pallidus, aut flauus, ſapore amarus, qui mouetur magis in meridie, tertio quoque die, periodum habens proprium.

Alimenta calida, & potus vini ipſum generarunt, nimium exercitium, nimię

A vigilię, immoderatę animi affectiones, excreta, quę conſueuerunt expurgari retenta.

Frigida applicata iuuant, calida nocent; tandem medicamenta, quę ſolent bilem expurgare, maximè conferunt, quę alios educunt humores, nocent; hacque methodo recognoſcuntur cauſę facientes intemperiem, & ipſam in iecur inducentes.

B

DE FVTVRO EVENTV. *debilitatis h patis.*

QVod ad euentum affectionis huius, modum euentus, & tempus attinet, declarare nobis poſſunt robur virium, & vehementia affectus, ſeu robur ipſius morbi.

Deprehenditur robur virium à cau-
C ſis ipſum producentibus, à iuuantibus, & nocentibus, & ab effectis. Robur virium poſitum eſt in bona corporis conſtitutione, in quantitate, vel qualitate ſpirituum, nec non in ſanguinis copia; vt enim robur virium cõſiſtat, opus eſt, vt partes corporis benè nutriãtur, quod fieri non poteſt niſi a ſanguinis, & ſpirituum copia, & qualitate vbi igitur hęc præſentia ſint, arguendum eſt robur vi-
D rium, vbi non adſint debilitas, & languiditas timenda.

Deinde ſi ægrotãtes facilè tolerant, aut non tolerant morbum; nam ſi facilis ſit tolerantia, adeſt robur virium, ſi è contra languiditas ineſt.

Iuuantia medicamenta ſunt ob oculos ponenda, ac nocentia; nam ſi quæ conſueuerant parum iuuare, iuuant multum, indicium eſt roboris virium, ſi è
E contra nihil iuuant, aut nocent multum, cum conſueuiſſent parum, aut nihil nocere, tunc non adeſt robur virium.

Tandem effectus prodeuntes à facultatibus corpus noſtrum regentibus conſiderandi ſunt, vt an ab animali facultate prodeat motus, & ſenſus tam interius, quàm exterius.

A vita-

A vitali effectus prodeuntes ſunt motus arteriarum, & thoracis, qui ſi inculpati ſint, aut parum, indicium eſt roboris virium: ſi è contra recedant à ſtatu naturali, pro receſſus diuerſitate, maioris, & minoris roboris virium eſt indicium, nam ſi parum recedunt, robur adeſt virium, ſi multum, adeſt languiditas.

Eodem modo de virtutibus naturalibus eſt exiſtimandum; nam conſiderandi ſunt effectus ab ipſis prodeuntes, qui ſunt excreta, & qualitates corporis mutatæ; quæ enim exeunt, & à ſanguinis natura recedunt, pro diuerſitate diuerſimodè etiam ſignificant euentum huius affectus eſt; nam vbi ſanguis copioſè exeat, ſignum eſt virtutem ſanguificatricem vix, aut parum læſam eſſe; ſi verò exeat, vt carnis lotura, indicium eſt multæ læſionis, & ſic de alijs.

Qualitates faciei valdè mutatæ robur virium languere oſtendunt, præſertim ſi ad viriditatem, aut liuiditatem tendant.

Ita è contra robur affectionis huius dependet à cauſarum vehementia, proinde ab his, & ab alijs cognoſcitur, nempe à iuuantibus, & nocentibus, nec non à ſymptomatibus præſentibus.

Cauſæ internę ſunt humores quicumque partim meſeraicas venas, exileſque omnes, quæ ad concauum iecinoris à porta demandantur; partim iecur ad intemperiem ducentes, & potiſſimùm ad calidam, quo nomine iecur calidiſſimum redditur caliditate aduentitia, frigidum verò caliditate interna, & pro maiori, ac minori ipſius intentione, maius, & minus morbi robur redditur.

Deinde ſi medicamenta applicata non iuuant, quamuis aſſueta ſint, & cum difficultate tolerantur, nullamque ex ijs ægrotantes percipiunt conferentiam, virtuſque vitalis non valeat, indicium eſt morbum ſuperarurum eſſe virtutem, euentumque tandem forè malum, aliquando ad mortem, nonnumquam ve-

A rò ad alios morbos rerminaturum, vt in hydropem, aut cachexiam, aut obſtructionem.

Tempus verò longum ſemper eſt, ſed magis, & minus, pro ægrotantis vario robore, maiorique, & minori medicamentorum conferentia, & ægrotantis tolerantia.

Quod ad modum euentus pertinet, ſemper eſt ab arte, quæ aliquando ſupe-

B rat cauſam morbificam idoneis præſideis, nonnumquam verò à vehementia cauſarum, & ab affectus pertinacia vincitur, ita vt omninò natura ſuccumbere ſit coacta, arte medicinæ non valente ei opem conſuetam ferre; & hæc de parte diagnoſtica, & prognoſtica, iam curationem aggredi oportet, quæ pro ſecundo capite fuit propoſita.

C *DE CVRATIONE DEBILITAtis iecinoris in communi.*

INdicatio duplex eſt ſcilicet auferendi intemperiem, deinde corroborandi iecur. Si vnica intemperies ſit pro varia ipſius indicationis natura, varijs materijs, & auxilijs vtendum nobis erit, & etiam contrarijs. Sed quia duæ potiſſimum ſunt intemperies, nimirum calida,

D ac frigida, quibus ſicca, & humida ſæpè adiunguntur, opus eſt, vt videamus; an æquè vtrique intemperiei nobis ſatisfacere liceat, antequam ad auxilia deueniamus, & materias auxiliorum.

Quamuis magnitudo, ſeu vehementia morbi, & robur virium poſſint nobis declarare futurum euentum huius affectionis, quemadmodum de alijs etiam eſt dictum, poſſumus tamen à ſpecie, & differentia eundem prædicere, vnde

E eſt, quod Galenus dicebat deteriorem illam eſſe hepaticam affectionem, in qua ſanguis tranſmutatur in peregrinam qualitatem, mitiorem verò, in qua diminuta eſt coctio.

Mitior verò cæteris eſt illa, in qua alimentum ſuam ſeruat naturam, nec ali-

quam aſſumit deteriorationem. Huic Galeni authoritati aduerſatur Auicennas, qui lib. 3. fen. 14. tract. ſcribit deteriorem eſſe illam, in qua cibus alteratur, deinde quando digeritur parum, deinde vbi malè digeritur.

Pro ſolutione dicendum, quod aliud eſt conſiderare facultates illas, vt ſunt actiones læſæ, & aliud reſpectu eius, quod genitum remanet. Primo autem modo actio ablata eſt deterior. Secundo modo, quod genitum eſt, quia aduerſatur ſanguinis naturæ, eſt deterius, nulla igitur eſt contradictio.

Ab hac enim affectione tamquam à principio quodam omnes morbi iecoris tam ſine materia, quàm cum materia poſſunt fieri, hæcque à principio mitis eſt, at temporis progreſſu ſanguis bonus exiſtens in hepate ſimul cum chyloſa materia confunditur, & corrumpitur.

Quando verò ea fit ab intemperie calida, non modò aduruntur humores, & partes, verùm contingit ipſas colliqueſcere, deinde, vt Galenus dicebat, vniuerſum corpus, ac ſæpè calida hæc intemperies producit hydropem.

A frigida intemperie imbecillitas ſemper eſt longę, & difficilis curationis, ſæpè in cachexiam, inde in hydropem terminatur.

Inuetetata imbecillitas à frigiditate nunquam, aut rarò curatur, & eo magis vbi ſiccitas, aut humiditas illi ſit adiuncta.

Auxilia, quibus ſatisfacimus indicationibus prædictis, deſumuntur à duobus conſuetis medicinæ inſtrumentis, dięta videlicet, & pharmacia; chirurgia enim hic locum non habet.

DE CVRATIONE DEBILITATIS hepatis ab intemperie calida per victus rationem.

PRimò videamus, quomodo intemperiei calidæ ſit ſuccurrendum per

A victus rationem, quæ in primis verſatur circa alimenta.

Trallianus lib. 3. cap. 4. proponit ptiſanam & ſuccum ptiſanæ, qui ſit dilutus cum carnium pullorum, aut gallinæ iure, in quo bullierint.

Endiuia, aut
Cichorium, aut
Condrilla, aut
Sonchus cum modico radicis.

B Hæc olera, & ſi aliquam amaritudinem habeant, non ſunt propterea calidę, ſed temperatæ naturæ, ita vt poſſint etiam aperire meatus obſtructos, & venas iecinoris.

Imo valent etiam in frigida intemperie ipſius iecoris, vt idem met Trallianus docet nam præter illam amaritudinem habent etiam nonnihil adſtrictionis, qua facultate iecur ipſum mirificè

C recreatur. Talia olera in iuſculis ebullita proſunt, & quandoque cruda potiſſimum endiuia, quæ ſeris appellata eſt.

Coriandrum quoque cum his ebulliri poteſt, vbi adſit aliqua iecoris leuis obſtructio.

Etiam lactuca, cum qua apij radix ebullita fuerit, in hoc caſu proficit: ſic quoq; beta decocta vtilis per ſe eſt, at ſi cum malua coquatur, ſuauior euadit,

D & commodior etiam, ſi inter coquendum acetum addatur.

Inter carnes, quæ in genere gallinaceo reponuntur, præferendæ veniunt.

Perdices quoque valent, phaſiani, non pingues, anſerum veteres, attagenes, turdi verò, aut turtures rarò conce di debent, quemadmodum, & paſſerculi; anates omninò euitandæ ſunt, & quę vitam in paludibus degunt.

E Ex piſcibus ſaxatiles marini cæteris præferuntur. Deinde qui potiſſimùm in puro mari degunt, vt eſt turdus, ſcarus, ptiſa, mulus, chryſophris, lupus, orphus, ceris concedantur. dummodo virtus ægrotantis validior ſit, & intemperies exigua.

Tandem vbi non admodum magna ſit in-

ſit intemperies & bilioſa, humorque citra aliquam magnam obſtructionem, aut inflammationem vitioſus, cibos offerre conuenit, qui ægrè conficiantur.

A

Cæterùm aliqui fructus commendantur, & ſi tempus permittit, peponum caro ab Alexandro proponitur; verùm cùm non admodum conſtet, quid pepo nis nomine is intelligere velit, an angurias, an verò noſtrates melones; nam ſe ctatus eſt Galenum, qui lib. 2. de alimentorum facultatibus materiam hanc tractans vix intelligi poteſt, ideo relinquimus ipſum.

B

Diceremus equidem noſtrates melones conuenire, vbi maturi probè fuerint; magis enim conueniunt, quàm anguriæ, quæ ſunt peioris ſucci, quamuis magis refrigerent.

Mala dulcia laudat idem Trallianus.

C

Mala quoque coronia probè matura, aſſata in fumo, ſed benè obuoluta fermento.

Mali punici grana cum pane, & ſine pane comeſta, ante alium cibum ſunt exhibenda; nam & iecur imbecillum, & ventriculum collapſum firmare poſſunt, etiam ſi æger ſitiat.

Ceraſa,

Pyra,

D

Amygdalæ dulces,

Meſpila,

Sorba,

Cotonia,

Et quæ adſtringendi facultate pollent, concedes.

Vuæ paſſæ inter cætera ab Alexandro laudatur; nihil enim eſt ex Galeno, quod magis hepaticis opituletur, ac faciat vua paſſa; nam præter bonum nutrimentum, & familiare, quod corpori præbet, eſt etiam inſigne medicamentum, cum corroboret viſcus, putredinem arceat, & quodcumque vitioſum reperit, illud ad benignum reducat, 8. de comp. med. cap 7.

E

Pro potu eſt optima aqua chalybeata,

Aqua hordei ſaccharata,

Vinum granatorum multa aqua dilutum,

Vinum quandoque oligophorum in virium languore, aut ſtomachi imbecillitate conceditur.

In cæteris verò rebus non naturalibus moderatè agendum eſt; hæc ſunt, quæ ad victus rationem attinent in intemperie calida, cui etiam aliquando adiuncta eſt intemperies ſicca, ſi aluus non fluxerit.

DE CVRATIONE DEBILITATIS hepatis ab intemperie calida per Pharmaciam.

QVod attinet ad pharmaciam, non eſt, vt quidquam cogitemus circa euacuantia medicamenta, ſed ea tantummodo ſunt conſideranda, quæ iecur roborant, & ad temperiem ducunt. Hæc autem interius aſſumuntur, & exterius adhibentur.

Eorum, quæ interius aſſumi debent, eſt illud vulgatiſſimum remedium Andromachi à Galeno tam celebratum 8. de comp. med. cap. 7. quod cyphoides vocatur, à modernis verò electuarium de paſſulis, quod componitur ex moderatè adſtringentibus, exiccantibus, & vitioſos humores diſſipantibus, idque à Dominico Leone proponitur in intemperie iecoris calida.

Verùm cùm plura ſint aromata, quæ huius medicamenti compoſitionem ingrediuntur, in intemperie hac pro ſuſpecto ipſum habeo; ſed duplex eſt eius compoſitio, eodem Galeno docente, vna, in qua opium, aut iuſquiamum, aut aliquod ex ſimilibus refrigerantibus apponitur, & aliud eſt compoſitum ſine his. Quare ſi ipſum conſideremus ſecundo modo, valebit quidem ad intemperiem calidam, vt idem Galenus tradidit; ſi verò primo modo accipiatur, nimium calefacit, & proinde in hoc caſu inutile eſt pharmacum.

Philo-

Philonium quoque in hoc affectu ex eiuſdem authoris ſententia, docente Galeno, & Aetio tetrab. 3. lib. 3. cap. 10. vnica vice acceptum aliquando tollit morbum.

Valent quoque diarhodon Abbatis,
Saccharum roſatum,
Trochiſci de berberis,
Diatriumſantalorum, hoc modo commiſta.

℞. Diarhod. abb. drach. j.
Philonij perſici drach. ſſ.
Sacchari roſati drach. ij. m.
Aquæ cichorij vnc. iiij.

Vel

℞. Specierum diarhod. Abb.
Trochiſc. de berberis,
Diatriumſantalor. ana drach. j.
Sacchari diſſoluti in aqua cichorij vnc. iij.

Fiat compoſitum in tabellis.

Probat Galenus tria medicamenta ex mente Aſclepiadis.

Succum cichorij,
Seridis, ſeu
Endiuiæ, atque
Salicis,

Cum modico mellis, & vult accipiendum eſſe ſucci ad cyathum vnum cum vnc. j. mellis, ſupraque bibendi ſunt cyathi aquæ numero iij. hæc tria ſimplicia moderatam habent refrigerandi facultatem, & adſtringendi.

Paulus Aegineta catapotium proponit, conſtans,

Ex radice chamæpythios, &
Cichorij ana vnc. ſſ.

Galenus verò proponit vnc. ſſ. cichorij, & vnc. j. chamæpythios cum melle fiant catapotia, atque ſuperbibatur aquę cyathus.

Syrupi quoque aliqui conueniunt, vt eſt,

Syrupus de cichorio ſimplex, & cum rhabarbaro,
Oxyſacchara ſimplex,
Syrupus de ſucco limoniorum,
Syrupus ex roſis ſiccis,

A Syrupus de porrulaca,
Cum decoctione endiuię,
Cichorij ſucco,
Condrillæ,
Portulacæ,
Salicis, & etiam cũ aquis deſtillatis.

Syrupus de granatis confert cum aqua ſeridis, aut aliqua prædictarum.

Exteriùs verò multa ſunt auxilia, quę applicari poſſunt regioni hepatis, vt eſt
B vnguentum illud Galeni tam diuulgatum, quod ex oleo ex oliuis acerbis, & cera componitur infrigidans vocatum; vel vnguentum ſantalinum, aut quæ parari poſſunt

Ex oleo cotoniorum,
De abſynthio,
Roſaceo,
Chamomęlino.

Nam ex vno eorum, cera, ac tribus ſan-
C talis vnguentum parari poteſt.

Vel fomenta fiunt, aut irrigationes ex prædictis ſimplicibus, hoc modo.

℞. Cichorij,
Intybi,
Sonchi,
Salicis,
Eupatorij, ideſt agrimonij ana m. j.
Addentes,
Abſynthij comata m. j. & ſſ.

D Nam tale eſt abſynthium iecori, quale eſt cortex capparis lieni, vt dicebat Galenus 13. meth. med. cap. 17. & rurſus quale eſt eupatorium iecori, tale eſt ſcoloprendium lieni; ambo enim ſunt medicamenta appropriata vtrique viſceri.

Huiuſce decoctionis factæ ex prædictis rebus poſſumus accipere lib. x.

Succi plantaginis lib. v.
Cichorij,
E Salicis ana vnc. j. & ſſ.
Pul. roſ. rub.
Rammenti eboris ana drach. j.
Specierum diarhod. abb.
Diatriumſantal. ana drach. j.
Seminum acetoſæ,
Portulacæ ſub. pul. ana ſcrup. ſſ.

Miſce, & fiat epithema, addendo aceti roſati

roſati vnc. j. & ſſ. actu frigidum applicandum tempore æſtiuo, alijs temporibus tepidum.

Ex his etiam alia poſſunt parari medicamenta, aut vnguenta, emplaſtra, & id genus.

DE CVRATIONE DEBILITATIS *hepatis à frigida intemperie facta per Victus rationem.*

AD frigidam intemperiem tollendam vti debemus præſidijs contrarijs hactenus dictis tam in diæta, quàm in pharmacia.

Et primò circa diætam nobis ſe ſe offert conſiderandus aer, qui calidus in actiuis qualitatibus eſſe debet, & in paſſiuis temperatus.

Cibus boni ſucci, & facilis coctionis aſſumendus eſt, quemadmodum dictum fuit in intemperie calida, atque condiri debet rebus calefacientibus, vt ſunt aromata.

Inter carnes volatilium, turdorum, turturum, perdicum, phaſianorum, atque caponum eligendæ, quæ aſſari debent potiùs, quàm elixari, condirique.

Caryophyllis,
Cinnamomo,
Zingibere, & ſimilibus,

Nec non ex plantis.

Roſmarino,
Saluia,
Maiorana,
Serpyllo,

Et huiuſmodi.

Alexander Trallianus braſſicam laudat bis, aut ter coctã, interdum cũ vino conditam, aut coctam cum troximo.

Troximus idem eſt cum ſeride, ſeu endiuia; videntur enim hæc nomina ſynonima eſſe, nempe intybus, ſeris, endiuia, & troximos, cum tamen hic Trallianus videatur accipere troximos pro diuerſa re ab intybo.

Interdum etiam braſſica cum gallina, perdice, & attagene poteſt parari: nonnunquam ventriculos anſerum offerre conuenit.

A

Piſces aliquos probat Alexander, inter quos eſt mulus, ac ceris, ſi aſſi præſertim fuerint ſuper prunas.

Commendantur caſtaneę aſſatę, (ſed rarò concedendæ) nec ſine piperis modico; ex enim nihil frigidi habent, fluxiones obtundunt, vt quæ mediocrem craſſitiem roſionis inexpertem obtinẽt. Sed quamuis ab Alexandro in hoc caſu probentur, mihi tamen videntur magis in calida, quàm in frigida intemperie conuenire.

B

Paſſulæ etiam commendantur cum pane comeſtæ.

Atque craſſo ſunt ſucco, ac pinguia, vt nuclei pinei, & amygdalæ dulces, omninò reprobanda veniunt.

C

Pro potu vinum album, fuluum, odoratum probatur, aqua coriandri, vel cichorij cum modico cinnamomi.

Sed vnum eſt hoc loci conſideratione dignum, quod Alexander proponit tanquam cibum intemperiei huic frigidæ hepatis conuenientẽ, iſicium vocatum, quod Macrobius ita appellat ab inſectione, quaſi dicat inſectum.

Eſt illud genus quoddam edulij, vt Gotręus docet, ex hepate, & alijs carnibus ſuis factũ, quod à latinis magis propriè romaſcum, aut tomaſculum vocatur, à quibuſdam tomaſella, ab alijs (Bononienſibus præſertim) dictum mortadella, & à nonnullis ſuppreſſatum, vel ſalſiccia. Quod genus edulij, Macrobio authore lib. 7. ſatur. cap. 8. eſt duræ coctionis, & difficilis.

D

Alexander etiam ipſe omnia difficilis coctionis alimenta prohibet, & in calida intemperie idem docuerat, cum tamen animalium quadrupedũ inteſtina, & quę durioris ſunt digeſtionis comprobaſſet.

E

Sed dicamus Alexandrum iſicium conſideraſſe duobus modis, vel quatenus eſt edulij genus compoſitum ex piſcibus,

ſcibus, vel quà ſit ex carne ſuilla cum rebus aromaticis à nobis iam dictis.

Si conſideretur primò modo, vel componitur ſolùm ex eeris, aut otphis, aut lupis, quos tanquam alimenta in calida intemperie conuenientia ptobauerat, vel ſimul cum piſcium carne apponitur garum, aut vrtica, aut huius generis alia, & tunc ſi ex ſolis piſcibus componitur, non reprobat ipſum; ſi verò ſit factum cum alijs rebus, tamquam nimis calidum reijcit.

Præterea ſi ſecundo modo conſideretur iſicium, quatenus ex carnibus ſuis, & rebus prædictis conficitur, concedit illud non tanquam alimentum, ſed tanquam quid, quod appetitum concitare poteſt, ideo ſcribit raro eſſe concedendum, & ſolum quando ægri alios cibos faſtidiunt.

Succedit, quod cibus quandoque prauus, ſed gratus meliori, ſed ingrato præferendus eſt: hæc de curatione intemperiei frigidæ hepatis per diætam.

DE CVRATIONE DEBILITATIS hepatis ab intemperie frigida facta per Pharmaciam.

IN hoc caſu nos ſupponimus eſſe intemperiem ſine materia; nam vbi adſit materia procul omni dubio, euacuanda eſt, ſi præcipuè adfuerit febris; hic enim eſt caſus à Galeno lib. 8. de compoſitione medicamentorum cap. 7 propoſitus, vbi ſcribit febrem lentam, & exiguam quidem eſſe, à qua ſæpè medici decipiuntur putantes nullam adeſſe febrem.

Ideo opus eſt omninò deuenire ad medicamenta purgantia, de quibus dicemus capite de obſtructione, nunc tantũmodo ſermonẽ de curanda intemperie frigida inſtituimus, quæ & ſi habeat materiam ſibi coniunctam, eam nunc nõ conſideramus; intemperies igitur tollenda eſt tam internis, quàm externis

A præſidijs. Ad hunc modũ tradunt curationem Galenus, Paulus, Aetius, & Trallianus.

Inter interna præſidia ab Alexandro commendatur illud cyphoides electuarium, ita dictum, quod ad ſimilitudinem factum ſit eorum, quæ ad ſuffumigia parabantur ab antiquis; cyphi enim eſt ſuffimigium.

B Poſſumus etiam eo vti loco ſuffumigij in hac hepatis affectione.

Ad eandem intentionem valent antidota calefacientia, vt eſt.

Diacalaminthes confectio,
Diacinnamomum Meſuæ,
Dianiſum,
Acorum conditum,
Radices pimpinellę ſaccharo cõditę
Trochiſci de eupatorio,
De lacca,
C De rhabarbaro.

Sunt etiam duo medicamenta à Galeno deſcripta præcitato loco cap. 8. quę omnibus hepatis intemperiebus opitulantur tam calidis, quàm frigidis, non quidem qualitate, ſed propria ſubſtantia.

Alterum ab omnibus ſcriptoribus recipitur, & in communiſſimo eſt vſu, eſtque lupinum hepar, quod eandem habet facultatem cum humano hepare.

D Alterum eſt illud, quod ex carne trium cochlearum fit, & tota ſua ſubſtantia omnibus hiſce affectibus medetur: licet vbi adſit febris, vt ſcribit Galenus, tutius ſit præbere hæc medicamenta cum ſucco ſeridis, ſimul cum alijs oleribus, de quibus diximus in intemperie calida, quæ tamen non nocent frigidæ intemperiei, cùm temperata ſint.

E Acorum conditum, & crocus facultate quadam iecur corroborant ex Raſi.

Silentio prętereundum non eſt, quod videtur eſſe contradictio circa vſum lupini hepatis apud Galenum, quia 11. de ſimpl. medic. facult. ſcripſit ſe nullum obſeruaſſe ex hoc medicamento iuuamentum: 8 verò de comp. med. l. cap. 8. in fine ſcribit obſeruatum fuiſſe illum

maximi

maximi eſſe vſus, atque vtilitatis.

Mercurialis diſputat aduerſum Altimarum, eiuſque reprobata opinione, dicit Galenum 11. de ſimp. med. facult. ex propria ſententia loquutum fuiſſe 8. verò de comp. ex Aſclepiadis opinione, quod verum eſt.

Vnum tamen animaduertendum cen ſeo, quod Galenus 11. de ſimpl. non loquitur de iecore lupino ſolo, ſed quatenus admiſcetur medicamento illi, quod ex eupatorio componitur.

Aliud igitur eſt loqui de iecore lupino, vt ſolum adminiſtratur, aliud eſt loqui de ipſo, quatenus alijs admiſcetur medicamentis; primo modo nihi fecit, & de illo loquitur Galenus 11. de ſimp. med. facult. ſecundo modo ipſum conſi derat 8. de medic. localibus cap. 7.

Propero ad medicamenta exteriora, inter quæ eſt.

Oleum nardinum,
De abſynthio,
De mentha.

In hoc caſu vnguentum etiam ex iiſdem parari poteſt, exempli gratia.

℞. Olei de mentha,
De abſynthio ana vnc. j.
Succi eupatorij vnc. j. & ſſ.
Caryophyllorum,
Ligni aloes,
Cinnamomi ana drach. j.
Spicæ iunci odorati,
Nucis muſcatæ ana ſcrup. j.
Cum cera, quantum ſufficit, fiat vnguentum.

Epithema ad hunc modum parari poteſt.

℞. Foliorum eupatorij,
Abſynthij, nempe com. ana m. j.
Cinnamomi,
Caryophyllorum,
Iunci odorati ana drach. ſſ.
Fiat decoctio ſecundùm artem.
℞. Huius colati lib. j.
Succi eupatorij,
Cichorij ana vnc. j. & ſſ.

A Specierum diacinnamomi,
Diagalangæ ana drach. j.
Aceti roſati vnc. j.
Fiat epithema.

Ceratum iſtud, quod Dominicus Leo proponit, mihi videtur ſatis commodum.

℞. Farinæ fœnugræci,
Seminum lini,
B Lupinorum ana drach. j. & ſſ.
Radicis iridis,
Aſari ana drach. j.
Eupatorij,
Abſynthij,
Meliloti,
Iunci odorati ana drach. ſſ.
Galliæ muſcatæ ſcrup. j.
Seminum fœniculi,
Aniſorum ana ſcrup. ſſ.
C Maſtiches ſcrup. ij.
Myrrhæ,
Thuris ana ſcrup. j.
Cum oleis roſato,
Nardino,
Maſtichino,
Cotoniorum ana vnc. j.
Fiat ceratum ſecundùm artem.

Intemperies autem ſicca, & humida, hiſce etiam remedijs tolli poſſunt, ſi cõ-
D trariorum rationem habeamus, addentes in ſicca humectantia, & in humida exiccantia magis.

Archigenes apud Galenum 8. de com. med. local. cap. 9. laudat

Sinapiſmos, &
Dropaces,

Quorum vſus periculoſus eſt, neque adminiſtrandus, niſi omnibus alijs tentatis remedijs, & in frigida intemperie, Mer-
E cur. lib. 3. pract. cap. 17.

DE OBSTRVCTIONE, SEV OPPILATIONE HEPATIS.

CAPVT DECIMVMQVINTVM.

De fluxu hepatico, aut (vt non nulli aiunt) de hepatica dyſenteria, aut iecoris debilitate, dictum à nobis fuit capite præcedente, vbi etiam iecur aſſeruimus in abdomine primū obtinere locum, ac omnes alias particulas nutritioni famulantes ei inſeruire, cùm ipſius officium, ſeu præcipua operatio ſit ſanguificatio.

Fit autē hęc ex materia chyloſa trāſmutata à iecoris parenchymate, mediante ſanguificatrice facultate, in ſubſtantiam ſanguinis, vnde opus omninò eſt, vt à ventriculo per aliquos canales chylus transferatur ad ipſum hepar.

Canales verò ſunt venæ meſeraicæ terminantes in venam portam, quæ ita appellatur, quòd per ipſam tamquam per portam quandam Ciuitatis, vt dicebat Galenus, ad concauum iecoris transducitur materia chyloſa, & inde per alias venas ipſius portæ per parenchyma, ideſt vniuerſam iecoris ſubſtātiam, diffunditur, ac ſpargitur roris in modum.

Ibique deinde agente facultate iecoris alteratrice transmutatur in ſanguinem, qui rubicundus & ipſe euadit, non ſecus atque chylus à parietibus ventriculi albus redditur, eoque modo rectè elaboratus, ac formam veri ſanguinis adeptus per foramina, quę per totam venarum cauæ ſubſtantiam inſculpta ſunt cribri in modū, recipitur, in cauitatemque ipſarum ponitur, indeque ad truncum deductus, qui abſque foraminibus reperitur, per vniuerſum corpus diſtribuitur.

Hæc opinio differt à cōmuni medicorum ſententia, quæ ſtatuit omnes ve- A næ portæ radices ſuis oſculis coniungi cum oſculis venarum cauæ in medio iecoris ſitæ, quam coniunctionem anaſtomoſin vocant; atque elaborari volunt chylum in radicibus venæ portæ prædictis, inde ad venas cauæ per oſcula iam dicta transduci.

Sed huiuſmodi coniunctio venarum imaginaria eſt, nec vllus eſt, qui dicat ſe eandem obſeruaſſe manifeſtè; imò verò Gal. 5. de locis affectis cap. 5. ſcribit, B quod licet per ſua ora ipſę inter ſe coniungantur venæ, id tamen videre nequaquam poſſumus.

At nos obſeruauimus iecoris venarum omnium ſtructuram, ita ſe ſe habere, vt venæ portæ deſinant per totam concauam iecinoris regionem, veluti per capillamenta quædam, non ſecus atque audictis ſuo loco venas emulgentes deſinere in renum ſubſtantiam. C

Aliæ verò venæ cauę longè maiores, & ſubſtantia craſſiores à gibba iecoris parte ad extremos vſque totius iecoris ſubſtantiæ limites internos diſſeminatæ ſunt, & quidquid alteratum eſt, & in ſanguinis ſubſtantiam in carne iecoris transmutatum per ſua hæc foraminula recipiunt.

Hunc vſum exiſtimamus habere prædicta foramina, & talem conformationem habent venæ cauæ rami in iecore, D quod fuſiùs in meis Miſcellaneis oſtendi decade nona, tam ad Flaminium Rotam meum ciuem, quàm ad Marcum Antonium Politum Medicum Reghinum.

Extra iecur verò nulla venarum reperitur perforata, ſed earum tunica vndique continua exiſtit, vt ſuum diſtribuendi, ac deferendi officium præſtare facilius poſſit, debuit autem eſſe perfora- E

ta in

ta in iecore, vt vndique à carne iecoris A recipere poſſet ſanguinem iam factum à virtute parenchymatis, & à virtute expultrice ab eius ſubſtantia pulſum.

Nam chylus, ſi in illa elaboratione, quam patitur à iecoris facultate, contineretur in venis illis, quæ ſunt in caua iecoris regione, non rubicundus, ſed albus fieret; Galenus enim docuit nos, materiam aſſumentem alterationem in aliqua parte, accipere mutationem coloris B eius partis, in qua alteratur.

Idque nō modò clarum eſt in chylo, qui albedinem à ventriculo recipit, ſed in ſemine, quod ex ſanguine factum in vaſis ſeminalibus albedinem recipit. Imo ipſemet Galenus ſcriptum reliquit, quod ſi diutius ſanguis moram traheret in venis, albedinem acquireret, ratio igitur, & iecoris conſtitutio oſtendunt, ſanguinem accipere ſuam formam in C iecoris ſubſtantia, quæ parenchyma appellatur.

At ſi contingat vias impeditas eſſe, tunc nec chylus ad iecur, neque à iecore ad venæ cauæ ramos, neque ad truncum ipſius ſanguis transferri poterit, quod euenit quoties partes iſtæ obſtruuntur, aut oppilantur, quare obſtructio, ſeu oppilatio, eſt prædictarum viarum occluſio, quæ non permittit diſtributio D nem fieri vel chyloſæ materiæ, vel ſanguinis, vel vtriuſque, aut excrementorum ipſius ſanguinis; quemadmodum bilis per ſuos canaliculos, & melancholia per ſuas venas exportari ſolet.

Eſſentia huius affectus continetur ſub morbis malæ cōpoſitionis, cuius quatuor ſunt differentiæ; nam alij ſunt magnitudinis auctæ, vel diminutæ, alij cōſiſtūt in ſitu mutato, alij in numero vel adau- E cto, vel diminuto; alij denique in figura deprauata. Sed obſtructio, de qua nunc loquimur, non refertur nec ad magnitudinem, nec ad ſitum, nec etiam ad numerum, ergo ſequitur ſpectare ad figuram deprauatam, vt conſtat. Verùm ad figuram pertinent ſuperficies, meatus, & cauitates, at ad ſuperficiem nequit referri obſtructio; nam clarum eſt eam minimè lædi.

Quare cauitatibus tribuenda eſt, quæ obſtruuntur à materia impediente, ne humores naturales ducantur ad ſua loca, vnde pars affecta in hoc morbo ſunt canales, qui à ventriculo ad iecur, & venam portam diſtribuuntur, aut à porta in iecinoris parenchyma, ac inde ad venæ cauæ ramos.

Quod ſpectat ad meatus, res videtur ambigua, nec ſatis conſpicua, cùm ex vna parte Auicēnas ſcripſerit lib. 3. fen. 14. tract. 2. cap. 4. non ſolùm venarum cauitates, ſed & meatus ſubſtantiæ ipſius iecoris obſtrui. Auicennam ſectati ſunt, quam plures authores: è contra autem fuerunt alij plures exiſtimātes minimè obſtructos eſſe, inter quos eſt Altimarus, & Maſſarias, qui oppoſitam ſequuntur ſententiam.

Rem hanc determinauit clariſſimus Mercurialis lib. 3. ſuæ practicæ cap. 18. oſtendens poſſe (vt Auicennæ eſt opinio) obſtrui totum iecur, quo ad meatus ipſius, & quo ad vaſa, non ſecus atque contingit cuti, cuius obſtruuntur meatus, nec propterea aduerſari Galeno, qui & ſi rem hanc explicitè non determinauit, implicitè ſaltem inſinuauit.

Sed huiuſmodi tam diligens inquiſitio ad praxim, quam nunc profitemur, parum, aut nihil emolumenti afferre poteſt, cùm curatio fiat per eadem auxilia.

Sed ſi concedatur iecoris ſubſtantiā, quoad ipſius meatus, obſtrui poſſe, meritò inquirendum erit, cur iecur non patiatur œdema? Galenus 4. de præſagitione ex pulſibus affert duas cauſas, cur iecur non poſſit pati œdema.

Prima eſt deſumpta à iecinoris denſitate; nam adeo denſum eſt, vt non admittat in ſe humorem craſſum pituitoſum.

Alia ratio eſt, quia iecur calidum adeo

adeo eſt, vt facilè ſuo calore pituitam diſſipet, ac diſſoluat, ita vt non poſſit ea in tanta copia congregari, vt tumorem producere valeat.

Reſpondet Mercurialis aliud eſſe dicere, quod iecur patiatur œdema, & aliud, quod poſſit pati affectiones œdematoſas. Non poteſt pati iecur œdema, quia ad hoc vt fiat, opus eſt, vt multa humoris pituitoſi copia colligatur, quæ in iecoris ſubſtantia colligi non poteſt, & quæ portio congeritur à caliditate iecoris diſsipatur.

Ad faciendam autem obſtructionem pauca copia ſatis eſt, quę in cauitatibus venarum ſæpè reperiatur, inde à venis ad ſubſtantiam tranſmittatur. Sed fiunt affectus œdematoſi, quia in illis admixtus eſt pituitæ alius humor.

Sed huic adderem Auicennæ ſententiam eſſe, quod obſtructio in meatibus fiat ex ſanguine craſſo, aut ex materia quadam proportionata ad ſanguinis craſsioris generationem.

Cauitates autem obſtruuntur ab alijs rebus, nempè à craſsis, & lentis humoribus, vt paulò infra videbimus, meritò igitur dicere poſſumus obſtructionem fieri in meatibus iecoris, non autem fieri œdema, quia non adeſt copia pituitoſi humoris tanta, vt illud efficere poſsit.

Adeſt tamen ſanguinis craſsioris ingens copia, ſed cur eſt, quod in iecore fiant alij tumores, nempe inflammatio, & ſcirrhus, cùm in ſcirrho materia craſſa, & copioſa ſit? ſed de his paulò infra, vbi tractabitur de ſcirrho.

DE CAVSIS OBSTRVCTIONIS hepatis.

VEniamus ad cauſas, at primùm aduertendum eſt inter venas iecoris faciliùs obſtrui venas portæ, quæ in concauo iecoris; ratò illas, quę in gibba parte reperiuntur, idq; contingit ratione anguſtiæ earum; vnde Auicennas dicebat, plurimum oppilationis non fit, A niſi in latere concauo.

Venæ, quæ dependent à caua vena, cùm ſint cribri in modum perforatæ, vix fieri poteſt, vt obſtruantur, hinc eſt cur minus obſtruitur caua, magis verò gibboſa iecoris regio.

Cauſæ igitur aliæ ſunt immediatæ, aliæ mediatæ. Hæ rurſus ſunt in duplici differentia; nam aliæ ſunt internæ, aliæ externæ. Priores appellauit Auicennas B cauſas efficientes, ſecundas verò materiales.

Cauſæ igitur efficientes ſunt in primis nimia caliditas iecoris, conſumens natiuum calorem, qui eſt inſtrumentum virtutis alteratricis, vnde ſuccedit debilitas in ipſa, ita vt nôn poſsit ſeparare excrementa à ſanguine, quæ cum non ſeparantur, retinentur in cauitatibus, & contingit oppilatio.

C Eadem ratione virtus expultrix debilitatur malæ cóplexionis calidæ culpa, vt dicebat Auicennas, ſub ratione intemperiei calidæ. Quare non poteſt expellere excrementa à ſanguine.

Poteſt etiam eſſe, quod debilitetur folliculus fellis, ita vt non fungatur officio ſuo, aut etiam lien, vnde cum non expurgetur ſanguis à ſuis excrementis, neceſſariò ſubſequitur oppilatio.

D Cauſarum verò internarum aliæ ſunt mediatæ, aliæ immediatæ; mediatæ ſunt iecoris temperamentum, vel nimis frigidum, aut nimis calidum, corporis habitus pinguis, multumque carnoſus, quo illi, qui eum natura obtinent, frequentius incidunt in obſtructionem, quàm illi, qui corpore ſunt gracili. Conſuetudo habitualis ad otium; & ſedentariam vitam (vt ſunt puellæ domi, & in E vmbra perpetuò manentes, vitamque otioſam ducentes, ſi præcipuè per menſes non expurgentur) in hanc affectionem inducit.

Debilitas quoque ventriculi ab intemperie frigida, propter quam multa craſſorum, & lentorum humorum copia generatur, eſt cauſa ipſius obſtructionis.

Addunt

Addunt Arabes iecoris, & venarum malam compoſitionem, & præcipuè par uitatem ipſius.

Cauſæ verò immediatæ, & proximæ reducuntur ad materias craſſas, nempe ad humores pituitoſos, craſſos, ac lentos, qui & craſſitie ſua, & nimia copia obſtructionem faciunt.

Eſt materia flatulenta, & craſſa in cauitatibus incluſa, ſeu materia vaporoſa, tum ex Galeno 5. de locis affectis cap. 7. ab initio, tum ex Auicenna lib. 3. fen. 14. tract. 2. cap. 4. quamuis Alexander Maſſarias lib. 3. ſuæ praxis cap. 12. dicat ex Galeni mente eſſe, vt ſpiritus flatuoſi tenſionem faciant, craſſi verò humores obſtructionem.

Sed quando huiuſmodi materię vapoſoſæ ſunt admodum craſſæ, faciunt etiã oppilationem, ſeu obſtructionem, vt aiunt Arabes, & apud Petrum Foreſtum lib. 19. cap. 4. habetis exemplum cuiuſdam ab ipſo curati; iſtæ igitur ſunt cauſæ internæ tam mediatæ, quàm immediatæ, veniamus ad externas cauſas.

Cauſæ externæ multæ ſunt, quæ præſertim referuntur ad omnes res non naturales tam neceſſariò, quam non neceſſariò nobis occurrentes, & potiſſimùm ad alimenta, quæ craſſos & viſcidos, & lentos humores generare ſunt apta, vt ſunt edulia facta ex paſta, carnes omnes craſſæ tam bubulæ, quam porcinæ, animaliumque aliquæ partes, vt ſunt pedes, & hepata.

Hoc loci notandum eſt Mercurialem eos reprehendere, qui febrientibus hepata gallinarum cõcedunt, quia ſunt difficilis coctionis, craſſoſque humores faciunt, atque ideò apti ad generandum obſtructiones.

Præterea arguendi magis ſunt, quòd nullum authorem habeant antiquum, cuius auctoritati innitantur, meritò igitur à clariſſimo viro reprehenduntur.

Inſuper ſi legantur ea, quæ de animalium viſceribus ſcribit Galenus libro de attenuante victus ratione cap. 8. vide

A bimus non conuenire febrientibus, quia ſunt excrementitia, ad coquendum difficilia, & craſſi ſucci, & ſignanter de viſceribus gallinarum, dicit viſcera non conuenire victus rationi attenuanti.

Ad hæc 3. lib. de aliment. facult. cap. 12. in principio capitis ſcribit omnium animalium hepar eſſe craſſi ſucci, & ad coquendum difficile, & lib. de bonitate,

B & vitio ſuccorum cap. 6 inquit omnia viſcera, vterum nempe, inteſtina, & ventriculum eſſe durioris ſubſtantiæ, quàm ſit caro.

Si tamẽ fiat comparatio inter hepar, & ventriculum eiuſdem animalis, longè eſt difficilioris coctionis quoduis viſcus, quàm ſit caro; quare vbi caro concedenda eſt ægris, longè melius eſt carnem ipſam concedere, quàm hepar, aut

C ventriculum.

Sed quo modo ſaluabitur vſus communis præſertim in hac Meſſanenſi Ciuitate, vbi tam facilè conceduntur hęc viſcera, hepar ſcilicet gallinarum, & ventriculus?

Dicatis, quod omnibus febricitantibus non cõueniunt, ſed illis corporibus, quibus opus eſt multo alimento, & craſſo, quemadmodum tertianarijs, &

D qui corpore ſunt macilento, & cum pauca obſtructione.

At vbi opus eſt attenuante victus ratione non modo huiuſmodi viſcera non conueniunt, ſed neque alia, vt ſunt teſtes galliculorum, quod ſupra lib. de attenuante victus ratione determinauit Galenus; illi igitur à clariſſimo Mercuriali redarguuntur, qui omnibus febricitantibus indifferenter hæc viſcera

E concedunt.

Aliud notatione dignum eſt, quia adhuc Mercurialis alimenta omnia dulcia, non ſecus atq; vinum dulce deteſtatur; ſcribit namque & cibos dulces, & vinũ dulce intempeſtiuè trahi à iecore, hoc eſt, antequam concoquantur, & ſic faciunt obſtructionem.

At in præcedenti capite concedens alimen-

alimenta dulcia, non autem vinum, dicebat vinum hac ratione eſſe noxium, quod à iecore trahitur intempeſtiuè, at alimenta dulcia non ſic, vnde concedi poſſunt, igitur videtur ſui immemor, quia dicit tam cibos dulces, quàm vinum dulce trahi à iecore.

Ordo etiam alimentorum, aut tempus, obſtructionum cauſa eſſe poſſunt; nam ſi craſſa alimenta ingerantur primùm, deinde vel aromata, aut confecta calida, vel vina generoſa, euadunt aliorum vehicula ducentia ſuccos in venas.

Importuna quoque, ſeu intempeſtiua efficere poſſunt obſtructiones, vt quãdo poſt cibum balnea vniuerſalia fiunt, aut exercitia, aut extra corpori admouentur medicamenta, à quibus omnibus intempeſtiuè factis obſtructiones fieri conſueuerunt: hæc ſunt, quæ ad cauſas pertinent.

DE SIGNIS OBSTRVCTIONIS *hepatis.*

De ſymptomatibus, quibus vtuntur medici tamquam ſignis ad affectionem hanc dignoſcendam nunc dicendum eſt, inter quæ primum obtinent locum qualitates corporis mutatç ad colorem faciei potiſſimum ſpectantes, cui ſigno tantum confidit Galenus, vt glorietur ſe eo ſolo hepaticos omnes cognouiſſe; à naturali enim multum faciei color mutatur; nam (vt dictum fuit in pręcedenti capite) ad albedinẽ primò, inde ad liuiditatem, ad flauum ſaturatum, ad viridem, ad plumbeum, & non rarò ad nigrum colorem tranſit pro vario humoris prędominio.

Tenſionem etiam quandam, & veluti pondus percipiunt ægrotantes in dextero hypochondrio, ſi præſertim vehementer ſpiritum attrahant, aut loca montuoſa, aut ſcalas aſcendant.

Sed cum hac (vt inquit Alexander) differentia, quia ſi fit obſtructio à materia craſſa, percipiunt grauitatem; ſi à flatulenta tenſionem, in qua etiam adeſt aliquis dolor, vt. 5. de locis affectis cap. 7. admonet nos Galenus; dolor enim inquit, grauatiuus, & exiguus eſt in materia craſſa; in ſpiritu verò ſimul cum tenſione dolor vehemens, vt in inflammatione, aut ſuppuratione contingit.

A Ab actionibus quoque læſis, nempe à pulſatiua cognoſcuntur hepatis obſtructiones; nam pulſus inæquales ſunt, B nunc parui, nunc magni, nunc vehementiores, aliquando rurſus languidi, ſæpè intermittentes; ſi pręſertim arteriæ ſint multæ, & difficili obſtructione infarctæ.

De excretis autem nihil dicemus, quia excreta communia ſunt cum alijs hepatis affectionibus, nempe debilitate, inflammatione, ſcirrho, & huiuſmodi; C ideo cùm nullum nobis diſtinctiuum ſignum afferant, non eſt vt tempus conteramus in ijs conſiderandis.

Sed cùm dictum ſit obſtructionem fieri tum in concaua parte iecoris, tum in ipſius gibba, nec non in canalibus, & meatibus, ea afferenda ſunt ſigna, quibus has partes affectas inter ſe diſtinguamus, & præſertim quando gibba, aut caua fuerit obſtructa, quando quidem ab his indicationes medendi deſumuntur.

D Cognoſcitur igitur obſtructio concauæ partis iecinoris ab excretis per ſeceſſum; nam excrementa ſunt plerumque humida, chyloſam naturam referentia, quemadmodum dictum fuit capite de hepaticis, in quibus diximus alba eſſe excrementa, & humida, quia chylus, & materia poculenta deorſum ad inteſtina fertur, cùm iecur ingredi non poſſit, E quia non attrahitur in oppilatis, cùm meatus, per quos ingredi debet, non pateant.

At vbi gibba eſt obſtructa, excrementa potiùs ſicca ſunt, vt omnes authores aiunt; nam ſi ambæ iſtæ hepatis ſuperficies ſunt obſtructæ, excrementa modò humida, modò ſicca ſunt.

De concaua obſtructa clarum eſt, quia

quia cùm materia chyloſa vna cum ſua humiditate non poſſit ingredi, neceſſarium eſt, vt retrocedat, per meſeraicas ad inteſtinorum cauitatem.

Sed quod mihi facit maximam dubitationem eſt, cur chylo iam tranſmutato in ſanguinē à parenchymate hepatis, vt ſuppoſitum eſt, fœces redduntur ſiccæ? Videtur potiùs dicendum eſſe non modò reddi humidas, ſed ſanguinolentas, & multò humore affuſas; quia cum concaua pars non eſt obſtructa, chylus per ſuas illas venas, quæ ad concauum ſunt diſtributæ, permeat, & ad parenchyma effunditur, vt inde in ſanguinem tranſmutetur.

Quæro nunc, vtrum tranſmutetur, nec ne? ſed ſiue tranſmutetur, ſiue non, cùm pars gibboſa ſit obſtructa, non poteſt vlterius permeare, nempe ad gibbam, quare neceſſariò retrorſum regreditur, & hoc videtur eſſe, quod dicebat Galenus 8. de compoſitione medicamētorum cap. 7. quando chylus tranſmutatus eſt in ſanguinem, nec poteſt à quauis cauſa impeditus vlterius progredi, neceſſariò à vi iecoris extrapellitur.

Quare ſi chylus mutatus eſt in ſanguinem, & expellitur, opus eſt, vt ad inteſtina ſanguinolenta materia deponatur; ſi verò non tranſmutatur, erit talis, qualem eſſe diximus in obſtructione concauæ. Huiuſmodi igitur ſignum deſumptū ab excretis non videtur tutum, cùm materia ad cauam venam, quæ in gibboſa parte eſt, obſtructa reperiatur.

Quod ſpectat ad meatus, aut ad cauitates obſtructas, clariſſimè apparet, quādo canalis, qui bilem expurgat, obſtructus eſt, aut quando ille, per quem deponitur melancholia, ex colore ſcilicet totius corporis mutato, vt ſuo loco aperiemus; ſed qua ratione diſtinguatur obſtructio venarum à meatibus, vix intelligi poteſt.

Sunt, qui dicant, quod quando venæ obſtructæ ſunt, ſtatim conſumptio totius corporis cōſequitur, quando meatus,

A poſt aliquot dies, ſed veriùs videtur oppoſitum; nam cùm chylus recipi debeat in poros parenchymatis, neque recipiatur, non poteſt fieri ſanguis, hinc iecur primum tabeſcit, inde etiam, & omnes partes.

Sed huiuſmodi tam exacta conſideratio nihil facit ad curationem, quia eadem ſunt medicamenta, quæ deobſtruunt; ſed ante quam hanc ſignorum theo-
B riam concludamus, inquiſitione non vacat, cur ſit, quod in aliquibus pedes tumidi reddantur, aut cur ſit, quod aliqui in bona, qua fruuntur valetudine, caliditatem quandam percipiant ad volam manum, aut pedum, nec ſemper, ſed aliquando?

C

DE FVTVRO EVENTV OBſtructionis hepatis.

AN modò medicus curare valeat hanc affectionem videndum eſt, cuius regula vniuerſalis ex vehementia morbi, & virium robore deſumitur, ſed in hoc præſenti caſu, alia ſunt etiam cognoſcenda, nempe vtrum recens ſit affectus, an inueteratus, an ſimplex, an cum aliquo affectu complicatus.

Nam ſi recens eſt, non magno tolli-
D tur negotio, non eſt tamen ſpernendus, quia ſi ſpernatur, & antiquetur, fit (vt dicebat Auicennas) mater omnium ægritudinum; & Galenus libro de bon. & vitio ſuccorum cap. 4. dicebat neceſſe eſſe, vt duo ſequantur inconuenientia.

Sunt autem hæc inconuenientia, quod vel humores craſſi coquuntur, & inde ſuccedit plenitudo, aut quod hu-
E mores putreſcant, & inde ſuccedit cacochymia; quare ad obſtructionem tam quam ad veram matrem ſubſequuntur febres, hydropes, inflammationes, dolores colici, ventris fluxus, & alia id genus vitia.

Inueterata igitur obſtructio longa eſt, & difficilis curationis, & longè difficilior ea, quæ per eſſentiam ſit, quam

quàm quæ à liene, aut folliculo bilis euenit.

DE CVRATIONE OBSTRVCTIOnis hepatis per Victus Rationem.

HViuſmodi caput duo conſideranda proponit, quemadmodum, fit in omnibus morbis. Primum verſatur circa indicationem. Secundum conſiderat auxilia, quibus illis ſatisfacere valeamus, & materias auxiliorum.

Quod ſpectat ad primum, obſtructio, vel facta eſt, vel nondum facta, ſed partim fit, partim eſt facta. Vbi facta auferenda, vbi in fieri, ipſius generatio inhibenda eſt, ac vbi partim facta, & partim eſt in fieri, vtrique indicationi ſatisfaciemus.

Primo etiam modo, vel materia eſt craſſa, lenta, & viſcoſa, aut eſt flatulenta, & halituoſa: ſi craſſa, lenta, & viſcoſa indicat vtendum eſſe attenuantibus, incidentibus, & in ſumma deobſtruentibus. Si verò ſit flatulenta incidentibus ſimul cum deobſtruentibus, & vbi præparata eſt materia craſſa, tunc ad euacuanria deuenire oportet.

Quando verò obſtructio partim fit, & partim eſt facta, vt indicationes ſunt cõplicatæ, ita, & auxilia complicanda veniunt, vnde duæ ſunt indicationes; prima euacuandi, altera deobſtruendi.

Sed iam videamus auxilia, quæ nam ſint, & à quibus petantur inſtrumentis, in primis opus eſt inhibere craſſorum humorum, aut flatuum generationem, & illos qui geniti ſunt, euacuare.

Priori ſatisfaciemus per victus rationem oppoſitam ei, quæ tales humores, aut flatus generabat. Quare victus ratio debet habere duas conditiones, vna eſt, vt ſit boni, & laudabilis ſucci, quæ non generet craſſos humores; altera vt atteuandi habeat facultatem.

Nec propterea quantitas eorum excedere debet, ſed moderata eſſe oportet, vt humores illi qui poſſint concoqui, & in ſanguinem verti.

A

Ac primò äer eligendus eſt, qui in paſſiuis ad ſiccum vergat magis, in actiuis verò qualitatibus ad caliditatem.

Cibi omnes craſſi, & qui viſcoſos humores generare poſſunt, euitandi ſunt, in quo ordine habentur, quæcunque ex paſta fiunt edulia, carnes craſſæ, vt bubulæ, & quadrupedum ferè omnium. Caro autem hœdina, nec non ex caprillo aſſata concedi poteſt, vt innoxia.

B

Volatilium caro, auicularum præcipuè in montibus degentium, in hoc caſu valet, quæ aſſata ſit, & rebus aromaticis condita.

Carnes animalium quibus veſci debent illi, qui victu attenuante egent, duas habere conditiones eſt opus, Ganus lib. de artenuit. victus rat. cap. 8.

C

Vna eſt, vt ſit mollis, altera friabilis, cui hæ duæ conditiones adſunt, poteſt copioſè concedi. vbi nulla ex his adfuerit, euitanda caro eſt.

De turture, ac perdice loquens idem Galenus, dicebat friabilitatem in vtraque ineſſe quidem, ſed duriorem habere ſubſtantiam, ideo opus eſt, vt vno die aeri exponantur ad hoc vt molliores reddantur, quæque deinde ſint aſſatæ, & conditæ rebus aromaticis, vt eſt

D

Fœniculus, Pulegium, Saluia, Satureia, Hyſſopus, Roſmarinus,	inter olera.

Et huiuſmodi.

Caryophylli, Cinnamomum, Nux muſcata, Zingiber,	inter aromata.

E

Et quæ ſunt huius generis.

Oua recentia tremula, & ſorbilia, piſces ſaxatiles, & panis ex optima farina tritici benè fermentatus, aut ſale conditus, vel aniſatus, aut fœniculatus conuenit; vnde Galenus de bon. & vitio ſuccorum,

rum, dicebat panem ſine fermento, aut ſale, vel malè conditum, vel non benè coctum, craſſos humores generare.

Dulcia etiam alimenta, quæ præcipuè craſſa ſunt, non conueniunt.

Sed in alimentis eſt conſideratione dignum, quomodo Galenus concedat pedes, roſtra, & aures ſuum illis, qui victu attenuante ſunt nutriendi, cùm eorum caro friabilis non ſit? conſtat enim ex cute, & neruis ligamentalibus, & tendinoſis, quę ſunt craſſi ſucci.

Dicendum eſt Galenum de victus attenuantis ratione cap. 3. non concedere hęc alimenta niſi iis, qui maximè corpora ſua exſiccent, non autem omnibus indifferenter.

Deinde 3. de al. facult. cap. 4. ſcribit pedes ſuum in ptiſanam elixam iniectos optimos eſſe, ad meliorem reddendam ptiſanam, & quia molliores ipſi redduntur, & ad coctionem faciliores.

Galenus idemmet lib. de attenuantis victus ratione, tum 3. de facult al. prohibet vſum hepatum animalium omnium, quod ſint craſſi ſucci; pari modo lib. de attenuantis victus ratione cap. 8. vult abſtinendum eſſe ab omnibus viſceribus animalium, quod ſint excrementitia, ad coquendum difficilia, & craſſi ſucci: teſtes quoque ſunt huius generis.

Caro leporina, & ſi ſicca ſit, generat tamen ſuccum craſſum, ideo in hoc caſu minimè conuenit.

Inter fructus; amygdalæ amaræ conceduntur. Sunt, qui piſtacia etiam laudent, cappares quoque nonnulli.

Fungi craſſiſſimos, & glutinoſiſſimos humores generār, tubera verò craſſum, ſed non glutinoſum ſuccum producunt lib. de bon. & vitio ſuccorum: amylum eſt huius generis: hiſque craſſiorem ſuccum generant nuclei pinei.

Caſeus omnis eſt craſſi ſucci, ſed antiquus mali, aliquis etiam pręter craſſitiem glutinoſus eſt.

Placenta, quę ex caſeo, lacte, ac etiā ex ſimila, aut alia farina, & lacte fit, craſ-

A ſi admodum ſucci eſt.

Oua indurata ſunt craſſi ſucci, ſiue in aqua elixa, ſiue alio modo ad ignem cocta fuerint: frixa ſunt peſſimi ſucci; nam corrumpuntur in ventriculo, & ſecum cibos in corruptionem trahunt; hæc Gal. de bonit. & vitio ſuccorum cap. 4.

Pro potu vinum tenue album, vel a-
B qua cinnamomi, aut fœniculi, aut aniſorum conuenientiſſima eſt.

Inter alias res non naturales conferunt vigiliæ magis, quàm ſomnus; motus magis, quàm quies, ideo exercitium tempeſtiuè factum, & moderatum ſummè à Galeno, & Auicenna commendatur.

Sed animi affectiones vehementes; nec non potiſſimum replerio excremen-
C torum euitanda eſt, hinc ſi aluus ſua ſponte non fluat, ad clyſteres, & ſuppoſitoria deuenire oportet, quæ clyſmata non modò educendi excrementa facultate debent eſſe prædita, ſed & incidendi, & attenuandi, ideo in hoc caſu probo tale clyſteris exemplar.

℞. Maluarum,
Mercurialis,
Parietariæ ana m. ß.
D Radicis eryngij vnc. ß.
Foliorum eupatorij,
Bettonicæ ana m. ß.
Sem. aniſorum,
Cumini ana drach. j.
Agarici albi opt. drach. j. & ß.
Fiat decoctio ſecundùm artem.
℞. Huius decocti lib. j.
Hieræ Gal.
Diaphœn. ana vnc. j.
E Olei chamæmel. vnc. j.
Laurini vnc. ß.
Rutacei vnc. j. & ß.
Salis drach. j.
Fiat clyſter S. A.

Hæc eſt victus ratio, quæ competit affectioni huic: veniamus ad pharmaciam.

DE CVRATIONE OBSTRVCTIOnis hepatis per Pharmaciam.

VIdeamus, qua ratione, & methodo adminiſtranda veniat pharmacia, quæ verſatur primò circa materiæ obſtruentis præparationem, atque euacuationem, deinde ſe applicat circa tractatum de medicamentis tam internis, quã externis obſtructioni medentibus, & iecur corroborantibus.

In primis ſunt, qui immiſſo clyſtere ad ſanguinis miſſionem, vbi ea opus ſit, ſe conferunt. Alij verò etiam abſque clyſtere; nonnulli lenitiuum quoddam præmittunt, quod clyſteris cuiuſdam in modum euacuet cum inteſtinis ventriculum.

Inter neotericos eſt Alexander Maſſarias cap. 12. eſt etiã & Mercurialis, qui antequam illuuiem humorum in ventriculo, & inteſtinis contentam euacuet, per tres dies præparantibus aliquibus ſyrupis vtitur.

Sed non ſemper eodem modo, & ſi iiſdem præſidijs vtamur, omnibus eſt medendum; nam vbi ſimul cum obſtructione adeſt ingens plethora, ad ſanguinis miſsionem deueniẽdum eſt, aliquando præmiſſo clyſtere, nonnunquam verò omiſſo, pro vt plenitudo magis, & minus vrget.

At vbi non adeſt plenitudo, quæ vrgeat, tunc inſpicere oportet humores peccantes, & obſtruentes, qui ſi ſint cũ caliditate, & cum tenuibus vaporibus admixti in ventriculo, & [illegible], tunc ſine aliqua præparatione educi poſſunt leniente, ac benigno quodam medicamento; quale eſt exempli gratia,

Hiera ſimplex, cum
Caſsia ana drach. vj.

Pro anni tempore, regione, ætate, & cęteris benè conſideratis; nullum ſiquidem eſt præſtantius medicamentum, vt à me alias intellexiſtis, quàm hiera Galeno adſcripta.

At vbi humores craſsi ſint, & tunicis

A ventriculi quodammodo affixi, aut hærentes, opus eſt ſpacio duorum, aut trium dierum ſyrupos exhibere, quemadmodum facit eximius ille obſeruator Petrus Foreſtus lib. 19. obſeruat. 5. in obſtructione facta à materia viſcoſa, lenta, & craſſa.

Sunt autem præparantia medicamenta in hoc caſu plura, tam ſimplicia, quã compoſita, quæ continuò vſurpantur.

B Verùm antequam, quæ ipſa ſint, recenſeamus, conſiderandum eſt id, quod admonet Auicennas lib. 3. fen. 14. tract. 2. cap. 6. nimirũ quando obſtructio eſt in parte gibba, oportet vti diureticis, hoc eſt educentibus per vrinã; quando verò eſt in ſima regione iecoris, opus eſt educere, & euacuare per inteſtina.

Quare ex conſilio ſummi huius præceptoris medicus debet hanc facere

C conſiderationem, vt quando oppilatio eſt in gibboſa parte iecoris, per vrinam educat materiam, quando in concaua, per ſeceſſum expellat.

Sed hic quoque animaduertendum eſt, id iubere Auicẽnam cum cautione, quia non vult à principio euacuandam eſſe nec per vrinam, nec per ſeceſſum, ſed in vtroque caſu vult eſſe in primis vtendum medicamentis alterantibus;

D nempe incidentibus, aperientibus, & abſtergentibus.

Sunt autem hæc ſimplicia quædam vel frigidæ complexionis, vt idem docet Auicennas præcitato capite, vel calida, & nonnulla moderatæ.

Frigidæ complexionis.

Lactuca,

E Endiuia,

Endiuia ſponte naſcens, taraxon vocata.

Endiuia ſylueſtris,

Plantago cum folijs, & radicibus,

Omnia, quæ ſine calefactione aperiunt, & ducunt per vrinam, vt ſunt quatuor ſemina frigida.

Calidæ

Calidæ complexionis.

Bettonica,
Chamæpythis,
Chamædryes,
Apium,
Petroſelinum,
Aſparagus,
Fœnicu us,
Eupatorium.

Moderatæ complexionis.

Fumusterræ,
Lupulus,
Cuſcuta,
Abſynthium,
Cetrach, ſeu ſcolopendrium,
Capill. veneris,
Amygdalæ amaræ,
Aſarum,
Ariſtolochia rotunda,
Verbena,
Irios,
Epithymum,
Squilla,
Polium montanum, ideſt iua muſcata
Centaurium,
Gentiana,
Scariola.

Ad hæc ſpectant omnia cichoracia, quæ quamuis maiorem habeant amaritudinem, poſſunt tamen connumerari inter iſta, quemadmodum etiam ſcabioſæ omnes.

De lupulorum decocto, & ipſius folijs, & tota planta dubitat Maſſarias, quia quamuis à Meſue ſit propoſitum ad plures vſus in medicina, libenter abſtinet ab eo tanquam à nouo medicamento, tantùm probans ea, quæ ab antiquis fuerunt vſurpata.

Sed cur eſt, quod non abſtineat à rhabarbaro, quod fuit inuentum ab Arabibus, quemadmodum lupulus, qui ab Auicenna hoc capite laudatur? Is autem non poteſt nouus author appellari, quemadmodum Meſue, ſed Maſſarias

A ipſe nouus homo eſt.

Prædictorum ſimplicium vſus communis eſt, ex quibus decoctiones fieri poſſunt, & acetaria, quæ ex vſu eſſe poterunt ipſis ægrotantibus pro diuerſitate affectionis iecoris, & cauſæ ipſius.

Componique ex his multa poſſunt, quamuis habeantur plures ſyrupi in communi vſu, vt eſt.

B Oxymel ſimplex,
Syr. de endiuia ſimplex,
De cichorio ſimplex.

Qui aſſumi poſſunt cum decoctione cichorij, in qua paſſulæ ebullierint. Syrupi per tres dies dandi ſunt, inde corpus expurgandum, hoc lenitiuo.

℞. Diacatholici cum duplici doſi rhabarbari.
Hieræ ſimplicis Gal. ana drach. vj.

C Fiat bolus cum ſaccharo.

Vel ſyrupum roſatum concederem, ſi recens eſſet, ad vnc. v. aut vnc. v. j. diſſolutum cum decoctione cichorij, & fumariæ, quantum ſufficit.

Facta hac leui purgatione, ſeu ventris lenitione, veniatis ad validiores ſyrupos habentes facultatem aperiendi, inter quæ laudo illud decoctum, & purgationem, quæ illi exhibuit Petrus Fo-
D reſtus.

Vel

℞. Pilul. de hiera cum agarico,
Alephangin. ana drach. j.
Diagridij gr. vj.

Cum ſucco cichorij fiant pilulæ numero ſeptem.

Vel ſic parandæ ſunt decoctiones ad maiorem præparationem.

E ℞. Foliorum cichorij,
Eupatorij,
Cuſcutæ ana m. ß.
Radicum aſparagi,
Apij ana vnc. ß
Fiat decoctio ſecundùm artem.
℞. Huius decocti vnc. iiij.
Syr. de cichorio Nicol.
Syr. de duabus rad. cum aceto,

Syr. de fumoterræ comp. ana vnc. ſſ.
Miſce, & fiat potus.

Vel

℞. Syr. acetoſ. compoſ. ex Meſue,
Syr. de eupatorio ana vnc. j.
Miſce.

Vbi præparata fuerit materia, iam purganda eſt hoc medicamento.

℞. Decoctionis prædictæ vnc. ij.
Infunde.
Agarici trochiſc.
Rhabarb. electi in talleolas diuiſi ana drach. j.
Spicæ,
Salis gemmæ ana gr. ij.
Facta expreſſione diſſolue.
Syr. roſ. ſol. vnc. iiij.
Diaphœnici drach. iij. aut vnc. ſſ.
Miſce, & fiat potus.

His igitur, & ſimilibus, medicamentis, vel etiam validioribus, ſi opus fuerit, expurgandum eſt, deinde ad aperientia, & corroborantia accedere conuenit.

Inter aperientia præſtat decoctum ex tota filice, vel ſuccus ipſius, cum ſucco cichorij, & eupatorij.

Compoſita.

Inter hæc multa à ſcriptoribus probantur, vt ſunt antidotus,
Dialacca,
Diacurcuma,
Dianiſum,
Diatrium ſantalorum,
Trochiſc. de eupatorio,
Trochiſc. de abſynthio,
Trochiſc. de rhabarbaro,
Trochiſci etiam à Galeno 8. de comp. med. cap. 8. deſcripti, qui à quibuſdam de amygdalis appellantur, & fiunt hoc modo.

℞. Sem. fœniculi,
Aniſi,
Apij,
Aſari,
Amygdalarum amararum mundatarum,
Abſynthij ana vnc. ſſ.

Cum aqua fiant paſtilli: doſis à drach. j. ad drach. ij. cum vino non febrientibus; febrientibus verò cum aqua exhibeantur, Aetius lib. 10. cap. ij.

Prædicta medicamenta facultatem habent deobſtruendi, & iecur corroborandi.

Arridet mihi illud ſub trochiſcorum forma, aut etiam pulueris, quod à Mercuriali deſcribitur hac ratione.

℞. Pulu. iecoris lupini,
Pulu. filicis,
Trochiſc. de eupatorio,
Spicæ ana drach. j.
Sacchari optimi vnc. iij.
Cum aqua roſata fiant rotulæ; doſis à drach. iij. ad vnc. ſſ.

Vel ſic

℞. Pul. amygd. amararum excor.
Pul. iecoris lupini,
Pul. filicis ana drach. j.
Cinnamomi,
Spicæ ana drach. ſſ.
Sacchari diſſoluti in aqua apij vnc. iij
Fiat confectio in rotulis: doſis ad vnc. ſſ.

Vel

℞. Specierum dialaccæ,
Diacurcumæ ana drach. j. ſſ.
Pul. iecoris lupi drach. j.
Sacchari diſſoluti in aqua cichorij. vnc. iiij.
Fiat confectio in tabellis.

Decoctiones capill. veneris,
Rubeæ tinct.
Chamæpythios,
Chamædryos conueniunt,
Decoctum etiam cicerum rubeorũ, vt

℞. Capill. veneris,
Rubeæ tinct.
Chamæpythios,
Chamædryos ana p. j.
Cicerum rub num. xx.
Rad. apij vnc. ſſ.

Exterius adſunt plura medicamenta applicanda ad eãdem intentionem, ſed antequam ad ea deueniamus, vos admonitos

nitos volo ad prædictas intentiones in antiquatis præſertim obſtructionibus conuenire ius galli veteris, qui vt alias vobis dixi, excitandus eſt, ac verberibus cædendus, quouſque iraſcatur, deinde ſtatim caput illi amputandum eſt, exenteretur, & deplumetur, vinoque perfectè abluatur, eiuſque interna capacitas abdominis nempe, atque thoracis hiſce rebus impleatur.

℞. Amygd. amararum,
  Lupinorum decort. ana vnc. ß.
 Cicerum rubeorum,
 Hordei ana p. j.
 Radic. apij, drach. vj.
 Radicum aſparagi,
  Fœniculi,
  Filicis, ana drach. vj.
 Polij montani drach. iij.
  Acori,
  Spicæ ana drach. ij.
 Paſſul. corinth. vnc. iiij.

Licet aliquando addere radicis chinarum, aut ſarzæ parillæ, præſertim vbi aliqua ſit luis venereæ ſuſpitio, vt
 Radicum chinarum vnc. ß.
 Saſfras drach. ij.

Terantur omnia ſecundùm artem, & perfectè venter galli ſuatur, ne aliquid ab eo exire poſſit, deinde accipiantur aquæ puriſſimæ lib. iiij. ponantutque in lebete aperto, & ebulliant in duplici vaſe, quouſque remaneat quarta pars, aut etiam quinta, quia tunc validius erit medicamentum, poſtea rectè percoletur, vt nihil de pinguedine remaneat, atque vrgente neceſsitate offerantur ægrotanti vnc. vj. aut viij. aut x. hoc eſt medicamentum à doctiſsimo Mercuriali excogitatum, quod mihi magnopere probatur.

Propero ad externa medicamenta, in quibus applicandis placent mihi regulæ ab eodem Mercuriali propoſitæ. Prima eſt, vt numquam medicamenta applicentur, niſi è ventriculo chylus, & ſanguis è iecore diſtributionis cauſa ad cauam venam delatus fuerit, & deorſum

A ad inteſtina depoſita excrementa. Opportunum igitur tempus erit ante prandium per horam vnam.

Secunda eſt, vt locus foueatur decoctionibus, quia multæ ſunt partes, quæ à medicamentis penetrari debent, antequam igitur aloe, aut alijs medicamentis illinatur, præſtat fouere decoctionibus locum, & ſatius eſt, ſi irrigationibus vtamur.

B Tertia eſt Galeni præceptum, vt ſcilicet inſit aliquid tenuium partium, quod vehiculum ſe præbeat alijs medicamentis; nam cum hæc adſtrictoria facultate pollere debeant, non poſſet eorum virtus ſine vehiculo intus ferri.

Pro fomento igitur hac decoctione vti poſſumus.

℞. Fol. cuſcutæ,
  Cetrach,
C Eupatorij,
 Abſynthij ana p. j.
 Lupulorum p. ß.
 Rad. cichorij,
  Rub. tinct. ana vnc. j.
 Iunci odorati,
  Radices acori ana drach. ij.

Fiat decoctio in aqua, & foueatur locus tepida.

Inde hoc linimento inungatur.

D ℞. Olei de abſynthio vnc. ß.
 Olei amygd. amar. vnc. j. & ß.
 Acori,
 Polij montani,
 Sem. aniſi,
  Fœniculi ana drach. j. fiat puluis.

Cum modico ceræ, & aceti fiat linimentum,

Vbi hæc non proficiant, adhibeantur emplaſtra, quorum exemplar tale eſt.

E ℞. Amygd. amararum,
 Lupinorum à cort. mund. ana vnc. ij.
 Fol. eupatorij,
  Scolopendrij ana m. j.
 Rad. cichorij,
  Rubeæ tinctorum ana vnc. ß.

Terantur terenda, atque decoquantur ſecundùm artem, ac in mortario denuò contun-

A contundantur, atque cum melle & aceto, quantum ſufficit, fiat emplaſtrum, quod in hoc caſu efficaciſſimum eſt.

Sed vbi à flatu, aut vaporoſa materia fiat obſtructio, tunc opus eſt animaduertere, an humores adſint, à quibus tam flatus, quàm vapores eleuentur, pro ipſorumque diuerſitate diuerſis remedijs tam præparantibus, quam educentibus materiam extra corpus eſt vtendum.

B Deinde ad medicamenta flatum diſcutientia, & intus exhibenda, & extra admouenda properandum eſt.

Intrinſeca ſunt
Diaciminum,
Diatriumpipereon,
Dianiſum,
Zingiber conditum.

Extrinſecus ſunt fomenta ex rebus carminatiuis: fiunt etiam ſacculi, qui perpetuò adhærere parti debent, vt

℞. Furfurum lib. j.
Florum chamæmel. p. ij.
Seminum aniſorum vnc. ij. & ß.
Abſinthij,
Fœniculi,
Polij montani ana m. j.

Omnia terantur, atque in ſacculo reponantur pro iecore.

DE IECINORIS INFLAMMATIONE.

CAPVT DECIMVMSEXTVM.

IEcur pati poſſe morbos tamquam membrum ſimilare, & tanquam organicum clarum; adeo eſt, tam ex Galeni, & Auicennæ, quàm aliorum authorum doctrina, vt nullo verborum apparatu ad id demonſtrãdum ſit opus. Morbos, quos vt ſimilare membrum patitur, iam demonſtrauimus, ſimulq; declaratum à nobis fuit eius affectionem quandam eſſe, in qua morbum in compoſitione patitur reſpectu meatuum, ac cauitatum ipſius ſubſtantiæ, & venarum quem noſtrates obſtructionem, & oppilationem vocant.

E Nunc agendum proponitur de alijs affectionibus in compoſitione, quæ eueniunt in magnitudine, eam, nimium quàm par ſit, augentes, quarum vna dicitur inflammatio; altera verò ſcirrhus, de quibus in vniuerſum loquitur Auicennas lib. 3. fen. 14. tract. 3. cap. 1. dicebatque alia eſſe apoſtemata, quæ accidunt hepati, alia muſculis abdominis iecori ſupra poſitis, & alia eſſe quæ eueniunt meſeraicis.

D Rurſus eorum, quæ ſubſtantiæ hepatis contingunt, alia ſunt, quæ conueniunt gibboſæ, alia concauæ ipſius regioni, & rurſus alia ſunt accidentia membranæ exteriori, alia verò venis, atque arterijs ipſius,

In præſenti tractabimus de inflammatione, quæ eſt apoſtema, ſeu tumor factus in ipſo hepate, quatenus eſt aggregatum quoddam ex ſuo parenchymate, venis, & arterijs, & membrana ipſum inuoluente.

Cum autem capite de pleuritide audieritis inflammationem aliam eſſe, quam Græcis vocant φλεγμονὴν aliam φλόγωσιν, de phlegmone nobis erit ſermo, quæ tumor eſt ab humoribus calidis factus, nempe vel à ſanguine, vel à bile, aut ab vtroque ſimul.

Si à ſanguine, dicitur verè phlegmone, ſeu inflammatio, ſi à bile eryſipelas. At ſi

At ſi ambo iſti humores admiſceantur, pro humoris dominij ratione fit modò phlegmone eryſipelatoſa, modo eryſipelas phlegmonoſum. Prior quidem ſi ſanguis prædominatur bili: alterum è contra, ſi bilis ſuperat ſanguinem.

A

Siue igitur vnus ſit humor, ſiue duo, qui tumorem faciant in hepate, appellatur is hepatis inflammatio vniuerſali quadam ratione. Hæc doctrina eſt Galeni 5. de locis affectis cap. 7. 13. meth. med. cap. 2. 14. eiuſdem libri cap. 8.

Modus autem generationis phlegmones eſt, eodem docente Galeno præcitato loco, quando ſanguis ab vna in alteram partem fluit, ſiue pulſus, ſiue attractus fuerit; nam primò replet vaſa maiora, deinde minora, tandem omnia etiam minima, à quibus exiens in ſubſtantiam partis illius, ad quam vaſa terminantur, deponitur, eamque totam replet.

Sed hic eſt modus, quo generantur inflammationes omnium aliarum partium; nam cum à iecore multitudine ſanguinis repleto expellatur ſanguis, per truncum venæ cauæ fertur primum, deinde per alias, quemadmodum capite de pleuritide diximus, vt tandem tanta copia affluat, vt venæ illius partis non modo repleantur; ſed tota etiam ipſius ſubſtantia quæcunque illa fuerit.

At non video par rationem generationis inflammationis in hepate, & in alijs partibus, quia ſanguinis opifex eſt hepar, neque aliunde ſanguis in ipſum deriuari poteſt. Quare non video, quo modo generatio inflammationis ad modum aliarum partium inflammationis reduci poſſit.

Licet autem authores de hac materia ſcribentes inflammationis modũ cõmunem aſſerant eſſe tam in hepate, quam in reliquis partibus, quæ inflammatione tentantur, ijs tamen non videtur aſſentiendum; cum nulla alia pars ſit, à qua ſanguis ad iecur ferri poſſit.

Quare dicendum mihi videtur inflammationem in hepate fieri, quando ſanguis retinetur in parenchymate iecinoris, nec in cauæ venæ ramos per foramina illis deſtinata permeare poſſit, qui cũ difflari nequeat, corrumpitur, ac putreſcit, inflammationemque facit. In parenchymate igitur hepatis inflammationem hoc modo fieri poſſe exiſtimo.

B

Sed quamuis fiat diuerſa ratione, curatio tamen eadem eſt, ideo oportet, vt dicamus inflammationis naturam eſſe morbum in compoſitione, qui lædit hepatis magnitudinem, eam nimium augens, & eiuſque operationem vitians.

DE CAVSIS INFLAMMAtionis hepatis.

C

SVnt autem cauſæ, vel externæ, vel internæ, quas Aetius deſcribit tetrabibli 3. lib. 2. cap. 3. Exordiamur nos à primitiuis, ſeu externis, quæ eſſe poſſunt res omnes non naturales tam nobis neceſſariò, quam non neceſſariò occurrentes.

Aer quidem calidus immoderatè cauſa eſſe poteſt. Alimenta etiam nimium calida, ſi eorum immoderatus ſit vſus, quemadmodum ſunt omnia aromata.

D

Alimenta quoque craſſa, quæ obſtruere poſſunt; inter quæ dulcia non minimam ſibi vendicant occaſionem, ſi præcipuè ex materia craſſa fuerint.

Vinum generoſum, nimiæ potationes frequentius repetitæ; in ſumma crapulæ, & conuiuia frequentia, inflammationem in hepate efficere poſſunt.

Animi immoderatæ affectiones idem efficere valent, vt ira, furor, mœſtitia, triſtitia, & cogitationes vehementes.

E

Inſuper immoderatæ vigiliæ, nimiæ, & intempeſtiuæ exercitationes, balnei vſus importuous; coitus frequens, & intempeſtiuus.

Denique medicamenta calida tam intus, quam extra admota, vt emplaſtra calida ſanguinem attrahentia; cucurbi-

turbitulæ etiam vehementer applicare, & vt vno concludam verbo, quæcumque poſſunt violenter hepar ipſum lædere, vt vulnera, contuſiones, & id genus alia.

Cauſæ verò internæ aut ſunt, quæ per eſſentiam id faciunt, aut per conſenſum ab alijs partibus; priores ſunt intemperies tam calida quàm frigida; calida quidem ſanguinem, & humores corrumpit, ac nimis calefacit, vt qui poſtea nequeant à natura regi; frigida verò facultatem tam concoctricem, quam expultricē debilitat: obſtructio etiam, de qua dictum fuit, poteſt eſſe cauſa inflammationis.

Dolor quoque, quod rationem habeat attrahentis facere poteſt, vt ſanguis, qui in vena caua reperitur, denuò in iecur recurrat, quemadmodum & debilitas, aut obſtructio efficit, vt ſanguis retineatur in hepare nimis, quam conueniat, inde incaleſcat, ſiue modò ſolus fuerit, ſiue bili admixtus, aut alijs humoribus; nam fieri inflammatio poteſt à ſanguineślioſo, pituitoſo aut melancholico.

Cauſæ verò per conſenſum illæ ſunt, quæ à læſione partium aliarum iecori vicinarum prodeunt, vt quando ventriculus corrumpit (vt dicit Auicennas) digeſtionem, vel folliculus bilis, aut lien, ita vt nullum ex his rectè expurget hepar ab excrementis. Idem dicendum eſt de inteſtinis tenuioribus, & potiſſimùm de ieiuno, de vtero in mulieribus malè affecto, & tandem de omni alia parte, quæ corpus expurgare conſueuit, quæ ſuo non fungantur officio.

Ex hoc diſcurſu habetis inflammationis naturam, & partem affectam, nec non & cauſas affectionis, à quibus poteſtis plures differentias inflammationis elicere.

Et primò à natura inflammationis de ſumuntur differentiæ, cùm alia fiat à ſanguine ſolo, vel bilioſo, aut pituitoſo, vel melancholico, pro cuius quidem vario

A dominio contingit varia acquirere nomina, vt ſupra intellexiſtis.

Deinde à parte affecta; nam alia inflammatio eſt, quæ totum aggregatum ex parenchymate, membranis vaſiſque occupat, alia ſolum parenchyma, aut membranas, vel venas, aut arterias, aut neruos, ſed rariſſime id euenit.

Et rurſus cum iecur duplicem habeat B regionem, vnam appellaram gibboſam, alteram vero concauam, inflammari poteſt vna non inflammata altera, quod tamen rariſſime accidere Galen. 5. de locis affectis cap. 7. Vnde alia eſt inflammatio partis gibboſæ, alia concauæ.

Atque ſi contingat inflammari hepar, aliquando euenit, vt magis membrana, quam caro inflammetur, non nunquam etiam quod magis concaua, quàm gibC ba; vix enim credibile eſt, quod quando iecur inflammatur, omnes ipſius conſtituentes, & integrantes partes non inflammentur; & quamuis vna pars ſola inflammari poſſet, dicitur tamen hepatis inflammatio.

Denique aliæ à cauſis elici poſſunt differentiæ. cum alia ſit à cauſa interna, alia ab externa, alia per eſſentiam, alia per conſenſum; his allatis differentijs opus eſt, vt addiſcamus ea, à quibus inter D ſe iecoris inflammationes differentes recognoſcuntur; in hoc enim loco docet Galenus lib. 5. de locis affectis cap. 7. id præcipuè in diſtinguendis his inflammationis differentijs, a quibus curandi ratio euariari ſolet.

DE SIGNIS INFLAMMATIONIS hepatis.

E PRimò igitur ea ſigna in medium afferre conabimur, à quibus concludit Galenus inflammatum eſſe iecur.

Deinde ea, quæ diſtinguunt partes inflammatas iecoris, nempe gibboſam, aut concauam.

Tertiò, quia ſæpe medici conſueuerunt decipi in cognitione affectuum partium

tium internarum, earum præcipuè, quæ ſunt in abdomine, & magis in diſcernendis tumoribus hepatis, propterea quod in muſculis, qui ſupra ipſum ſunt inflammationes euenire ſolent, afferam ſigna, quibus vnuſquiſque poſſit diſtinguere hepatis inflammationem à muſculorum inflammatione.

Tandem, quia tantam affinitatem habere inter ſe videntur inflammatio pleuræ, vt audiuiſtis, cum hepatis inflammatione ita vt medici etiam docti nonnunquã decipiantur, quemadmodum videre vnuſquiſque veſtrum poteſt, in eo dico illo Siculo apud Galenum tum lib. de locis aff. dictis capite citato, tum etiam lib. ad Poſthumum, qui cum laboraſſet inflammatione iecoris cum eiuſdem debilitate, exiſtimabat tamen ſe laborare pleuritide, ne igitur ſuccedat error afferam vobis notas, quibus vnam ab altera affectione dirimi poſsit.

Primò igitur Galenus docet ſigna declarantia iecoris inflammationem, quæ ſunt in primis grauitas in dextero hypochondrio; deinde dolor extẽdi nonnunquam ſolet ad clauiculam vſque, quamuis non ſemper.

Vnde Galenus cũ Siculum illum medicum circa ſymptomata propria huius affectionis interrogaſſet; ſummoque cum ſuo honore illi dixiſſet, quod dum inſpiraret, perciperet dolorem circa dexterum hypochondrium maiorem ad eam partem, quàm illi Galenus tetigerat, retinuit ſe ab interrogatione extenſionis doloris ad iugulum vſque, quia non eſt ſignum pathognomonicum, niſi (vt nonnulli dicunt) in ijs, quibus iecur coſtis alligatum eſt, & vt ipſemet Galenus ſcribit illis, qui magnis inflammationibus tentantur, aut ſcirrho aliquo in hepate.

Ne itaque Galenus laudem ſibi in cognoſcendis ſymptomatibus acquiſitam amitteret, abſtinuit ſe ab huiuſmodi interrogatione; proinde ſubiungit Galenus dixiſſe fieri poſſe, vt paulò poſt

A ægrotus percipiat talem dolorem, aut iam antea percepiſſet; dolor igitur in hypochondrio dextero ſemper adeſt, non tamen neceſſariò ad iugulum extenditur.

Addit Aetius lib. 10. cap. 3. iam ſupra citato dolorem hunc extendi quandoque ad ſcapulam vſque dexteram.

Exigua deinde eſt tuſsis, qua nihil expuunt, quare dum Galenus ſuum Siculũ

B medicum hac inflammatione laborantem interrogaret, incidit fortè fortuna in hanc tuſsim ſiccam, quod cauſa fuit, vt Glauco Philoſophus obſtupuerit, ac Galeni doctrinam maximè admiratus fuerit; cùm obſeruaſſet eum ad vnguem enarrare illa ſymptomata, quę medicus ille patiebatur.

Linguæ quidem in primis adeſt rubor magis, deinde verò nigredo, acce-

C dit ingens cibi faſtidium, ſitis inexhauſta, vomitus tum ſyncerae bilis, tum vitellinæ, quæ aliquando æruginis formam referre videtur.

Aluus quoque adſtricta eſt, niſi ſimul cum inflammatione adſit debilitas; tunc enim per aluum exit materia quædam loturæ carnis ſimilis, quam ſtatim Galenus ad medicum Siculum ingreſſus ob-

D ſeruauit ſibi oblatam.

Hiſce omnibus ſuccedit febris perpetuò ſequens inflammationem iecoris, de qua quidem paulò infra videbimus, an ſit febris acuta, an ſecus, quod diſputat Altimaris. Hæc ſunt ſigna demonſtrantia inflammationem, videamus modò, quæ ſint illa, quæ diſtinguunt inflammationem partis gibboſæ ab inflammatione concauæ regionis.

E

DE SIGNIS INFLAMMATIONIS partis gibboſæ, & concauæ iecinoris.

DIcebat Galenus inflammationem dumtaxat in gibboſa parte, illæſa manente eius concaua, & è contra, nequaquam fieri poſſe, cum omnes parti-

 um iecoris

rum iecoris carnes inter ſe continuētur: ſed neque contingit vtramque partem exquiſitè inflammari.

Quæ igitur in ſimis euenit, maiorem profert inappetentiam, nauſeam, vomitum biliofum, ſitim ingentem; è contra verò, quæ contingit in gibbis, inter ſpirandum dolorem efficit maiorem, magiſque tuſſim excitat, doloremque vſque ad dexteræ partis iugulum extendit, adeo vt diſtrahi videatur.

Alexander Trallianus lib. 8. cap. 1. inquit, quando inflammatio eſt in parte hepatis gibboſa, tuſſim magis excitat, ſeptum tranſuerſum coarctat, & grauitatis potius ſenſum, quàm inflammationem facit. Quando verò inflammatio eſt in concaua, animi defectio ſuccedit, corpus alimentum non ſentit, pallidum, & tenue apparet, & temporis ſucceſſu hydrops ſequitur.

Hæc ſunt indicia, quibus dignoſcitur inflammatio iecoris, nec non & quæ diſtinguunt partis gibboſæ inflammationem ab inflammatione concauæ regionis.

Idem Alexander addit ſignum diſtinctiuum parenchỹmatis inflammati à reliquarum partium inflammatione, dicens in membranis, & vaſis, vbi inſit inflammatio, dolorem adeſſe acutum, grauem verò, ſi in parenchymate.

Sed ego exiſtimo rarò, aut nunquam contingere poſſe inflammationem in vna parte, quin etiam in alijs eueniat.

Sed vnum relictum eſt ſignum de quo viget inter ſcriptores altercatio, nempe febris, quandoquidem diſputatur, vtrum ſit pathognomonicum inflammationis; nam ex vna parte Alexander viſus eſt negaſſe febrem in iecoris inflammatione; alij verò dicunt non ſolum febrem adeſſe, ſed eam eſſe acutam.

Sed febrem adeſſe ſemper, Galeno teſte locupletiſſimo, probant, quippe qui 2. de locis affectis diſputans aduerſus Archigenem, oſtendit dolores aliquos in hepate, & tumores eſſe ſine febre, ſed inflammationem nunquam ſine ea conſiſtere poſſe.

Alexander dicebat, ſi inflammationem non magnam, ſed exiguam eſſe acciderit, ægrè internoſci poſſe; neque enim febrem ſtatim inducit, niſi inſignem quandam magnitudinem acquiſiuerit, neque oculis hæc ſpectari, neque tactu manifeſto cognoſci, ſed ex alijs animaduerti poteſt.

Non videtur igitur aliqua contradictio inter Galenum, & Alexandrum, quia Galenus conſiderat inflammationem factam; Alexander vero in fieri; vnde ipſe dicit, quod à principio febris nulla adeſt niſi vbi acquiſiuerit magnitudinem.

Hinc Altimarem probare non poſſum, vbi lib. de med. malis cap. 84. ſcribit ſententiam Alexandri intelligendam eſſe de febre acuta. hoc eſt, quod inflammatio exigua non inducit febrem acutam; nam hic non eſt ſenſus Alexandri, qui voluit nobis ſignificare inflammationem in fieri non ſtatim inducere febrem, niſi quando acquiſiuerit magnitudinem ingentem.

Scimus quidem ex Galeni ſententia 13. meth. med. cap. 2. & 3. & alijs in locis inflammationē ex illis morbis eſſe, quorum eſſentia eſt partim in fieri, partim in facto eſſe, vbi igitur inflammatio exigua eſt, & à principio, non ſtatim inducit febrem, vt rectè ſentit Alexander, ea autem eſt, quando à principio conuocatur medicus, qui ſuſpicans eſſe inflammationem iecoris, ad eam recte [illegible] ſcendam, iubet ægrum, vt magnam edat reſpirationem, in qua tunc ſe grauitatem quandam, & dolorem percipere dicet.

Eadem ratione vſus eſt Galenus, & eodem experimento in explotanda inflammatione iecoris in medico Siculo, vbi interrogans ipſum ait, an cū magnā trahis inſpirationem, dolor ea parte, qua notaui, vehementius te cruciat, ten

tilq; e

tiſque in dextera præcordiorum parte grauitatem.

Terigerat enim Galenus locum hunc priùs manu ad coſtas mendoſas dexteri lateris. Sed hoc loci inflammatio iam facta eſt, cùm habeat omnia ſigna demonſtrantia factam eſſe, nempe dolorem, tuſſim, reſpirationem læſam, paruam, & crebram.

Poteſt igitur inflammatio iecoris ſine febre eſſe, ſi in principio eſt, & in fieri; at quæ iam facta eſt, febrem adiunctam ſemper habet, ſed cum duobus modis, & ipſa ab Altomari conſideretur, vel vt parua eſt, vel vt magna, primo modò exiguam habet febrem; alio modo magnam; quæ adhuc eſt in duplici differentia; alia enim fit ex bile, alia ex ſãguine, cui admiſcetur bilis; primaque dicitur eryſipelas; altera verò phlegmone eryſipelatodes.

Sed rurſus cum magna inflammatio fit duplex, vt ex Galeno 5. de locis affectis 7. ex Altomaris ſententia, vna quæ eryſipelas appellatur, vel phlegmone eryſipelatodes, altera verò, quę phlegmone, & inflammatio re vera eſt dicta, primo modo febris, quæ ſequitur eam eryſipelatodem, eſt acuta, quæ verò ſequitur veram inflammationem, non eſt acuta; hæc eſt Altomaris ſententia.

Mercurialis verò doctiſſimus lib. 3. ſuæ praxis cap. de inflammatione opinatur numquam dari poſſe iecoris inflãmationem ſine acuta febre, quia illius eſt ſignum pathognomonicum, quod ratione, & authoritate Aetij, & Pauli probare nititur.

Ratio duplex; vna deſumpta à natura membri, quod nobiliſſimum eſt, & nobiliſſimam habet actionem; quare morbi etiam illi euenientes dicuntur magni, cum igitur inflammatio eueniat iecori, dicitur magnus morbus, at magnus morbus magnam febrem adiunctam ſemper habet, quare neceſſe erit dicere febrem ſequentem iecinoris inflammationem acutam eſſe, & magnam.

A Altera ratio ex Galeno deſumpta eſt, qui lib. de temp. morb. ex Archigene dicit, duo eſſe, quæ morbum acutum faciunt, id eſt, motus velocitas, & periculum vitæ, ita vt vbicunque morbus velociter moueatur, adſit vitæ periculum, & morbus acutus ſit, ſed talis eſt iecoris inflammatio, ergo & febris illam ſequens erit morbus acutus.

B Sed exiſtimamus nos magnum morbum reſpectu partis excellentiæ, & ipſius nobiliſſimæ operationis dici ſemper magnum; ita vt omnes morbi iecori euenientes ſint dicendi periculoſi, acuti, & lęthales.

Exemplum ſit inflammatio illius medici Siculi, quæ nõ habebat febrem acutam adiunctam; nam quam primum Galenus carpo, vt arteriam tangeret, admouit, medicus ægrotus ſtatim eum admonuit ſe à deiectione decubuiſſe, ne

C à motu arteriarum deciperetur, quaſi innuere vellet, motum arteriarum ſuarum crebriorem eſſe ex illo, quem fecerat, motu à cubili ad deiectionem, & à deiectione ad cubile, ac quod arteriæ vix alteratæ eſſent.

Itaque dubium illi erat, an febriret nec ne; an crebritas illa, quæ in arterijs perciperetur, referenda potiùs motui,

D quàm febri; ſi febris acuta fuiſſet facilè à Galeno cognita fuiſſet, & medicus ipſe non admonuiſſet Galenum de crebitate motus arteriarum ex pręcedente motu, quia in febre acuta arteriæ motu mouentur veloci, & crebro; nondum enim facta erat magna inflammatio eo tempore, quo Galenus medicum inuiſit, quia nondum dolor ad iugulum vſque extenſus erat, qui poſtea ſe extendit.

E Statuamus igitur ſententiam Altomaris, & Mercurialis eſſe veram quidem, ſed non ſemper, quia Altomaris dicebat febres acutas ex Galeni ſententia ſequi inflammationes eryſipelatodes iecoris, & pulmonum, hoc eſt rantùm acutas febres eas eſſe dicendas, quæ ſequantur inflammationes à bile ſola, aut cui ad-

mixtus ſanguis ſit, factas.

Quod tamen falſum eſt, quia idem Galenus cap. 7. 5. lib. de locis affectis, poſtquam loquutus eſt de ſignis inflammationis veræ hepatis, ſubiungit de eryſipelatode dicens accidentia apparentia eſſe his ferè ſimilia, hoc eſt, ſymptomata demonſtrantia veram inflammationem, & eryſipelas iecoris, ſunt ferè eadem, non ſimpliciter.

Deinde addit, inſuper febris quoque, cùm vehementiſſima ſiti cruciētur laborantes, quaſi velit Galen. dicere in vtraq; inflāmatione adeſt febris acuta; & vehementiſſima ſiti ægrotantes cruciantur tam in vna, quàm in altera; tales enim, inquit, febres, quæ ſunt cum ardentiſſima ſiti, ab antiquis cauſonides appellantur: & iſtæ ſunt, quæ flammeas hepatis diſpoſitiones ſequi ſolent, vt ipſe admonet Galenus.

Non igitur ſolummodo febris acuta, & ardens ſequitur tantùm eryſipelas, aut eryſipelatodem iecoris, vt voluiſſe videtur Altimarus, ſed etiam alias inflammationes; nec pari ratione dicendum eſt ſemper in quauis inflammatione iecoris adeſſe febrem acutam, ſed tantummodo in magnis inflammationibus iam factis, & hoc eſt, quod Aetius dicebat, febris acuta eſt inæqualis, quæ plerumque noctu exacerbatur.

Nec Paulus lib. 3. cap. 46. dicit inflammationem iecoris ſequi febrem acutam, ſed dicebat febrem acutam ſequi dolorem; nam cum primum dixiſſet dolorem in inflammatione iecoris extendi ad iugulum vſque, infra verò ad coſtas ſpurias, ſubiungit dolorem hunc ſequi febrem acutam, idem vellens nobis ſignificare, quod ſupra diximus, nempe inflammationem factam eſſe, quæ vbi facta eſt, tunc febris acuta ſequitur.

Et hoc eſt, quod pulchrè declarauit Trallianus (neque enim febrem ſtatim inducit.) Cōcludamus igitur inflammationem iecoris à principio non habere febrem acutam, ſed quando iam facta

A eſt, nec rationes in contrarium quidquam valent, cùm iam reſolutæ ſint.

Ex his habemus ſigna demonſtrantia inflammationem iecoris, & ea quæ partes ipſius inflammatas ab inuicem diſtinguunt; veniamus ad ea, quæ iecur inflammatum à muſculorum inflammatione diſtinguunt.

B *DE SIGNIS INFLAMMATIONIS in hepate, aut in muſculis exiſtentis.*

GAlenus in primis admonet conſiderandum eſſe, an gracile ſit abdomen, quod vel natura, vel morbo tale eſſe poteſt, & tactu inflammatio ingens percipi, quia propriam à muſculis incumbentibus ſortitur differentiam.

C Moles enim ipſius ad propriam circumſcriptionem ſub manibus coacerua ta deſinit; nam ſolius iecoris proprium eſt, vt cumulum tumoris circumſcriptum habeat; muſculus verò cum totus ſibi continuus ſit, molem inflammationis, quæ ſenſim diminuatur, continet.

D Hæc, quæ à Galeno ſcribuntur, petenda ſunt à figura, & ſitu, & quidem facilius explorantur in his, quibus abdomen eſt gracile, quamuis etiam medici ſæpe decepti maneant, & faciliùs vbi abdomen pingue, aut craſſum eſt, & deceptio contingit, quādo inflammatio in muſculis reperitur ad hepatis regionē.

E Verùm vbi in altera parte fuerit, non multo negotio cognoſcetur, ſed longè maior difficultas erit in alijs tumoribus diſtinguendis, eorum potiſſimum, qui in meſenterio, & inteſtinis contingunt; igitur in inflammatione iecoris ſub manibus tota tumoris figura percipitur rotunda, vt inquit Aetius ad figuram iecoris, quod rotundum eſt, totum que tumorem comprehendere poſſumus manu, vt docet Galenus, quod fieri non poteſt in incumbentibus muſculis, quia ob eorum continuitatem, & tenſio

nem

nem non poteſt tumor apprehendi, ſed potius euaneſcit.

Obſeruaui etiam iecoris tumorem eſſe hinc inde mobilem ad latera potiſſimùm, vnde eſt, quod rectè admonebat Auicennas, quando corpus reuoluitur ad ſiniſtrum latus, tumor magis apparet: è contrà ſi ad dextrum minus, quia ſub notis coſtis iecur reconditur, magisq; conſpicuus tumor in gibboſa, quàm in concaua apparet.

Cæterum Aetius dicebat, quod in inflammatione iecoris cutis abdominis nullā labem habet, ſed naturalis exiſtit; in muſculorum verò inflammatione circumtenſa eſt, vt trahi manu, atque eleuari minimè poſſit.

Tandem Aetius concludit promptiſſimè tactum diſcernere, ſiue in alto, ſiue in ſuperficie inflammatio conſiſtat; diſtinguit enim ſenſus inflammationem exiſtentem in muſculis rectis ab alijs, qui illis ſubiecti ſunt: his igitur poterit diſtingui inflammatio iecoris ab inflammatione muſculorum.

DE SIGNIS DISTINGVENtibus hepatis inflammationem à pleuritide.

CVm verò difficiliùs ſit hanc hepatis diſtinguere inflammationem à pleuritide, quæ, vt intellexiſtis, eſt inflammatio ſuccingentis coſtas membranæ, pleuræ appellatæ, certè non ſine magna ratione à vobis animaduertenda ſunt ſigna vtriuſque diſtinctiua.

Iecur thoraci communicatur, & colligatur duplici medio, nempe membrana ſua inuoluente, quæ diaphragmati appenſa eſt, ita vt ligamentum euadat, diaphragma verò altera ſua ſuperficie, qua thoracem reſpicit mēbrana à pleura ortum ducente, ſuccingitur, pleura enim omnibus viſceribus thoracis, & omnibus coſtis interius eſt coniuncta. Deinde præter membranam pleuram, mediante vena caua omnibus partibus

A colligatur.

Inde mirum non eſt, ſi vbi inflammatum eſt iecur, etiam thorax lædatur, non ſecus atque contingit in affectibus thoracis, hinc opus eſt medicos magis peritos eſſe, ne decipiantur, quemadmodum in ſe ipſo deceptus fuit medicus ille Siculus, qui cùm tuſſi cruciaretur, dolore, & difficultate reſpirandi, exiſtimabat ſe eſſe pleuriticum, non hepaticum.

B Videamus igitur, in quibus inflammatio iecoris à pleuritide diſtingui poſſit, intellexiſtis quinque eſſe, ſed quatuor potiſſimùm declarantia pleuritidem, hoc eſt, febris acuta, dolor lateris pungitiuus, tuſſis, ac reſpirandi difficultas; hæc quatuor caracterem pleuritidis deſignant; additur & quintum, quod à pulſu deſumptum eſt, nempe pulſus ſerrinus, qui in pleuritide, tanquā pathognomonicum quandoq; à Galeno accipitur:

C in inflammatione iecoris adeſt dolor, tuſſis, difficultas reſpirandi, & febris, vnde meritò conuenire cum pleuritide videtur.

Proinde qui vult eam diſtinguere, opus eſt, vt in hæc quatuor ſymptomata, & mentem, & oculos admodum intendat; nam dolor in pleuritide eſt pungitiuus, in iecinoris inflammatione ten-

D ſiuus, & grauatiuus, deinde tuſſis eſt ſemper cum ſputo in pleuritide, in iecoris inflammatione abſque ſputo, & ſicca.

Difficultas quoque reſpirandi longè maior in pleuritide, quàm in iecoris inflammatione, quod quidem exiſtimo diſcendum eſſe de febre, nempe, quod ſit magis acuta in pleuritide; quàm in inflammatione dicta, quia inflammatio

E magna vtrobique exiſtente rationi magis conſonum videtur, quod illa, quæ propinquior cordi eſt, maiorem etiam noxam illi faciat, quàm illa, quæ remotior reperitur.

Tandem pulſus poteſt aliquid diſcriminis afferre, cùm in pleuritide ſerrinus ſit, in hoc verò minimè; maiorque duritiei

ritiesſit in illo pulſu, quàm in hepatico hæc de ſignis.

DE FVTVRO EVENTV inflammationis hepatis.

QVod ad prædictiones attinet, difficilis eſt admodum huius affectionis curatio; nam ſalus omninò, ſeu ſalutis ſpes poſita eſt in robore virium. Qui enim vires validas habent, vt plurimum ſanâtur, qui verò è contra viribus ſunt imbecilli, vt plurimum moriuntur. Hinc eſt, quod Galenus 10. meth. dicebat, ſi inflammatio magna hepatis euenerit ijs, qui calido, & ſicco ſunt temperamento, breui moriuntur tempore, quod vires validas minimè habeant.

Scriptum eſt etiam 3. epid. 2. 5. quod ſenes graciles, & biliosi, ſi corripiantur tali inflammatione, pereunt, aut tabidi fiunt.

Singultus magnus, & frequens malum; Auicennas lib. 3. fen. 14. tract. 1. cap. 2. quia ſignificat magnam admodum inflammationem, eò magis ſi vomitus fuerit niger, aut porraceus.

Febris acuta, & vehemens quoque mala eſt, mortemque minatur, quemadmodum è contrà mitis febris inflammationem paruam demonſtrat.

Qui morti ſunt proximi, tumidum ventrem habent ex rupto abſceſſu, ſudantque ſudore frigido circa collum, & faciem, animoque liquuntur, quod Bellarmato cuidam contigit apud Iacchinum.

Dicebat Auicenna inflammationem longo tempore perſeuerantem ducere hominem ad hydropem.

Sanantur illi, quibus è naribus copia ſanguinis effluxerit in diebus criticis cum ſignis coctionis; illi quoque quibus ſigna coctionis in vrinis apparent, & hi ſunt, quibus robur virium conſiſtit: hæc de prognoſticis.

A *DE CVRATIONE INFLAMmationis hepatis per Chirurgiam.*

SVmma curationis huius inflammationis poſita eſt in euacuatione tam totius corporis, quàm iecoris; hac enim ratione prohibebimus affectionem augeri, & quod eius iam factum eſt, tollemus.

B Huic autem indicationi, aut ſcopo ſatisfacere poterimus conſuetis medicinæ inſtrumentis, & primò quidem ad chirurgicum remedium recurrendum eſt, quod multùm, & citò euacuet, quem admodum in hoc caſu agendum venit pro ratione multitudinis ſanguinis, roboris, virium, ætatis, conſuetudinis, anni temporis, & huiuſmodi.

C Igitur in primis mittēdus eſt ſanguis, vt Auicennas præcipit, & ante illum Galenus, & Aetius, ex vena iecoraria dexteri brachij, quæ vbi non appareat, ad mediam deueniendum eſt, quæ & ipſa ſi lateat, ſecanda eſt cephalica.

Cauendum eſt, ne in principio curationis huius affectionis errores fiant, vt admonet Galenus 2. ad Glauconem cap 1. & Trallianus lib. 8. cap. 1. errores au-
D tem ſunt, & fiunt, quando medici non habent curam de toto corpore, quæ fit per euacuationem vniuerſalem tam chirurgia, quàm pharmacia.

Cùm autem (vt alias, & ſæpè docui) ſanguinis miſsio duplici intentione fiat, pro vt vitium in ſanguine duplex eſſe poteſt, nempe in quantitate, & in motu, ratione adauctę quantitatis euacuamus per venæ ſectionem euacuandi cauſa, at
E vbi fluat ſanguis, tunc euacuamus, reuulſionis, aut deriuationis gratia.

At in inflammationibus aliarum partium, vtroque nomine ſanguinem mittimus, in hac verò vt à iecore euacuemus; nam ſanguis retentus eſt in iecore, qui retineri non debet, ſed ad cauam venam tanquam ad ſuum diuerticulum fluere eſt opus, quamobrem non modò mitten-

dò mittendus eſt ſanguis, ſed citò.

Vnde Aetius lib. 10. cap. 3. dicebat primo die, & ſecundo, & nonnunquam ſi vires adſint, mittimus ſanguinem etiam in ſeptimo die.

Sed hoc loco dubitari poterit quiſpiam, liceat ne nobis mittere ſanguinem ex manu, nempe ex ſaluatella, an ex malleolis, hoc eſt ex venis illis, quæ ad crurum malleolos ſunt?

Breuiter reſpondeo, aſſerens licere aliquando mittere ab omnibus prædictis partibus ſanguinem, & primò à ſaluatella manus dexteræ, vbi iam ex brachio fuerit miſſus ſanguis, & vires non admodum valeant; nam vena illa exigua eſt, ex qua pauca copia ſanguinis exit.

Auicennas dicebat oportere ſanguinem mittere ab huiuſmodi partibus, vel reuellendi cauſa, vel vbi ex magnis venis timeatur miſſio ſanguinis ob virium languiditatem.

A venis malleolorum in hoc caſu ſanguis eſt mittendus, quando ob aliquam euacuationis conſuetæ retentionem inflammatio facta fuerit, vt ſi in mulieribus retenti fuerint menſes, aut in viris hęmorrhoides: ſatisfacimus igitur indicationi præſenti tutò, & citò per ſanguinis miſſionem.

De cucurbitulis applicandis.

Sed antequam medicamentorum rationem habeamus, opus eſt videre, quid de cucurbitarum applicatione velit Aetius tetrabib. 3. lib. 3. cap. 3. vbi ſcribit ſequenti à venæ ſectione die cucurbitæ cum ſcarificatione affigendæ, rurſumque poſt vnam diem cucurbita apponenda; non pauci enim à ſecunda earum adhibitione opem maiorem ſenſerunt, quàm à priore.

Hanc materiam accuratè intelligere eſt opus; nam quæſtio de facto eſt, in qua nam parte affigenda ſit cucurbita? Determinat tempus applicandi Aetius, nempe in ſecunda die poſt venæ ſectio-**A**nem, quia dixerat in prima ſecandam eſſe venam.

Sed ſiue in prima die, ſiue in ſecunda vena ſecetur, in ſequenti apponenda eſt cucurbitula: deinde interpoſita vna die, denuò applicanda eſt, in qua cucurbitæ applicatione in prima die vult ſcarificandam eſſe, in ſecunda verò nihil de ſcarificatione dicit, ſed ſolummodo addit magis iuuatos fuiſſe in ſecunda, **B** quàm in prima appoſitione.

Pauciſſimos ex authoribus reperio, qui locum hunc Aetij rectè ponderauerint, cùm tamen maximi ſit momenti. Inter alios reperi Petrum Foreſtum lib. 18. obſeru. 8. ſcribentem ex Rondoletij ſententia applicandas eſſe cucurbitas quidem, ſed coxis ad diuerſionem.

Sed cum diuerſio non fiat, niſi in fine morbi, vt admonet idẽ Foreſtus & iam **C** ceſſante fluxu materiæ, vt notiſſimum omnibus medicis eſt, Aetius verò iubeat in ſecunda à ſectione die eſſe adminiſtrandam cucurbitam, non rectè videtur applicandam eſſe coxis, vt admonet Foreſtus.

Capiuaccius cap. 24. de hepatis inflammatione videtur facere duplicẽ de cucurbitarum applicatione conſiderationem. Prima eſt, quia (inquit) vbi **D** mittendus in hoc [illegible] ſanguis veniat, virtuſque auxilium hoc ferre non poſſit, applicandæ ſunt cucurbitæ, vt huic ſcopo ſatisfaciamus.

Eodem modo in menſium ſuppreſſione cucurbitas applicandas, ſcarificandaſque eſſe ait, quia habent [illegible] facultatem; nam cum Galenus [illegible] hirud. ſcripſerit eas à capite reuellere, multò magis ab hepate reuellere pote-**E**runt.

Sed huiuſmodi conſideratio nihil nos docet, quantum ad præſentem ſpectat determinationem, niſi quod applicatio cucurbitarum à principio ad longinquas partes iuuat reuellendo.

Altera verò conſideratio de cucurbitis eſt, quod illa ſint particularia præſidia,

ſidia, & topica; nam applicatæ euacuant à parte ipſa affecta, ſed non videntur eſſe ab Aetio conſideratæ cucurbitulæ hac ratione, cùm eas à principio adhibendas eſſe tradiderit.

Euſtachius Rudius lib. 2. cap. de inflammatione ſcriptum reliquit ex Aetij decretis poſt totius euacuationē, dum inflammatio reptimentibus, & diſcutientibus non cedit (præſertim ſi ſit in parte gibba) cucurbitulæ ſcarificatæ hepatis regioni admouendæ ſunt, & repetendæ, quia ſecūda vice adhuc magis proficuæ eſſe ſolent.

Hoc quidem præceptum à Galeno habetur lib. 13. meth. med. cap. 19. à quo Aetius deſumpſit, qui quidem cucurbitam inflammatę parti affixam probat, poſtquam totum corpus euacuatum fuerit; neceſſarium ſiquidem eſt, eorum, quæ in inflammata parte continentur, aliquid educere, aut etiam ex alto foras attrahere.

At ſi rectè conſideremus ea, quæ Galenus lib. 13. meth. med. cap. 19. ſcripſit & ea, quæ hoc loci ab Aetio dicuntur, comperiemus non eadem eſſe; imò Aetium diuerſum omninò ſcribere à Galeno, qui in primis ſcripſit cucurbitam eſſe ſtrenuum remedium ad hoc inuentum, vt foras euocentur, quæ ſunt in alto, & vt eximantur, & eruantur, quæ iam in ſcirrhum abeunt.

Quare prohibet Galenus earum applicationem parti inflammatæ à principio, Aetius verò à principio, nempe ſecunda die à ſanguinis miſſione applicandas eſſe docet.

Deinde Aetius ſcarificari iubet, Galenus autem de ſcarificatione ne verbum quidem habet, & quamuis poſt ſectionem venæ videatur euacuatum eſſe iecur, non tamen adeò euacuatur, vt tutò applicari poſſit cucurbita, cùm ipſemet Aetius ſcribat in ſeptima die etiam mittendum eſſe ſanguinem viribus valentibus.

Non igitur ex Aetij præcepto videntur applicandæ cucurbitæ parti inflammatæ, cùm ipſe profiteatur Galeni ſequi doctrinam, quæ eſt, vt à principio non applicentur, ſed quando totum euacuatum eſt, ita vt nihil amplius fluat, tunc euacuandi cauſa, vt ea, quæ in parte inflammata ſunt, non adhæreāt, quod à principio non poteſt eſſe, quia nondum eſt euacuatum corpus.

Quare à principio non [illegible] cucurbitæ applicandæ regioni iecoris. Neque ex Aetij, neque ex Galeni ſententia dicendum videtur poſt primam ſanguinis miſſionem ex brachio applicandas eſſe cucurbitulas iecoris inflammati regioni.

Nicolaus Piſo, cap. de iecinoris inflāmatione [illegible], in principio poſt ſanguinis [illegible] ex brachij venis factā [illegible] die eſt cucurbitulas applicandas dextero hypochondrio cum ſcarificatione, & rurſus poſt vnam diem apponendas, quare videtur res non admodum determinata.

Si tamen methodum medendi diligenter conſiderare velimus, comperiemus tempus idoneum ad cucurbitas [illegible] tam hypochondrio dextero, [illegible] fœmoribus, coxis, [illegible] in inflammatione iecinoris. [illegible] fuit ſupra non eſſe parem rationem in inflammatione iecoris, ac ſit in alijs partibus, quia vbi fit inflāmatio in alijs partibus, ſanguis à iecore ad illas per ſuas venas tranſmittitur, in iecoris vero ſubſtantia retinetur, ita vt diſtribui ad venas minimè poſsit, aut à vena magna in ipſum regurgitat, ideo ſanguis [illegible] euacuandus eſt, & per ſuos ductus, nempe per venas.

Quare mittendus primùm eſt ſanguis per vnam, vel alteram ex iis venis, quæ ad vlnæ cubitum ſunt, [illegible] etiam per per venas, quæ in malleolis exiſtunt. & vbi miſſus eſt ſanguis, vel euacuatum eſt ſatis, vel non ſatis, vel virtus valet, vel non.

Si non valet, applicanda eſt cucurbita, vel coxis, vel fœmoribus, aut etiam

tibijs

tibijs ad regionem venarum, quæ à diuortio cauæ ad os ſacrum producuntur, vt ſine virtutis detrimento euacuetur to ta illa materia, quæ facit inflammationem; at vbi vires valeant, opus eſt iterum venæ ſectionem (vt dicebat Aetius) etiam in ſeptima die repetere.

At ſi corpus vniuerſum euacuatum fuerit ea ratione, vt non ſit periculum, ne noua attrahatur ad iecur materia à circumuicinis partibus, tunc applicāda eſt cucurbita ad regionem iecoris, eaq; ſecanda, vt quidquid relictum eſt in iecore, ab intimis ad extimas partes extrahatur.

Inde dicebat Aetius ſcarificandam eſſe cucurbitam, & denuò poſt vnam diem applicandam, quia magis iuuare videtur ſecunda vice, quàm prima. Ratio huius rei eſt, quia in prima vice non fuit totus ſanguis euacuatus, fuit autem in ſecunda vice: habetis igitur, quod liceat aliquando applicare cucurbitas ad iecoris regionem, nonnunquam verò ad partes remotiores.

Sed fortaſſe quiſpiam dubitabit, quomodo cucurbitæ applicatæ dextero hypochōdrio poſſint euacuare à iecore? Ratio dubitandi eſt, quia quidquid continetur ſanguinis in iecore, non poteſt ab ipſo exire, niſi vel per venam cauam, quæ à gibba ipſius exit, vel à porta ad concauam hepatis ingrediēte, at venæ, quæ à porta ſunt, non excedunt inteſtina, & quia ſparguntur per meſenterium, dicuntur venæ meſeraicæ, ex quibus aliquid exire non poteſt.

Quare cùm huiuſmodi venæ non diſtribuantur ad ſuperficiem hypochondrij dexteri, nec ex appoſitione cucurbitæ euacuatur à iecore materia per venas portæ, relinquitur igitur, vt à ramis venæ cauæ fiat euacuatio; nam vena caua per vniuerſum corpus diſtribuit ſuas ramificationes, ſed ab illa, quæ immediatè à iecore emanat, nulla prodit ramificatio, quæ ad cutim perueniat, ac diſtribuatur, quare nec ſanguis à iecore per cucurbitam applicatam ad dexterum hypochondriū exire poteſt, qui ſi non exit, quomodo iuuamentum afferre valet tam apparens, vt dicat Aetius manifeſtè ſecunda vice obſeruatum fuiſſe ex applicatione cucurbitæ iuuamentum?

A

B

Re vera ſanguis, qui à iecore ad venam cauam mittitur, ab ea exire non poteſt, niſi à ſuis ramulis prodeat, qui rami non aliunde proficiſcuntur, niſi ab illis, qui vel à iuguli, aut inguinum, vel diaphragmatis regione à vena prodeūt, qui exigui ſunt, à quibus alij, atque alij ramuli diſtribuuntur per muſculos abdominis, & cutis ipſius, quique ſecti aliquo inſtrumento, cùm ſub cute immediatè terminentur, niſi applicentur cucurbitæ, non mittent ſanguinem, quæ ſi applicatæ fuerint trahent quidem ab illis.

C

Succedit, quod natura ſibi vias reperit, quibus à iecore ad extimam etiam cutis ſuperficiem tranſmittit, quare non eſt inconueniens, quod applicatis, & ſcarificata cute fiat à iecore attractio: & hoc obiter adnotare volui.

D

DE CVRATIONE INFLAMmationis iecinoris per Pharmaciam.

Venio ad Pharmaciam, quam diximus ſatisfacere poſſe indicationi propoſitæ, nempe euacuationi, & primò de medicamentis per infernas partes immiſſis dicemus, videlicet de clyſteribus, qui temperandi facultatem habere debent, quos poſt ſanguinis miſſionem inijciendos eſſe admonet Aetius.

E

Verum vbi inflammatio fuerit in parte concaua, magis iuuant, quàm in gibba, quamuis vbi adſtricta eſt aluus, confert in vtraque inflammatione clyſteres inijcere, quos quidem hoc modo conficiendos eſſe admonet Auicennas, cum

Succo betæ,
Melle, &

 Sale,

Sale, aut cum
Saccharo.
Placet magis, quod ſequitur.
℞. Foliorum maluæ m. j. & ſſ.
Lactucæ,
Endiuiæ,
Solatri ana m. j.
Fiat decoctio ſecundùm artem.
℞. Huius decocti lib. j.
Succi hordei, nempe ptiſanæ cremoris vnc. iiij.
Vel loco huius poteſtis accipere.
Succi portulacæ vnc. iiij.
Olei roſati lib. ſſ.
Sacchari rubri vnc. j.
Salis drach. ij.
Fiat clyſter.

Poſſunt etiam parari in principio clyſteres ex iuſculis pullorum, in quibus.
Maluæ,
Violariæ,
Lactucæ, & huiuſmodi folia ebullierint.
Cum oleo roſ. &
Sacch. rubro,
Effice clyſterem ſecundùm artem.

Poſſunt etiam ſuppoſitoria componi, ex
Melle, &
Sale, vel addi[illegible] etiam
Spec. hieræ ſimpl. Galeni.

Eſt tamen hoc loci notandum, Hieronymum Mercurialem Foroliuienſem, ex Ruffi ſententia ſcriptum reliquiſſe, oportere clyſteres eſſe actu frigidos. Quæ tamen viri doctiſſimi ſententia intelligenda eſt in tempore calidiſſimo, in habitu bilioſo, complexione calida, & ſicca, nec tamen vt ij ſint frigidi ſimpliciter, ſed per comparationem, nempe tepidi, aut ita temperati, vt manus ipſa vix alteretur.

Nam experientia cõpertum eſt materias frigidas actu impoſitas in inteſtina, tormina induxiſſe, & praua ſymptomata. Mercurialis igitur Illuſtr. Domino Franciſco Caprara, cuius curationi fuerat accerſitus, voluit, vt clyſter frigidus

A iniiceretur; à quo ſtatim inductus eſt illi dolor, & febris adaucta, vt inde maxima cum difficultate, & longiori tempore euadere potuerit.

Quamuis re vera non fuiſſet calidæ complexionis, imò potius habitus melancholici, in ętateque declinante, licet tempus fuiſſet valde calidum, nempe in diebus canicularibus.

Per os accepta medicamenta euacu-
B ant quoque, verùm opus eſt diſtinctione quadam ea adminiſtrare; nam vel inflammatio eſt in parte gibboſa, aut in parte concaua. Si primo modo, dicebat Auicennas euacuandum eſſe per vrinam; ſecundo modo per ſeceſſum.

Atqui cùm ea, quæ per vrinam ducunt, ſint in duplici differentia, quædam calida, & ſanguinem fundentia, vt pote acria, quale eſt
C Aſarum,
Nardus,
Petroſelinum,
Daucus.
Alia verò mitiora, & temperata, imò verò potius frigida, vt ſemina quatuor frigida maiora, nempe.
Sem. cucurbitæ,
Citruli,
Cucumerum, &
D Melonum, nec non
Sem. apij,
Cetrach.
Et quæ ſunt huius generis, in inflammationis initio non eſt vtendum prioribus, ſed ſecundis, quare vbi vultis educere per vrinam.
℞. Sem. citruli,
Melonum ana vnc. ſſ.
Rad. fœniculi drach. vj.
E Apij,
Cetrach. ana vnc. j.
℞. Cremoris ſem. quatuor frigidorum vnc. iiij.
Decoct. rad. apij,
Cetrach,
Fœniculi vnc. iiij.
Fiat decoctio in aqua, aut in iure paruæ pullæ.

pullæ.

Notare debetis ex Galeni, & Hippocratis ſententia, dulcia in inflammatione iecinoris ſuſpecta eſſe, proinde melius eſt iuſculis, aut decoctionibus vti, quàm iſtis diuulgatis ſyrupis, ijs potiſſimùm, qui ex melle componuntur; ideo cum ſeminibus prædictis in puluerem redactis, poteſtis cum ſaccharo reformare cõfectiones in tabellis, aut conſeruam roſarum cum prædictis ſeminibus.

Vbi verò inflammatio incipiat declinare, tunc validioribus diureticis vtendum eſt; vnde paranda venit decoctio quædam ex huiuſmodi materijs.

℞. Sem. petroſelini,
Dauci ana drach. ij.
Rad. Aſparagi vnc. ſſ.
Nardi,
Aſari ana drach. iij.
Fiat decoctio ſecundum artem.
℞. Huius decocti vnc. iiij.

Huiuſmodi decocta aliquando cum modico ſacchari ſunt parum dulcoranda, aut addendo.

Syrupi acetoſi ſimp. vnc. j. aut
De endiuia Gentilis,

Cauentes nè nimium dulcia ſint hæc apozemata.

Ad educendum per vrinam.

℞. Specierum lithon tribon drach. ij.
Sem. quatuor frigid. vnc. j.
Sachari diſſoluti in decoctione quinque rad. aperit. vnc. iij. fiat confectio in tabellis,

Vel

℞. Specierum elect. iuſtini,
Lithon tribon ana drach. ij.
Sacchari diſſoluti in ſucco limoniorum depurato lib. ſſ. fiat confectio in tabellis.

Sed quamuis opus ſit in gibboſa parte iecinoris inflammata ducere per vrinam, eſt tamen commune præceptum oportere ventrem habere fluidum, ideo ſi clyſtere vti non poſſimus, vel quamuis ægrum ad clyſteres recipiendum paratum habeamus, lenitiuo vti expedit ad deturbanda non modò excrementa in inteſtinis contenta, ſed etiam aliquos humores in vijs ductuum contentos.

A

Eapropter poſſumus tutò adminiſtrare.
Mannam, vel
Caſſiam, addendo,
Modicum rhabarb. vt exempli gratia.

B ℞. Flor. caſſiæ nouiter extr. vnc. j.
Rhabarbari drach. j.
Vel loco huius accipiatis.
Diacaſſiæ cum manna ad vnc. j. vel
Elect. lenitiui magiſtralis ad vnc. j.

Sed duo ſunt, quæ hoc loci à Mercuriali proponuntur: vnum eſt, quod in principio inflammationis nunquam vtendum veniat medicamentis per aluũ ducentibus, idque à Paulo ſe accepiſſe C ſcribit; cum tamen Paulus lib. 3. cap. 46. vbi loquitur de hac materia, ne verbum quidem habeat, imò verò ſcribat in gibba iecoris exiſtente inflammatione ducendum eſſe per vrinas, vbi verò ſit inflammatio in cõcaua regione, expellendum eſſe per aluum, at id fieri non poteſt niſi medicamentis. Puto equidem Mercurialis ſententiam intelligendam eſſe de medicamentis validis.

D Secundum, quod admonet grauiſſimus hic Author, eſt, vt non niſi vijs apertis, humoribuſque rectè ad educendum præparatis, vtamur ſoluentibus præſidijs.

Verùm curandum eſt ante omnia, ſiue inflammatio ſit in tota iecinoris ſubſtantia, ſiue in gibboſa, ſiue in concaua ipſius regione, vt aluus hoc lenitiuo emolliatur.

E ℞. Diacaſſiæ cum manna drach. x. aut vnc. j. & ſſ.
Vel accipiatur mannæ corporis vnc. vj.

Deinde hac facta lenitione alui, ſi magis affecta ſit regio gibboſa, deueniendum ad ea, quæ educere poſſunt per vrinam, & primò frigida ſunt adhibenda,

mox ea, quæ validiora ſunt, non tamen ſtatim poſt hoc lenitiuum educendum eſt per vrinam, ſed oportet primùm attemperare totum iecur.

Poſt igitur ſanguinis miſſionem acce des ad ventris lenitionem, quam exiſtimamus ex Auicenna ſemper faciendam eſſe aluo exiſtente adſtricta, vt vnuſquiſque veſtrum videre poterit apud Petrũ Foreſtum lib. 28. in obſeruationibus pluribus, vbi à principio, aluo adſtricta, vti tur ſemper aliquo lenitiuo feliciſſimo cum ſucceſſu.

Deueniendum igitur eſt ad medicamenta alterantia interna, quæ & ipſa temperando iecoris caliditatem materiam contentam in ipſo euacuant inſenſibiliter, quemadmodum poſſunt ſimul aliquas obſtructiones aperire, quia in inflammationibus iecoris, in quauis fuerint parte, ſemper opus eſt deobſtruentibus quibuſdam vti, proinde placet mihi illud apozema, quod obſeruatione ſeptima adminiſtrauit idem Petrus Foreſtus.

Poſſumus etiam tale decoctum, vt artis eſt, præparare.

℞. Radicum cichorij agreſtis,
Cichorij domeſtici ana vnc. j.
Foliorum endiuiæ,
Cichorij,
Sonchi,
Dentis leonis ana m. j.
Florum borraginis,
Bugloſſi ana p. j.
Fiat decoctio ſecundum artem.
℞. Huius decocti vnc. iiij.
Rhabarb. drach. j. & ſſ.
Miſce pro vno hauſtu.

Vbi iam ſatis videatur præparata materia, viæque ea, qua decet, ratione expeditę, cogitandum eſt de aliquo medicamento expurgante, quod educat ab hepate bilioſam materiam, qualis ſemper à prædominio continetur in huiuſmodi affectione.

Verùm licet inter alia medicamenta bilem euacuantia myrobalani citrini ha

A beantur, nihilominus Auicennas in hoc caſu eos non probat, quod vereatur, ne vaſa adſtringant, inde tenues exeant humores, intus remanentibus craſſioribus, qui poſtea indurentur, quod idem etiam dubitandum eſſet de tamarindis.

Quare cum in huiuſmodi affectione medicamenta actu fluida magis, quàm in forma boli à Pauſo probentur, & inter neotericos à Mercuriali, in parandis

B medicamentis, ſatiùs eſt à myrobalanis abſtinere, aut tamarindis in ſubſtantia acceptis, quamuis in decoctione conce dantur cum vtilitate.

In doctrina enim Galeni præſtat aliquid apponere medicamentis, quod nõnihil adſtrictionis habeat: proinde decoctionem quandam ad hunc modum prçparare poterimus.

℞. Myrobalanorum citrinorum,
C Tamarind.
Rad. cichorij ana vnc. ſſ.
Fol. endiuiæ,
Cichorij ana m. ſſ.
Flor. borraginis p. ſſ.
Spicæ gr. v.
Fiat decoctio ſecundum artem.
℞. Huius decoctionis vnc. iiij.
Infunde rhabarbari ſcrup. iiij.
D Spicæ gr. iiij.
Sine expreſſione diſſolue.
Mannæ fortis vnc. iij & ſſ.
Syr. roſ. ſol. vnc. ij.
Fiat potus.

Si inflammata ſit ſima pars, vtendum eſt hoc apozemate alternis diebus.

℞. Rad. Polypodij vnc. ſſ.
Rad. aſparagi,
Apij,
E Cichorij ana drach. ij.
Fol. fumariæ,
Lupulorum ana p. j.
Bulliant ſecundum artem in ſero.
℞. Huius decocti vnc. iiij.
Infunde.
Fol. ſenæ drach. ij.
Rhabarbari drach. j.
Colentur, & facta leuiſſima expreſſione diſſol-

diſſolue.
Syr. roſat. ſol. vnc. ij.
Fiat potus breuis.
Serum, in quo facienda eſt decoctio, ſit elambicatum.

Ad Alterandum.

℞. Prædictæ decoctionis factę in aqua vnc. iiij.
Syr. de cichorio,
Syr. de fumoterræ ana vnc. j.
Miſce.

Hac methodo tam per Chirurgiam, quàm per Pharmaciam curanda eſt inflãmatio iecinoris, quæ tendat ad reſolutionem.

DE CVRATIONE INFLAMMATIONIS hepatis per medicamenta externa.

TEmpeſtiuum eſt, vt ad ea medicamenta deſcendamus, quæ extra admota fauent propoſitæ indicationi euacuandi, quæ tamen id efficiunt per viam inſenſibilem.

Hęc autem duplicis ſunt generis; hoc eſt, alia frigida, alia calida: priora exprimendo à parte euacuant; reliqua verò euaporando, & ab intimis ad extimas corporis partes educendo.

Hinc eſt, quod etiam diuerſis temporibus conueniant; nam frigida in principio, calida in ſtatu, & in declinatione applicari conſueuerunt à doctiſſimis medicis, ſed non ſine methodo; nam conditiones in vtriſque obſeruandæ ſunt.

Primùm circa frigida, quæ repercutientia dicuntur, opus eſt vti ea animaduerſione, qua Arabes conſiderant principium inſultus, & principium temporaneum; dicuntque in inſultu eſſe puris reprimentibus vtendum; in temporaneo verò principio, & in augmento eſſe admiſcenda cum illis aliqua reſoluentia, quæ quidem animaduerſiones conueniunt magis in aliarum partium inflamma-

A tionibus, quàm in hac iecoris, de qua loquimur.

Nam ſi à principio in hoc caſu applicamus purè reprimentia, duo maximè ſequi poſſunt incommoda. Primum eſt, quod retrocedat materia in cor maiori impetu, quàm ſit conueniens; deinde quod adhæreat in iecore, ex qua fieri ſcirrhus poterit.

B Quare nullum eſt tempus in iecoris inflammatione, in quo liceat vti purè repercutientibus; ideoque ſemper ijs admiſcenda ſunt reſoluentia, ſecundùm magis, & minus pro temporum diuerſitate.

C Secundò non debent applicari hæc remedia, niſi facta totius corporis euacuatione, & quamuis Aetius ante euacuationem adhibenda eſſe dicat lib. 10. cap. 3. reſpondetur, quod ante ſectionẽ venæ applicantur leuiora remedia, ſed poſt ſectionem venæ poſſunt validiora, quamuis eandem facultatem habeant.

Tertiò non ſunt vſurpanda actu frigida, quæ neque facultate debeat eſſe in ſummo frigiditatis exceſſu.

D Quartò illis ſemper aliquid, quod ad ſtringendi facultatem habeat, admiſcendum eſt, & hæc eſt conditio non modò frigidis, ſed alijs etiam medicamentis topicis neceſſaria.

Vnde habemus Attali hiſtoriam apud Galenum 13. meth. med. cap. 19. qui male habuit Theaginem philoſophum Cynicum, dum curaret ipſum medicamentis laxantibus, & reſoluentibus abſque ijs, quæ adſtringendi facultate ſunt prędita; admonebat enim Galenus eſſe reſoluentibus admiſcenda adſtringentia, alioquin ægrotantè breui moriturum.

E Cuius Galeni conſilium, cum audire noluiſſet Attalus, Theagenẽ interfecit. In omnibus igitur localibus medicamentis huiuſmodi aliquid addendum, quòd adſtringendo corroboret iecur.

Aliud eſt notandum, opus eſſe etiam vehiculo, quod deducat ad iecur facultatem totius baſis medicamenti, id autem

tem eſſe debet medicamentum calidũ, & tenuium partium, vt docuit Galenus ij meth.med.cap.16.vbi de cataplaſma te iecori inflammato conuenienti loquens dicebat: cataplaſma compoſitam vim habere neceſſe eſt, ex ea ſcilicet, quæ tenuium ſit partium, ac relaxet, & ex amara, & adſtringenti virtute, quod Galeni dictum intelligendum eſt, de fine ſtatus, & de declinatione.

Cùm igitur alia competant medicamenta in principio, & alia in augmento, hinc eſt, quod Galenus lib. 11. cap. proximè citato, & etiam 15. cap. 13. lib. meth. med. proponit medicamenta tam frigida, quàm calida adſtringendi facultatem habentia, ex quibus vult componi medicamenta iecori inflammato conuenientia tam in principio, quàm in alijs temporibus.

Frigida ſunt ſecundùm magis, & minus, in primis,

- Vnguentum roſatum,
  - Melinum, &
  - Lentiſcinum,
- Mala cotonia, quæ Romæ ceſtina vocantur.
- Oleum ex lentiſco,
  - Melinum,
  - Myrteum,
- Tenera germina lentiſci
  - Rubi,
  - Myrti.

Vitis ſylueſtris, à qua ęnanthē extractam eſſe ſcribit Galenus: hæc omnia procul omni dubio ab omnibus medicis vt frigida cognoſcuntur.

Calida autem ſunt,

- Myrobalani pieſma,
- Iuncus odoratus,
- Sed iunci flos à Galeno ſcribitur hartidiſis.
- Herba iris,
- Cyperi radix,
- Vinum, eiuſque fœx,
- Nardinum vnguentum.

Hyſſopumque Atticum, quod vnicuiq; notiſſimum eſt.

A Ex his igitur vult Galenus medicum componere varia medicamenta pro vt magis refrigerandum, magiſque calefaciendum eſſe iudicabit.

RESPONDETVR NONNVLlis quæſitis circa medicamenta externa.

B SEd hic iuuenis hæſitabit, quomodo Galenus proponat abſynthium in principio, cùm amarum ſit, quæ autem amara ſunt, calidam facultatem poſſident?

Deinde inquiret, quid nomine myrobalani pieſma ſibi velit, & an poſſimus noſtris temporibus habere huiuſmodi medicamentum? vtrum ſcilicet myrobalani iſti, de quibus loquitur Galenus, ſint
C reponendi inter illos myrobalanos à Meſue, & omnibus Arabibus propoſitos, qui ſunt in communi vſu?

Tertiò quid illud ſit, quod Galenus ſcribit ex vite ſylueſtri fieri œnanthen; cum œnanthe accipiatur à quibuſdam authoribus pro ipſa vite ſylueſtri.

Quod ad primum ſpectat, dico varia eſſe genera abſynthij, inter quæ eſt illud, quod Ponticum appellatur. In om-
D nibus adeſt amaritudo, & ſtipticitas, verùm quidem cùm differentia; nam in alijs amaritudo inſignis, & ingrata eſt; & ſtipticitas admodum exigua, & quę vix à ſenſu percipitur; at in Pontico amaritudo à ſtipticitate ſuperatur, vt vix ſentiatur, ſtipticitate longè vincente.

Galenus non probat in hoc caſu omne abſynthij genus, ſed tantum Ponticum, quod ſua ſtipticitate poſſit partē,
E ne fluxum admittat, adſtringere.

Deinde dicebat medicamenta huic parti applicanda, & ventriculo debere habere nonnihil odoris aromatici, qualis percipitur in hoc abſynthio, alia verò ingratum odorem præſeferunt, ratione igitur ſuæ ſtipticitatis, & odoris grati Galenus abſynthium Ponticum proponit, & laudat.

Sed di-

Sed dicetis, quamuis ſtipticitatem habeat abſynthium Ponticum, non tollitur tamen, quin calidum ſit; nam naſcitur in Ponto, quæ regio eſt calida, & ſicca.

Deinde Galenus lib. 6. de ſimpl. med. facultat. cap. 1. ſcribit calidum eſſe & ſiccum. Idem confirmatum prius fuit à Dioſcoride lib. 3. cap. 23. quod etiam adſtruit doctiſſimus Mercurialis in comment. Quare non videtur conuenire inflammationi.

Nec poteſt dici à Galeno laudari, vbi diſcutere ſit opus, nempe in declinatione, aut ſtatu; quia lib. 11. cap. citato, dicebat in penuria abſynthij inter initia, vel melinum, vel maſtichinum, vel lentiſcinum ſatisfacere; nam loquitur de vſu ipſius in principio.

Reſpondendum eſt non ſecus atque reſpondeat ipſemet Galenus, quod quãdo adeſt aliquod medicamentum duplicem habens facultatem, nempe amaram, ac adſtringentem, ſi adſtringens ſuperauerit amaram, medicamentum habet facultatem tum reprimendi, tum quoque roborandi, tale cum ſit abſynthium, meritò Galenus vtitur eo à principio in iecoris inflammatione.

Sed hoc loci notandum eſt Galenum duobus modis vſum abſynthij commendare; vno modo ſi ipſum totum ebullire permittatur in oleo; alio modo ſi accipiantur comata, ſeu ſummitates, eaſque tuſas in emplaſtrum ponamus.

Priori vtitur à principio, nec ſine ratione; quia ex ebullitione tenuiores partes, in quibus amaritudo reſidet, reſoluuntur, & remanent terreſtriores, in quibus adſtrictoria eſt virtus.

Secundo modo illud cum alijs rebus, aut ſolum contuſum hepati admouet, vt ſimul & ſemel tum reſoluere poſsit materiam conculcatam ſua amaritudine; adſtrictione verò vniuerſam iecoris ſubſtantiam corroborare.

Sed vbi vtraque virtus conſeruari debet in oleo, melius eſt, vt ſoli exponatur, vt nonnulli, & pulcbrè quidem faA ciunt, & loco Pontici abſynthij vtuntur eo, quod naſcitur in montibus, quod non diſsimilem ab illo habeat facultatem.

Quod attinet ad ſecundum quęſitum Gorræus in ſuis definitionibus, ſcribit dictum nomen eſſe ἀπὸ τοῦ πιέζειν, quod premere ſignificat, & eſt retrimentum, quod poſt rei cuiuſcumque expreſB ſionem relictum eſt.

Plerique tamen non retrimenta ſolum à ſucco expreſſum, ſed ipſum etiam ſuccum aliquando ſignificari contendunt. Dictum quoq; eſt ἔκπιεσμα, & ἀπόθλιμμα, ita vt per pieſma myrobalani Galenus voluerit intelligere retrimentum myrobalani.

Quæ res vt intelligatur, ſcire eſt opus myrobalanum fuiſſe fructum arboris maC gnitudine auellanæ nucis exterſoriam facultatem habentis, & inciſoriam cũ aliqua adſtrictione, vt Aetius eſt author tetrabibl. 1. lib. 1. capite proprio, eodemque Aetio βάλανος μυρεψική appellatur.

In illo duo conſiderantur propria caro, & nucleus, ſed nucleus nullius eſt vſus, at pulpa, ſeu caro ipſius premebatur à ſeplaſiarijs, à qua oleum extraD hebant, quod oleum balaninon Aetius præcitato loco, & Dioſcorides lib. 1. cap. 35. appellant. Quod igitur remanet terreum, & craſſum poſt olei extractionem, illud pieſma à Galeno appellatur, & lib. 7. de comp. medic. cap. 7. myrobalani fœx, ſiue malagma dicitur, hocque docente Aetio ad hepar induratum vtebantur in cataplaſmate: lienem etiam induratum conſumit, ſi farinæ loliaceæ admiſceatur, & alicui rei E exiccatoriæ.

Neque exiſtimo eſſe inter myrobalanos Arabum reponendum, vt demonſtrat Ioannes Baptiſta Syluaticus, vir ſanè magnæ eruditionis, & variæ lectiones in ſuis ex Galeni doctrina extractis hiſtorijs hiſt. 43.

Primò quidem, quia myrobalani inter pru-

ter pruna ab Arabibus reponuntur, at myrobalanus, de quo hic Galenus loquitur, collocatur inter glandes, vnde ab omnibus dictus eſt glans vnguentaria.

Deinde nullus eſt, qui dicat myrobalanos Arabum odorem ſuauem redolere, nec quod ex ipſis efficiatur oleum, at hic odore ſuaui præditus eſt, & ex eo efficitur balaninon oleum, quare concludere facilè poſſumus non eſſe ex myrobalanis Arabum, ſed porius reponi debere inter glandes, quæ ben ab Arabibus appellantur.

Sunt & aliæ rationes; nam myrobalani Arabum ſunt medicamenta ſoluriua, Græcorum verò ſunt alterantia. Arabum ſunt quinque ſpecies, vt ex meis Miſcellaneis apparet; ſcilicet flaui, chebuli, bellirici, emblici, & indi.

At Græcorum ſunt duorum generũ, alius enim maior eſt, alius minor, vt etiam Meſue docet; maior auellanæ eſt magnitudine, triangulari quodammodo forma, qui fructus noſtra hac ætate copioſiſsimus eſt, & Venetias aduehitur ſeplaſiarijs non ignotus, ſuffimigatorijs quoque notiſsimus.

Eſt & minor ciceris magnitudine, cuius nullus vſus, quare concludentes dicimus myrobalanum, de quo Galenus; nõ eſſe ex myrobalanorum Arabum genere, ſed eſt balanos myrepſica, ſeu glãs vnguentaria Græcorũ, & ben Arabum, quo ſuffumigatores, ac ſeplaſiarij vtuntur, & hæc ad ſecundum.

Ad tertium quæſitum: etſi œnanthe accipiatur pro tota vite ſylueſtri, quæ vulgò labruſca appellatur, magis tamen propriè accipitur pro flore.

Sed huiuſmodi vitis, Dioſcoride docente, duplex eſt, vna quæ vuas facit maturéſcentes, nigras, adſtringentes cum paruis acinis; altera verò, quæ facit tantum flores, & huiuſmodi appellatur œnanthe.

Gal. tamen de comp. med. 5. lib. cap. 1. per œnanthen ſcribit ſe intelligere velle vitium ſylueſtrium germen vna (A) cum floribus, eò quòd ſuccedẽtibus diebus vnũ fit, itaq; œnanthes nomine intelligere poſſumus, & flores, & germina viris ſylueſtris, quæ & refrigerandi, & adſtringendi facultate pollent.

DETERMINATVR MATERIA *externorum medicamentorum.*

(B) SEd eò, vnde digreſſa eſt oratio, rediens, dico Galenum prǽcitatis duobus in locis attuliſſe materiam auxiliorum, quæ extrinſecus adhibita inflammationi iecoris medentur. Ideoque enim Attalum perſuadere cogebatur, vt in hoc viſcere vreretur adſtringẽtibus, quia eſt principium altricis facultatis in animalibus venarum omnium, per quas alimentum diſtribuitur: quod autem ſit venarum principium, & facultatis nutrientis, & ſi ab Ariſtotele non eſt conceſſum, (C) id tamen Galenus tanquam clarum & à ſe probatum aliàs ſupponit.

Licet autem viſcus iſtud plures habeat partes integrantes, & componentes, non tamen omnes eoſdem præſtant vſus, & ſi in vnam, nempe ſanguificandi actionem concurrant; nam ad ſunt venæ à porta, à caua, arteriæ, nerui, bilis canaliculi, membrana ipſum ambiens, (D) & illius caro parenchyma appellata, quæ omnes partes conſeruari debent, ne offendantur ab vſu laxantium medicamentorum, quod fieri non poteſt, niſi ab adſtringentibus, & corroborantibus præſidijs, & ijs, quæ nocumento à laxantibus illato occurrunt.

Iam verò cùm parenchyma ipſius iecoris pars ſit præcipua in hac ſangnificandi actione, (E) quæ maiorem cæteris laborem ſubit, ſitque nihil aliud, quàm ſanguis concretus, cuius tenuiores partes reſolutæ ſunt, maximum detrimentum à laxantibus ſuſcipere poteſt, quo nomine, & virtus ipſius reſolui.

Quod ſi contingat, ſuccedunt illa incõuenientia, quæ Theagenes paſſus eſt; ideo rectè admonet Galenus Attalum ad

lum ad hoc vt laxantibus adderet adſtringentia; verùm cum aſtringentium, quædam ſint refrigerantia, & craſſarum partium; quædam verò ſint calida,& tenuium partium, prima tanquam magno pere noxia euitanda ſunt,quia inculcant materiam in parte affecta, & periculum eſt,ne ſcirrhum producant, & virtutem iecoris proſternant.

Secunda verò ea eſſe accipienda dicebat Galenus,quod calida ſint,tenuium B que partium, & boni odoris, moderateque adſtringentia, tum vt penetrare intus, ac ſua facultate adſtrictoria iecur corroborare poſſint.

Meritò igitur Galenus dicebat Attalo, & tanquam præceptum neceſſarium nobis tradidit in inflammatione iecoris admiſcenda eſſe adſtringentia cum laxantibus medicamentis.

In principio igitur inflammationis veræ applicanda ſunt medicamenta, quæ C adſtringendi facultatem habeant,reprimendique, quibus addenda ſunt etiam, quæ reſoluendi virtute ſint prædita, vnde adhibere oportet.

Oleum de abſynthio,
Oleum melinum,& etiam
Oleum myrtillorum,

Quoniam illud craſſarum eſt partium,ideo cum illo admiſcendum eſt modi- D cum olei de ſpica.

Poteſtis etiam vnguento vti roſato, vel infrigidante Gal. vel etiam ſantalino.

Si vultis, componite vnguentum ad hunc modum,

℞. Pul. roſarum,
Myrtillorum ana drach. j. & ſſ.
Olei roſati vnc. j. & ſſ.
Ceræ drach. j. & ſſ. E

Miſce pro vnguento.

Vel facite hoc emplaſtrum.

℞. Pulpæ cotoniorum coctorum ſub prunis vnc. ij.
Summitatum,aut florum labruſcæ,
Summitatum lentiſci ana m. j.

Bulliant in aqua, deinde contundantur A in mortario,& cum modico farinæ hordei, & olei roſati, & fiat emplaſtrum, ex quo ablato liquore fiat epithema circa iecoris regionem.

Poſſunt etiam fieri ex prædictis rebus decoctiones, addendo

Folia endiuiæ,
Sonchi,
Scariolæ,
Cichorij,
Dentis leonis.

Et huiuſmodi, quibus poteſtis embrocationes ſupra iecoris regionem facere.

At vbi remanſit durities aliqua ex inflammatione, tunc opus eſt cum diſcutientibus,& laxantibus,aliqua admiſcere,quæ emolliendi facultatem habeant.

Ideo probatur mihi illud emplaſtrū, quod Aetius lib. 10. cap. 5. proponit, quod per vos videre poteſtis. Non deſunt medicamenta apud ſcriptores,quæ ſi multa cupitis, & pulchra quidem, non recedatis à Rondeletio: hæc dicta ſint de curatione inflammationis hepatis tendentis ad reſolutionem per pharmaciam,& chirurgiam.

DE CVRATIONE INFLAMmationis hepatis per Victus rationem.

TEmpeſtiuum eſt, vt videamus, quà methodo procedendum in victus regimine, in quo quidem non eſt, vt recedamus ab illa inſtitutione, quam attulimus capite de iecoris intemperie calida, niſi quod adnotandum eſt Galenum ſcripſiſſe cap. 15. lib. 13. meth. med. ſe medicamenta admiſcuiſſe cibis, vt eſt

Cnicus, id eſt carthamum,
Vrtica,
Mercurialis,
Filicula,
Polypodium,
Epithymum,
Elleborum,

quæ modicè per ventrem ducunt, ſed

 validiora

validiora medicamenta ptiſanæ, aut aquæ admiſcuiſſe ſcribit, vel coctis, vel crudis, & in puluerem redactis, particulariter addit, ſe commodè ſatis ſilicula, & elleboro vſum fuiſſe in priſana.

Hoc in loco duo conſideranda ſunt. Alterum eſt, qua ratione Galenus propoſuerit medicamenta in iecinoris inflammatione eſſe alimentis admiſcenda? Alterum, an hoc idem methodo recta, & via rationali tradiderit?

Circa primum, recentiores Medici, & cum primis Maſſaria probat hanc miſcellam, quia cùm à ventriculo deſcendit medicamentum alimento mixtum, faciliùs à iecinore attrahitur, quàm ſi eſſet ſolum, ac propterea faciliùs ſuccedit purgatio.

Addit ipſe Maſſaria, fortè id venit in mentem authori lib. 4. de morb. acut. 18. vbi ſcribit potiones attractorias dandas eſſe, hoc eſt, alimentis admiſcenda eſſe ea, quæ vim ſoluendi ſortita ſunt.

Sed rationes, quas affert, non conuincunt; nam licet medicamentum deſcendat à ventriculo, non propterea ſequitur à iecore attrahi faciliùs, quia non eſt opus medicamentum peruenire ad iecur; quia vt fiat purgatio, ſatis eſt ſi ventriculi, & inteſtinorum facultas irritata fuerit à vi medicamenti; nam docente Meſue medicamentum ſi diù maneat in ventriculo, fit vomitorium, ſi in teſtinis fit deiectorium; ad hoc igitur, vt medicamentum ſolutiuum operetur, & ſuccedat purgatio, ſatis eſt, vt à ventriculo ad inteſtina deſcendat, nec requiritur, vt ad iecur feratur.

Dum ſubiungit, authorem acutorum morb. ad id reſpexiſſe, vbi dixit dandas eſſe potiones attractorias; propria ducitur imaginatione, nec clauum attingit; nam ob alias cauſas, & longè probabiliores illam ſententiã protulit Hipp.

Mercurialis etiam idem ſenſit cum recentioribus, & reſpondet ad obiectiones, quas Conſtantinus Monachus A propoſuit aduerſus Galenum, quarum prima eſt, ſi alimenta admiſcerentur medicamentis, corrumperetur alimentorum facultas, atque ita corpus nutriri non poſſet, & conſequenter breui tempore animal alimentis deſtitutum interiret.

Altera ratio Monachi eſt, quia medicamẽta à Gal. propoſita calidæ virtutis B ſũt, nec iecoris inflãmationi cõueniẽtia.

Sed reſpondet ad primam Mercurialis Galeni ſententiam non fuiſſe, vt ſemper medicamenta admiſcerentur cibis, quando videlicet corpus expurgandum eſt; nam ſi ſemper admiſcerentur, vera eſſet Monachi illius obiectio. Ad ſecundã concedit medicamenta calida propoſuiſſe Galenũ, ſed in ptiſana accepta, hoc eſt, vt eorum caliditas aliquo mo- C do remitteretur.

Sed quamuis rationes Monachi benè reprobatas eſſe exiſtimem, non tamen videtur vſus admiſcendi medicamenta cum alimentis admodum tutus; nam & ſi Galenus lib. 1. de alimenr. facult. cap. 1. ſcripſerit quædam eſſe alimenta, quæ medicamentoſam facultatem habeant, ad quorum ſimilitudinem ars parare quoque poteſt huiuſmodi a- D limenta medicamentoſa, quæ non ſecus atque illa aluum ducere valent, non tamen dicendum eſſe videtur, hæc medicamenta ad iecoris regionem ſiue cauam, ſiue gibbam peruenire debere ad hoc, vt ventrem ſubducant.

Aliud enim eſt diſtribuere alimentum, aliud eſt irritare ventrem ad expulſionem, ideo, quando qualitates medicamentoſæ, quæ ſunt in alimento, ad E diſtribuendum alimentum ſe conuertant, tunc ad iecur per meſeraicas venas illud deducunt, quod Galenus lib. 1. de aliment. facult. lib. 1. cap. 1. exemplo melicrati probat, quod in quibus clyſter occupat, nihil aluo ad excretionem confert, quinimo cibis ſecum commixtis ad diſtributionem præit, quod ſi diſtribui clyſterem non anteuertit ad excretionem, non ſecus ac flaua bilis ſua acrimo-

acrimonia, ac mordacitate irritat.

Quare ex hoc Galeni loco clarè conſpicitur non debere medicamentum ad iecoris cauum ferri, vt expurget corpus, ſed opus eſt, vt in ventriculo,& inteſtinis maneat, eodem docente Galeno, non igitur rectè admiſcet medicamenta ſolutiua alimentis, ad hoc, vt iecur faciliùs trahat medicamenta ratione alimenti admixti.

Sed cur igitur Galenus hoc loci iubet admiſcenda alimentis medicamenta, præſertim ptiſanæ, aut aquæ? Equidem exiſtimo non ſine magno conſilio factum; nam cùm dixiſſet Galenus inflammatione ad gibbam exiſtente, opus eſſe educere humorem per vrinam, ea verò in concaua regione exiſtente, per ſeceſſum, & illa, quæ Galenus propoſuiſſet calida ſint, & vehementis operationis, vult, vt cibis admiſceantur pluribus rationibus.

Primò, vt eorum actio à ptiſanæ lentore remittatur, deinde vt caliditas tẽperetur, præterea, vt palato iucundiora ſint, & denique quia paulatim, non affatim eſt educendum, vnde paucam quantitatẽ medicamentorum admiſcet multæ alimentorum quantitati, illudq; medicamentum hac ratione præparatum ſæpiùs repetit: & hæc eſt ratio, cur Galenus in hoc caſu admiſcet alimentis medicamenta.

Quod attinet ad ſecundum quæſitum, an ſcilicet methodicè, ac rationali via tradiderit Galenus medicamenta permiſcenda eſſe alimentis, videtur negatiuè reſpondendum eſſe; nam cùm ſcripſerit cnico cibis admixto, vrtica, mercuriali, epithymo, filicula, ac omnibus præterea, quæ modicè aluum deijciunt, magiſque in remiſſionibus, tum his ipſis audaciùs, quàm ante vtendum; tum verò his, quæ ſunt valentioris, partim in ptiſana incocta, partim tuſis, ac in molliſſimum puluerem redactis; exhibenda verò hæc ſunt, vel ex ptiſana, vel ex aqua, ego namque etiam

A filiculæ aliquid in ptiſana aliquando incoxi, & nigri veratri corticem: hoc loci non animaduertit particulariter, cuinam inflammationi iecoris hæc ſua propoſuerit medicamenta.

Nam cnicus, ſeu carthamum videtur magis aptus ad phlegmonem pituitoſam curandam, quemadmodum etiam alia medicamenta, quæ magis conueB niunt phlegmoni à bile ortum ducenti, ſiue hæc ipſa ſit à pura bile, quæ facit phlegmonem eryſipelatoſam; vel ad iuncta ſit alicui alio humori, vt pituitæ, vel melancholiæ.

In ſumma indiſtinctè loquutus eſt circa ſpecies, & differentias phlegmonis, ſeu inflammationis; nam ſi fierent omnes inflammationes iecoris ab vno, & eodem humore, poſſet dici vnum, & IC dem medicamentum multum iuuiſſe: poſſetque dici commodè ſatis filicula, & elleboro vſum fuiſſe in ptiſana: ſed cùm ipſe Galenus non determinauerit, in quanam ſpecie inflammationis ſit vſus ſit filicula, & elleboro, non poteſt determinari iuuiſſe hæc medicamenta, ſicuti nec vnicum medicamentum omnibus ſpeciebus inflammationis ſatisfacere dicendum eſt.

D Inflammatio enim facta in concaua parte iecinoris, ab humore melancholico fuit ſanata à filicula, aut cortice ellebori, aut à polypodio, quæ medicamenta humorem melancholicum aſpiciunt; at carthamum, & vrtica reſpiciunt humorem pituitoſum, à quibus ſit phlegmone pituitoſa, ideſt œdematoſa, epithymum verò magis aptum ad bilẽ educendam, non igitur determinatè loqui E poſſumus omnia hæc medicamenta vnicam, & determinatam poſſe curare phlegmonem.

Videtur igitur hoc loci Galenus in eundem incidiſſe errorem, de quo Hippocratem reprehendit, nempe de obſcuritate; nam Hippocrates vbi ſcripſit 4. acutorum textu 18. ſorbitione dato attractorias, ſæpiùs dicere

ad ſuppurationem ſe conuertat, quæ proprijs indicijs facilè dignoſci poterit, deſumptis ab accidentium maiori intenſione; nam febris augetur, dolores fiunt longè maiores, iuxta illud Hippocratis dictū, dolores, & febres exiſtere in puris generatione; anxietas quoque, cibiq; faſtidium augentur in dies, quouſq; iam ſuppurata fuerit materia, quæ remittuntur ſenſim iam facta ſuppuratione.

Vbi igitur exploratum eſt ad ſuppurationem tendere hanc iecinoris inflammationem, oportet eam ipſam adiuuare idoneis appoſitis præſidijs, quæ etiam prohibeant, ne dum puris fit generatio, pars ipſa corrumpatur, quod efficitur tali præſidio.

℞. Radicum althçæ, vnc. j. & ß.
Seminum fœnu græci,
Lini, ana drach. ij.
Foliorum violarum,
Maluæ ana m. j.
Caricarum num. vij.

Bulliant in aqua, contundantur, & fiat cataplaſma.

Hoc medicamentum adducit Dominicus Leo, quod ſuppurandi quidem facultatem poſſidet, ſed in illo nihil eſt, quod adſtringendi vim habeat, quo tamen eſt opus; ideo in hoc adderem oleum myrtillorum cum modico farinæ hordei, vel cotoniorum ſubſtantiam coctam, vel ſic

℞. Farinæ hordei,
Fœnu græci ana drach. iij.
Radicis althçæ,
Liliorum albor. ana vnc. ij.
Seminum lini, drach. ij.
Florum chamæmeli.
Meliloti ana m. j.

Bulliant in ſufficiente quantitate aquæ, donec emplaſticam formam accipiant, deinde adde

Olei chamæmeli vnc. j.
Liliorum alb. vnc. j. & ß.

Cum modico olei myrtillorum denuò ad ignem parum bulliant, fiat empla-
A ſtrum ſecundùm artem.

Suppurata materia eam ex traducere opotteret, ſed non poſſumus ad cutem ſectione facta attrahere, quare iudico eos fruſtra afferre medicamenta, quæ ad cutem euocant; ſed opus eſt, vel per ſeceſſum, ſi inflammatio ſit in concaua parte, aut per vrinam ducere, ſi ad gibbam adhæſerit, quamobrem vtendum veniet medicamentis huiuſmodi, quan-
B do intentio fuerit per vrinam educere, vt eſt

Aſarum,
Petroſelinum
Spica rubea tinctorum,
Cicer rubrum.

Ex hiſque decoctum parate, illis quandoque admiſcentes.

Semina melonum,
Cucumeris,

C Cuius decocti recipe ad vnc. iiij.
Syrupi capillorum veneris,
Byzantini ana vnc. j.
Pro vno hauſtu.

Pro alimentis ſi tempus fuerit, concedite

Melones, &
Cucumeres,

Quandoque crudos, nonnunquam co-
D ctos ad comedendum.

Aliquando admiſcenda ſunt ſemina frigida cum calidis, vt

Aniſorum,
Fœniculi,

Eaque redueenda ſunt in puluerem vna cum ſaccharo, iiſque ſæpè vtendum pro condimento in cibis oblatis.

Lac quoque aſininum non reproba-
E tur in ſimili caſu, propter ſui ſeroſitatem; nam abſtergendi facultatem habet, & ad iecur deducitur facilè.

Si per ſeceſſum educere purulentam materiam ſit opus, ea ſunt concedenda, quæ leniter per ſeceſſum ducunt, inter quæ commendantur

Serum caprillum,
Tamarindi,
Caſſia,

Manna,

Manna,
Et id genus, quæ aliquando etiam alimenris admiſceri poſſunt.

Clyſteribus præterea vti eſt opus, vt pote qui irritando inteſtina poſſunt per A aluum præbere exitum purulentæ materiæ: et hæc ſint ſatis circa curationem inflammationis hepatis, nunc ſcirrhum cognoſcendum curandumque proponimus.

DE SCIRRHO IECINORIS

CAPVT DECIMVMSEPTIMVM.

IEcur duobus modis incurrit in ſcirrhum, quando non rectè curatur eius inflammatio. Primò, quia aduruntur humores, reſolutis tenuioribus partibus, craſſiſque induratis; ſecundò, ſi nimium refrigerantibus vtantur medici; tunc enim omnes humores incraſſantur. Alia etiam de cauſa fieri poteſt, nempe ex mala victus ratione collectis, atque ſenſim in iecoris ſubſtantia retentis humoribus craſſis.

Inter alia membra, quæ ſcirrho ſubijciuntur facilè, tria recenſentur à Galeno 13. meth. med. cap. 16. Vnum eſt iecur, aliud eſt lien, tertium ſunt renes; quamuis alia, & alia ratione.

Iecur enim in huiuſmodi affectionem facilè incidit ob craſſum, quo vtitur, alimentum; nam ſanguine craſſo, & vt ille per iocum dicebat, veluti luto nutritur.

Lien verò ratione raritatis ſuæ ſubſtantiæ, & ſpeciei alimenti, quo vtitur, de quo ſuo loco.

Renes denique, quod habeant ea, quę dicta ſunt ineſſe duobus viſceribus, tum ſubſtantiæ qualitate, tum ob vitium excrementorum, atque ob vaſorum anguſtiam.

Cùm igitur iecur ab inflammatione malè curata incidere poſſit in ſcirrhum, meritò poſt inflammationem tractandum de ſcirrho proponitur, de quo antequam definitiuè agamus, notandum eſt doctiſſimum Mercurialem lib. 3. B ſuæ praxis cap. de ſcirrho lienis, nos ad monere duplex nomen in doctrina Galeni reperiri, nempe ſcirrhon, & ſcirrhoſin.

Scirrhoſis autem dicitur de lienis quacunque duritie, in qua reſolutæ ſunt tenuiores partes, induratæ verò craſſæ; at ſcirrhus eſt durities, quæ fit ex humoribus craſſis, tam pituitoſis, quàm me- C lancholicis.

De hoc tumore à nobis agendum proponitur, cuius in primis accipienda eſt ex Galeno differentia 1. ad Glauconem cap. 5. vnus eſt prorſus ſine ſenſu; alter verò eſt cum ſenſu: prior dicitur exquiſitus ſcirrhus; alter verò non exquiſitus, de vtroque agendum, cùm ſub eadem difinitione vterque comprehen D datur.

Eſt igitur ſcirrhus tumor durus aliquãdo ſine ſenſu, aliquando cum ſenſu, cùm igitur ſit tumor, quod pluribus in locis docuit Gal. erit morbus in compoſitione, nempe in magnitudine adaucta; nam in hoc affectu magnitudo iecoris nimium, quàm par ſit, adaucta eſt.

Hoc idem obſeruaſſe Galenum exiſti E mamus lib. 1. de ſympt. cauſ. cap. 1. 3. de temperam. 5. in quibus locis expreſſè ſcribit ſcirrhum eſſe morbum partium inſtrumentalium.

Contrarium tamen idem Galenus aſſerere videtur lib. de diff. morb. cap. 6. de cauſis morborum vltimo, vbi dicit tumores eſſe morbos partium ſimilarium.

Soluere

Soluere poſſumus apparentem hanc contradictionem, dicentes, quod tumores duobus modis conſiderantur, nempe quatenus actionem partium organicarum lædunt, vel quatenus nondum earum actionem lædunt.

Si primo modo, dicuntur morbi inſtrumentales, vt lib. de differ. morbor. cap. 12. ſcripſit Galenus. Si ſecundo modo, non ſunt inſtrumentalium partium morbi, ſed ſimilarium, quia tunc dicuntur intemperies cum materia.

Cùm igitur ſcirrhus ſit tumor durus actionem lædens, & partium organicarum morbus, erit in ſcirrho iecoris læſa ipſius magnitudo.

DE CAVSIS SCIRRHI Iecinoris.

CAuſæ, à quibus proficiſcitur hic morbus, ſunt internæ, & externæ. Cauſa interna immediata, & proxima, docente Galeno, eſt vel pituita craſſa, aut humor melancholicus, aut vterque humor ſimul mixtus.

Ad has quidem cauſas rectè percipiendas, opus eſt intelligere non omnem ſcirrhum eandem habere generationē, ſiquidem alius eſt, qui ſponte, & à cauſa interna prodit, alter verò à cauſa exteriori.

Primo modo adhuc bifariam conſideratur; nam docente Galeno lib. 7. de comp. med. per genera cap. 9. vnus fit per defluxum, non ſecus atque inflammatio, ſed rariùs, vt doctè notat Petrus Foreſtus lib. 19. obſeru. 14. alter verò, qui oritur ſenſim, vel per congeſtionem, frequenter contingit.

Qui verò à cauſa exteriori eueniunt, alij ex medicorū mala curatione fiunt, & duobus modis, vel ſi nimium refrigerantibus medicamentis vtantur in curandis inflammationibus, vel nimium diſcutientibus.

Sub primis materia concreſcit, & cō gelatur, ſub ſecundis verò idem euenit, A quod dicebat Galenus ſupracitato de comp. med. ideſt, reſoluuntur tenuiores, & indurantur craſſiores humores ea ratione, qua obſeruamus in morbis articularibus fieri tophos, aut in renibus lapides.

Hinc eſt, quod partes indurantur tū concretione, tum repletione, & exiccatione, vel duabus ad inuicem complicatis affectionibus, Gal. 5. de ſimpl. B med. facult. cap. 5.

Srirrhoſi igitur tumores fiunt ex congelatione, ac repletione à medicamentis frigidis: exiccatione verò à calidis; dicebat enim Galenus id euenire inflāmationibus à nimium diſcutientibus medicamentis, quod rebus exterioribus quibuſdam contingit, quæ igne contacta torrentur, & ex aqua emolliuntur.

G In locis enim inflammatis tenuis humiditas contenta à calefacientibus validius pharmacis cōſumitur, craſſo, viſcidoque humore remanente, quare huiuſmodi durities fit exiccatione, reliquæ verò omnes differentiæ fiunt repletione, nec non & concretione, ſeu congelatione.

Cùm igitur iſti tumores ſcirrhoſi diuerſimodè fiant, diuerſas habent cauſas; D nam illi, qui ignauia, & ſocordia medicorum generantur, ſemper à cauſis proueniunt externis.

At alij fiunt à cauſis internis, & externis; ſiue igitur per defluxum, ſiue per congeſtionem efficiantur, cauſam habent, vt dictum eſt, internam, humorem ſcilicet vel melancholicum, aut pituitoſum, vel ex vtriſque mixtum.

E De cauſa antecedente idem dicendum, quæ nihil aliud eſt, quàm humor in corpore exiſtens, paratus, vt vel feratur in iecur, qualis eſt pituita, vel talis, vt expurgari non poſſit à liene, vt fæx ſanguinis, quæ melancholia appellatur, & retinetur in iecore ſcirrhum faciens, aut quia menſes in mulieribus, aut in viris hæmorrhoides retinentur

magis,

tione, & in curatione; in vtroque enim euacuandum eſt; verùm cum quadam differentia.

Nam in inflāmatione euacuatur per medicamenta tam frigida, quàm calida, in hoc verò affectu per medicamenta calida, quæ ſecum adiuncta habeāt alia, quæ humorem concretum fundere poſſint, non ſecus atque contingit glaciei à ſole fuſæ; vel etiam opus eſt exiccata humectare, quare indicationes ſunt eua cuandi partim fundendo, partim humectando, hoc eſt emolliendo, vt docuit Galenus 14. meth. med. cap. 4. in fine.

Sed vtrum conſequi valeamus hanc intentionem, hóc opus, hic labor eſt. Galen. tum 2. ad Glauc. cap. 4. tum lib. 2. meth. med. cap. 4. & 5. ſcriptum reliquit induratos ex longo tempore, & eos, qui ſunt ſine ſenſu, non poſſe curari, nec curaſſe ipſe, neque alium curantem vidiſſe teſtatur.

Eandem ſententiam habuit Paulus lib. 3. & Aetius lib. 10. cap. 7. imò eadem Galeni verba tranſtulerunt. Hæc cõmunis medicorum ſententia veriſſima eſt, quod antiqui ſcirrhi curari nequeunt, & qui non admodum antiqui ſunt cum maxima difficultate in partibus externis, multò magis in internis, & præcipuis, vt eſt hepar, in quo indurati ſcirrhi non modò incurabiles ſunt, ſed vt plurimùm ad hydropem terminantur, vt docet Galenus.

Scripſit is ſcirrhum quidem hepatis ab initio ſanauimus ſæpius, vbi verò ad plures dies fortè foret extenſus, neque ipſe potui ſanare, neque alium vidi, qui poſſet, eodem cap.

Nihil dico de ſcirrho canceroſo, cuius curatio non eſt tentanda ex Hippocratis ſententia 6. aphor. 38. quare vbi occurrat vobis ſcirrhus induratus, & antiquus, non eſt vt ipſum, niſi palliatè curetis. At lib. 2. ad Glauconem Galeni ſententia eſt, vt recens, & in principio ſcirrhus iecoris curari poſſit: hæc de prædictione.

A *DE CVRATIONE SCIRRHI Iecinoris per Victus rationem, & Chirurgiam.*

Videndum nunc eſt, quā methodo in huius morbi curatione incedēdum veniat, vt intentionem prædictam conſequamur. Certiſſimum eſt non poſſe cauſam illam coniunctam auferri, niſi B curam habeamus in primis de toto corpore, in quo reſidet cauſa antecedens, quæ non ſecus atque coniuncta eſt euacuanda; nam & ſi millies nos tentaremus auferre ſcirrhum, niſi prius inhibeamus, ne amplius cauſa antecedens feratur in iecur, nunquām intentum conſequi poterimus, cui intentioni ſatisfacimus in primis per rectam victus rationem, quæ prohibeat talem humo- C rem generari in corpore.

Victus autem ratio attenuandi facultatem habere debet, cui Galenus tātum confidit in eo libello, quem de hoc argumento ſcripſit, vt liberè fateatur, pleroſque, & diuturnos morbos ſola hac victus ratione abſq; medicamentorum ope curatos fuiſſe.

Verùm præterquam quod attenuare valeat, eſto boni ſucci, & facilis coctio- D nis, ne iecur multum, & nimium, quàm par ſit, in illius elaboratione defatigetur. Aegris itaque is cibus offerendus eſt, de quo ſatis à nobis eſt actum capite de hepatis obſtructione, vnde omnia huc transferri poſſunt.

Veniamus modò, vt artis eſt, ad inſtrumentum chirurgicum, de quo quidem rectè adminiſtrando aliàs, & ſæpè diximus ponderanda eſſe indicantia, & E prohibentia.

Si adſit indicans, & nihil prohibeat, agendum eſt, at ſi non adſit permittens, non eſt ſanguis mittendus. Permittens eſt virtus, quæ non ſolùm præſens, ſed futura eſt conſideranda; nam ſumus in caſu, vbi periculum eſt de hydrope, in qua, vt audietis, non generatur ſanguis bonus, & copiosè, vt poſſit rectè nu-

triri corpus, nec per conſequens conſeruari. Ideò maxima conſideratione eſt opus.

Sum itaque huius ſententiæ, vt exiſtimem, quando corpus eſt multo ſanguine refertum ſimul cum vno, vel altero ex humoribus peccātibus, & ſcirrhus eſt in principio, quod ſanguis mitti debeat; è contra vbi antiquatus ſit, nec copia adſit ſanguinis, non eſſe veniendum ad hoc præſidium.

Deinde eſt opus, vt conſideretis, an ex menſium, aut hæmorrhoidum retentione ſcirrhus proficiſcatur, tunc enim virtute benè valente, à talo, aut à poplite ſanguis mittendus eſt, aut etiam ab hæmorrhoidibus, ſi præcipuè ſcirrhus fuerit in concaua parte: hæc de inſtrumento chirurgico.

DE CVRATIONE SCIRRHI *Iecinoris per Pharmaciam.*

IN Pharmacia ita agendum eſt: primò, ſi aluus non fluat, deueniendum eſt ad aliquod lenitiuum, quo expurgentur à fœcibus inteſtina, quale eſſe poteſt, vel

Hiera ſimplex Galeni, vel

Caſſia cum modico rhabarbari.

Poteſt ad hunc modum formari ex his medicamentum.

℞. Floris caſſiæ nouiter extractæ vnc. j.
Terebinthinæ claræ drach. ij.
Hiera ſimpl. Galeni drach. j. & ſſ.
Miſce, & cum modico ſacchari, quantum ſufficit, fiat bolus,

Vel

℞. Flores caſſiæ n. ex. vnc. j.
Terebinthinæ.
Hieræ ſimpl. Galeni ana vnc. ſſ.
Cum ſaccharo fiat bolus.

Lenito aluo, & facta (ſi opus fuerit) ſanguinis miſſione, humor è corpore eſſet educendus, ſed quia craſſus eſt, & in vena caua exiſtens, qui ad inteſtina deduci facilè non poteſt, præſertim cū à vena caua in iecur transferri debeat, quod ſcirrho affectum ſupponitur, atq; A etiam quia medicamenta eradicatiua à longinquis partibus trahunt, & periculum eſſet, ne permeare non poſſet per anguſtas vias, quę ad iecur ſunt, atq; retentus ſcirrhum augeret, ideo ne hoc ſuccedat inconueniens, humores ſunt præparandi, qui vel melancholici, vel pituitoſi ſunt.

Si primo modo, idoneis ſyrupis ſunt alterandi, quales ſunt

B ℞. Syrupi de pomis ſimp.
De fumo terræ ana vnc. ſſ.
De eupatorio vnc. j.
Miſce pro vno hauſtu.

Pro pituitoſa materia.

℞. Syrupi de abſynthio,
Mellis roſati colati ana vnc. j.

Medicamentū ſolut. pro melancholia.

℞. Rad. polypodij querc. vnc. ſſ.
Bugloſſi,
C Fol. Meliſſæ
Pimpinellæ,
Cichorij ana m. ſſ.
Borraginis,
Bugloſſi ana p. ſſ.
Sem. cartui drach. j.
Bulliant in ſufficienti quantitate aquæ ſecundum artem, huius
℞. vnc. iiij. infunde
Rhabarbari drach. j.
D Fol. ſenæ drach. ij.
Salis gemmæ gran. v.
Facta expreſſiòne diſſolue
Syrupi ad melancholiam,
Magiſtri Auguſtini ana vnc. ij.
Confectionis hamech drach. ij.
Fiat breuis potus.

Pro bolo.

℞. Diacathol.
Diaſenæ ſolut.
E Confect. hamech. ana vnc. ſſ.
Cum ſaccharo fiat bolus.

In Pituita.

℞. Rad. apij,
Petroſelini ana vnc. ſſ.
Fol. Bettonicæ,
Saluiæ,
Eupatorij ana m. ſſ.

Sem.

Sem. aniſorum,
Carthami ana drach. j.
Flor. cordialium p. j.
Fiat decoctio ſecundum artem, huius
℞. vnc. iiij. infunde
Agarici trochiſc. drach. j.
Rhabarbari ſcrup. ij.
Facta expreſſione diſſolue
Mannæ fortis Calabr.
Mellis roſati ſolut. ana vnc. iij.
Elect. Indi maioris drach. ij.
Fiat potus breuis.

Sed vniuerſalia ſunt hæc, de quibus pluries à nobis actum fuit, & etiam in poſterum agetur, tam quo ad alterãtia, quàm ſoluentia medicamenta, ſed cùm tota curatio ab antiquis Græcis ſcripta ea ſit, quæ verſatur circa cauſam coniunctam, huic ſatisfaciendum eſſe dicimus internis, & externis medicamentis cò tendentibus, vt euacuent materiam illam ſcirrhum producentem.

Huiuſmodi medicamenta à Galeno deſcribuntur, tam 5. de ſimplic. medic. facult. quàm 14. meth. med. cap. 4. 2. ad Glaucon. cap. 4. & 5. tam ſimplicia, quàm compoſita, quæ ab eodem malactica, ideſt emollientia ſunt dicta.

Nec videtur mihi adeſſe difficultas aliqua, aut contradictio in verbis Galeni, in quibus tractat de natura medicamentorum emollientium, quam tamen adeſſe cenſuit Iacchinus doctiſſimus in ſuis comment. quæ ſcripſit ſuper Raſim ad Almanſorem

Scribit enim eo loci, Galenum lib. 5. de ſimpl. med. facult. cap. 8. varium eſſe in tradenda horum malacticorum medicamentorum qualitate, cũ dixerit emollentia calida, & ſicca eſſe debere, ſed moderatè, ideſt temperatè.

Nam ipſe ſe exponit, quod à medio diſtent ſenſibiliter calore, & ſiccitate, hoc eſt, Galenus ſcribit eo loci malactica medicamenta eſſe calida, & ſicca temperatè, quia diſtant à medio tam in calore, quàm in ſiccitate. Sed ex hoc loco, vt in meo codice Galeni elici id

A non poteſt, quod dicit Iacchinus.

Libro verò 14. method. meden. cap. 4. 2. ad Glauconem cap. 5. ait talia medicamenta eſſe humida, & calida, vt oleum, adipes, & medullæ.

Sed ſi licet quod ſentio, dicere, mihi videtur admodum deceptus, quia Galenus in citatis locis, vnam, & eandem prorſus habet de iiſdem medicamentis ſententiam, verùm cum quadam loquẽ

B di differentia; nam in 5 de ſimpl, med. facult. de illis tractans per comparationem ad ſuppurantia medicamenta, dicebat calidiora, & ſicciora eſſe emolliẽtia pus mouentibus, cùm ſuppurantia caliditatem ſimillimam noſtri corporis habeant, emollientia verò, licet validiorem caliditatem contineãt, non tantam tamen, vt attractionis violentia reliquum deficcent.

C Præterea, quæ pus mouent, humorem, qui præfuit in partibus induratis, relinquunt; emollientia verò paulùm quid abſumunt: ſuppurantia quantitate potiùs caloris; emollientia qualitate agunt, proinde concludebat, quod ea, quæ conuenientem, ac ſymmetrum calorem habent, vnaque & illi correſpondentem ſiccitatem, mollire indurata

D poſſunt, & exemplificans inquit, talia eſſe.

Bdellium,
Styrax.
Galbanum,
Ammoniacum,
Thymiama,
Medulla ceruina,
Vitulina,
Adeps Caprinus,
E Taurinus,

Et alia, quæ huiuſmodi ſunt.

At 14. method. cap. 4. in fine dicebat. quod ſi quis iis, quæ vehementer trahunt, digeruntque, medicamenris vacuare tenret, nec ijs, quæ humectent, & excalefaciunt, molliat, & liquet, huic paucis primis diebus egregiè proceſſiſſe curatio videbitur.

Ad formam boli.

Et hoc eſt, quod mihi Galenus dixiſſe videtur cap. 2 ad Glauconem, vbi ſcribit mixturæ emollientium illa addenda eſſe, quę ratione inflammationis iecoris apponuntur, ſunt autem hæc.

A

Abſynthij coma

Pieſma myrobalani,

Vtraque Nardus tam Celtica, quàm Indica.

B

Crocus,

Maſtix Chia

Oenanthe,

Et vnguenta illa, quæ ſiunt ex

Spica nardi,

Oenanthe,

Melino, &

Maſtichino.

C Ex quibus apparet ſemper rebus emollientibus aliquid addendum eſſe, quod iecoris ſubſtantiam corroborare poſſit.

Paranda deinde ſunt medicamenta, quæ per vrinam ducere poſſint illam materiam, quā emollientia diſſoluunt, aut ſaltem materiam contentam in ramulis venæ cauæ, quæ ſunt in iecore; vnde Galenus eodem 5. cap. 2. ad Glaunem ait, ijs eſſe vtendum præſidijs, quæ conueniunt renum affectionibus, de quibus ſuo loco.

D

Poſt igitur aſſumptionem vnius ex prædictis medicamentis placet, vt decoctum aliquod ex aqua puriſſima facias, & rebus huiuſmodi.

℞. Fol. agrimonij,

Cichorij ana m. j.

Rad. cichorij,

Aſparagi ana vnc. j.

E

Graminis,

Cort. radicum lauri ana m. ſſ.

Cicerum rubeorum vnc. j. & ſſ.

Miſce, & fiat decoctio ſecundū artem, ſaccharo dulcoretur, & huius ℞. vnc. iiij. aut vj.

Vel

℞. Cordis leporis S. A. præparati,

Hepatis lupi ana drach. j.

Ammoniaci in aceto diſſol. drach. ij.

Terebinthi ex Catana drach. j. & ſſ.

Agrimonij,

Abſynthij ana ſcrup. j.

Sed de his, quæ ad vrinam ducunt, infra intelligetis.

De Localibus.

Properandum eſt ad localia medicamenta, de quibus dicebat Galenus non debere eſſe admodum fortia, cùm iecur tolerare ea non poſſit, vt lien, quemadmodum audietis cap. de lienis ſcirrho.

Inter alia medicamenta, quæ in communiſſimo ſunt vſu, eſt emplaſtrum de meliloto à Meſue deſcriptum.

A Galeno 14. method. med. cap. 4. probatur emplaſtrum de althęa, quod antiquis dictum fuit Anaden dromalachen; componitur autem à Galeno ex

Radicibus althęæ, &

Folijs maluæ decoctis, &

Anatis pinguedine contuſis cum aliquo ex oleis prædictis, vt

Nardino, & fiat emplaſtrum.

Arridet mihi etiam illud cōmuniter vſurpatum, Ioanne à Vigo inuentore, quod à Caleſtano deſcribitur. Poteſt etiam parari ad hunc modum,

℞. Rad. althęæ decoctæ vnc. j.

Abſynthij ſubtiliter pulu. drach. ij.

Ammoniaci in aceto diſſoluti,

Bdellij,

Styracis ana drach. iij.

Medullæ vitulinæ vnc. ſſ.

Adipis anſerini,

Gallinacei ana drach. ij. & ſſ.

Spicæ nardi drach. j.

Croci drach. j.

Cum oleo de abſynthio, quantum ſufficit, fiat emplaſtrum ſecundum artem.

Accommodata eſt huic affectui glans vnguentaria maior, quæ duplicem habet partem, vna eſt medullaris: altera cortex, etiam ſi prima pars habeat facultatem incidendi, attenuandi, & emolliendi, cortex idem præſtat: & quamuis

Aetius

entibus, in quibus permutatur color, eum humorum putrefactione.

Tandem ſubiungit, ſine inæqualitate, licet ſit quandoque cum aſperitate.

Nota, quod eſt alteratio, non in primis qualitatibus, quia eſſet intemperies, ſed in ſecundis, nempe in colore totius cutis corporis, & præſertim membranarum oculi, quæ adnatæ vocantur, ſæpè etiam & corneæ ipſius.

B Additur (fœda) ad differentiam aliarum alterationum, quæ in cute fiunt, quæ non ſunt fœdæ, & aſpectu horribiles, quemadmodum hæc eſt, quæ hominem ſæpè apparere facit totum citrinum, aliquando viridem, ſed obſcurè, inſtar coloris illius animalis lacertæ appellati.

Vnde meritò Auicennas fœdam cutis alterationem appellauit, ad citrinum colorem vergentem, ex quo ab omnibus alijs coloribus euenientibus ipſi cuti ſeiungitur.

C Tandem cauſam efficientem affert nobis, vbi dicitur propter curſum humoris citrini, quia huiuſmodi color in cute prouenit ex affluxu humoris biliosi ad cutem.

Huiuſmodi alteratio, ſeu coloris tranſmutatio prouenit ab humore bilioſo; quare ſi conſideretur ratione ſui, nō poterit appellari morbus, nec morbi cauſa, ſed ſymptoma in genere qualitatis mutatæ, aut affectionis corporis, quod ſymptoma refertur ad ea, quæ ſunt ſecundi ordinis; hæc verò ad ea, quæ primi ordinis ſunt, reducuntur.

D Clariſſimum eſt apud Galenum, & probatiſſimos authores, ſymptomata ſecundi ordinis referri ad ſymptomata primi ordinis, nempe ad actiones læſas, actiones autem ſunt partium corporis, quæ non læduntur immediatè, niſi à morbis, inde ſymptomata in actione ſequuntur morbum, tanquam vmbra corpus; illi verò à ſuis cauſis dependent.

E Quamobrem ad perfectam cognitionem naturę ipſius affectionis opus eſt, A vt videamus, quænam partes afficiantur, à quibus morbis id patiantur, & à quibus cauſis morbi iſti prodeant.

Multæ ſunt partes à natura huic excremento deſtinatæ; alia enim eſt, quæ ipſum generat, vt iecur, alia retinet, & conſeruat, vt folliculus bilis, & alia, quæ ipſum excrementum abducit, & appellatur meatus bilis.

Hic in duplici eſt differentia; nam vnus ad folliculum adducit, & alter, qui ab ipſo folliculo abducit, & in inteſtinum bilioſum humorem deponit: iſtæ ſunt partes huic excremento bilioſo deſtinatæ, quæ in præſenti affectione lædi conſueuerunt.

Cutis verò non læditur, niſi paſſiuè, quia eſt ſubiectum, in quo recipitur bilis, quamuis nōnulli exiſtiment in ſuperficie corporis poſſe corrumpi ſanguinē propter cutis intemperiem calidam, & in bilem conuerti.

Aliæ verò partes dicuntur eſſe cauſæ effectiuæ, & producentes prædictam affectionem. Primò conſideremus, qua ratione iecur, quod eſt omnium humorum officina lædatur. Contingit id duplici ratione; nam vel hepar patitur vt membrum ſimilare, & vt tale ipſius læditur facultas, vel vt inſtrumentum, & hæc ipſa impeditur. Vitiatur facultas, quia ad caliditatem intemperatur, ita vt plurimam copiam huius humoris generet, quemadmodum docet Auicennas fen. 15. lib. 3. cap. 3. tract. 1. vbi dicit, quum ſuperfluè calefit, conuertitur, quod in ipſo eſt ex ſanguine in cholera̅m.

Læditur etiam & facultas ipſius iecoris, quando ad aliquam aliam immoderatam intemperiem conuertitur, vt ad frigiditatem; tunc enim virtus ipſius alteratrix, vel expultrix læditur.

Hinc eſt, quod non poteſt bilis ſeparari à ſanguine, aut ſi ſeparatur, non expellitur, & hinc per venam ſi ... vlcum ſanguine per totum corpus defertur.

Læditur verò tanquam inſtrumentum.

tum, quando ipſius ſubſtantia tumore aliquo afficitur, ſiue ſit inflammatio, aut ſcirrhus, vt docet Galenus, aut in ipſius venis, quæ à porta diſtribuuntur, obſtructio fiat, vel in canaliculis fellis, antequam à iecore exeant, vel ipſamet vaſa aliqua materia comprimantur, & his modis iecur cauſa eſt icteritiæ. A

Folliculus verò bilis, cùm datus à natura ſit, vt in eo colligatur, & extrahatur humor, poteſt lædi, & ipſe duobus B modis, vt eſt membrũ ſimilare, & vt organicum. Primo modo facultas læditur in ipſo: ſecundo modo intemperatur ea ratione, vt non poſſit attrahere, aut retinere excrementum, quod ſurſum per caniculum regurgitans in iecur, inde in cauam deponitur, & per totum corpus ſpargitur.

Idem contingit, ſi obſtruatur, & tunc non læditur facultas ipſius, ſed impedita G remanet. Poteſt autem obſtrui à pluribus rebus, videlicet à craſſis, viſcidis, & lentis humoribus, à lapillis, vel ab alia re, quæ ipſum vel obſtruat, aut comprimat.

Canaliculi quoque obſtruũtur, ita vt à iecore non trahant excrementum, quod licet expellatur à iecore, non tamen diſtribui poteſt ad folliculum, aut D ab ipſo ad inteſtinum deferri, cùm canaliculi ipſi obſtructi ſint.

Contingit aliquando ipſos canales exiccari, vt Argenterius vidiſſe teſtatur: eſſe etiam poteſt, vt folliculus bilis non adſit, vt in muliere quadam Bononiæ obſeruauimus.

Poteſt etiam fieri icterus nulla ex his partibus læſa, idque tantummodo eue- E nit in febribus, vt quando in iudicationibus, ſeu in criſi expellitur bilis ad corporis habitum, id, quod 64. aphor. quartæ particulæ declarat Hippocrates dicens, quibus per febres morbus regius, die ſeptimo, aut nono, vel vndecimo, aut decimoquarto ſuperuenerit, bonũ, niſi dexterum hypochondrium durum ſit, alioquin minimè bonum.

Dicit igitur huiuſmodi morbum regium eſſe bonum, quia expellitur à natura bilis ad cutem, quæ cauſa erat febris, addenſque id euenire, quoties morbus regius non cõtingit ex hypochondrij dexteri duritie; tunc enim non eſt bonum, quia facultas iecoris impedita à duritie eſt, quò minus diſtribui poſſit bilis per ſuos canaliculos.

At vbi copioſa eſt, & facit febrem, in renis reſidet, ideò à natura expellitur per criſim, ac fit icterus, aut morbus regius.

Poteſt præterea fieri in febribus ſymptomaticè, quando natura à bilis acrimonia irritata expellit bilem: vnde idẽ Hippocrates lib. præcitato aphor. 62. ſcriptum reliquit, quibus febrientibus morbus regius ſuperuenerit ante ſeptimum diem, malum eſt.

DE CAVSIS ICTERITIAE.

POſſumus dicere cauſas internas huius affectionis eſſe partes prædictas malè affectas, ſiue eæ patiãtur, vt ſunt ſimilaria mẽbra, ſiue vt organica. Primo modo id habent ab intẽperiebus. Secũdo modo læduntur à morbis in mala compoſitione, vt à duritie, ſeu à tumore duro, inflammatione, & obſtructione.

Ita dicebat Galenus 4. aphor. 62. lædi iecur in ictero; nam viæ, per quas tranſmitti debet (ſeu id eueniat per attractionem, ſiue per expulſionem) impeditæ ſunt à copia, aut qualitate craſſorum humorum, aut à lapillis genitis in folliculo.

Argenterius addit 4. aphor. 62. poſſe aliquando icterum fieri ab exiccatione meatuum fellis, quod præter aliorum medicorum opinionem ſe in Cardinal. de Gaddis obſeruaſſe teſtatur.

Addit Auenzoar poſſe huiuſmodi meatus calloſos reddi, quo nomine non poteſt humor bilioſus diſtribui. Diximus etiã poſſe fieri, vt canaliculi, & folliculus in corpore minimè reperiantur.

Cauſæ

Cauſæ igitur internæ læſionum harum partium ſunt intemperies tam ſimplices, quàm complicatæ, tam calidæ, quàm frigidæ, ſed alia, & alia ratione, cùm intemperies calida hepatis ſit in cauſa, vt multa copia humoris bilioſi generetur, frigida verò, vt non excernatur bilis, aut ad ſua debita loca non expellatur,

At cauſæ morborum in cõpoſitione, nempe vel inflammationis, aut ſcirrhi, vel obſtructionis, referuntur ad humores in corpore collectos, pro quorum varietate variæ fiunt affectiones præter naturam, à quibus generatur icterus, quæ ad hæc duo capita reducuntur, ad tumorem, & obſtructionem. Iſtæ ſunt cauſæ internæ icteri, vel melius loquendo, iſti ſunt morbi, quos icterus ſequitur.

Exteriores verò cauſæ plures eſſe poſſunt, inter quas ab Hipocrate lib. 1. con. 3. de internis affect. aer numeretur; dicebat enim morbum regium quandoque vagari ex aeris proprietate; vnde eſt, quod nonnulli ſcribunt in Inſula Sardiniæ ob aeris corruptionem ſæpè æſtiuo, & autumnali tempore icterum vagari.

Petrus Paulus Pereda de curandis morbis lib. 1. cap. 43. aer etiam calidus, inquit, & ſiccus facit icterum, producendo multam bilis copiam.

Fit à veneno etiam icterus, vnde Galenus 5. de locis affect. cap. 7. ſcribit ſe vidiſſe ictericum factum ex morſu viperæ, eſt etiam hiſtoria ab Auenzoar ſcripta de quodam, qui ob venenum acceptum icteritius factus eſt, & ab ipſo curatus.

Cibus quoque generat icterum, vt allium, cæpę, aromata, & quæ calida ſunt. Dulcia quoque dicuntur icterum generare, quia copioſam bilem producunt, quod idem de potu nimio vini generoſi dicendum eſt.

His addi poſſunt vehementes animi paſſiones, quæ ad furorem, & iracundi-

A am ducere hominem poſſunt: & iſtæ ſunt cauſæ externæ.

An modò ſanguis, & pituita icterum facere poſſint, & cur ſit, quòd bilis ita per cutem effuſa eam non corrodat, per vos ipſos videre poteſtis doctiſsimum Mercurialem in ſua praxi de aff. infirm. ventris cap. 23. qui hoc quæſi-

B tum exagitat.

DE SIGNIS ICTERITIAE.

Signa declaranda veniunt, quibus cauſæ icteri inter ſe diſtinguuntur; nam icterus per ſe manifeſtus eſt, quandoquidem vbi quis vel cutem flauam, aut viridem, vel album oculi ad hos colores habere mutatum, vel ad praſſinum

C conſpicitur, ſtatim dicitur laborare morbo regio, aut ictero.

Idque confirmatur ab exeuntibus mutatis. Primò ab vrinis, quæ craſſæ ſunt, & flauæ, in quibus ſi charta, aut pannus lineus immergatur, abſtrahaturque, colore flauo tinctus apparet.

Ab ijs quoque excretis, quæ per ſeceſſum exeunt, cognoſcitur icterus, quia hæc omninò ſunt in inteſtinis.

D Succedit tales ęgrotantes alui ſtipticitate oppreſſos eſſe, quia cum inteſtina priuantur bile, à qua excitari conſueuerunt, pigra redduntur ad expellendas fœces, proinde icterici ſtiptici fiunt, & fœces albæ, & ſæpè ſiccæ exeunt.

An modò, qui ictero afficiuntur, oculos ab humore eo affectos ita mutatos habeant, vt omnia obiecta eius co-

E lore tincta videantur, diſputat doctiſſimus Mercurialis, concludens id minimè obſeruaſſe.

Verum tamen dicendum eſt, quod non omnes, quibus cornea hoc humore infecta eſt, videant obiecta colorata, ſed illi tantum, quibus cornea ad pupillam eſt flaua; tunc enim eſt prohibens extraneum. Vbi igitur flauities non attingit corneam, ea parte, qua pupillam

reſpicit, obiecta non intuetur viridi, aut flauo colore infecta, ſed qualia ſunt.

De cauſarum ſignis.

Veniamus igitur ad ſigna cauſarum, & partium affectarum, quæ difficultatem aliquam faciunt in cognitione, de quibus egregiè Auicennas 15. ſen. lib. 3. cap. 4. tract. 1. agit.

Dictum fuit ab hepate intemperato ad caliditatem fieri icterum, cognoſcitur igitur calidum eſſe nimis, & propterea generare copiam bilis maiorem, quàm par ſit, ab ijs, quæ diximus cap. de intemperie calida ipſius iecinoris.

Addit Auicennas ictericos nullam percipere ad hypochondrium dexterũ tenſionem, aut grauitatem; excreta per ſeceſſum non eſſe alba, quia tanta bilis copia generatur, vt non ſolùm vena caua ab ipſa repleatur, ſed etiam ad folliculum, ad canales, & inde ad inteſtina copioſè deſcendat.

Sitis augetur, inappetentia adeſt, vniuerſũ corpus exiccatur, vrina rubeſcit. Raro contingit fieri icterum à caliditate iecoris ſubitò, ſed ſenſim fit, eò quòd ab intemperie prodit, quæ non niſi in tempore efficitur.

Quando verò contingit propter iecoris intemperiem frigidam, cognoſcitur ex ſignis illis, quæ ſolent demonſtrare hepatis debilitatem, de quibus actum eſt ſuo loco.

Multa traduntur ſigna ab Auicenna, quibus demonſtrare contendit ex nimia caliditate, & inflammatione veſiculæ fellis fieri, ſed quia eadem prorſus eſt curatio cum curatione intemperiei calidæ hepatis, ideo huiuſmodi ſigna diſtinctiua parum nobis proficere poſſunt.

Nonnulla tamen vobis in medium afferam, & primò ea, quæ circa aſpectus corporis verſantur ſymptomata; primũ enim totius corporis citrinitas aſſiduè augetur, faciei nigredo apparet; lingua

A alba conſpitur, aluus adſtricta remanet.

Vrina præterea varia apparet; nam in principio alba eſt, & tenuis, quia bilis retinetur in corpore, nec ad veſicam expellitur, deinde apparet vehementer citrina, quia vbi multa copia ipſius ſimul collecta fuerit, neceſſariò ad interiora regurgitat, atque expellitur, quemadmodum ea, quæ in venis reperitur, quæ coacta eſt retrocedere, & ad

B emulgentes præcipitans vrinam ſuo colore ſaturat.

Deinde & nigra, & craſſa efficitur, quia aduritur à calore extraneo, quæ tandem vehementer fœtida eijcitur, hinc eſt, quod in fine morbi fœtida mingitur vrina.

Sed dicet quiſpiã, quomodo fieri poteſt, vt facies denigretur, & alba fiat lingua, cùm humor bilioſus ſit citrini colo

C ris? Exiſtimamus faciẽ denigrari, vel ex aduſtione tenuioris partis bilis ad faciem delatæ, quæ cum nigra ſit, faciem ipſam nigram reddit, aut quia multa copia bilis in ipſam faciem deducitur, ex cuius multiplicatione ſub cute contenta, nigredinem quodammodo acquirit facies.

Lingua verò alba redditur, quia cùm inteſtina priuentur ſua bile, quæ conſue

D uit ad ipſa cõtinuò fluere, hinc eſt etiã, quod interna eorum membrana non afficitur ipſius colore, nec tunica ventriculi, & linguæ, quæ illis continua eſt: vel dicendum deorſum à capite pituitam deſcendere ad linguam, quæ facit ipſam albam.

Cognoſcitur icteritia ex debilitate folliculi bilis, ex nauſea vehemente, ac ingente oris amaritudine abſque ali-

E qua hypochondrij grauitate, deinde generatio huius icteritiæ ſit paulatim, & ſucceſſiuè.

Ab excretis quoque innoteſcit, quia fœces excuntes mediæ ſunt inter citrinitatem, & albedinem, ſed vrina admodum citrina eſt, quia etſi folliculus non expellat, iecur virtute ſua expultrice nõ

otiatur

otiatur, cùm bilem expellat.

Sed hoc loci notatione dignum videtur, quod notat Auicennas: ſcribit enim aliquos eſſe huius opinionis, vt in hac ſpecie icteritiæ, nempe in debilitate folliculi cum iecoris validitate, vrina ſit omninò naturalis, quod ſanè ratione conſonum videtur, attamen ſubiungit id eſſe impoſſibile, quia natura expellit ad ipſum folliculum bilem, cùm verò non poſſit recipi à folliculo, tunc expellit ad vrinam; nam prohibet natura, quantum poteſt, ne bilis admiſceatur ſanguini.

Sed cùm bilis ab hepate tanquam excrementum per canaliculum ſibi deſtinatum expellatur, vbi non recipitur, aut non trahitur à folliculo, poteſt deorſum ad inteſtinum rectè ferri, vnde videtur magis rationabile, quod bilis expellatur ad inteſtinum, quàm ad vrinam, cùm ſit via magis propinqua, & expedita.

Verùm antequã ad vrinam expellatur, opus eſt, vt ad gibbam partem hæc ipſa feratur, deinde in venam cauam recipiatur, quod difficiliùs videtur, & magis naturæ incommodum, quàm ad ſuos canales ipſam protrudi, meritò igitur videntur illi dicere vrinam nullam accipere alterationem.

Sed Auicennas ſubdit eſſe impoſſibile, quia cùm iecur benè ſe habet, tunc ſi non poteſt per vrinæ partem ſeſe exonerare, aliam tentat, quia ſemper curat, ne huiuſmodi bilis commiſceatur ſanguini, ideo neceſſarium eſt, vt ipſa feratur ad aliquem locum ſibi magis idoneum poſt illos canaliculos, ideo que quando eſt in vena caua, vna pars ad habitum corporis, alia ad renes, & ad veſicam pellitur, quare impoſſibile eſt, vt vrina non ſit hoc humore tincta.

Hæc ſunt ſigna oſtendentia icteritiã prouenire ab intemperie iecoris, aut folliculi calida, quæ etiam confirmari poteſt ab ante acta vita, ab ætate, habitu corporis, conſuetudine, regione, & huiuſmodi.

A Quando verò prouenit ex frigida intemperie, ſuis indicijs & ipſa cognoſcitur; nam tunc vrina non eſt valde tincta; neque quæ per ſeceſſum exeunt, albæ ſunt, neque grauitas aliqua in hypochõdrio dextero perſentitur. Succedit per ſeceſſum excrementa exire loturæ carnis ſimilia, vt eſt dictum cap. de hepatis debilitate.

B Verùm ſi iecur patiatur vt membrum organicum, nempe vel tumore aliquo, aut duritie affectum ſit, cognoſcitur ipſo ſenſu tactus.

Quod ſi obſtructæ ſint venę, ſic egeſtiones albæ quidem ſunt, ſed non omninò, nec ſemper, quia aliqua portio bilis à principio ſaltem ad inteſtina fertur; at vrina admodum flaua, ſeu citrina eſt.

C Grauedo ad dexterum latus percipitur, dolorque & inflatio ventriculi poſt aſſumptum cibum, ſuccedit pruritus totius corporis, facilisq; eſt ſomnus ſuper dexterum latus in huiuſmodi icteritia.

At vbi obſtruuntur folliculus, & meatus, tunc non ſtatim læditur iecur, ſed temporis progreſſu, & præ copia bilis regurgitantis oris ſentitur amaritudo, & ſitis vehemens, ſubſequitur quando-

D que colica paſsio, quia fœces non expelluntur.

Sed obſtructio à cauſis exterioribus, & à præſentibus poteſt conijci, nempe ab ante acta vita, à corporis temperie, habitu, ætate, & id genus, à quibus fit obſtructio.

Sed ſi canalis, vel callo repletus fuerit, aut exiccatus, cognoſcetur à pertinacia ipſius icteri, quia nullis præſidi-

E ijs remoueri vnquam poterit.

Sed quia videtur quandoque icterus cauſam habere internam vniuerſalem totius corporis, nempe intemperiem calidam, ex proritu vehemenri totius corporis innoteſcet, ex appetitu vitiato, non tamen circa res dulces, aut craſſæ ſubſtantiæ.

Egeſtiones non ſunt admodum remo-

Ee 3 tæ à

tæ à naturalibus, quemadmodum etiam & vrinæ; & hæc ſunt, quæ cauſas internas, & partes læſas demonſtrant.

Cauſę verò exteriores dignoſcuntur facilè, ſicut in illo apud Galenum, qui morſus fuit à vipera, aut ille, qui venenum aſſumpſit, quem poſtea Auenzoar curaſſe ſcribit.

De critica autem ictéritia, non eſt, vt quidpiam quæramus, cum ſemper ſuper ueniat febribus, & ſit veluti medicamētum ipſarum, quia accedente illa, liberantur homines à febre.

DE FVTVRO EVENTV Ictéritiæ.

SEd aggrediamur indicationes, quæ deſumuntur à cauſis efficientibus internis; nam ſi ſit intemperies calida, auferenda ſuis contrarijs: ſi ex languiditate hepatis eueniat, aut veſiculæ, corroborare ipſas oportet partes: ſi tumor adſit, auferendus, & pro diuerſitate materiæ facientis diuerſimodè agendū eſt à nobis, ideſt, aut inflammationem reſoluere, aut ſuppurare, aut duritiem emollire, aut tandem ſi ab obſtructione prouenerit, aperire neceſſe eſt.

Et ſic ſingulis indicationibus tentandum eſt ſuis contrarijs, quantum fieri poteſt, ſatisfacere, non tamen omnibus opitulari poſſumus, quia ſi canales calloſi ſunt, aut exiccati, nullum excogitari poteſt medicamentum idoneum, quemadmodum etiam vbi ex tumore iecoris euenerit, vix & cum difficultate ſanari poteſt hic morbus.

Idem dicendum eſt, vbi iecur intemperatum ſit ad frigiditatem, neque poſſit ſeparare, aut expellere, quinimo mors proximè prædicēda eſt: ſic in alijs ſi morbi; & cauſæ vehementia, viriumque debilitas contingat, res deplorata eſt.

At ſi ictéritia erit mediocris, aut exigua, poterit facilius ſanari, quod idem de folliculo eſt dicendum, ſed ſi ex ob-A ſtructione euenerit, virtute valida exiſtente, nec cauſa admodum vehemente ſanitatem promittere poterimus, maiori, aut minori cum difficultate.

DE CVRATIONE ICTERITIAE in genere.

SEd iam accedamus ad inſtrumenta, & ea accommodemus, ita vt poſſimus B faciliùs, quoad fieri poterit, quod optamus habere, verùm vt id conſequamur faciliùs, ad memoriam habendum eſt præceptum illud Galeni lib. 9. de comp. med. non eſſe omnibus ſpeciebus, & differentijs ictéritiæ indifferenter medicamenta applicanda, ſed proprium pro cauſæ diuerſitate.

Cauſæ autem internæ, à quibus deſumuntur indicationes, reducuntur ad C humores calidos intemperantes iecur, aut folliculum ad caliditatem, ſiue bilis ſit copia, aut ſanguinis biliosi; vel ad frigidos, qui non modò intemperant prædicta viſcera, verùm obſtruere poſſunt vias tam iecoris, ideſt, venas omnes, quàm bilis canaliculos, qui à iecore ad follicu'um, & ad duodenum feruntur.

Quare ſtudēdum eſt, vt huiuſmodi humores auferantur è corpore tam per in D hibitionem generationis ipſorum, quā per eductionem extra corpus; deinde partes malæ affectæ ab his temperandæ veniunt. Inhibetur generatio per idoneam victus rationem: quod genitum eſt euacuari poterit, tam per Pharmaciam, quàm per Chirurgiam.

Sed antequam curationem attingamus, videndum eſt, vtrum ſententia illa Hippocratis 4. aphor. 61. vera ſit, vbi E ſcribit febricitātibus ſuperueniens morbus regius ante ſeptimum non modo malum, ſed lethale eſſe, & ratio inquiſitionis huius eſt, quia apud eundē Hippocratem, referente Mercuriali, 4. de vſu reſpirationis ſcriptum habemus in febribus bilioſis morbum regium ante ſeptimum euenientem ſoluere febrem.

Eſt &

Eſt & Plinij authoritas ſcribentis lib. 26. cap. 12. Scimus nos vidiſſe aliquos ab hac deſperatione liberatos.

Auerroes verò 4. colleg 43. ſcribit, morbum regium in quinta die eſſe bonum, obſeruatumque experientia multos ſanatos, & liberos à febre fuiſſe, omneſque medicos tam Perſos, quàm Indos huius opinionis fuiſſe affirmat.

Succedit & Auenzoaris authoritas, quæ eodem docente Mercuriali, eſt vt morbus regius ante ſeptimum ſit bonũ, cùm tamen ipſe Auenzoar lib. 1. tract. 13. cap. 6. ſcribat morbum regium in ſeptima die eſſe bonum, & laudabile, ſperandamque ægrotis ſalutem; at è cõtra ſi ante ſeptimum & à principio euenerit, non eſſe bonum, quare Auenzoar non repugnat Hippocrati.

Vnde non poſſum ſatis mirari doctiſſimum Mercurialem hæc de illo authore ſcribentem. Sunt, qui reſpondent ſententiam Hippocratis veram eſſe reſpectu variarum regionum; nam in Græcia contingit: at in Perſia, & India minimè, quia multi ſanantur apparente ictericitia in quinta die.

Sed huiuſmodi reſponſio, & ſi vera eſſe poſſit, non tamen ſatisfaciet Hippocrati duobus in locis apertè ſcribenti morbum regium ante ſeptimum febricitantibus euenientem febrem terminare.

Vnum ſupra adduximus ex Mercuriali, alius eſt lib. 4. acutor. 8. vbi habetur morbus regius cum rigore ante ſeptimum diem morbum ſoluit, quare cùm Hippocrates eſſet, & habitaſſet in Græcia, non poteſt dici id euenire ratione regionis ipſius, ſed alia reddenda eſt ſolutio.

Proinde nonnulli dicunt aphoriſ. 62. 4. ſect. eſſe vniuerſale quoddam præceptum; nam illæ excretiones, quæcunque illæ fuerint, quæ fiunt ante coctionis tempus, malæ omninò ſunt, terminus autem coctionis eſſe ſolet ſeptimus dies.

A Vnde 1. de diebus criticis cap. 4. ſcriptum eſt, ſeptimum diem inter omnes dies decretorios non ſolùm numero, & ordine obtinere principatum, ſed potentia, & dignitate; vnde meritò dictum ab Hippocrate eſt icterum euenientem ante ſeptimum diem eſſe malum, id tamen non eſt neceſſarium, quia coctiones celeriores, & tardiores etiam fieri poſſunt, ſiue id contingat regionũ,

B ſiue victus rationis, ſiue ætatis, aut habitus ratione, aut cuiuſdam alterius cauſa.

Hinc eſt, quod aliquando icterici facti in febribus liberati ſunt à morbo ante ſeptimum diem, vt ex Plinio habetur, & Auerroes in ſua regione obſeruauit.

Hinc etiam eſt, quod Hippocrates ſcripſit aliquos à febribus per icterum cum rigore euenientem in quinta die

C liberatos fuiſſe.

Fieri etiam poteſt, vt poſt ſeptimum, & in ſeptima, vel nona, aut vndecima ſuperueniat icterus nullo exiſtente tumore, aut inflammatione in iecore, & tamen non liberantur ægrotantes.

Huiuſmodi determinatio veriſſima quidem eſſe mihi videtur, quia nititur eo fundamento, quod præcepta medicinæ vniuerſalia, & Hippocratis apho-

D riſticæ ſentẽtię, vt plurimùm veræ ſunt; nam ictericitiæ p'erumque ante ſeptimũ euenientes ſunt mala, in ſeptima, & nona, & vndecima ſunt bona. Fieri etiam poteſt, ſed rarò, vt ſint mala: & hæc de huiuſmodi dubitatiome.

DE CVRATIONE ICTERItia per Chirurgiam.

E VEniamus ad curationem, quæ tribus medicinæ inſtrumentis eſt peragenda, indicatione primò deſumpta à cauſa efficiente, quæ vbi nullum adſit vrgens, nihilque impedimenti, cauſa tollenda eſt.

Hæc autem, vel eſt interna, vt intemperies iecoris calida, vel frigida, vel ipſius

ſus folliculi fellis, vel inflammatio, aut ſcirrhus, aut obſtructio: vel eſt externa, vt venenum, vel ictus animalis, vel alimenta dulcia, aut alia, quæ remouenda ſunt ſuis antidotis, vt eſt

Theriaca, &

Mithridatium.

Prius educto per vomitũ veneno, quod Galenus fecit in ſeruo Imperiali, aut mutata victus ratione pro cauſarum diuerſitate.

Sed quoniam iam ègimus de vitijs hepatis, inflammatione nempe, atque duritie, & obſtructione, accipio tantummodo curationem folliculi, & canalium inſtituendam, & demonſtro vobis, quid ſigillatim agendum veniat per omne medicinæ inſtrumentum, primò auſpicatus à chirurgico, ideſt à ſanguinis miſſione, quæ in hoc caſu ex cõſilio Aetij lib. 10. cap. 18. omninò celebranda venit, ſi nihil ſit, quod ipſam impediat.

Locus vnde mittendus ſit ſanguis eſt ex brachio dextero, ex vena communi, aut hepatica, neque affatim, & copioſè mittendus eſt, ne per continuatam ſanguinis extractionem vires ægri proſternantur.

Galenus lib. 9. de comp. med. loc. cap. 1. ex mente Archigenis, à vena, quç ſub lingua eſt, mittere ſanguinem iubet.

Verùm nullum authorem hactenus videre potui, qui hanc venæ ſectionem probet, vno excepto Dominico Leone, qui tamen nec rationem reddit. Huiuſmodi auxilium videtur à methodo alienum; cùm nec reuulſorium, nec deriuatorium ſit.

Non eſt reuulſorium, quia non ſeruantur conditiones requiſitæ reuulſioni; nam de ratione huius eſt, vt auertatur humor fluens, ac trahatur ſiue ad longinquas, ſiue ad proximas partes. Si vultis me verum fateri, nulla eſt materia in tota medicina à ſcriptoribus tractata, quæ habeat maiores difficultates, quàm hæc de ſanguinis miſſione, quan- A doquidẽ tot ſunt variæ opiniones, quot capita.

Nam alij dicunt ſemper faciendam eſſe ad longinquas partes: alij ad proximas: nonnulli addunt debere, & poſſe fieri per omnes corporis oppoſitiones; alij per vnam, aut duas tantum, nempe per longitudinem, & latitudinem; alij aiunt opus eſſe, vt in ipſa reuulſione hu- B mores trahantur ad ſuã originem: alij negant eſſe hanc conditionem neceſſariã; multi dicunt celebrandam eſſe per vaſa communia, quæ (vt nonnullis placet) ſunt tantummodo venæ, quamuis alij aſſerant eſſe omnia vaſa corporis, ac vias etiam latentes.

Sed cùm huiuſmodi materia ſit difficilis admodum, & requirat proprium tractatũ, adite ſeptimam Decadem no- C ſtrorum Miſcellaneorum, vbi fuſiùs de hac quæſtione egimus, cap. de ſanguinis miſſione.

At redeamus ad rem, ſi rectè cõſideremus ſanguinis miſſionem in hoc caſu, non poteſt reduci ad reuulſorium auxilium, nec minus ad deriuatorium; nam quamuis deriuatio, & reuulſio in multis conueniant, in pluribus tamen *diſcrepant*.

D Conueniunt primò in cauſa efficiẽte quæ eſt æquiuoca, quia modò fiũt per attrahẽtia, modò expellẽtia, & modò per vtraſq; nẽpe expulſionẽ, & attractionẽ.

Secundò, quia vtraque fit per vaſa communia, & ſecundùm rectitudinem. Conueniunt & poſtremò ratione obiecti, quod eſt humor, qui eſt in fluxu, vel eſt aptus ad fluendum.

E Differunt tamen, quia reuulſio conuenit fluxuris magis, deinde deriuatio ſequitur humorum motum, & inclinationem; at reuulſio motum contrarium, tandem reuulſio vt plurimum retrahit humores ad originem fluxionis, deriuatio verò longius ab origine ipſos deducit.

Vix igitur huiuſmodi ſanguinis miſſio adaptari poteſt, ſiue ad reuulſionem,

ſiue

ſiue ad deriuationem ipſam reducamus: A quare concludimus in hoc affectu conuenire minimè poſſe, quòd nec Galenus, nec aliquis ex antiquis authoribus ipſam probet.

Et quamuis Auicennas eius auxi'ij meminerit lib. 3. fen. 15. tract. 4. cap. 6. non ex propria ſententia loquutus eſt, ſed ex quorundam opinione eam proponit, cum tamen rectè conſideranti videatur ſatis in hoc caſu opportuna; B nã venæ, quæ ſub lingua ſunt, cũ venis faciei, & frontis communitatem habent, quare vbi ſectæ fuerint, deriuant humorem ad faciem profluentem, qui adhuc in venis eſt, & ad faciem tendit, in fine igitur morbi deriuandi cauſa à facie optimum eſt auxilium, quia deriuat ab illa.

DE CVRATIONE ICTERITIAE *per Victus rationem, & Pharmaciam.* G

Eadem ratio viuendi ſeruanda eſt in hac affectione, qualem ſeruandam eſſe diximus cap. de iecoris obſtructione, quæ ſcilicet attenuare, incidere, & detergere humores craſſos, & lentos poſſit.

Ideo Auerroes ait, calidus, & ſiccus cibus prodeſt in hoc affectu: alimenta boni ſucci, & quæ facilè in bonum ſanguinem conuerti poſſunt, non ſecus atque in prædicto capite eſt dictum, conueniunt.

Scriptum eſt ab Hippocate 7. epid. regio morbo correptis prodeſſe laborare, ſudare, panem edere, non multum bibere, caput lauare aqua mulſa calida, E vel potius tepida.

Expedit vinum album bibere; non multum ſomno indulgere: omnia alia ad ſex res non naturales attinentia, moderatè ſunt adminiſtranda. Pro potu vinum album, tenue, & odoriferum commendatur ab omnibus. Vtrum verò vſus rerum venereatum conferat, vel aurum inſpicere, videte Mercurialem lib. 5. cap. 23. Hæc quoad victus rationem.

Accedamus ad Pharmaciam, quam 9. de comp. med. loc. cap. 1. dicebat Galenus eſſe præſtantiſſimum auxilium. Eſt id in duplici differentia; aliud nempe vniuerſale, & aliud particulare; vniuerſale gerit curam totius corporis, verſaturque circa cauſam antecedentem; illud verò circa cauſam coniunctam, & circa ipſum morbum verſatur.

Sed cùm cauſa antecedens videatur potius pituitoſa materia, quàm bilioſa, quia in præſenti caſu humores craſſi, & pituitoſi ſupponuntur eſſe ij, quibus obſtruuntur viæ, per quas bilis ad ſua loca transferri deberet, ideo dicimus vtrumque humorem eſſe educendum, cum copia ſit vtriuſque.

Vnde ex præcepto Aetij opus eſt in primis vtrumque præparare, viaſque deobſtruere, per quas educi poſſit vterque.

Sed dicetis, humor bilioſus, qui ad cutem eſt ſparſus, & imbibitus, non poterit remeare à cute, atque venas ingredi, & inde ad inteſtina deduci; id enim rationi repugnare videtur.

D Accedit Galeni authoritas ſcribentis 6. epid. comm. 2. text. 30. fieri minimè poſſe, vt quæ ſunt in cute, per aluum expurgentur.

Reſpondetur, quod medicamenta non exhibentur hac ratione, vt trahant materiam in cute impactam, ſed vt ducant illos humores ad inteſtina, qui ad cutem feruntur, & in via ad ipſam ſunt.

Qui verò ſunt impacti beneficio caloris, & localium medicamentorum diſſipantur, ac diſſoluuntur, ablatis illis, à quibus fouebantur. Ad præparandos igitur tales humores

℞. Syr. de cichorio Nicol.
De ſucco bettonicæ ana vnc. ſſ.
Oxymel ſimplex,
Decoctionis cichorij,
Cuſcutæ,
Agrimonij,

Cum

Cum flor. cord. additione vnc. iij.
Fiat ſyrupus.

Illis præparatis indicatio eſt, vt extra corpus educantur tali medicamento.

℞. Pil. de tribus cum rhabarb. drach. ij.
Diagridij optimi gr. vj. aut x.
Cum aqua cichorij.
Fiant pilulæ num. v. aurentur.

Vel poſſunt ſub forma potus tali medicamento expurgari.

℞. Decoctionis cichorij,
Cuſcutæ, ſeu caſſutæ,
Acetoſæ,
Cum florib. cord. q. ſ. cui infunde
Rhabarb. drach. ij.
Schœnanti ſcrup. ß.
Infunde per 12. horas, facta expreſſione forti diſſolue
Syr. Roſati ſolutiui,
Mellis roſati ſolut. ana vnc. ij. & ß.
Elect. ſucci roſarum,
Diaphœnici ana drach. j. & ß.
Fiat potus.

Et vbi non cedat huic medicamento, validiori vti poſſumus, quemadmodum eſt

Decoctio cicerum rub.
Myrobalanorum citrinorum,
Paſſularum,
Acetoſæ,
Cum additione florum cord. cuius decocti
℞. vnc. iij. infunde
Rhabarb.
Agarici trochiſc. ana drach. j.
Spicæ ſcrup. ß.
Exprime, & diſſolue ſecundùm artem
Mannæ fortis, aut corporis vnc. iiij.
Syr. roſati ſolutiui vnc. iij.
Elect. roſ. Meſue drach. j. & ß.
Fiat potus.

His, & ſimilem facultatem habentibus poteritis tum præparare, tum quoque humores in corpore exiſtentes euacuare, quibus euacuatis, tunc inſurgunt duæ indicationes: vna quæ reſpicit humorum reliquias in vijs ductuum exiſtentes; alia humorem, qui ad cutem eſt

A deſcenſurus, ac diſſipandus.

Primæ indicationi ſatisfacimus per ea medicamenta, quæ icterica appellantur, quorum plura ſunt apud Galenum ſcripta lib. 9. cap. 1. de comp. med. loc. nec non & apud pleroſque alios authores.

Inter alia, quæ à Galeno ex Archigenis mente probantur, eſt

Decoctio helxinæ, ſeu
B Parietariæ,
Ad dies quinque cum vino mulſo.

Eſt & aliud præſidium mirabilis operationis, quod exhibetur icterico, qui diù ſub ſole manſerit, ita vt ſitiat, ac anhelofus ſit, eſt autem

Decoctum adianthi,
Menthæ, &
Rubeæ,
Quæ bulliant in ſufficienti quantitate
C aquæ, vt artis eſt, deinde præbeatur.

Sed ego vſus ſum, & cum felici ſucceſſu, etiam in antiquata icteritia, diarrhodone Abbate in cõfectione ad vnc. ß. ſingulo mane.

Non reprobantur
Trochiſc. de capparibus,
De abſynthio,
De Eupatorio.

D Accipiantur ad drach. j. & cum ſaccharo diſſoluto in aqua cuſcutæ ad vnc. iiij. & fiat confectio. Doſis ea accipiatur per ſpatium trium horarum ante prandium.

Vbi hæc non ſufficiant ad morbum eradicandum, ſoleo deuenire ad

Decoctum radicis chinarum, &
Sarſæ parillæ factum in
Decoct. cichorij, vel
Agrimonij, aut
E Scariolæ.

Vel alterius ſimilis ſimplicis, & tandem ſi denuò opus eſt expurgare, expurgetur corpus.

Verùm aliquando educere tentamus humores bilioſos per vrinam hiſce præſidijs.

℞. Syr. de byzantijs,

Syr. de

Syr. de tribus, &
De quinque radicibus.
Decoctiones quoque ex
Aſaro,
Ciceribus,
Quinque radicibus aperitiuis.
Eryngio,
Et quæ huiuſmodi ſunt.
Tandem ſuccurrendum eſt
Decoct. apij,
Pulegij,
Verbenacæ,
Oxalydis,
Et huiuſmodi.

Effectui, & cauſæ ſimul coniunctæ, quæ eſt bilis per totum corpus effuſa, diſcutientibus medicamentis externis occurrimus, ſiue eò tranſmiſſa fuerit criticè, ſiue ſymptomaticè.

Ex præſidijs externis Galenus lib. 9. de comp. med. loc. cap. 1. proponit balneum aquæ dulcis, nec non & olea diſcutientia, qualia ſunt
Oleum chamæmelinum, &
Anethinum.

Sed dicet aliquis Galenū proponere hęc medicamenta in ictero, qui ortum duxerit à depoſitione bilis facta à natura criticè in febribus, de quo in præſenti ſermo non eſt.

Verum eſt Galenum laudaſſe prædicta medicamenta in critica icteritia, ſed ea competunt etiam omnibus, vbi corpus primùm fuerit expurgatum, ablataque ſit cauſa antecedens, ita vt amplius fluere non poſſit ad cutem bilis; nam eo tempore, quo fluit, non ſunt prædicta medicamenta adminiſtranda, ſed quando iam ceſſauit motus, neque amplius in cutem fertur.

Non deſunt & alia medicamenta, quibus libri pleni ſunt: præcipuè apud Aetium, & Rondeletium infinita comperietis remedia.

Præterea parare poteſtis id genus medicamenti.

℞. Olei amygd. amararum vnc. j.
Chamæmelini vnc. ß.
Pulu. Lupinorum,
Nitri ana drach. ß.

Cum modico vini fiat linimentum, quo corpus inungi poteſt vniuerſum.

Sed quoniam conſueuit quandoque remanere in oculis, atque facie humor, qui fędat ipſam, & oculos, ex præcepto Aetij pro oculis narium infuſis vtendū eſt, interque alia tanquam fortiſſimum laudat elaterium cum lacte muliebri infuſum.

Eſt & cyclaminis ſuccus, & in aceto melanthium infuſum. Valet &
Succus anagallidis, &
Betæ in nares attractus.

Sed inter alia, quæ per nares poſſunt, & oculos, & totam faciem ab humore fœdo expurgare, eſt vitriolum muliebri lacte diſſolutum, & ad nares oblatum; id enim bilem largè ex naribus diſtillare facit.

Verùm, qui cupit ſternutatorijs huiuſmodi, atque errhinis profictum facere, iubere debet, vt ægrotantes in ore aſſumant aquam, aut poſcam: & hæc de ictero flauo.

DE ARQVATO, SEV ICTERO NIGRO.

CAPVT DECIMVMNONVM.

QVemadmodum excrementum illud tenue, bilis appellata in folliculum recipitur, quem illius gratia fabrefecit natura; ita & alio excremento craſſiori, quod melancholiam dicunt, natura illud inſtrumentum conſtruxit, qui lien vocatur, vt in eo colligeretur, atque retineretur illud.

Et quamuis duo hæc excrementa à virtute iecoris expultrice, vt inutilia pellantur, non tamen ſine aliqua, & nobili vtilitate ibi colliguntur, & retinentur, quia vbi materia chyloſa è ventriculo tranſmiſſa fuerit ad tenuiora inteſtina, tanquam ad alimenti diſtributoria inſtrumenta, eius vtilior pars pro corporis totius nutritione per venas meſeraicas tanquam per proprios ductus ad iecur ducitur.

Inutilis verò, & craſſa, ac nutritioni inepta in capacitate tenuium inteſtinorum ſenſim collecta deorſum pelli debet ad craſſiora inteſtina, inde ad ſeceſſum, quod fieri non poteſt, niſi ab acri quadam materia, tanquam à ſtimulo virtus inteſtinorum expultrix irritetur, ideo natura humorem hunc biliosum à iecore tranſmittit ad folliculum prædictum opem ferente eius virtute attractrice, in quo retinetur, & quando opus eſt ad duodenum protrudit, vt ſua acredine, qua pollet, inteſtinorum expultricem irritaret, ſimulque & ea à craſſis excrementis abſtergeret.

Hac igitur ratione à folliculo attrahitur bilioſus humor, indeque ab eo expellitur ad duodenum inteſtinum.

Melancholia verò, quæ eſt craſſius excrementum, & fæx ſanguinis dicta, in liene colligitur, expulſa quidem a iecore, non ſecus atque bilis.

A

Et quemadmodum bilis ad duodenũ inteſtinũ propulſa non ſpernendam affert vtilitatem, quæ eſt irritatio facultatis expultricis inteſtinorum tam tenuium, quàm craſſorum; tenuium quidem, quia expellunt chylum ad meſeraicas, vt inde tranſuehatur citius ad portam, indeque ad iecur generationis ſanguinis gratia.

B

Craſſorum verò inteſtinorum, vt expellantur citiùs ipſa excrementa fæculenta, ne diu retineantur, & magis, quã ſit opus. Itaque humor melancholicus, ſeu fæx ſanguinis non affert vtilitatem lieni ipſi, hoc eſt, vt ipſe nutriatur.

Verùm non ſimpliciter, quia huiuſmodi excrementum, craſſum nimis eſſet pro alimento, nec lien poſſet commode ipſo frui, natura dedit ei facultatem quandam illud attenuandi, atque ita præparandi, vt melior pars euaderet ſui alimentum.

C

Sed quoniam ſubſtantia lienis inepta per ſe erat ad hanc faciendam operationem, ideo plures, & magnas arterias per ſuam ſubſtantiam diſtribuit, vt ſuo motu, atque calore à corde tranſlato auxiliarentur huic actioni lienis, mediante igitur ſua intemperie opem ferentibus arterijs, ita excrementum atteritur, attenuatur, atque comminuitur, vt ex ipſo attenuato, & ad proportionem ſubſtantiæ ipſius redacto lien poſſet nutriri, quo nomine ipſe ex ſanguine tenuiori, ſed nigriori nutritur, vt 4. de vſu partium Galenus pluribus docet.

D

Sed dicet quis, cur folliculus habet venam propriam, qua nutriatur, & non nutritur à ſuo excremento, quod trahit, nempe à bile, vt lien, qui ex humore me-

E

re melancholico nutritur?

Ratio huius rei eſt, quia bilis nimis acris,&mordax exiſtit;ex quanulla pars propriè nutriri poteſt, at in fæce ſanguinis, craſſiore nempe humore melancholico, eſt aliqua portio, quæ à lienis operatione ad benignum reducta nutrire lienem poteſt.

Hinc igitur eſt, quod veſiculæ fellis dedit natura propriam venam, qua ſibi attrahens proprium nutrimentum nutriretur;ſimili vena minimè opus fuit lieni, qui per ſuam facultatem nutritur: atque vbi ſatiatus fuerit ſuo alimento, reliquum tranſmittit ad ventriculum melioris coctionis gratia, inde ſuccedit bonus appetitus, vt vobis oſtendi, dum ſermo mihi eſſet de inappetentia,

Nec propterea reperitur canalis à liene ad os ſuperius ventriculi, per quem tranſmittatur huiuſmodi excrementum craſſum,vt inde ab ipſius aciditate corrugatus ventriculus melius poſſit amplecti alimentum, & perfectius illud concoquere.

Cùm igitur lien trahat hoc excrementum melancholicum, & nigrum, ſi læditur, contingit non poſſe ab eo nutriri; nam ſpargitur id per vniuerſum pus, & tunc fit icterus niger.

De huiuſmodi itaque membro,& de vitijs ipſius, poſt tractatum de ictero agendum nobis proponitur, hæcque vitia, cùm tria à ſcriptoribus numerentur, nempe icterus niger, inflammatio, & ſcirrhus, primò de ictero nigro tractabimus, diuidentes totam tractationem in duas partes,in eam ſcilicet, quæ facit ad cognitionem,& eam,quæ curationem docet.

Prima verò tres habet partes, quarum vna præſentia, altera præterita,& tertia futura complectitur, ex quibus omnia cognoſcimus ad naturam affectionis ſpectantia.

Ad eſſentiam facit nomen. A Pau'o lib. 3 cap. 49. Μέλας ἴκτερος dictus fuit hic affectus, hoc eſt, niger icterus; ſiue

A ater morbus regius vocatur, quod ab Altimari videre poteſtis ſcriptum, lib. de med.morb.cap. 87.

Eſſentia eius eſt ſub ſymptomate in genere affectionis, aut qualitatis corporis ad nigrum mutatæ, non ſecus atque in flaua icteritia dictum fuit vniuerſam cutem corporis ad flauum mutatam eſſe: vel eſt delatio quædam ſanguinis impuri, non expurgati à bile nigra in
B vniuerſum corpus, & fit vel inſtrumenti purgantis debilitate, vel vijs, per quas expurgatur, quomodocunque obſtructis, vel ratione immodicæ quantitatis ipſius excrementi.

Sed huiuſmodi ſymptoma dependet ab alio ſymptomate, nempe ab exeunte extra proprium locum tranſmiſſo; nam niſi melancholia ad cutem tranſmitteretur, eius color non appareret, quare
C non poteſt dari qualitas mutata in toto corpore, niſi adſit ſymptoma in excretis; ambo hæc ſymptomata ſunt ſecundi ordinis dependentia à ſymptomatibus primi ordinis, quæ ad actiones læſas referuntur, ſequunturque morbos, vt vmbra corpus.

Actio verò læſa eſt lienis,aut partium ad ipſum ſpectantium: lædi autem non
D poteſt actio, niſi ab aliquo morbo,morbus verò eſt, vel intemperies, aut mala compoſitio; intemperies quidem ex parte lienis vel ſimplex, vel complicata eſt; & hęc vel calida, & ſicca,vel calida, & humida, vel frigida, & ſicca, vel frigida,& humida:mala compoſitio contingit tam ex parte ſui,quàm ſuorum vaſorum, per quæ humorem melancholicum
E lien à iecore trahit.

Symptoma igitur, de quo agitur, eſt morbus lienis, & partium ſuarum, & vt vmbra corpus ſequitur tam intemperiem, quàm malam compoſitionem; hæc poteſt eſſe vel ratione ſuæ magnitudinis adauctæ, vt contingit in tumoribus, vel quia cauales obſtruuntur, fitque morbus in via,aut in numero adaucto.

DE CAVSIS ARQVATI.

MOrbi autem ſuas habēt cauſas, tam externas, quam internas. Cauſæ internæ ſunt vel antecedentes, vel coniunctæ, quæ varias faciunt intemperantias pro diuerſitate humorum peccantium, bilis enim facit intemperiem calidam, pituita frigidam, & humidam, melancholia verò intemperiem frigidam, & ſiccam.

Dicebat Aetius lib. 10. cap. 7. quod quamuis lien aptus ſit pari omne intemperierum genus, frequentiſſimè tamen frigidam, & humidam ſuſtinet intemperiem; facilè que in ſe ob ſui parenchymatis raritatem, & laxitatem excrementa recipit craſſa, & humida.

Vnde eſt, quod lien ab Hippocrate fuit appellatus aquæ locus, & Ariſtoteles lienoſorum ſanguinem aquoſum eſſe ſcripſit, vt notauit Mercurialis tom. 3. ſuarum epiſt. ad Iamarium Correggium fol. 40. & addit rationem, quia lienoſis ſtomachus refrigeratur; vnde ſimul cum craſſo, & crudo ſucco gignitur aquoſus, qui in lienem tractus ſecundum craſſam partem velut congelatur, aquoſiore deinceps fuſa manente.

Haud aliter id euenit atque extra contingere obſeruamus, quando extracti à venis ſanguinis præcipuè melancholicorum pars craſſa condenſatur, atque ab aqua ſegregatur, & ſero a, quo fit, vt quartana laborantes copioſiſſimo ſudore ſæpè profluant, & qui melancholici ſunt, copioſam vrinam, copioſaque ſputa emittant, extractuſque melancholicorum ſanguis ichoroſus, vt dicebat Hippocrates, reddatur.

Eandem ſententiam ſcriptam ab eodem habemus in quadam epiſtola ad Petrum Monauium epiſt. 238. apud Laurentium Scholtium.

Petrus Aponenſis ſuper 5. problema Ariſtotelis 9. lib. ſcriptum reliquit & ipſe ſanguinem lienoſorum aquoſum eſſe propter lienis vitium, quod non attrahit ſanguinem melancholicum, à quo cùm non mundificetur maſſa ſanguinea, corrumpitur digeſtio, hinc fit ſuccus crudus, & aquoſus.

A

Quæ ſanè opinio mihi non probatur, quia Hippocrates 4. de morbis, tex. 2. non loquitur de melancholicis, ſed abſolutè vult oſtendere quaſdam partes noſtri corporis eſſe, quæ ſunt veluti fontes quidam, à quibus reliquæ partes trahunt.

B

Cum enim ſint quatuor humores, ſanguis bilis, pituita, & aqua; ſanguinis fons eſt cor; cerebrum pituitæ, iecur, & folliculus bilis; & tandem lien locus eſt aquæ: licet autem ὕδωρ ſignificet communiter aquam; Mercurialis tamen ſcribit hoc loci accipere Hippocrates hanc vocem pro melancholia.

G

Hinc eſt, quod, vt Galenus dicebat lib. 9. de comp. med. cap. 1. debilitatus lien attrahere non poteſt humorem melācholicum, vnde is humor vniuerſo corpori affricatur, quod idem contingit, vbi humores craſſi, & pituitoſi, vel etiam melancholici obſtruunt ductus, per quos ille humor expurgari ſolet.

D

Cauſæ vero exteriores deſumuntur à quatuor capitibus, ſub quibus cōprehenduntur ſex res non naturales tam neceſſariò, quàm non neceſſario occurrentes, nempe quæ aſſumuntur à nobis, quę fiunt tam animo, quàm corpore, quæ retinentur, & quæ extrinſecus alterant corpus.

E

Primò loquimur de frigida, & humida intemperie, & de humoribus frigidis, & craſſis obſtruentibus, vt potè qui frequentius hanc affectionem cauſant: quæ aſſumuntur à nobis, ad alimenta referuntur, quæ frigidos coacervare, & generare poſſint ſuccos: ſunt autem hæc, vt ſcribit Aetius, placentæ craſſi ſucci, paſtæ omnes, & omnia edulia ex his compoſita.

Nimius aquæ potus, & intempeſtiuus, & omnis cibus, & potus, qui Aerio decente, efficaciter refrigerare poteſt, facilè

facilè, & manifeſtè ſplenem lædit.

Otium immoderatum, & vita admodum deſes, totum corpus hebetans, ex crementa, quæ immoderatè retinentur, vt menſes in mulieribus, vel hæmorrhoides in viris; fæces quoque retentæ id efficiunt.

Aer frigidus, & humidus, regio frigida, & humida, & anni tempus frigidum, & humidum, præterea quæ extra alterant ad frigiditatem, peculiariter cauſant in liene frigiditatem.

Ab Aetio proponitur pallium frigidum extra admotum; ventus frigidus, aqua frigida tam in lauando, quàm alijs admota: hæ ſunt cauſæ exteriores corporis viſcera ad generandos humores frigidos diſponentes.

Cæterùm humiditas exterior humiditatem internam, nec non humores craſſos generare eſt apta, vt apparet in ijs, qui circa paluſtres regiones frequenter verſantur, aut in illis habitant, qui lienoſi ſunt.

Quod idem profectò dicendum eſt circa generationem intemperiei calidæ & calidæ, & ſiccæ, ac frigidæ, & humidæ; non enim poſſunt generari humores in corpore noſtro, niſi a partibus ipſis, & potiſſimum à iecore, quod eſt omnium humorum officina, & opifex, quod prout variè diſpoſitum eſt, varios generat humores, modò calidiores, modò frigidiores.

Hepar autem diſponitur à rebus exterioribus, nempe à ſex rebus non naturalibus; tam neceſſariò, quàm non neceſſariò nobis occurrentibus, quæ omnes ſi calefaciendi facultatem habent, ita calefacient, vt generentur humores calidi, bilioſi, & quandoque aduſti, à quibus, vt dictum eſt, intemperies fiunt calidæ, aut contrariæ pro victus regimine.

Succedit, quod etiam partes, quibus demandatum eſt officium alimenta trāſmutandi, variè a morbis alterari conſueuerunt, vnde morbi frigidi intempe

A riem frigidam, calidi calidam producunt: hæc de cauſis.

DE SIGNIS ARQVATI.

VEnio ad ſymptomata, à quibus effectus, & ipſius cauſæ deteguntur, nec non ad iuuantia, & nocentia. Circa ſymptomata illud certiſſimum eſt, quod à qualitate totius corporis mutata ad nigredinem deſumitur ſignum.

B Deinde ab excretis tam per vrinam, quàm per ſeceſſum exeuntibus habetur; nam vrina nigri eſt coloris, atque craſſa; ſtercora verò, docente Aetio, dura ſunt, & chalcanthi in modum colorem referunt, aluuſque vt plurimùm ſicca eſt.

Symptomata diſtinguentia cauſas deſumuntur a rebus præteritis, id eſt à vi-

C ctus ratione, ab alimentis, & potibus, à qualitate, & quantitate horum, ab habitu corporis, ætate, temperie, anni tempore, regione, & huiuſmodi; nam ſi ætas ſit declinans, habitus pituitoſus, complexio frigida, & humida, ſi in locis frigidis, vel in regione paluſtri, aut aquoſa degat æger, vtaturque cibis frigidis, & humidis, vt ſunt

D Piſces,

Paſtæ,

Legmina,

Et id genus.

Multum indulgeat aquæ potui, præceſſeritque aliquis morbus longus, deinde applicatione frigidorum medicamentorum lædatur, certiſſimum eſt intemperiem eſſe frigidam, & humidam in ipſo liene, & quod dicitur de vna intemperie, de cæteris alijs omnibus in-

E telligendum eſt, quarum cognitio ad hunc modum indaganda venit.

At ſi contingat ratione malæ compoſitionis, icterus niger cognoſci poterit, præſertim ſi adſit obſtructio in canalibus, qui ad lienem ſunt, aut per ipſius ſubſtantiam diſtribuuntur, ſi grauitas percipitur ad latus ſiniſtrum; ſi téſio ad

manus

manus ſe offert; dolor quoque lienem exercebit, neque, vt inquit Auicennas, æger poteſt dormire ſupra latus ſiniſtrum.

Tumor cognoſcitur ſuis indicijs; à medicamentis enim incidentibus, & attenuantibus, nec non & ab euacuantibus percipiet iuuamentum: hæc de ſignis.

DE FVTVRO EVENTV *Arquati.*

QVod ſpectat ad prædictiones, primò conſiderandum eſt lotium, quod ſi ſuam ſeruauerit naturam, eſt indicium ſalutis futuræ, cùm nondum hepati communicata ſit læſio; ſi enim con ſentiret iecur, periculum eſſet, ne ad hydropem rueret æger.

Si diù morbus hic perdurauerit, nec medicamentis ceſſerit, ritè, & vt decet adhibitis, periculo non vacat, Auicennas tract. 4. cap. 6. lib. 3. fen. 15.

DE CVRATIONE ARQVATI *per Victus rationem.*

IN omni morborum curatione præſcribenda, cauſam reſpicere ſemper oportet, vniuerſalem primùm, deinde particularem; poſtremò morbum ipſum profligare tentandum.

A multis cauſis lienem affici poſſe diximus, inde ſubſequi ictericiam nigram; in præſenti enim tractamus de affectibus ipſius, quamuis nõ ignoremus poſſe fieri ictericiam nigram ex hepatis affectione, & totius corporis, de quibus in tractatu de hepatis intemperie egimus, pro vt res ipſa expoſtulabat, vnde eius vitia curantes dicimus oportere auferri cauſam, qua ablata, morbus tollitur.

Morbus igitur eſt intemperies, ſed præcipuè frigida, & humida, quæ generat frigidos humores, & lentos, aut etiam melancholicorum copiam, qui in primis euacuandi veniunt. Euacuantur autem duplici ratione, nempe ipſorum A generationem amputando, & eos, qui ſunt in corpore, extra ducendo.

Primæ indicationi ſatisfacimus per victus rationem; ſecundæ verò per chirurgiam, & pharmaciam. Victus igitur regimen tale eſſe debet, vt ex eo boni ſucci, & laudabiles in corpore generentur, non amplius pituitoſi, aut melancholici; hæc autem, per ea quæ aſſumuntur à nobis, & quæ fiunt, quæ retinen- B tur, & tandem per ea, quæ extra corpus noſtrum alterant, adminiſtratur.

Primò igitur ſunt euitanda omnia genera alimentorum, quæ ex paſta fiunt, legumina, & piſces, præſertim qui ſunt craſſi ſucci.

Vina turbida, aquæ immoderatus, & intempeſtiuus potus. Pulchrè Aetius lib. 10. cap. 23. omnem diætam ſpleniticorum deſcribit, & præcipuè inflam- C mati lienis.

Panis in hoc caſu probatur benè coctus, & fermentatus ex optima farina, fœniculatus, aut aniſatus.

Carnes volatilium boni ſucci, aſſatęque ſint, & rebus aromaticis conditæ, de quibus ſæpè diximus.

Potus eſſe debet ex vino albo, tenui, & ſatis generoſo.

Exercitium moderatum, nempe de- D ambulationes validæ, curſus moderati, æquitationes ab Aetio probãtur, ſomnus moderatus, animi commotiones ad hilaritatem ducentes, atq; conſuetudines amicorum probantur, & quæ iucunditatem ferant.

Alię immoderatę paſſiones, quę pręcipuè ad męſtitiam ducant, vitandę ſunt. Aluus irritanda glande, aut clyſte- E ribus, niſi ſponte obediens fuerit, hoc modo ſatisfacietis indicationi primò propoſitæ.

DE CVRATIONE ARQVATI *per Chirurgiam, & Pharmaciam.*

SEcundę verò indicationi correſpondebitis tam chirurgia, quàm pharmacia:

cia; per chirurgiam conſiderantes, an cum copia frigidorum in corpore adſuerit aliqua plenitudo, vel ſanguinis melancholici copia; nam tunc deueniendum eſt ad ſanguinis miſſionem.

Locus verò ex Galeni ſententia eſt ex brachio ſiniſtri lateris, lib. de curan. ratione per ſangu. miſſionem cap. 16. nam, vt ipſe docet, multum iuuat affectum lienem ſanguinis miſſio ex ſiniſtro latere.

Auicennas 15. lib. 3. tract. 1. cap. 8. ſcribit mittendum eſſe ſanguinem, primò ex vena cubiti ſiniſtri lateris, deinde à ſaluatella lateris eiuſdem.

Per pharmaciam quoque indicationi prædictæ ſatisfacimus, primò quidem vniuerſaliter, deinde, & particulariter: verùm cùm humores craſſi ſint, & rebelles, nec motui apti, præmiſſo aliquo lenitiuo, ſi opus eſſe videbitur, quemadmodum eſt

Caſſia, aut
Manna,

Quæ euacuet ventriculum, & inteſtina à fæcibus, præparare mox eos oportet idoneis medicamentis.

Hęc autem non ſolùm debent habere facultatem attenuandi, abſtergendi, & aperiendi, verùm etiam conſeruandi lienis ſubſtantiam, id quod fiet per quandam adſtrictionem; lien enim quibuſdā medicamentis appropriatis gaudet, nō ſecus atque iecur ipſum.

Vnde Galenus lib. 13. meth. med. cap. 17. dicebat, quod quale medicamentum iecinori eſt abſynthium, tale eſt lieni cortex capparis, & quale rurſus iecori eupatorium, tale lieni eſt ſcolopendrium, quod cetrach vulgò appellant.

Decoctiones igitur factæ ex
Cetrach,
Abſynthio, &
Corticib. capparum, cum
Oxymeli compoſito,
Syr. de fumo terræ, &
de pomis compoſ. & ſimilibus,

A Valent ad præparandos humores, ſimulque & ad deobſtruendas vias, quæ ad lienem ſunt.

Deinde vbi præparati fuerint humores, educendi veniunt cum medicamentis mixtam intentionem habentibus, quæ ſcilicet ducere poſſint pituitoſos, & melancholicos humores, quamobrem talem parare poteritis potionem.

B Sub forma potus.

℞. Fol. cetrach manip. j.
Corticum capparum
Tamaricis ana vnc. ß.
Flor. cordialium,
Myrobal. cheb.
Indorum ana vnc. ß.

Fiat decoctio ſecundùm artem addendo.

C Fol. Borraginis
Meliſſæ ana m. ß.
℞. Huius decocti vnc. iiij.
Fol. Senæ orientalis vnc. ß.
Agarici trochiſc. drach. ij.

Infunde per duodecim horas, factaque forti expreſſione diſſolue

Mannæ fortis,
Syr. Magiſtri Auguſtini, &
F. ſucco roſatum, ſena, aut agarico ana vnc. ij.

D Diaſenæ,
Elect. Ind. ana drach. j.

Fiat potus.

Expurgato corpore intemperies tollenda eſt, viæque ſunt aperiendæ, vt liberè melancholia, ſeu ſanguis melancholicus per ſuos canales educi poſſit.

Inſuper auferenda eſt deformitas totius corporis, quod fiet medicamentis

E tam intus aſſumptis, quàm extra admotis, quæ eadem virtute eſſe debent, atq; dictū eſt in intemperiebus iecinoris, niſi quod fortiora eſſe debent ex Galeni, & Aetij præcepto; opus enim eſt, vt partem conſeruent, & morbi cauſam, & morbum ipſum tollant.

Sed iam afferamus medicamēta, quæ extrinſecus admota frigidæ intemperiei lienis ſatisfacere poſſunt, quæ ad variam

riam formam applicari poſſunt; ſed præcipuè valent irrigationes ex alto cadentes ad lienis regionem applicatæ. Præſtat decoctio facta ex

Aſplenio,
Corticib. capparum,
Abſynthio, &
Salis modico in aqua, & in vino generoſo coctis: his addere licet
Pulegium,
Calamenthum,
Trifolium,
Viticem,
Et huiuſmodi.

Deinde aliquo vnguento inungenda eſt eadem pars, vt
Oleo Nardino, vel
Ciprino, aut
Ex capparibus,
Et quæ ſunt huius generis.

A Ad humidam intemperiem applicat veſicam ſale plenam, igneque calefactam Aetius, à quo etiam plura ſcribuntur localia medicamenta ſplenitica, nec non & ab Auicenna, & alijs ſcriptoribus, quæ à vobis videri, & legi poſſunt, vnde intelligetis non ſolùm ea, quæ ad intemperiem frigidam, & humidam ſpectant, ſed etiam quæ competunt reliquis intemperiebus.

B Cæterùm quoniam medicamenta ſplenitica, quæ deobſtruere valent, faciunt etiam ad diſcutiendas quaſcumque materias in liene impactas, ſiue flatus fuerint, ſiue humores, de quibus tractabimus in ſequentibus capitibus, quantum ſatis fuerit, ideo hac lienis abſoluta affectione, ad alias duas propero, ad inflammationem videlicet, & ſcirC rhum.

DE LIENIS SCIRRHO.

CAPVT VIGESIMVM.

Plures ſunt affectiones lienem infeſtantes, quę ferè alijs viſceribus cōmunes exiſtunt, vt ſunt intemperies omnes, tumoreſque ex quauis materia ortum ducentes, hinc plerique ex Græcis, & Arabibus ſcribunt multa morborum capita ad lienem attinentia illum conſiderantes, vt eſt membrum ſimilare, & vt organicum.

De intemperiebus primùm agūt, quę ſunt partium ſimilarium morbi proprij; deinde de morbis in compoſitione, hoc eſt, de obſtructione, & de tumoribus varijs, vt eſt inflammatio, & ſcirrhus.

Sed cùm ex ijs alij ſint cum morbis iecoris communes tam cauſarum, quàm curationis ratione, & alij conueniant cum morbis ventriculi; non videtur mihi neceſſarium eſſe omnes in præſenti amplecti, ne præter veſtram vtilitatem ſimus coacti res eaſdem bis ſuperfluè repetere.

D Ea propter de inflatione, cùm iam de ea pertractauerimus in morbis ventriculi, nihil prorſus dicemus: de obſtructione lienis in antecedenti capite, ſed præſertim cap. de hepatis obſtructione dictū eſt nobis: ob eandem rationē nihil de lienis inflāmatione dicemus.

Præter quàm, quod iſti duo morbi, nempe inflatio, & inflammatio ſicuti ſę E pè iecori eneniunt; ita lieni rariſſimè contingunt, quamobrem ijs omiſſis decreuimus morbum frequentiſsimè lieni accidentem, & quaſi familiarem pertractare, qui ſcirrhus appellatur.

De ſcirrho igitur tractationem in præſenti inſtituentes dicimus, opus eſſe ad perfectam eius notionem, vt dignoſcitiuè, & therapeuticè de ipſo diſputemus,

ſputemus, & primò de nomine.

Quoad cognitionem in primis attinet, dicebam in ſuperioribus, quamcunque duritiem lienis ſcirrhoſim Galenum appellaſſe, vt 2. ad Glauconem 4. & 5. de ſimpl. med. facult. 6. ſcirrhum verò propriè illam duritiem, quæ fit ex humoribus craſsis, melancholicis, aut pituitoſis, aut vtriſque humoribus ſimul: quare ſcirrhus, & ſcirrhoſis nihil aliud ſonant, quàm durities lienis, vnde etiam qui duritie ipſius afficiuntur, lienoſi vocantur, aut ſplenitici.

Eſſentiam proponimus, & cùm ſermo ſit de ſcirrho de eo, vt eſt morbus in magnitudine adaucta, in tractatu de ſcirrho iecoris abundè à nobis dictum fuit, omniaque procul dubio, quæ ibi diximus, repetenda nunc eſſent, ad quæ vos recurrere poteſtis.

Hic ſolùm addere expedit lienem pati, & ſæpè duritiem incidere, non tantum ſuæ ſubſtantiæ vitio, quæ rara eſt, & admodum laxa, vt 14. meth med. ſcripſit Galenus 16. ſed etiam ratione ſui alimenti, quod craſſum eſt, atque admodum terreſtre, & lutoſum; at iecur non patitur ſcirrhum vitio ſuæ ſubſtantiæ craſſioris, & denſæ.

Verumq; verò hoc viſcus patitur facilè ſcirrhum ratione nutrimenti, quod craſſum eſt, at lien faciliùs, quàm iecur ob ſui raritatem. & humoris craſſitiem.

Hic Amatus Luſitanus cent. 3. curatione 48. ad ſcholium, dubitationem quandam facit circa alimentum lienis, quod non craſſum eſſe debeat, ex Galeno demonſtrat, ſed potius tenue.

Sed iam determinauimus quomodo lien dici poſſit ex craſſo, & tenui ſanguine nutriri, ex craſſo quidem ſi conſideretur illud totum excrementum, quod à iecore trahit.

Ex tenui verò, ſi, quæ à Galeno dicuntur, ponderemus, dum ait tale excrementum à facultate innata lienis, & à calore delato ab arterijs per ipſum diſſeminatis commutari, & attenuari, inde

A ab ipſo excremento elici, quod tenue eſt, ſed nigrum.

Quare non ratione ipſius, quo fruitur, alimento, incidit in ſcirrhos, ſed vitio totius excrementi, ex quo quidem non nutritur, ideoque dici poteſt quod nutriatur ex craſſo & tenui alimento; & ſi rectè contemplemur Galeni verba, videbimus nullam prorſus eſſe hanc dubitationem.

B Vtcunque tamen ſit, experientia compertum habemus, lienem ſæpè incurrere in ſcirrhos, qui adeo creſcunt, & augentur aliquando, vt non ſolùm ſiniſtrum ventris inferioris hypochondrium occupent, verum etiam, & aliquado zonæ in modum totum cingant abdomen.

C

DE CAVSIS SCIRRHI *Lienis.*

Cauſæ huius duritiei in liene ſunt internæ, & externæ. Ex internis aliæ immediatæ ſunt, aliæ mediatæ. Immediatæ rurſus, vt docet Mercurialis, & doctè quidem,, aliæ ſunt materiales, aliæ efficientes.

D Mediatæ verò ſunt non modò diſpoſitio totius corporis, & ipſius lienis; verùm poteſt eſſe inflammatio, quæ præceſſerit, maléque, vt dictum eſt, curata fuerit.

Cauſæ materiales ſunt humores melancholici, aut pituitoſi, vel etiam mixti. Efficientes verò eſſe poſſunt intemperies tam iecoris, quàm ipſius lienis.

E Hoc loci Mercurialem habemus dicentem, calidam hepatis intemperiem generare copiam humoris melancholici, ex quo fit ſcirrhus lienis.

Cauſæ aliæ ſunt naturales, aliæ non naturales, & aliæ præter naturam. Naturales ſunt corporis habitus, complexio frigida, & ſicca, quamuis habitus ſanguineus, & complexio calida, & humida poſſint eſſe cauſa generationis humoris melancholici: nam vbi eſt copia

ſanguinis, adeſt quoque fœcis ipſius co A pia. Diſpoſitio etiam lienis inter has cauſas enumeratur.

Non naturales ſunt illæ, quæ ad quatuor illa capita reducuntur.

Præter naturam ſunt intemperies frigida, aut calida, non quidem calida, quæ adurat, & generet copiam melancholiæ aduſtæ, Sed duplex eſt melancholiæ ſpecies, docente Galeno ex Hippocratis ſententia lib. de tumorib. præ B ter naturam, cap. 9. vna, quæ in propriè fœx ſanguinis vocatur, altera verò, quæ atra bilis ab eodem Hippocrate dicitur.

Subiungit Galenus ex priori fieri ſcirrhos, hoc eſt, vnam ſcirrhorũ ſpeciem, (quia eo loci habet ſcirrhos alios fieri ex pituita craſſa, alios ex melancholia) ex alia verò fieri cancros, pro vt variè alterata fuerit: nã ſi mordax ſit, facit exul C ceratum cancrum; ſi verò mitior fuerit, producit cancrum nõ exulceratum.

Quo ſtante, cùm ex fœce ſanguinis in liene generetur; hæc autem non fiat ab intemperie calida iecoris, ſed à temperie, non video, quomodo poſſimus referre cauſam in iecoris calidam intemperiem? Fortè dicendum eſt caliditatem reſoluere partes humidiores humoris melancholici collecti in liene, in- D durareque craſſiores, ſed vtcunque ſit, intemperies calida non generat copiã humoris melancholici, hoc eſt, fœcis ſanguinis, ſed benè generat humorem melancholicum atrum, ex quo cancri fieri poſſunt.

Ad lienem referri etiam poteſt culpa, ſi intemperatus ſit; nam ſi ad caliditatem vergat, quòd nimium humoris attrahat, quàm par ſit, qui vbi diſcuti ne- E queat, nec à virtute expultrice extrapelli, neceſſariò ſequitur, vt in liene colligatur, indeque producatur ſcirrhus.

Hic contemplatione dignum eſt, vtrum durities in liene à flatu fieri poſſit, cum flatus diſtendere faciat eas partes, in quibus colligitur, vtris in modum, vt duræ omninò appareant? Dico, quod durities, non tamen ſcirrhus ex flatu fieri poſſit, quæ diſcutientibus medicamentis, & flatum carminatibus curatur, cùm ſcirrhus potiùs ex diſcutientibus augeatur.

Hinc eſt, quod dicimus minimè à flatu fieri poſſe præſentem affectionem, ſed eam, quam ab Aetio appellari lienis inflammationem dictum eſt.

Concludamus igitur, ſcirrhum fieri ab humore melancholico craſſo, qui nec expelli, nec diſcuti ob ſui craſſitiem poſſit, vt apparet ex Galeno 2. cap. lib. 1. de comp. med. loc. quemadmodum etiam ex pituita, cuius tenues partes reſolutæ ſint, & craſſæ induratæ.

Cauſę verò exteriores deſumuntur à victus ratione, ab alimentis craſſioribus, & aptis ad talium humorum generationem, vt eſt leguminum, aut ciborum ex paſta, aut carnium craſſarum nimius, & frequens vſus: huiuſmodi ſunt carnes ſuis antiquati, bouinæ, ceruinæ, & id genus, vt rectè Galenus admonet 3. de aliment. facult. 2.

Vina etiam noua, & craſſa ſunt in hoc numero, aquæ craſſæ, paluſtres, lutulentæ, vnde eſt etiam, quod in quibuſdam locis comperictis homines, & ferè omnes habitantes lienoſos, talemque morbum illis eſſe epidemicum.

Aer quoque affectionis huius cauſa eſſe accidit; ferunt enim populos quoſdam eſſe, qui propter peſſimã aeris qualitatẽ lienoſi ſunt ſemper: hæ ſunt, quæ ad cauſas tam internas, quàm externas ſpectant.

DE SIGNIS SCIRRHI *Lienis.*

Symptomata declaranda ſunt morbum hunc patefacientia, quæ potiſſimùm deſumuntur à ſenſibus, tactu nempe, atque viſu, quamuis multa alia ſint, quæ authores conſiderent.

Hoc loci animaduertendum eſt à ſcriptoribus

ptoribus ſigna confusè allata eſſe; nam alia ſunt, quæ obſeruantur, dum adhuc fit ſcirrhus: alia verò, quæ iam factum, & conſummatum, & antiquatum eſſe oſtendunt.

A principio igitur ægrotantes percipiunt dolorem circa totum ſiniſtrum hypochondrium, qui quandoque pro tumoris magnitudine ad iugulum vſque extenditur, proque diuerſitate humoris, ac diuerſitate tumoris adaucti, ad tactum durities ſecundùm magis, & minus occurrit; aliquando enim contingit, vt difficilè lien durus tangatur; nónunquã verò durus eſt adeo, & magnus, vt vniuerſum abdomen zonæ in modum amplectatur, & manu tangentis facilè obijciatur, qui vel exquiſitus eſt, vel non.

Si primò modo non dolet, ſi ſecundo modo ad tactum dolet, & quamuis dictum ſit adeſſe dolorem ad hypochondrium, id intelligatis non eſſe ſui ratione, ſed partium adiacentium, quas diſtendendo quodammodo lacerat.

In deambulando etiam anxietatem percipiunt ægrotantes, & difficultatem reſpirandi: hæc ſunt ſymptomata demonſtrantia ſcirrhum lienis fieri; at quæ ipſum iam factum, & inueteratum ſignificant, plura ſunt.

Aliquando enim adeo augetur, vt ad iecur ipſum tota ſua mole feratur, ita vt videatur veluti totus venter tumefactus, ſed durities ad tactum percipitur renitens admodum, ac digitis pertinaciter reſiſtens.

Nonnunquam os fœtit valde, gingiuæ corruptæ ſunt, dentes exeſi apparent, aures ſordidæ, & vlcera praua in tibijs potiſſimùm erumpunt, quæ, vt Paulus docet lib. 3. cap. 49. numquam curantur.

Vrinæ ſæpè nigræ ſunt, ac turbatæ, & vt vno amplectar verbo, huiuſmodi tumor cognoſcitur ſenſu tactus, & viſus, &, vt dicebat Galenus, nullus eſt affectus in partibus internis abdominis qui faciliùs cognoſci poſſit, ac ſcirrhus lie-

A nis magnus, & inueteratus; tunc enim vniuerſi corporis color vitiatur ad nigredinem ferè vergens.

Vnde Galenus 2. de natur. facultat. cap. vlt. dicebat ex Hippocratis mente, quibus corpus floreſcit, his lienem decreſcere, & è contra, quibus lien creſcit, ijs corpus contabeſcere, & vitioſis impleri humoribus.

B Corpus enim tunc floreſcere dicitur, cùm benè nutritur, quod euenit, quando humores, ex quibus nutriri debet, totum diſtribuuntur, quemadmodum vbi lien benè ſe habet & limites naturales in attrahendo, & expurgando iecur à fœculento excremento ſeruat.

At è contra vbi magis, quàm par ſit, ad ipſum fluunt humores, tunc macreſcit corpus, vt contingit, quando lien nimium augetur, atque ipſe florere

C dicitur, corpus verò tabeſcere: ex craſſitie igitur, & magnitudine lienis adaucta nimium, & corporis totius contabeſcentia, & macie cognoſcitur ſcirrhus lienis.

DE FVTVRO EVENTV
Scirrhi lienis.

D QVid modò de præteritis, & futuris dicendum ſit, paucis res explicanda venit; nam præterita à victus ratione deſumuntur, quæ oſtendit nobis ab ea coaceruatos fuiſſe tales humores in corpore, à quibus ſcirrhus potuit in liene generari, & conſeruari.

Futura verò prænunciant euentum ſcirrhi lienis, tempus euentus & modũ.

E Futurus huius morbi euentus prædici poteſt ſalubris ſi à principio rectè curetur, neque aliquod ſuccedat in victus ratione erratum; idque facilius in pueris, & in adultis, ſi bonæ fuerint temperiei.

Scirrhus autem legitimus omninò incurabilis eſt, docente Galeno 2. ad Glauconem, ſi præſertim antiquatus fuerit, & quamuis Auicennas ſcripſerit

 ſe vidiſſe

ſe vidiſſe aliquem curatum, dicatis illud eſſe de rarò contingentibus, de quibus non eſt ſcientia. Vt plurimùm ſcirrhi multo tempore protracti, in hydropem hominem ducunt: & hæc de parte huius affectus dignoſcitiua.

DE CVRATIONE SCIRRHI *Lienis per Victus rationem.*

QVamuis dictum à Galeno fuerit ſcirrhum legitimum incurabilem eſſe, nihilominus methodus à nobis eſt tractanda, qua poſſimus, ſi non aff- ctū hunc tollere, ſaltem id præſtare, vt ſi nondum factus eſt, ne amplius augeatur, & circa factum ita operemur, vt nullum afferamus ægrotanti detrimentum, & quantum fieri poteſt, inhibeamus, ne ad hydropem terminetur.

Id autem conſequimur prohibentes nouam humoris generationem, & eius qui genitus eſt, ne amplius feratur in lienem, aut ab ipſo non trahatur; nec non illud, quod impactum eſt, euacuantes, quapropter in curando aff- ctu vnus ſcopus, vt Galen. dicebat 14. meth. med. cap. 4. & vna indicatio eſt, vt euacuemus tam humorem in vniuerſo corpore genitum, quàm in parte affecta contentum.

Obtinere hoc poterimus per victus rationem, quæ talis inſtituenda eſt, vt ſit boni ſanguinis generatiua, euitandaque ſunt omnia, quæ humorem melancholicum producere valeant.

Inter quæ aer eſt nebuloſus, humidus, paluſtris: eligendus verò eſt temperatus, qui purus ſit, atque clarus, vt in locis quibuſdam montuoſis eſſe conſueuit.

Somnus moderatus eſſe oportet, otium fugiendum eſt, atque quies, ſed labor eligendus, atque exercitium frequens. Aluus fluida ſeruetur; nam Hippocrate docente lib. 9. aph. 46. ad lienis tumorem ſi alui fluor ſupercreuerit, bonum eſt.

A Si igitur non fluat aluus ſua ſponte, tunc clyſteribus alternis ſaltem diebus irritanda eſt, aut ſuppoſitorijs.

Quo ad cibum, & potum ſpectat, Auicennas ieiunium commẽdauit tanquam optimum auxilium, euitanda ſunt omnia alimenta dulcia, omnia, quæ craſſum, & melancholicum ſuccum generare poſſunt.

B Inter hæc primò ſunt omnia edulia ex paſta facta, omnes carnes craſſæ, omnia adſtringentia, vt ſunt.

Meſpila,
Sorba,
Cotonia,
Mora,
Et id genus.

Conferunt cibi attenuantes (de quibus Galenus in ſuo libello de attenuan-
C te victus ratione ſcripſit) & incidentes, vt eſt panis ex bona farina, benè fermentatus, ſalitus, aut aniſatus.

Inter alia edulia cappares aceto conditi ab omnibus probantur, muria condita, carnes pennatæ conditæ, & aliquãdo aſſatæ, amygdalæ amaræ, piſtacia, & alia, quæ ſunt huius generis.

De lactis vſu non omnes conueniunt; nam alij probant; renuunt alij, verùm
D non omne genus lactis laudatur, ſed tantum ab Arabibus camelinum, atque aſininum, quod cęteris maiorem abſtergendi facultatem habeat.

Pro potu vinum album, ac tenue eligatur, aqua chalybeata; nonnulli etiam aquam fabrorum laudant; experientia enim comprobatum eſt canes fabrorum carere liene, quia ex hac aqua potant; nonnulli medici, & periti quidem vaſa
E iubent fieri ex tamariſco, & hedera in quibus ægrotantibus offerantur potus: hæc de victus ratione.

DE CVRATIONE SCIRRHI *Lienis per Chirurgiam.*

ACcedo ad Chirurgiam, quæ adminiſtrãda in hoc caſu venit poſt

ventris ſolutionem, ſiue per lenitiuum, ſiue per clyſterem, quando adſit indicans nihilque prohibeat.

Vnde Galenus miratur eos medicos, qui ſanguinis miſſionem in hoc affectu renuunt, nec cauſam ſatis intellexiſſe fatetur, cur antiqui eam neglexerint, cùm tamen experientia conſtet plures ex hoc præſidio iuuatos fuiſſe.

De recto verò vſu, & præſertim de vena ſecanda nonnihil dicendum eſt; nam alij dicunt ex ſaluatella, è contra alij ex baſilica, ſed magis proficua eſt baſilica, quia hæc vena eſt ampla magis, & propinquior lieni, quare ex ipſa maiori in copia, & citius educi poteſt ſanguis; medicus enim ſemper curare debet, vt citò ægrotantibus ſuccurratur.

Vena autem ſaluatella, quia longinquior eſt, & longè anguſtior, non poteſt hæc duo præſtare, quare ſequitur non ex ſaluatella, ſed ex baſilica mittendum eſſe ſanguinem, quia ex ipſius ſectione promptiùs, & citius auxiliamur ægrotantibus.

Confirmatur id à Gal. omnium magiſtro, qui 2. ad Glauc cap. 2 13. meth. med. cap. 2. in affectibus lienis mittit ſanguinem ex baſilica, quæ ſi non apparet, communem accipit; ſi verò nec iſta videtur, iubet ſecandam eſſe cephalicam.

Et quod magis eſt lib. de ſanguinis miſſione cap. 14. ſcripſit ex venis, quæ ſunt ad magnos oculorum angulos, & quæ ſunt ſub lingua, nihil notatu dignũ exire poſſe, ſicut neque ſi quis in pedibus, aut ſummia manu venam incidat, quemadmodum qui lienem curare arbitrantur à venæ ſectione, quæ ad ſecundum eſt paruorum digitorum.

Ex quibus Galeni locis duo etiam colligere poſſumus, quod ex ſaluatella non poſſit multa ſanguinis copia exire, vnde fit argumentum à ſimili; nam ſicut à venis, quæ ſunt ad angulos oculorum, & quæ ſunt ſub lingua, ſi ſecentur, nihil, quod notatu dignum ſit, exire poteſt, ita contingit in illis, quæ ſunt ad pedes, aut ad ſummam manum.

Quare ſi quis lienem curare arbitratur ex ſectione ſaluatellæ, non poterit habere intentum, cùm inde multa ſanguinis copia, vt par eſt, egredi non poſſit nec Galenus loquutus eſt ex propria opinione quando in affectibus lienis viſus eſt probare vſum ſectionis venæ ſaluatellæ, ſed potiùs ex aliorum mente: hæc ſunt, quæ dicuntur ab ijs, qui exiſtimant maius emolumentum ſequi ex ſectione baſilicæ, quam ſaluatellæ.

Qui verò oppoſitam ſequuntur ſententiam, primo mouentur ratione adducta à Paulo Aegineta lib. cap. 49. quam deſumpſit à natura reuulſionis quæ tùc fit efficacior, vbi ad longinquiores partes celebratur, quod ex ſympathia, & conuenientia quadam latente apparet.

Secundò adducunt eiuſdem Galeni teſtimonium, qui lib. de ſanguinis miſſione cap. 16. ad hunc ſcripſit modum, ſic liene laborãte inciſio eius venæ, quæ ad anularē eſt digitum ſiniſtræ manus, iuuat æquè, ac ſi internam, quæ in cubito eſt ſecueris; ſiquidem iuuat lienem malè affectum ſanguinis ex ſiniſtra manu vacuatio, præſtat autem non ſemel, quando conuenit, euacuare, ſed in duos partiri dies.

Vltimò adiungunt experientiam quotidianam, & quaſi omnium medicorum communem conſenſum; omnes enim communiter practicantes, laborante liene, mittunt ſanguinem ex ſaluatella, maxima cum ægrotantium vtilitate.

Ratio huius rei eſt, quod extremæ partes ſunt emunctoria naturalia partiũ internarum, non tamen indifferenter omnium, ſed earum, cum quibus rectitudinem habent, ſicut habent manus cum hypochondrijs, dextera cum iecore, ſiniſtra cum liene, cùm ergo, ſubiungit Vallelius, excrementa cuiuſcunque membri naturaliter ferantur ad ipſius emunctorium, & quo natura vergit, eo ducere per loca conferentia

tia oporteat, idcirco expedit laborante iecore venam ſecare in dextera manu, laborante liene in ſiniſtra.

Quibus Valleſij verbis ſectionem hanc factam in ſaluatellis eſſe deriuationem videtis, quia ſanguis exiens ſequitur naturæ motum. Sed huiuſmodi inuentum, quo ſe gloriatur Valleſius, & quod tantoperè laudatur à Maſſaria, multas videtur pati difficultates.

Prima eſt petitio principij; aſſumit enim, quod probare debet, nempe extimas partes eſſe emunctoria: deinde aduerſatur rationi, & ſummorum tam medicorum, quàm philoſophorum authoritatibus; non enim videtur dicendum partes illas, quæ nobiliſſimas actiones in corpore efficiunt, eſſe emunctoria partium internarum, ſed hæc ſunt alterius coſiderationis.

Satis eſt, vt intelligatis venæ ſaluatellæ ſectionem iuuare lienem malè affectum, ſi hæc ipſa fiat poſt communiſſimas euacuationes. Hirudines etiam ad anum in hoc caſu mirificè proficiunt, ſi ſanguis ab eius venis euacuetur.

Quare ex huiuſmodi lite, quæ eſt inter practicantes, nihil aliud intelligimus, niſi quod poſſumus ſanguinem ex ſiniſtro latere ſecta vena extrahere. Galenus lib. de ſimp. med. cap. 16. admittit ſectionem venæ in affectibus lienis ex ſiniſtro latere, ſed cùm ex venis aliæ ſint ad cubitum, ideſt, baſilica, communis, & cephalica, aliæ verò ad extremam manum, quæ vtrinque ſaluatellæ appellantur, quæſtio eſt, ex quanam harum mittendus veniat ſanguis, ex ijs ne, quæ ad cubitum ſunt, an ex ſaluatella?

In hoc conueniunt tam Græci, quàm Arabes, vt ex vtriſque poſſit mitti ſanguis, quare nec laudo Maſſariam inquirentem hoc in loco de inuentione huius auxilij, an ſcilicet Græci, an Arabes fuerint ipſius inuentores, cùm à Galeno rum 6. de adm. anat. tum de ſanguinis miſſ. 16. à Paulo lib. 3. cap. 49. ab Ae-

A tio lib. 10. cap. 11. huius habetur clariſſima determinatio, quos ſunt imitati, Arabes, quare hæc inquiſitio fruſtra eſt.

Alia verò maioris eſt momenti, in qua inquirit Maſſarias, ex quanam vena ſecta maiorem percipiant ægrotantes vtilitatem ex baſilica, an ex ſaluatella?

Non deſunt ſuſtinentes alterutram opinionem: alij enim ſunt, qui dicunt B maiorem vtilitatem ex ſectione baſilicæ haberi; alij è contra dicunt longè maius emolumentum haberi ex ſaluatella.

Sed non habemus veram determinationem de quando, quia neſcimus, an primò debeamus ſanguinem mittere ex baſilica, deinde ex ſaluatella, an è contra primò ex ſaluatella, an verò debeamus, vna relicta, deuenire ad alteram, C cùm ex vtraque vtilitatem afferamus ipſis ægrotantibus.

Maſſarias ſuum interponens iudicium, & rem ipſam in praxi conſtituens ſcribit ſe ſemper determinaturum eſſe ex Galeni ſententia ſectionem ſaluatellæ affectum lienem poſſe iuuare.

At ſi quis ab ipſo quærat, quænam vtilior ſit venæ ſaluatellæ, an baſilicæ ſectio? reſpondet ex Galeno vtiliorem D eſſe ſectionem baſilicæ, tum propter ſui magnitudinem, ex qua hauriri maior ſanguinis copia poteſt, tum etiam propter propinquitatem, quod non euenit ex ſectione ſaluatellæ, quæ oppoſitas habet conditiones, nempe quia remotior eſt, & anguſtior.

Sed quamuis huiuſmodi determinatio ad Galeni mentem eſſe appareat, qui dixit venas ſaluatellas, quæ ad extre- E mam manum ſunt, exiguas eſſe, à quibus non poteſt exire multa copia ſanguinis, ac proinde vbi opus eſt, non ſolù reuulſione, ſed euacuatione citò facta & copioſa, magis accommodata eſt ſectio venæ baſilicæ, quàm ſaluatellæ propter rationes aſſignatas.

Attamen cùm ſaluatellæ ſectio duobus modis conſiderari poſſit, vel cum

artificio,

artificio, aut ſine aliquo artificio; dico, quod ſi primo modo cõſideretur, ex ea hauriri poteſt non modò multa ſanguinis copia, ſed vniuerſus ſanguis, qui eſt in corpore, quia primò præcedunt frictiones, deinde imponitur manus in aquam calidam, fitque arcta ligatura ſupra carpum, ex quibus diſponitur ſanguis ad effluendum ſecta vena, & hoc modo falſa iudicari poteſt Galeni ſententia.

At ſi ſecundo conſideretur modo, veriſſima eſt, quia ſecta ſaluatella ſine prædicto artificio, pauca ſanguinis copia ex ipſa exit; licet poſſimus ex eadem ſecta multam ſanguinis copiam extrahere.

Sed quamuis poſsit multa per ſaluatellam ſanguinis copia euacuari, quia tamen tardius euacuatur; verum eſſe exiſtimo illud, quod Maſſarias ſcribit, quando opus eſt multa, & cita euacuatione à liene, mittẽdum eſſe ſanguinem ex baſilica. Primò igitur ab ipſa mittendus eſt ſanguis, deinde ſi erit opus, ex ſaluatella, quam, ſi opportunè ſecabis, & poſt euacuationes vniuerſales, maximè iuuare oſtendit ipſa experientia.

Siue modò id contingat propter reuulſionem, aut latentem ſympathiam, aut alia de cauſa, non multum laboro, hoc tantum addens, quod ſi de ratione reuulſionis eſt humorem in contrarium auertere, quemadmodum egregiè demonſtrat Sanctorius lib. 14. ſuæ methodi vitandorum errorum cap. 3. per ſectionem ſaluatellæ non auertuntur humores ad contraria, cùm potiùs eius ſectio dicatur deriuatio.

De ratione enim deriuationis eſt ſequi motum humorum, & quod deriuat, non deducit humores ad contrarium, ſed reſpicit eò, quo natura tendit, & per medicamentum deriuatorium opera illi fert manifeſtam.

Id eleganter admodum demonſtrat Franciſcus Valleſius lib. 7. ſuarum con trou. cap. 3. vbi gloriatur ſe longa meditatione inueſtigaſſe rationem ante ipſum à nemine excogitatam, propter quam ſectio venæ ſaluatellę ad curandum iecur, & lienem non modò vtilis, ſed etiam vtilior cenſeri debeat ſectione venæ internæ cubiti.

Quamuis in hoc caſu non poſſit dici hæc venæ ſectio, deriuatio reſpectu lienis, quia humor trahitur ad ſua contraria, nempe à liene, qui eſt in centro ad brachium, quod eſt in circumferentia, deinde quia lien eſt in parte inferiori reſpectu brachij, quamuis reſpectu renum poſſit dici in parte ſuperiori abdominis.

DE CVRATIONE SCIRRHI *Lienis per Pharmaciam.*

Lenita aluo, ſectaque vena iecoraria ad medicamenta curationi ſcirrhi idonea properandum eſt, quibus reliquiæ humoris melancholici, quæ ſunt in toto corpore per ſeceſſum euacuentur: deinde quicquid iam impactum eſt in liene tam intus aſſumptis, quàm extra admotis abſumere debemus.

Sed cùm humores craſſi ſint, terreſtres, atque ad ducendum non admodum prompti, eos præparare conuenit huiuſmodi præſidijs.

Pro pituitoſo humore præparando.

℞. Mellis roſati colati,
Oxymel. ſimpl. ana vnc. j.
Miſce
Decoct. Myrobalanorum chebulorum,
Abſynthij,
Polytrichi,
Cetrach.
Facta in aqua bettonicæ vnc. iiij.
Fiat vnicus hauſtus.
Vel præparetur huiuſmodi decoctione
℞. Corticum myrobalanorum chebulorum drach. ij.

Cetrach:

vobis pilulas ingentis efficaciæ, quæ fiunt ad hunc modum.

℞. Pilul. cochlar. drach. ſſ.
Ellebori nigri præparati, quo vtimur.
Diagridij ana drach. ſemis.
Fiant pilul. num. iij. & aurentur.

Præparatur elleborus in meo Antidotario Meſſanenſi hac ratione.

℞. Totam ellebori plantam, eamque eleganter ablue, & ab omnibus immunditijs terreſtribus munda: deinde craſſo modo contunde, atque pone in vaſe eius quantitati proportionato; deinceps ſupra elleborum affunde vinum album, puriſſimum, atque ad ignem ebullire fac per ſpatium trium horarum, aut circiter: mox ebullitum illum pone in ſacculo ex linteo nouo denſiori facto: tandem prælo exprime validiſſimè; quem expreſſum denuò fac ebullire vſque ad diacatholici ſpiſſitudinem, & aufer ab igne, ac repone in vaſe vitreo. Durat per biennium. Doſis eſt ab vno ſcrupulo ad drachmam vnam vſque.

Vbi his præſidijs fuerit expurgatum corpus, ad lienis duritiei extirpationem veniendum eſt, quæ fit internis, & externis auxilijs.

Ex internis multa ſanè, & quaſi infinita à ſcriptoribus proponuntur, inter quæ mihi ſummè probatur vinum chalybeatum, quod ab Aetio lib. 10. cap. 10. deſcribitur, & à doctiſſimo Mercuriali lib. 3. de morbis infimi ventris, cap. 22. de ſcirrho lienis, confirmatur, & probatur.

Placet mihi quoque confectio chalybeata.

Vinum autem componitur dupliciter, ab Aetio primò accipitur chalybs, atque accenditur, aut ignitur, atque in vinum ter, aut quater immergitur, cuius vini doſis eſt ad vncias quatuor, aut quinque ſummo mane accepta.

Poteſtis etiam extinguere chalybem in aquam, aut in poſcam, & iubere, vt ægrotantes loco potus mane, & veſperi ipſam aſſumant. Hæc Mercurialis de

A vſu huius vini chalybeati.

Alter modus conficiendi vinum efficacior eſt, vt accipiatur ſtomomatis lib. 1. idque ſubtiliter puluerizatum, aut limatum infundatur in acetum, & ibi per diem, ac noctem immerſũ ſeruetur, poſtea excolatur, & vbi ab aceto pulchrè fuerit ſeparatum, extenditur ſuper pannum lineum, deinde ſuperinfunditur.

B Pul. caryophyllorum, &
Cinnamomi ana drach. vi.

Et vbi exiccatum eſt ſtomoma, accipiuntur vini optimi, ac generoſi (ſed melius eſt, vt ſit dulce) ad lib. 12. deinde omnia in lagena vitrea ponantur, atque ad inuicem miſceantur, ſi tempus ſit æſtiuum, fit ſingulo die agitatio ad ſolem, & ibi exponitur per totum diem, curantes, vt ſemper ſit ſub ſo-

C le feruentiſſimo, nocturno verò tempore intra domum reponatur.

Si hyems ſit, atque tempus frigidum, contineatur in ſtupha furnaria, atque bis, ter, & quater in die exagitetur, ſic ſit per decem dies, quibus tranſactis, facta eſt commixtio, huiuſque vini accipiantur vnc. iv. aut v. ſummo mane, quæ calidæ ſint. Poſtea iubendum eſt, vt corpus exerceatur moderatè per ſpati-

D um trium horarum, poſt quas eijciantur fœces nigræ, & melancholicæ, daturque hoc modo ſingulo mane, quouſque totum vinum conſumptum fuerit, & vbi morbus non ex toto ceſſerit, denuò illud conficiendum, & vſurpandum erit.

Confectio chalybeata componitur ad hunc modum.

E ℞. Limaturæ chalybis aceto præparati libram ſſ.
Cinnamomi ſubt. puluer.
Cetrach. ſubt. puluer.
Mellis diſpumati lib. ij.
Vel
℞. Limaturę chalybis pręparati vnc. iv.
Cinnamomi
Cetrach. ſubt. pul. ana vnc. i. ſſ.

Conſeruæ roſarum lib. i. miſce.

Notat Mercurialis vſum huius confectionis naturis frigidis magis conuenire, calidis verò minimè, niſi loco mellis apponamus.

Syr. acetoſum ſimpl. cum

Conſerua roſarum, cuius doſis eſt à drach. ij. ad vnc. ſſ.

Parantur, & alia medicamenta ſub trochiſcorum forma, quæ ſcirrhum lienis abſumere dicuntur, talia ſunt.

℞. Squammæ chalybis præparati

Cort. rad. capparum

Foliorum tamariſci

Cetrach. ana drach. ix.

Myrrhæ electæ drach. i.

Miſce, & cum vino fiant trochiſci. doſis ſit ad drach. i. ſingulo mane.

Galenus lib. 9. de comp. med. loc. cap. 2. ex Aſclepiadis ſententia, affert ſequens medicamentum, de quo dicit authorem ipſius ſcriptum reliquiſſe porcellum per triduum, aſſumpſiſſe, ſectioneque apertum ſine liene fuiſſe inuentum.

℞; fructus ericæ drach. iv.

Piperis albi

Nardi Syriacæ

Ammoniaci ana drach. ix.

Arida tunduntur, & cribrātur: ammoniacum aceto diſſoluitur, & aridis medicamentis additis fiunt trochiſci, qui ad drach. i. offeruntur ſummo mane. Pro quauis vncia ſtomomatis ponitur drach. i. puluerum; in electuario verò pro quauis vnc. drach. ij. ſſ. ponuntur puluerum. vt

℞. Stomomatis præparati

Pulu. cetrach. ana ſcrup: iv.

Mellis deſpumati, ſi ſit hyems, vnc. i. ſi ſit æſtas, aceti ſimpl. vnc. iv.

Hæc ſunt medicamenta, quæ intus aſſumpta conſueuerunt lienis ſcirrhum auferre.

Sunt & quædam alia tam ſimplicia, quàm compoſita, quæ idem præſtant, vt ſunt

Cetrach,

A Radices capparum,

Tamariſci, ideſt myrica.

Chamædrys,

Sem. aniſorum,

Fœniculi,

Agni caſti,

Bdellium,

Ammoniacum,

Opoponax,

Sagapenum,

B Squamma chalybis,

Sarſa parilla,

Lignum guaiacum,

Radix chinæ,

Sasfras.

Non reprobarem ſmilacem tam lenem, quàm aſperam.

Compoſita ſunt, vt

℞. Spec. aromatici roſati drach. ij.

Trochiſc. de cappar.

C de eupatorio ana drach. ſſ.

Sacchari diſſoluti in aqua roſ. vnc. iv.

Fiat confectio in tabellis: doſis ſit ad vnc. ſſ.

Vel

℞. Bdellij drach. ſſ.

Ammoniaci drach. I.

Miſce fiant pilulæ num. v. exhibeantur de mane.

Eiuſmodi etiam ſunt

D Trochiſci de capparibus

De eupatorio

de lacca.

Aromaticum roſatum.

Diaciminum

Diamuſchum dulce, & amarum.

Elect. de baccis lauri,

Theriaca, &

Mithridatium,

Hæc enim ſunt, quæ intus aſſumpta

E emolliendi, ac diſcutiendi ſcirrhum in liene facultatem habeant.

Extra verò ſunt quamplura, nempe vnguenta, fomenta, inunctiones, emplaſtra, epithemata, quorum ſiluam apud Galenũ 9. de comp. med. per loca c. 9. Aetium lib. 10. cap. 10. Alexandrum Trallianum lib. 8. cap. 10. reperietis.

Ego

Ego nonnulla exempli gratia, vobis in medium propono, eaque magis vſitata, vt.

℞. Olei chamæmeli.
De capparibus
De amygd. amaris
De abſynthio
De maſtiche ana vnc. I.

Pro emplaſtro à Galeno proponitur ammoniacum ad luti formam cum oleo diſſolutum, ſed cum aceto iam præparatum.

Fomenti exemplum.

℞. Rad. bugloſſi
Althææ
Maluarum ana vnc. I. ß.
Fol. cetrach.
Abſynthij ana manip. i.
Cort. rad. capparum
Chamædryos ana vnc. I.
Foliorum tamariſci
Pulegij,
Calamenthi ana manip. ß.
Aniſorum
Fœnugræci ana. drach. i.

Sed ſunt multa, quæ in officinis aſſeruantur medicamenta communia, quæ eadem præſtant, vt eſt

Vnguentum de althæa
De meliloto,
Diachylon magnum
Vnguentum Agrippæ
De arthanita
De fermento,
& huiuſmodi.

Sed qui localibus medicamentis rectè vti cupit, legat Galenum 13. meth. med. cap. 4. & 5. vbi docet modum applicandi ea, methodumque ijs vtendi A ex arte, & feliciter.

Vbi medicamentis prædictis non ſanatur ſcirrhus, proponuntur ab Hippocrate vſtiones num. 10. circa lienis regionem, quæ ſunt cauteria, à poſterioribus tam Græcis, quàm Arabibus commendata. Legatis Aetium lib. 10. cap. 12. qui proprium caput de lienis inuſtione inſtituit.

Multa quoque ſunt medicamenta B amuleta: multa etiam videre poteſtis apud Alexandrum, & Aetium ad ſuperſtitionem vſque ab ijs ſcripta.

At venio ad duo chirurgica auxilia, quorum vnum eſt ſectio venarum circa lienis externam regionem; aliud eſt, quod nonnulli poſt ſiniſtram aurem tundunt venam, deinde fricant ipſum lienem, quæ medicamenta an valeant nec ne, iudicare nolo, idque remitto præ- C ſtantiori iudicio determinandum.

Poſtremum remedium illud eſt diuulgatiſſimum, quod à Monachis quibuſdam ſæpè adminiſtratum ſcribit Maſſarias, & ſummè laudatur, & eſt tale.

Supra nudam lienis regionem ægrotantis ſcirrhum hac in parte patientis extēdunt chartæ folium; deinde aliquis vir ſecurim acutiſſimæ aciei ſiniſtra manu acceptam accommodat ſupra D chartæ folium, manuq; dextera malleum arripit, quo validè percutit ſecuris caput; & ſic aiunt diſcindi lienem abſq; eo quòd ſcindatur aut charta, aut extima cuticula, & per os eijci totum id, quod continebatur in liene per fruſtula. At hoc genus medicamenti irridendum potiùs, quàm probandum ſemper exiſtimaui.

DE HYDROPE.

CAPVT VIGESIMVMPRIMVM.

Onſueuerunt nõnulli ex noſtris doctoribus in tractanda materia de affectibus præter naturam iecoris, ante hydropis tractatum aliam affectionem tamquam præuiam ipſius diſpoſitionem declarare, quam cachexiam vocant, inter quos eſt Auicennas lib. 3. fen 14. tr. 4. cap. 4. vt præclarè Herculanus ſuper lib. 9. ad Almanſ. cap. de hydrope ſcribit, & cachexiæ, & hydropi vna, eademque debetur curatio.

Sed quia cachexia veluti hydropis eſt cauſa, & pręuia quædam diſpoſitio, vt ex Auicenna, ideo nos, qui veſtræ vtilitati ſtudemus, operamque damus, vt morbi partium ad ventrem inferiorē attinentium, magiſq; neceſſarij, abſoluantur hoc anno, relicta cachexia ad hydropis hiſtoriam declarandam, breuius quoad fieri poterit, accedimus, in qua enucleanda duo illa capita ſæpè à nobis repetita, & inculcata obſeruabimus, nempè cognitionem, & curationem.

Ad cognitionem verò ſpectat ſcire nomen, eſſentiam, & naturam, differentias, cauſas, ſymptomata, ea, quæ præterierunt, & tandē quæ futura ſunt. Ad curationem deinde rectè inſtituendam opus eſt inuenire indicationes curatiuas, auxilia, quibus indicationibus ſatisfacimus, & quæ ſint materiæ auxiliorum, & à quo medicinæ inſtrumento deſumantur.

Aggrediamur iam primum caput. Dicta fuit hęc hepatis affectio, quæ cadit in pręſentem diſceptationem, hydrops, quaſi ὑδερ πάθος, ideſt aquoſa paſſio, quod ab aqua prodire videatur; ab alijs Græcis hydropiſis, & hydropa; ab Arabibus hydropiſia, & à Latinis aqua intercus, aut inter cutem, necnon,

A & hydropicus morbus: hæc quo ad nomen.

Definiuit Auicen. hunc affectum hac ratione, eſt ægritudo materialis, cuius cauſa eſt materia exuberans frigida, ingrediens membra, & creſcunt per eam quidem membra manifeſta omnia, aut loca vacua partium, in quibus ſunt regimen nutrimenti, & humores.

Auicennas hac longa oratione idem
B prorſus docet, ac faciat Galenus primo acutorum tex. 1. vbi ſcribit, quod hydrops eſt tumor corporis aquoſus, & 3. method. med. dixit eſſe morbum in magnitudine adaucta. & certè ſi rectè conſideretur, non poteſt dari tumor, quin adſit aliqua materia cutem eleuans, tuncque læditur magnitudo, quia augetur nimis, quàm conueniat.

Rectè igitur Auicennas ſcribit eſſe
C ægritudinem materiæ, & deinde declarat conditiones ipſius materiæ hunc morbum facientis, quæ ſunt, prima, vt ſit frigida.

Secunda, vt ingrediatur membra.

Tertia, vt membra ipſa manifeſtè augeantur, in quibus hæc ipſa ingreditur, quæ ſunt membra manifeſta omnia, nempè totum corpus exterius.

D Quarta, & loca vacua, in quibus ſunt regimen, & humores, hoc eſt dictu, quod cauitates illas ingreditur, & auget, in quibus ſunt regimen, & humores, ideſt, in quibus ſunt partes generationi, & diſtributioni humorum deſtinatæ; ſunt autem hæc vacuitates ipſius abdominis, in ſumma hydrops eſt tumor corporis.

Cum verò eodem docente Galeno 7. de locis affectis cap. 7. & Auicenna
E 14. lib. 3. tr. 4. cap. 4. triplex reperiatur differentia hydropis, vna quam Græci aſcitem; altera, quam tympanitem; tertia, quam anaſarcam, hypoſarcam, & leu-

& leucophlegmatiã appellant, ſciendũ eſt aſciten, quã corrupto vocabulo Arabes, & eorum ſectatores aſclitem nominant, fieri ab humore aquoſo cum exiguo ſpiritu inter peritonęum, & partes ſibi ſubiectas coaceruato, & ſic à Gręcis dicitur, quòd vteris in modum peritonæum tumeat, vter autem à Græcis aſcos vocatur.

Tympanitis accidit, quoties in prędictis locis multus ſpiritus flatulentus modico humori admixtus includitur, illique inditum eſt tale nomen, quod tympani in modũ venter percuſſus reſonet.

Hypoſarca, aut anaſarca fit, cum vniuerſa corporis moles prætumida eſt, & ſpongiæ in modum laxa, & madefacta propter frigidum, & pituitoſum ſanguinem per vniuerſum corpus diffuſum, non tamen vnitum.

Ex his tribus ſpeciebus, & differentijs hydropis apparet veram eſſe propoſitam ab Auicenna definitionem; nam materialis eſt ægritudo, & materia eſt frigida, quia in aſcite eſt aqua, quę ſuapte natura eſt frigida, flatus quoque frigidus, vt in tympanite collectus; tandem in anaſarca eſt pituita, quæ humor eſt in corpore omnium frigidiſſimus, at ab hoc humore omnes corporis partes augentur, & intumeſcunt manifeſtè, tãdem in duabus alijs differentijs loca vacua abdominis ipſius tumida redduntur, & augentur.

Sed dicet quiſpiã, quomodo hydrops poteſt appellari tumor aquoſus in vniuerſum corpus, cum in vna ſpecie flatus, in altera pituita contineatur? verificari quidem poteſt de aſcite, ſed de alijs duabus ſpeciebus minimè, cum diuerſæ ab aqua ſint materiæ.

Reſpondeatis, quod etſi verum ſit in tympanite adeſſe flatum, quia tamen aquam aſſociatam ſemper habet, ita vt nunquam fieri poſſit hydrops, quin adſit aqua; quod idem dicendum eſt di ipſa anaſarca, in qua non modò colligitur ſimul cum pituita aqua, ſed etiam ipſa

A pituita eſt tota aquoſa, hoc nomine Galenus appellauit omnes ſpecies, & differentias hydropis aquoſum tumorem, quod ſemper ſint cum aqua.

Sed verè, & propriè aſcites appellari debet tumor aquoſus, in quo aqua ipſa colligitur inter peritonęum, & inteſtina vt plurimum, nonnumquam verò, & inter carnes, Galenus 7. aph. 55. vult aliquando inter omentum, & inteſtina

B colligi, ſed vtcumque colligatur, ſemper eſt ſub peritonæo, quia omentum ſupernatat inteſtinis, & eſt ſub peritonæo.

In tympanite verò, & aqua, & flatus inter eaſdem partes colliguntur, ſed longè maior copia flatus, quam aquæ colligitur. In anaſarca verò materia pituitoſa inter totius corporis partes exteriores, præſertim inter carnes col-

C ligitur, & hinc eſt, quod non modò abdomen, ſed & crura, & brachia, & reliquum corporis augetur.

In alijs verò duabus ſpeciebus ſolus venter inferior augetur, & ad tantam molem, vt admirationem pariat; natura igitur, & eſſentia ipſius cum ſit præter naturam, ab Auicenna, conſentiente Galeno, reponitur inter morbos magnitudinis adauctæ, modò totius corporis,

D modò ventris inferioris, nempe abdominis.

Contra quam tamen determinationem eſt ipſius Galeni ſententia dicentis lib. de diff. ſympt. cap. 4. hydropem eſſe ſymptoma actionis læſæ ipſius hepatis, nempe hęmatoſis. Verum nihil huiuſmodi obiectio facit aduerſus propoſitam definitionem, cum aliud ſit cõſiderare hydropem reſpectu effectus,

E quem in corpore producit, & aliud eſt conſiderare reſpectu ſuæ cauſæ.

Primo modo procul omni dubio eſt tumor corporis, aliquando totius, nonnumquam verò abdominis: at ſi conſideretur ratione iecoris primò affecti, negari non poteſt, quin ſit ſymptoma in actione præcipua iecoris læſa: non in-

con-

conuenit igitur, vt diuerſorum reſpectu appelletur morbus, & ſymptoma.

Conſideremus igitur hydropem, & vt morbus eſt, & vt ſymptoma actionis ſanguificandi læſæ: vt eſt morbus, ſuas cauſas habet, quæ à varia deſumuntur materia. Aſcitis cauſa eſt aqua; tympanitis eſt aqua, & flatus; anaſarcæ verò eſt pituita aquoſa; ab huiuſmodi enim materijs magnitudo totius corporis vitiatur, & ſic in anaſarca, aſcite, & tympanite abdominis quantitas ad immenmenſam molem extenditur, vt ſemper faciat tumorem ſecundùm magis, & minus auctum.

Sed cùm huiuſmodi materiæ, aut ſint humores quidam, aut ab humoribus ortum ducant, neceſſariò requiritur, vt & ipſi in eadem officina fabrefiant, in qua humores generantur; omnes autem medici, & philoſophi, quotquot tractarunt de humorum in corpore generatione, nemine diſſentiente, conueniunt iecur illud eſſe membrum, in quo humores generantur.

Cum autem humores ſub ſanguine continèantur, & ſanguinis nomine etiam appellentur, ſequitur, vt iecoris actio ſit ſanguificandi, hanc verò actionem egregiè, & perfectè celebrat, vbi nulla in ipſo adſit læſio, vbi verò læditur, recedit ab hac ſua recta ſanguinis generatione, vt quando nimium calefactum fuerit, aut refrigeratum.

Sed ne conteratur tempus, omnes dicunt, quod quando generatur in noſtro corpore aqua, aut flatus, vel nimia pituita, tunc hepatis temperies ad frigidum mutarur, & hæc eſt Galeni potiſſimùm ſententia 4. de ſimpl. med. facult. 15. 5. de locis aff. cap. 7. & alibi,

Ita vt duo colligere nobis liceat ex Galeni doctrina cap. 7. de locis aff. 1. primum eſt, quod in hydrope iecur afficiatur, neque poſſit fieri hydrops, niſi eo ipſo læſo, quare pars affecta eſt iecoris parenchyma.

Secundum eſt, quod lædatur ſemper ab intemperie frigida. Quare cum conſideremus hydropem, vt eſt ſymptoma, dicimus ipſum ab intemperie iecoris frigida, tanquam à proprio morbo prodire.

Multæ tamen excitantur hinc lites, quia nonnulli exiſtimant poſſe fieri hydropem abſque læſione iecoris, & adducunt authoritatem Galeni dicentis 3. de cauſis ſymptomatum 1. ventriculo læſo fieri poſſe hydropem. Itidem quando inteſtinum tenue, aut lien, vel renes, vel vterus in mulieribus facit hydropem, hydrops ſemper fit læſo iecore mediante læſione aliqua partium harum, vel immediatè per ſe ipſum, hoc eſt dictu, vel per conſenſum, vel per eſſentiam.

Alij è contra litem mouent aduerſus determinationē de intemperie frigida, & dicunt quandoque fieri poſſe à calida intemperie adducentes Auicennam, & Alexandrum.

Sed omnes decipiuntur, ſi rectè conſiderentur ea, quæ à Galeno ſcribuntur 3. de cauſ. ſympt. 1. nam vbi dicunt ventriculo læſo poſſe fieri hydropem, lienteriam, & huiuſmodi morbos, eſt, vt intelligatis iecur ipſum poſſe duobus modis lædi, per ſe primò, & ſecundariò, nempè ad læſionem aliarum partium; primo quidem modo poteſt refrigerari, quando vel obſtructionem, aut inflammationem, aut etiam ſcirrhū patitur, poteſt etiam, & ſine his refrigerari, vt cap. de debilitate ipſius intellexiſtis; & dicitur tunc iecur pati per primatiam affectionem.

Per ſocietatem autem, & conſenſum aliarumq; partium læſarum refrigeratur, eodem Galeno docente, quando vna, vel plures partes circumvicinæ læduntur; lien ſcirrho affectus non modò facit hydropem, ſed quod magis eſt, vt Auicennas lib. 3. fen. 14. tract. 4 cap. 4. ſcribit, etiam ventriculus, duodenum inteſtinum, & reliqua potiſſimum tenuia inteſtina, lien, renes, vterus, & reliquæ

cor-

corporis partes, ad quarum læſionem A læditur, & iecur ſecundùm magis, & minus pro partium diuerſitate, & affectuum intenſione, & remiſſione.

Quamuis igitur vna, vel plures, ex prædictis partibus lædantur, niſi tamen iecur ipſum afficiant, numquam poterit fieri hydrops; quare neceſſariò ſequitur, vt iecur in hydrope afficiatur, aut per ſe, aut per conſenſum, ſiue à toto fuerit, ſiue à partibus, ita Auiçennas lib. 3. ſen. B 14. tr. 4. cap. 4.

Tollitur, & ſecunda difficultas, ſi hoc modo conſideremus operationes caloris, & frigoris; calor quidem refrigerat iecur, vbi immoderatus eſt, humidum radicale ipſius, vel humiditates primas conſumens, quibus conſumptis calor naturalis emarceſcit, atq; extinguitur, eius pabulo deficiente; hoc enim modo Hipp. 2. prog. & Galenus 5. de loc. aff. C ſcripſerunt, in febribus magnis fieri hydropem, & à forti inflammatione; ideo enim immoderatus eſt calor extraneus, quia conſumit calorē iecoris natiuum.

Quæ autem calida ſunt extraneo calore, proprio frigent, vt dicebat Galenus, quam frigiditatem Altimarus appellauit priuatiuam, vnde Mercurialis duplicem facit in corpore frigiditatem priuatiuam vnam, alteram poſitiuam. D

Sed quidquid ſit de frigiditate, dico extingui calorem, & induci frigiditatem; nam vt idem docet Mercurialis, calor naturalis hepatis læditur, vel diminutè, aut abolitè, quia extinguitur.

Cum autem à caliditate extranea calor iecoris lædatur, hinc eſt, quod hydrops à quibuſdam dicitur fieri à caliditate; ſed decipiuntur; nam neceſſariò requiritur, vt iecur refrigeretur, aut per E ſe, quia intemperatur ad frigiditatem, aut per accidens quatenus calor ipſius labefactatur.

DE CAVSIS HYDROPIS.

Antequam ad cauſas recenſendas deueniamus, duo à nobis conſideranda ſunt; vnum eſt, quomodo in noſtro corpore aqua pro hydrope faciendo generetur? deinde qua ratione eadem aqua colligatur inter peritonæum, & inteſtina?

Ad primum non omnes Autores conueniunt; nam aliqui exiſtimarunt ex vaporibus fieri, non ſecus atque contingit in magno mundo, in quo vapores generantur, qui ad ſecundam regionem aeris eleuati condenſantur, & in aquam conuerſi deorſum cadunt, quod ſæpe in lacunis fieri obſeruatum eſt.

Sed huiuſmodi opinio, quæ fuit Stephani cuiuſdam Athenienſis pulchrè à doctiſsimo Mercuriali exploſa eſt, non ſecus atque Eraſiſtrati arbitrantis fieri aquam, quòd ſanguis venas penetrare non poſsit, quæ à Galeno 2. de facult. naturalibus diu iam reprobata fuit.

Modus autem generationis aquæ in noſtro corpore traditur ab eodem Galeno loco præcitato; ſed pluribus alijs in locis, ſanguis (inquit) in hepate generatur, tanquam in propria officina à calore commoderato, & ſecundùm naturam ſe habente, quando verò immoderatus eſt calor, tunc vel eſt in exceſſu, vel in defectu, ſi nimium quàm par ſit, excedat, tunc nimiam copiam bilis generat; ſi verò ſit in defectu, tunc tres gradus huius defectus, aut receſſus à ſua commoderatione aſſignantur.

In primo gradu, quia paruus eſt defectus, ſanguinem generat pituitoſum, qui per venas diſtributus facit cachexiam: ſi in ſecundo gradu fuerit, producit flatum: at ſi tertium gradum attigerit, aquam generat: aqua igitur generatur à calore iecoris imbecillo, & valdè languenti, infimus igitur calor iecinoris generat tres illas ſpecies, & differentias hydropis. Hoc poſito.

Cauſæ hydropis aliæ ſunt internæ, aliæ

aliæ externæ, quarum aliæ dici poſſunt materiales; aliæ efficientes. Materiales ſunt humores prædicti; nempe aqua, pituita, & flatus: efficientes verò aliæ ſunt mediatæ, aliæ immediatæ: immediata eſt intemperies frigida, mediata verò eſt calida, ſecundo de locis affectis cap. 8.

Sunt etiam plures aliæ, quæ referuntur ad ea omnia, quæ calorem naturalem diminuere poſſunt, vt nimius ſanguinis fluxus, ſiue ab vtero, ſiue aliunde proficiſcatur; aut è contra nimia retentio eiuſdem, vt quando menſes, aut hæmorrhoides immoderatè retinentur. Ex nimio eius fluxu, & immoderato vidimus inter alios infelicem quendam nautam incidiſſe in aſcitem, à qua tandem abijt.

At rurſus cauſa eſt inflammatio tam ipſius iecoris, quàm partium vicinarum, & apoſtema eiuſdẽ, vt etiam ſcirrhus, & obſtructio: Auicennas inter cauſas hydropis videtur collocare iecoris paruitatem.

Cauſæ efficientes exteriores ſunt in primis aer frigidus, craſſus, paludoſus, regiones, anni tempora ſimilia, & conſtitutiones aeris eiuſdem naturæ. Ab Hippocrate habetur 3. aphoriſmor. aph. 2. autumnum eſſe tempus, in quo hydropici plures fiunt.

Nimius etiam potus vini, aut aquæ niue refrigeratæ, vt idem ſcripſit Hippocrates libello de aere, aquis, & locis. Inter cibos omnes craſſi, & viſcoſi ſunt, eorumq; longus, & nimius vſus, qui frigidiores humores in corpore generant, & facilè in hydropem conuertuntur.

Feruntatriplicis, & lactucæ vſum nimium poſſe hepar refrigerare, & conducere ad hydropem. Sunt & venena frigida, quæ hydropẽ cauſare poſſunt, vt mandragora, cicuta, iuſquiamus, & quæ ſunt huius generis.

Habemus igitur modũ, quo aqua generatur in hepate noſtro, & quomodo ea efficiat hydropem, opus eſt, vt nunc

A conſideremus illud Galeni dictum 7. aphor. 5. videlicet, an in hydrope colligatur aqua, vbi perforatur omentum, quod Gal. dictum ſi rectè conſideretur, in homine non videtur vndequaque verum; nam omenti ſubſtantia cribri in modum exiguis foraminibus peruia eſt, ita vt nequeat continere aquam, vt hactenus obſeruatum eſt.

B Non poteſt igitur continere aquam, niſi dicamus ipſum innatare in aqua, atque totum in ipſa immerſum eſſe, ſiquidem cùm immediatè ſuper inteſtina poſitum ſit, & ſub peritonæo, neceſſarium eſt, vt ſi aqua in hydrope inter inteſtina, & peritonæum continetur, etiam omentum attingat; ſepe enim, & inteſtina, & omnia viſcera in hoc ventre inferiori contenta in hydrope, in aquam immerſa ſunt, vt innatare videantur.

C

DE SIGNIS HYDROPIS.

Symptomata, quæ ad cognitionem tanquam ſigna quædam attinent, etſi conſiderentur in actionibus læſis, excretis, & qualitatibus, ſeu affectibus corporis; alia tamen ſunt vniuerſalia, alia, quę particularem hydropis differentiam magis declarant.

D Ex prioribus, alia ſunt, quę hydropem in fieri demoſtrant, alia ipſum iam factũ, & cõſummatũ eſſe, & quędam, quæ hydropis initium oſtendunt, vt ſunt tumores leues circa pedes, quamuis non ſint proprium hydropis ſymptoma, quia ſolẽt etiam ſequi alios morbos, licet vt plurimum eueniant hydropicis, quare cum tumores laxi ſunt, & ſine dolore, paruipenduntur, neque curantur, &

E morbus augetur, qui tandem, vbi ad augmentum venit, magis tumeſcunt pedes, crura, fęmora, & abdomen.

Secundum ſignũ eſt color faciei mutatus ad albedinem mixtam cum quadam leui viriditate: & hęc duo ſunt ſigna iecoris lęſi.

Tertium ſignum eſt ſitis perpetua, & inex-

inextinguibilis, quæ in dies magis augetur: inappetentia aduenit: nec mirum eſt adeſſe inappetentiam ciborum; nam appetitus cibi, & potus à cauſis fiunt contrarijs, vt audiuiſtis in tractatu de inappetentia, & ſiti immoderata.

Quartum ſignum eſt anhelitus, & ſpirandi difficultas, quia cum venter augeatur, comprimitur ventriculus, & iecur, à quibus & diaphragma cõpreſſum reſpirationem reddit difficilem. Difficultatem ſentiunt, & pigritiam, quando inflacto eſſe eſt in toto corpore.

Triſtes ſunt ægri animo; febricula ſæpe tentantur, nõnunquam etiam tuſſi exigua, atque ſputo. Vrinæ, quę minguntur, paucæ ſunt, & rubicundæ: paucæ quidem, quia colliguntur in ventre; rubicunda quoque, quia ſeparari à ſanguine vix poſſunt à virtute iecoris debili.

Hinc apparet deceptos illos eſſe, qui exiſtimant ex tinctura, & rubedine vrinæ arguendam eſſe iecoris caliditatem. Pulſus hydropicorum in genere velut vndoſus eſt, & aliquando vermicularis 2. de præſagitione ex pulſibus cap. 9. & hæc ſunt vniuerſalia ſigna.

Ex particularibus quędam ſunt, quæ anaſarcam potius, alia aſcitem, & alia tympanitem nobis patefaciunt: ſignum anaſarcæ eſt totius corporis albedo: inſuper ſi omnes corporis partes tumidæ ſint, & molles, & ſi comprimantur digitis, remaneat fouea, pręſertim in cruribus, & pedibus. Pulſus eſt mollis, & vndoſus, 4. de cauſis pulſuum 24. Vrina alba eſt, & ferè lactea.

Aſcitis ſigna ſunt ventris ingens tumor, qui ſi tangatur manibus, comprimaturque, ſentitur quidam rumor aquę: ſi ad latera reuoluantur, percipitur fluctuatio quędam: vniuerſum corpus emaciatur, cutiſque vbique tenſa videtur, pręſertim circa collum, & iugulũ: membra omnia frigent; torpet corpus, ſitis eſt inexhauſta, & implacabilis; fęces paucę redduntur, & cum difficultate: vtrinę paucę, & rubicundæ: pulſus ſubdurus, ac tenſus, & paruus, 4. de pręſagitione ex pulſibus cap. 4. de cauſis pulſuum citato, cap. 24.

A

Tympanitis quoque ſuis indicijs diſtinguitur; nam tumor ventris apparet inſignis quidem, ſed non adeo quemadmodum in aſcite, rotundus tamen magis; ſi percutiatur ſonum facit tympani in modum, vnde aſſumpſit nomen, nec ſupino iacente ęgro venter ad latera cadit, vt in aſcite; in inteſtinis ineſt rugitus Pulſus in hoc hydrope ſubdutus quidem eſt, & tenſus, celerior, & minus imbecillis, quàm in aſcite.

B

Sed quoniam dictum eſt alium eſſe hydropẽ per eſſentiam in iecore; alium per conſenſum ab alijs partibus, ideo ſi vultis diſtinguere haſce differentias, ad proprias partium læſarum affectiones recurrendum eſt, ex quibus facilè has differentias diſtinguere poteritis.

C

DE FVTVRO EVENTV *Hydropis*.

QVi rectè euentum hydropis prædicere velit, illam vniuerſalẽ regulã de comparatione morbi vehementiæ, & robore virium, quæ ſemper eſt neceſſaria, attẽdere debet, nec nõ oportet conſiderare differentias hydropis, eaſq; inter ſe comparare; nam (vt dictum eſt) tres ſunt, nempè aſcites, tympanitis, & anaſarca, in quibus nec omnes Medici inter ſe conueniunt, cum alij dicant anaſarcam eſſe difficilis curatiois, alij aſcitem, & alij tympanitem.

D

Secundò animaduertere eſt opus naturam illius, qui hydropem patitur, robur, atque debilitatem. Tertiò cauſas, & partes affectas conſiderare oportet, & demum ſymptomata ſuperuenientia.

E

Tempus etiam facit ad prædictionẽ; nam hydrops alius eſt recens, alius antiquatus. Differentiæ igitur conſiderandæ ſunt, quia Aetius libro 10. cap. 20. putauit tympanitem cęteris omnibus

curatu eſſe difficiliorem; deinde aſcitem; tertio loco anaſarcam. At Auicennas 15. fen. 3. libri tractatu primo ſcripſit aſcitem primò, deinde anaſarcam, denique tympanitem eſſe difficilis curationis.

Alij verò ſunt, qui aliter ſentiunt, verum enimuero cùm dictum ſupra à nobis ſit aſcitem fieri ex maiori iecoris frigiditate; nam quò morbus magis recedit à ſtatu naturali, eò peior eſt cenſendus, atqui cum talis ſit aſcites, longè cæteris periculoſior, & ad curandum difficilior cenſeri debet; deinde anaſarca, ac demum tympanites, itaut minus periculi afferat tympanites, ac cæteris omnibus, & faciliùs curari poſſit; deinde anaſarca, tandem omnium periculoſiſſima, & curatu difficillima ſit aſcites, & vt vno verbo concludam, omnes hydropes ſunt difficillimæ curationis, & ſæpe ad mortem vſque comitantur, licet dicantur faciliores, & difficiliores reſpectu naturæ, cui eueniunt; cùm ægri aliqui ſint, qui faciliùs tædia, & labores contingentes in hoc morbo ſuſtinere poſſint.

Inter incommoda hydropicorum primum, & vehementius eſt ſitis, à qua aliquando cruciantur, vt potius mori eligant, quàm ſitim adeo validam ſuſtinere, vt de illo legitur apud Cornelium Celſum libro 3. cap. 21. qui dum à medicis curaretur, cui iuſſerant ab omni potu, vt abſtineret, cumque nihil ad manus eſſet, quo ſe ſatiaret, non modò bibit propriam vrinam, ſed etiam fœces liquidas, quod poſt mortem ipſius obſeruatum fuit.

Alij verò magis magnanimi exiſtentes eam faciliùs tolerant. Memini me vidiſſe mulierem quandam Bononienſem nobilem per integrum annum ab omni potu abſtinuiſſe, atque à magna aſcite fuiſſe tandem liberatam.

Celſus loco præcitato conſiderans hominum naturam dicebat ſeruos aptiores eſſe ad huiuſmodi grauia tædia perferenda, ſed ſiue ſerui, ſiue domini ſint, opus illis eſt, vt parent ſe ad ſitim vehementiſſimam ſuſtinendam, quam delicatiores vix ferre poſſunt; atqui cum nobiles vt plurimum ſint tales, ideo dicebat Galenus 10. methodi med. & 2. de medicam. localibus, longè difficilius curari diuites, quàm pauperes, & ratio eſt, quia hi faciliùs cogi poſſunt ad tolerandum huiuſmodi labores.

Sed exiſtimo ego eos eſſe faciles ad curandum, qui promptè obſequuntur mandatis medicorum: ſed antiquarus hydrops quocumque in ſubiecto fuerit, ſi præcipuè per eſſentiam iecur ſit læſum, aut ſcirrho affectum, nullo medicinæ ingenio curari vnquam poterit, quamuis in corpore robuſto hydrops quandoque curari poſſit, & præcipuè tympanites, ex Auicenna 23. cap. tract. 4 fen. 15. lib. 3.

Symptomata tandem ſuperuenientia futurum euentum hydropis declarant, inter quæ fluxus eſt alui, de quo Hippocrates lib. 6. aphoriſm. 29. dicebat, qui leucophlegmatia detinetur, ſi illi fortis fluxus alui ſuperueniat, à morbo liberatur.

Hic notandum eſt opus eſſe, vt hydrops ſit anaſarca, ſeu leucophlegmatia deinde quod alui fluxus ſit fortis, ſeu validus, ex quo ſcilicet euacuetur pituita. At alia ratio eſt de aſcite, quæ vbi eſt in fieri, & alui fluor ſuperueniat, bonum eſt, quia non permittit aquam colligi, ſi aqua è venis in ventrem defluxerit, à morbo liberatur, 6. aphoriſm. 14. hoc eſt, ſi aqua è venis exeat, & ad inteſtina feratur, non permittit fieri hydropem. Sed vbi iam factus eſt, alia eſt ratio; ſignum enim exhibet mortis proximæ futuræ.

Aliud ſymptoma eſt tuſſis, de qua Hipp. 6. aphoriſm. 30. vbi dicit, ſi hydropi tuſſis ſuperueniat, malum. Deinde inquit, ſi contingat euenire tuſſim, hydropicum deſperatum eſſe: ad hoc vt tuſſis ſit mala, neceſſe eſt, vt hydropico ſuper-

ſuperueniet ratione hydropis, non alia de cauſa, ita vt adeo adaucta ſit aqua, vt attingat aſperam arteriam, quod docet Galenus in 3. aphoriſm. comment. 3. ſupra citati: his igitur perſpectis poterimus verum afferre de hydropis futuro euentu iudicium: hæc de prognoſticis.

PROPONVNTVR, ET SOLVVNtur duo quæſita.

ANtequam ad curationem deſcendamus, iudicaui non eſſe inutile inueſtigare primùm loca, per quæ aqua genita in parenchymate hepatis transferatur in capacitatem ventris inferioris, videlicet inter inteſtina, & peritonæum.

Deinde inueſtigándus eſt modus, quo exit; nam quæcumque continentur in venis, quatuor modis ex Galeno exire poſſunt: vnus eſt, qui dicitur per anaſtomoſin, ideſt apertionem vaſorum: ſed hic modus eſt potiùs ſecundùm naturam; quia ſic ſanguis exit per apertionem oris cuiuſque venæ.

Secundus modus eſt diapedeſis, hoc eſt, tranſcolatio, quæ fit per ſubſtantiam venæ, eo modo, quo materia fluxibilis per pannum excolari ſolet.

Tertius modus vocatur à Græcis diæreſis, quæ eſt in duplici differentia: alia enim fit à cauſa interna, quæ anauroſis dicitur; alia ab externa, vt cum fit à telo ſcindenti, & dicitur diæreſis, ſeu ſectio: & iſti ſunt omnes modi, per quos humores à ſuis conceptaculis exire conſueuerunt.

Quod attinet ad primum, Authores omnes ſunt valde incerti; nam alij dicunt, vt Auicennas, eſſe venas vmbilicales; Fernelius verò libro 6. de partium morbis, & ſymptomatibus cap. 8. ſcribit non poſſe huiuſmodi aquam collectam in iecore in abdomen ferri per vias latentes, non tamen declarauit, per quas vias trāſfūdatur hæc materia aquoſa in abdominis capacitatem, imo verò

A nec Auicennas, nec Mercurialis.

Sed Auicennas videtur determinaſſe duo loca, hoc eſt, vel per venas meſeraicas, vel per venas vmbilicales: primo modo dicebat hanc aquam exire per ſemitam ſciſſuræ aliquorū meatuum deferentiū chylum, at nō poteſt fieri ſciſſura, niſi ſoluatur continuum, vel à cauſa interna, aut externa, vt antea dicebamus, quare non fuit Fernelius primus,

B qui inuenit hanc viam per ſectionem, aut eroſionem factam.

Differt verò Auicennas à Fernelio, quod velit hanc aquoſitatem ferri in magnam abdominis capacitatem, dum à ventriculo ſimul cum chylo ad iecur per meſeraicas fertur, quæ Auicennæ opinio ſi admittatur, erit dicendum etiam aſcitem ſine hepatis læſione fieri, quia aquoſitas hæc non generatur in

C hepate, ſed in ventriculo: quare hæc opinio Auicennæ aduerſatur omnibus medicis affirmantibus non poſſe fieri aſcitem ſine iecoris læſione, ad hoc igitur, vt feratur aquoſitas in abdomen, non poteſt ferri per venas meſeraicas.

Vtrum modò per vaſa vmbilicalia aquoſitas hæc à iecore duci poſſit in abdomen, ingens difficultas exiſtit. Equidem puto eſſe id omninò falſum. & li

D cet Maſſarias ſcribat in corpore adulto vaſa ſeminalia eſſe exiccata, atq; ideo nullo modo per ea poſſe tranſmitti aquam, & Mercurialis ſcribat modum hunc ſpectare ad mulieres vtero gerentes, parcat tamen mihi vterq; Author; nam ambo allucinati valde ſunt.

Et primò errat Maſſarias, qui etſi verum dicat venam poſt ortum in nobis exicatam eſſe, vt vix conſpici queat; ni-

E hilominus non tollitur, quin ſit vena, & habeat capacitatem, ita vt à nimia aquę humiditate dilatari, & aperiri poſſit, vt aquam omninò in ſe non admittat, quod de vaſis vmbilicalibus pulchrè Auicennas expreſſit, vbi dixit eadem in hoc caſu dilatari, aperirique, & valdè latiora fieri, quàm eſſent in primo ſuæ gene-

 ratio-

rationis principio.

Fieri igitur poteſt, vt vena vmbilicalis, quæ vnica eſt ſemper in homine, dilatetur, atque recipiat à iecore aquam, ſed nunquam permittet eandem aquam cadere ad cauitatem ventris; niſi ipſius ſoluta continuitate, aut nimium dilatata, non per oris ſui apertionem, quia tunc per vmbilicum aquam exiret, nec faceret, hydropem: hic modus ſanè eſt poſſibilis, ſed rariſſimè contingit; imò à nullo, quem ſciam, hactenus obſeruatus fuitt.

Quod ſpectat ad Mercurialem dicentem modum hunc ad mulieres vtero gerentes attinere, dico, quod non eſt maior ratio de vtero gerenre, quàm de non gerente; nam vaſa vmbilicalia ſunt in duplici differentia; alia enim, quæ in nobis, dum vtero gerimur, fiunt, & conſtant in humano fœtu ex vna vena, & duabus arterijs, ortum ducentibus à placenta, quam Iulius Cæſar Arantius appellauit iecur vterinum, vnde tranſeunt per foramen factum tam in membrana amnios, quàm corion dicta, quæ fœtum inueſtiunt.

Quæ vaſa ita denudata extra fœtum exire nõ erat tutum longo itinere, proinde natura eis duplicem tunicam dedit, vt veluti inteſtino inuoluerentur, & re vera videntur conſtituere inteſtinulum quoddam (quod obſeruant aliquando mulieres collo infantis circumuolui, cùm praua quædam augurantur) & ita ad vmbilicum vſque perueniunt, & iſtud eſt vnum genus vaſorum vmbilicalium, quod nobis adhuc in vtero exiſtentibus ſeruatur.

Alia verò ſunt vaſa vmbilicalia, quæ apparent nobis extra vterum productis, conſtantia ex duabus venis, & duabus arterijs, & vrachos vocatur, qui à fundo vmbilici enatus ſurſum ad vmbilicum terminatur; arteriæ verò duæ ad arteriam magnam terminantur, vena verò ad vmbilicum deorſum deſcendit, & in ipſum definit.

A Vrachus in brutis animalibus perforatus eſt, & dum vtero gerunt, vrinam per hanc partem tranſmittunt: hæc omnia dicũtur vaſa vmbilicalia, quæ licet exiccentur, non poſſunt producere hydropem, quare vaſa vmbilicalia quæcumq; fuerint, nec in vtero gerentibus, nec extra vterum apta ſunt hydropem generare, vt Mercurialis dicebat.

Sed cum nullus ex prædictis Autoribus expreſſè locum aſſignet, per quem
B in aſcite à iecore ad ventris amplam cauitatem inter inteſtina, & peritonæum aqua deſcendat, opus eſt videre, an ex Gal. & Hippoc. aliquam viam reperire valeamus, quod certè non eſt abſonum.

Nam dictum eſt aquam in iecoris parenchymate generari loco ſanguinis ob caloris naturalis inopiam, humoriſque abundantiam, quare materia aquea co-
C pioſa ſimul cum chylo per portam ad iecur deponitur mediantibus ſuis ramulis ad iecoris ſubſtantiam diſſeminatis, atque in ipſam terminantibus, & conuertitur loco ſanguinis in aquam, quæ vbi genita eſt, partim cum ſanguine in venam cauam tranfunditur, partim per poros carnis ad membranam tranſcolatur à natura tamquam imbecilli derelicta, quæ vel reperit membranam obuoluen-
D tem iecur craſſam, & duram, vel nimium attenuatam, vel exeſam.

Si primo modo, hoc eſt, membrana obuoluens iecur admodum ſit craſſa, & dura, & copioſior aqua, fiunt illæ veſiculæ idatides appellatæ in membrana: atqui ſi rara fuerit membrana tranſcolatur aqua per tranſudationem in abdominis cauitatem; non ſecus atque ſerum à dextero ventriculo cordis ad ipſius capſulæ cauitatem deſcendit, nempe
E per diapedeſin, hoc eſt tranſcolationẽ.

Si verò hæc ipſa ſciſſa, vel eroſa fuerit, ſoluta ipſius continuitate, efficitur aſcites; ſed cum quadam differentia; nam vbi membra dilatata ſolùm fuerint, ſenſim, & paulatim, longoq; temporis progreſſu ſit aſcites; at vbi iam ſoluta ſit cõtinui-

tinuitas, fit de repente, & breui tempore: hęc ſint de vijs, per quas in abdomine colligitur aqua præter naturam, & de modo collectionis.

DE CVRATIONE *Hydropis in genere.*

IN curatione affectionis propoſitæ, quædam ſunt communia omnibus ſpeciebus hydropis, alia verò ſunt magis propria vniuſcuiuſq; ſpeciei. Communis curatio eſt euacuatio tam ſenſibilis, quàm inſenſibilis materię contentæ in abdomine, & in cæteris partibus totius corporis. Senſibilis quidem euacuatio efficitur tam per infernas, quàm per ſupernas partes, quandoque etiam per cutem ad habitum corporis internis, & externis præſidijs; aliquando etiam educitur materia per inſenſibilem viam diaphoreticis, & exiccantibus medicamentis: & in hoc conueniunt omnes hydropis differentiæ.

Conueniunt etiam, quia in omnibus tollenda eſt intemperies iecinoris frigida, illudque corroborandum eſt, vnde oportet euacuare materiam, auferreque iecoris intemperiem, tanquam cauſam fouentem, & ipſum ad priſtinam naturam quãtum fieri poteſt, reducere.

Omnes ſcriptores de hydrope tractantes conueniunt in hoc indicante, in auferenda nempe aqua, aut flatu, aut pituita, ſed non videntur mihi declarare ſatis, an primò incumbendum veniat euacuationi, an verò tollenda ſit cauſa.

Cum enim ſimus in duplicato morbo, aut vt melius loquar, in morbo compoſito, quorum vnus habet rationem cauſæ; alter verò rationem effectus, ordo curationis videtur, quod vbi nullum ſit vrgens, curatio fiat primò per cauſæ ablationem, at ſi adſit vrgens, illud auferatur, quandoque ſolum, nonnunquam verò ſimul cum alijs morbis.

In propoſito igitur caſu cum nihil ſit, quod vrgeat, opus eſt, vt in primis tol-

A latur morbus, à quo tamquam à cauſa tumor abdominis, & totius corporis proficiſcitur; ſed quoniam morbus, hoc eſt, intemperies iecoris frigida ſuas, & ipſa habet cauſas, antequam tollatur, opus eſt in primis cauſas auferre, quę ſunt humores frigidi, & pituitoſi in corpore exiſtentes, deinde intemperies tollenda, & poſtea euacuandus eſt humor, qui in corpore reſidet.

B Ordo igitur curationis is eſſe debet, cum verò omnes differentiæ hydropis communiſſimam habeãt cauſam, quę eſt intemperies frigida iecoris, communiſſimum etiam debent habere remedium, quod cauſam facientem intemperiem frigidam tollant, idque conſiſtit in euacuatione humoris frigidi, qui quidem euacuatur per inhibitionem nouæ generationis ipſius, & per euacuationem C illius, qui iam genitus eſt, & ad iecur fertur: inhibemus ipſius generationem per victus rationem, quæ, & exiccandi, & calefaciendi facultatem habeat.

Ad victum igitur rectè inſtituendum, quatuor capita à nobis ſæpè propoſita conſiderare oportet, nempe ea, quę aſſumuntur à nobis; ea, quæ facimus tam corpore, quàm animo; ea, quæ euacuantur à nobis, aut retinentur; & ea, quæ D extra noſtrum corpus alterant.

Incipiamus ab hoc poſtremo capite. Inter ea, quæ noſtrum corpus alterant, eſt aer, qui ad caliditatem, & ſiccitatem vergere debet, quiq; ſerenus, & ſine vento eſſe debet; nihil enim eſt, quod æquè hydropicis noceat, ac faciat aer craſſus, & frigidus, Alexandro Tralliano docente, qui ſi talis non ſit à natura, induſtria noſtra alterari poterit ignibus excitatis, E aut aromatum ſuffitibus.

Lectus, in quo decumbunt, non debet eſſe admodum mollis, præcipuè ijs, qui anaſarcam patiuntur, ſubſternique poſſunt herbæ, quæ exiccandi facultatem habent, vt

Calamenthum.

Agnus caſtus,

Vitex,
Origanum,
Pulegium,
Satureia,
Saluia,
& huiuſmodi.

Aliquando in arena decumbant.

Aquæ quoque aluminoſæ, ſulphureæ, aut ſalſæ valent, quibus lauandi ſunt ij, qui anaſarcam patiuntur.

Secundum caput, quod reſpicit retenta, verſatur circa excrementa, potiſſimùm inteſtinorum, ideo opus eſt, vt aluus lenis, vel natura, aut arte ſeruetur, & ſi nimis fluar, vt contingere ſolet, ſupprimatur.

Tertiũ caput, quod ſpectat ad ea, quę facimus, dirigit motum corporis, & animi, ideo exercitium laudatur, his qui validam virtutem habent: iuuat motus, qui fit per mare, equum, lecticam, & currum: confert quandoque currere, & celeriter ambulare, niſi ex tumore adſit reſpirandi difficultas: ſub ſole tempore æſtiuo ambulare capite probè tecto ad ſudorem vſque prodeſt.

At vbi non poteſt æger deambulare, frictiones maximè conferũt ad brachia, ad dorſum, ad crura, quia meatus aperiunt, humores extenuant, diſcutiuntque. Aſclepiades gloriatus eſt, quod ſolis frictionibus hydropicum curaſſet.

Somnus moderatus eſſe oportet, vigiliæ longiores, animi vehementes affectiones ad iram ducentes valent; non autem ad triſtitiam, & mærorem mouentes.

Ad poſtremum caput faciunt alimenta, & potus. Materiæ alimenti mediæ ſint, oportet, & quę coquantur facilè exiccandique facultatem habeant.

Panis igitur clybanites eſt optimus, qui ſalem habeat, fermentatuſque ſit, aniſatus, aut fœniculoſus, aut alia ſimili materia conditus.

Inter carnes, aues montanæ, perdices iuniores, non autem, vt dicebamus cap. de obſtructione, per diem aeri ex-

A poſitæ; ſed ſtatim aſſatæ, turtures quoque, turdi, merulæ, alaudæ, coturnices, pulli columbarum, & reliqui minuti paſſerculi aſſati, & rebus aromaticis cõditi. Ex manſuetis, pulli gallinacei aſſi. Aliqui proponunt pedes ſuum, ſed magis agreſtium, aut ſylueſtrium.

Sunt, qui inter quadrupedum carnes multum commendent macilentas; non pingues ceruinas, aprinas, leporinas,
B aliquando aſſatas, nonnunquam verò elixas concedunt, ſed aromatis conditas, cum tamen mihi non probentur, niſi ea, quæ boni ſucci ſint, & facilis coctionis, quia vires tunc imbecillæ exiſtunt, nec poſſunt alterare difficilia concocta, atq; hac ratione cibus debet eſſe paucæ quantitatis.

Inter bellaria paſſulæ, &
Amygdalæ amarę probantur.

C Oua quoque recentia paulò duriora non reprobantur.

Pro potu aqua euitanda eſt, vinum oligophorum album, tenue conceditur, & in pauciſſima quantitate. Vinum quoque de abſynthio. Si aqua eſt concedenda cum ea ebulliri debent, vel
Liquiritia, vel
Cinnamomum, aut
Aniſum, aut
D Coriandrum.

Quantum tamen fieri poteſt, abſtineant à potu; nam qui ſibi vim fecerunt, abſtinueruntque ab omni potu, ipſi liberati ſunt ab hydrope, quod apud Plinium videre poteſtis de illo Equite Romano, qui interdixit ſibi omnem potum, quemadmodũ ſupra exemplum habuiſtis de illa nobili Bononienſi.

E Hæc eſt communis regula omnibus hydropicis conueniens, ſed de particulari vniuſcuiuſque curatione ſatius eſt, pertractemus exorſi ab illa, quam anaſarcam, aut hypoſarcam appellauimus, ſed quoniam in curatione huius adminiſtranda veniunt omnia inſtrumenta, agemus primò de Chirurgia.

DE

DE CVRATIONE ANASARCAE per Chirurgiam.

IN chirurgico inſtrumento adminiſtrando, non omnibus eadem eſt ſententia; nam etſi ſcriptores omnes practicantes faciant hanc conſiderationem, nempe quando in mulieribus menſes ſuppreſſi ſunt, aut in aliquibus hæmorrhoides retinentur, quarum cauſa hydrops procreatur, deueniendum eſſe ad ſanguinis miſſionem, à talo, ſeu (vt dicunt) à vena ſaphena malleolorũ; nihilo minus dubitant, vtrum in alio caſu præter iam dictos mittendus ſit in anaſarca ſanguis.

Aetius, qui lib. 11. tribus poſtremis capitibus curationem diligenter proſequitur, ne verbum quidem de ſanguinis miſſione habet, quare multi ſectantes ipſius doctrinam, nixi ſunt probare non eſſe ad huiuſmodi auxilium deueniendum, moti etiam authoritate Galeni libro de curatione per ſanguinis miſsionem cap. 4. & de tuenda valetudine, quia abundant in corpore crudi humores, quemadmodum præcipuè apparet abundare in anaſarca.

Quare reſpondet Mercurialis huic quæſito ex Galen. 3. de tuenda valetud. cap. 4. quod idem ante ipſum cõfirmat Forettus lib. 19. obſer. 34. obſeruandos eſſe humores crudos, qui vel multum crudi ſunt, aut parum, vel proximi exiſtunt naturæ ſanguinis.

Si primo modo, inquit non eſſe deueniendum ad ſanguinis miſsionem, quia vbi tales ſint humores, vires ſemper sũt infirmæ, atque inualidæ, non potentes ſuſtinere tale auxilium. At ſi parum ſunt crudi, ſanguiſq; pituitoſus ſit in maxima copia, periculum eſt, ne ſua multitudine opprimat vires, caloremque ſuffocet ea ratione, qua obſeruamus multa ligna viridia igni pauco impoſita ipſum ſuffocare, ad quorum ablationem recreatur ignis, & accenditur.

Ita quoque ex euacuatione ſanguinis A crudi nimium copioſi contingit calori innato, vt recreetur, & reuiuiſcat, ſed cùm humores non admodum propinqui ſint naturæ ſanguinis, ſanguis in pauca copia eſt mittendus, vbi verò magis appropinquet naturę ſanguinis in maiori quantitate detrahi poterit.

Vnum hic notatione dignum occurrit, & eſt, quod omnes ſcriptores concludunt nunquam in aſcite, aut tympa- B nite mittendum eſſe ſanguinem, quare aduerſus illos, qui tenent à magnitudine morbi indicari ſanguinis miſſionem, obijcit ille aſcitem, qui magnus eſt morbus, & tamen nullus dicit in eo eſſe mittendum ſanguinem.

Cuius opinionem non potens perferre Maſſarias, qui pertinaciter ſuſtinere contendit magnitudinem morbi eſſe in dicans ſanguinis mittendi, reſpondet C non debere mitti ſanguinem in aſcite, quia vires non valent, quod ſi valerent, magnitudo ipſius indicaret miſſionem ſanguinis.

Sed vbi adeſt crudorũ humorũ, & ſeri copia, nequit eſſe robur virium; nã fundamentum ipſarum eſt bona partium ſimilarium, in qua vires reſident, nutritio: vnde ſi non benè nutriuntur, nec vires etiã valere poſſunt; at vbi adeſt co- D pia crudorũ humorũ, ibi non poteſt fieri nutritio, nec ergo robur virium ineſt.

Contingere enim ſolet, vt in aſcite, aut tympanite adſit cum magnitudine morbi ætas florens, non tamen vnquam adeſſe poterit virium robur; nam quamuis ætas florens, vt plurimùm ſit ſignũ roboris viriũ, nihilominus in hoc morbo falſum eſt, quare ego dicerem aſcitem eſſe magnum quidem mor- E bum, ſed qui ſuapte natura non poteſt admittere ſanguinis miſſionem; ac proinde nec indicans, nec permittens in eo reperiri.

Concludamus igitur in aſcite, & tympanite non eſſe ad ſanguinis miſſionem deueniendum; in anaſarca verò tam ex retentis menſibus, quàm ex ſuppreſſis hæ-

hæmorrhoidibus, ita, ſi adſit crudorum humorum cum ſanguine ingens copia, quæ parum, aut nihil à natura ipſius ſanguinis recedat.

DE CVRATIONE ANASARCAE per Pharmaciam.

ACcedamus ad aliud medicinæ inſtrumentum, videlicet ad pharmaciam, cui duobus modis ſatisfieri poteſt, primò euacuando tam materias communes, aut vniuerſales, quàm particulares ſub cute exiſtentes; ſecundo modo corroborando iecur, quibus indicationibus ſemper, in omni ſpecie ſatisfaciendum eſt.

Euacuamus autem primò illas materias, quæ in ventriculi cauitate exiſtunt, primis vijs, & inteſtinis, vel vomitorijs, vel lenitiuis, vel clyſteribus, ex Aetio lib. 10. cap. 32. qui pinnulis oleo illitis, aut digitis ad tonſillas vſque immiſſis, prouocandum eſſe vomitum præcipit. Equidem vomitorio deſcripto ab Amato Luſitano cent. 7. curat. 97. vti conſueui.

℞. Ellebori nigri
Seminis anethi
cumini ana vnc. ß.

Bulliāt in tribus libris aquæ fontis, & fiat decoctio ſecundùm artem, &

℞. Huius aquæ lib. ij.
Rhodomellis vnc. ij.
At præſtantius eſt oxymel.
Miſce pro vnico hauſtu.

Inter alia vomitoria probatur etiam illud à Nicolao deſcriptum, quod vomitiuum Patriarchæ appellant.

℞. Rad. thapſię vnc. iv.
Sem. carthami drach. ij.
Cinnamomi
Aſari
Cataputiæ ana drach. i.
Fiat pul. ſubtil. & cum
Melle, quantum ſufficit, fiat elect.
Doſis ſit ad vnc. ß.

Nota hic, quod cataputia duplex eſt, A maior, & minor: prima dicitur ricinus; altera dicitur lathyris: vtraq; facilè cognoſcitur, & ad vomendi vſum valet.

Sed ex præcepto Auicennæ in anaſarca parum vtiles ſunt clyſteres, cùm materia ferè omnis ſit ad habitum corporis, in alijs verò duabus differentijs eſt in abdomine, ideo ſatius eſt aliquod lenitiuum medicamentum preparare.

Inter hæc laudatur maximè hiera B ſimplex Gal. vel ſola, vel alijs admixta ab Alexandro, & ab Auicenna, quod non modò euacuare ſit apta humiditates ſuperfluas abſq; læſione humiditatum naturalium, ſed etiam quia intemperiem iecoris frigidam tollit & membrum corroborat. Cuius doſis eſſe poteſt vſque ad vncias duas.

De rhabarbaro verò ſcribit hoc loci Maſſarias illius vſum non conuenire, eò C quod educere bilem ſit natum, & in his affectibus aqua, & pituita educenda veniant. Qui locus Maſſariæ ſine admiratione legi non poteſt, cùm ipſemet ibidem ſcripſerit ducere non ſolum bilioſum humorem, ſed pituitoſum etiam.

In hoc caſu rhabarbarum conceditur non modò ad pituitam educendam, ſed etiam ad tollendas obſtructiones, quæ plures ſunt circa venas iecoris, tam in D caua, quàm in gibboſa ſui parte contentę, quibus rhabarbarum egregiè opitulatur.

Succedit, quod rhabarbarum inter alia medicamenta, quæ poſſunt iecur corroborare, non poſſidet vltimum locum, vnde videmus aliquos ex ſola rhabarbari maſticatione liberari ab obſtructionibus multis, quod Euſtachius Rudius etiam animaduertit lib. 2. cap. 16. E De hydrope hoc loci eſt, vt animaduertatis, quod vbi tollendæ ſunt hepatis obſtructiones, rhabarbarum infundi debet, vt bilis educatur, & vbi tollendæ ſunt materiæ craſſæ, vtendum eo eſt in ſubſtantia, de qua re poteſtis legere mea Miſcellanea decade octaua tract. 2.

Poteſtis inſuper ad leniendam aluum in

in hoc caſu, tali vti medicamento.

Sub forma boli.

℞. Electuarij lenitiui,

Diacathol. cum duplici additione rhabarbari.

Hieræ ſimpl.

Cum ſaccharo, quantum ſufficit, fiat bolus.

Lenita aluo, præparandi ſunt humores, quod multis materijs præſidiorum effici poteſt; nam multi ſyrupi, ac multę decoctiones ſunt, quibus attenuare, ac incidere ipſos humores poſſumus, inter quos eſt.

Syrupus de eupatorio,

Oxymel. compoſ.

Syrupus byzantinus,

Rhodomel. comp.

Syrup. de bettonica,

Succo bettonicæ,

Praſſio.

Mihi magis placet huiuſmodi ſyrupi ſoli accepti in hoc caſu, quam cum decoctionibus; ſed debent eſſe in ſatis notabili quantitate, ad vnc. iij. ad minus, vt poſſint ad iecur peruenire.

Si vultis decocta, multa deſcribuntur à doctiſſimo Mercuriali facta ex

Eupatorio,

Cuſcuta,

Scolopendrio,

Origano, &

Rad. quinque aperitiuis.

Quibus admiſceri poſſunt ſyrupi, ſed (vt dixi) potiùs exhibeo ſyrupos præparantes ſine aquis, & decoctionibus.

Aliud præparans.

℞. Syr. de calamentho

Mentha ana vnc. j.

Trochiſc. de abſynthio

Agrimonio ana drach. ß.

Primò accipiantur trochiſci, deinde ſuperbibet ſyrupum.

Vbi præparati fuerint humores, educendi ſunt medicamentis idoneis ſub forma boli, aut potus, vel decoctionibus ad modum, & conſuetudinem practicantium, vt

A ℞. Cort. myrobal. chebul.

Radicis apij,

Petroſel. ana vnc. ß.

Fol. cuſcutę,

Cetrach,

Eupatorij ana manip. ß.

Florum cordial. p. ß.

Fiat decoctio S. A.

Vel

℞. Fol. cuſcutæ

B Eupatorij

Cetrach. ana m. ß.

Rad. thapſiæ drach. ß.

Fiat decoctio ſecundum artem, &

℞. Huius decoct. vnc. iv. infunde S. A.

Rhabarb. electi maturi ſ. p.

Agarici trochiſcati ana drach. j.

Cinnamomi grana v.

Infunde per duodecim horas, factaq; forti expreſſione diſſolue.

C Diacatholici vnc. i.

Mell. roſ. ſol. vnc. iv. fiat potus.

℞. Diacarthami,

Diaphœnici,

Diaturbith ana drach. iij. vel vnciam ß.

Cum ſaccharo fiat bolus.

Pilulæ.

℞. Pil. ſabellicarum,

Alephang. ana drach. j.

D Trochiſc. alhandal ſcrup. ß.

Cum melle roſato fiant pilulæ num. vij. & aurentur. Vel.

℞. Pil. ſabellicarum drach. ij.

De nitro Alex. ſcrup. i.

Fiant pilulæ numero vij. aurentur.

Sed quia vnica purgatione non poſſumus habere intentum, denuò eſt opus alterare, ſeu præparare prædictis ſyrupis per aliquot dies, ac inde repetere medicamentum, quod validius ſit prędicto,

E addentes vel

Hieram logadij, aut

Electuarium indum ſiue maius, ſiue minus ſit.

Diaphœnicon.

Et quæ ſunt huiuſmodi.

Euacuato humore habente rationem

antecedentis cauſæ, oportet educere eum, qui morbum facit: educitur autem per viam ſenſibilem, & inſenſibilem. Senſibilis alia eſt, quæ per vrinam; alia quæ per ſudorem educit; inſenſibilis verò educit per poros cutis ad habitum totius corporis.

Per vrinam ducentia plura ſunt, ex quibus iuſcula, aut decoctiones componi poſſunt, quemadmodum ſunt.

Radices quinque communes, aperitiuæ
Daucus,
Seſeli,
Cardamomum,
Ammi,
Trifolium,
Radix eryngij,
Cicer rubeum,
Et alia quam plura.

Potus forma.

℞. Quinq; rad. aperitiuarum ana vnc. ſſ.
Radicis eryngij vnc. iij.
Seminũ 4. frig. maiorum ana drach. i.
Bulliant in ſufficienti quãtitate aquæ ſecundùm artem.

Huius decocti aſſume lib. ſſ. poſt aſſumptionem trochiſcorum, qui infra deſcripti ſunt.

Notat hic Mercurialis diureticas decoctiones, aut iura debere eſſe copioſa, pro quacunque vice ad vnc. 10. & ratio eſt, quia cum actu hæc ipſa ſint humida, non morantur in ventriculo, ſed deorſum ad renes præterfluunt, nullumque inferunt nocumentum.

Poſſunt fieri paſtilli ad hunc modum, qui concedi debent ante potiones, ſiue ex iure, ſiue ex aqua factas.

R. Sem. aniſorum
Apij
Dauci ana drach. i. ſſ.
Sem. melonum
Cetrach. ana drach. i.
Vuæ paſſæ vnc. ſſ.
Trochiſc. de rhabarb. ſcrup. iv.

Reducantur omnia in ſubtil. puluerem; deinde cum ſaccharo diſſoluto in

A aqua apij fiant paſtilli

Doſis ſit à drach. ij. ad vnc. ſſ.

His, & talibus euacuatur materia per vrinam, vel ſic.

℞. Aquæ ſambuci vnc. iv.
Ebuli vnc. ij.

Miſce, hauriat hanc aquam hydropicus per dies triginta ſingulo mane: huiuſm. di aquis vſum ſum felici cum ſucceſſu, etiam in antiquato hydrope, compoſito.

B Per ſudorem verò alia ratione educitur materia, nempe per ambulationes ad ſolem factas, docente Aetio libro 10. cap. 28. qui deinde pannis aſperioribus abſtergit ægrum, ac denique cutem oleo oliuarum dulci inungendam eſſe præcipit. Inter ſudorifica eſt ille ſyrupus, quem Ioubertus lib. 2. Medicinæ Practicæ cap. 5. adſcribit Sancto Am-

C broſio, & ad hunc conficitur modum.

℞, Decoct. nubij excoriati vſq; ad crepaturam factæ in aqua vnc. iv.
Vini albi vnc. ij.
Miſce pro vno hauſtu.

Proponuntur ſtuphæ ſiccæ, calidæ, in quibus ſudare poſſint ægrotantes: ponuntur; & ipſi in furnis calidis, vt inde humor exiccetur. Proſunt & inſolationes; nam ponuntur infirmi ſub ſole arden-

D te, capite tecto. In vſu etiam ſunt volutationes factę in arena, quando ſcilicet (vt dicebat Aëtius) arena probè calefacta eſt à ſole. Pellibus ſimiliter à ſole feruefactis ægrum obuoluere poſſumus capite velato.

Per tranſpirationem tandem fit euacuatio humorum, qui ſub cute ſunt, mediantibus balneis naturalibus, aluminoſis, aut ex aqua marina. Aetius ſcribit

E aliquos fuiſſe in aceruum tritici deuolutos, à quo fuerũt ab hoc morbo liberati.

Emplaſtra quoque cuti admota ab Aetio commendantur facta ex cochleis craſſis, & contuſis, nec non ex farinis exiccantibus, vt eſt

Fabarum farina,
Lupinorum,

Her-

Hordei, vt verbi gratia.

℞. Farinæ fabarum
Lupinorum,
Hordei,
Cochlearum ſ. p. ana lib. i.

Cum oleo chamæmeli, fiat emplaſtrum.

Lutum aquarum thermalium, ſed præcipuè Porrectanarum, aut earum, quæ ſunt in agro Patauino in hoc caſu ſolent proficere. Stercus bubulum exiccatum ex Aetio conuenit cum poſca, aut aceto impoſitum, cui addita ſit ſulphuris viui quarta pars, vt

℞. Stercoris bubuli exiccati, & in puluerem redacti lib. j.
Sulphuris viui vnc. iij.
Poſcæ, quantum ſufficit, fiat emplaſtrum.

Caſeus quoque recens multum coaguli habens optimè ad omnes tumentes partes facit.

Fermẽtum etiam multo ſale permixtum in hoc caſu probatur: qui vult plura ad eandem intentionem habere localia, legat doctiſſimum Aetium cap. 29. libri citati.

Vnum recenſebo, quod ex Herodoti ſententia ab Aetio probatur, eſt autem eiuſmodi. Accipiantur veſicæ bubulæ, aut alicuius animalis, quæ ſint magnæ, inflentur, deinde vbi euacuatæ fuerint, ijs tumentes locos pulſato. Idem probat Archigenes.

His omnibus peractis, relinquitur, vt tentetur euacuatio à cute per loca ſenſibilia ab arte in ea facta: ſunt autem Aetio docente, fiſſuræ quædam circa malleolum internum crurum illatæ ſupra talum per ſpatium quatuor digitorum.

Fiunt quoque, & cauteria in prædictis locis, vt deorſum à grauitate humor translatus per huiuſmodi vlcuſcula exire poſſit, vt in Chirurgia dictum eſt.

Proponit quoque, idem Aetius ex Hippocratis ſententia vlcuſcula facta in ſcroto, & fœmoribus, eaque ſale confricata; ſed huiuſmodi remedia requi-A runt ægrotum valdè robuſtum: & hæc de curatione anaſarcæ, accedamus ad tympanitem,

DE CVRATIONE TYMPAnitis per Pharmaciam.

IN curatione tympanitis eadem victus ratio ſeruanda, atque dictum eſt in anaſarca, niſi quod addenda alimentis B ſunt, quæ diſcutiendi flatum facultatem habent, vt ſunt

Aniſi
Fœniculi
Cyminum
Dauci
Folia menthæ
Origanum.

Quandoque, & allium peculiariter C conferre ruſticis conſueuit, quod ruſticorum theriaca dicitur.

Quam maximè diſcutientia flatum ſunt, ſemina calida, vt

Aniſi Fœniculi Carui Cumini.	ſemina calida maiora.
Dauci Apij Ammios Amomi.	ſemina calida minora.

D

Poſt victus rationem inſtitutam, duo ſunt, quibus ſatisfacere opus eſt, videlicet materia, à qua flatus eleuantur, nec non ijdem flatus; deinde inuigilandum eſt iecoris corroborationi.

Materia autem continetur tam in ventriculo, quàm in inteſtinis, quæ non modò eſt craſſa, & pituitoſa, ſed E etiam aquea; nulla enim (vt ex Galeno ſupra à nobis dictum) eſt ſpecies hydropis, in qua non contineatur aqua, quamuis in tympanite maior ſit copia flatus; in anaſarca verò pituitę; materia autem communis euacuatur, vel per eà, quæ ore aſſumuntur, aut per inferna immittuntur.

Rurſus, quæ per os aſſumuntur, quæ-

dam ad ſeceſſum mouent, quædam per vomitum, quod idem ſupra dictum eſt in curatione anaſarcæ. Præterea quæ ad ſeceſſum protrudunt, quædam lenitiua, quædam eradicatiua dicuntur. Per vomitũ verò ducere poſſumus vomitorijs quibuſdam pluries à nobis recenſitis. Ea verò, quæ immittuntur, ſunt ſuppoſitoria, aut clyſteres, quos non ſolum fœces euacuare, & humores, ſed etiam tales eſſe oportet, vt flatus diſcutiant, ideo decoctiones ad hunc modum fieri neceſſe eſt.

℞. Florum chamæmeli manip. i.
Fol. ſoldanellæ, ideſt braſſicæ marinæ vnc. i.
Baccarum lauri manip. ſſ.
Sem. aniſorum
cumini ana drach. i. ſſ.
Fol. centaurij maioris, & minoris ana manip. i.
Origani p. i.
Bull. in ſufficienti quantitate aquæ ſecundum artem, &
℞. Huius decocti lib. i.
Mellis roſati colati,
Olei chamæmeli ana vnc. ij. ſſ.
Hieræ logadij vnc. i.
Cum ſale fiat clyſter.
Poſſunt addi in decoctione.
Sem. Carthami
Soldanellæ
Baccę lauri.
Suppoſitoria verò hoc modo effici poſſunt, vt
℞. Mellis diſpumati vnc. 1.
Specierum hieræ ſ.
Cumini
Aniſi ſ. pul. ana drach. ij.
Fiant ſuppoſitoria numero ij.
Lenitiuum medicamentum poteſt parari hac ratione.
℞. Elect. lenitiui drach. x.
Specierum hieræ ſimp. Gal. drac. iv.
Fiat bolus.

Vnum hoc loci circa clyſterium vſum admonet Mercurialis, quod, ſi mulieribus inijciantur, debent eſſe in maiori quantitate, quia virtus inteſtinorum pigra eſt; deinde quia mulieres propter fœtum nutriendum maiorem ventris capacitatem habent.

A Sed neutra ratio mihi, probatur, quia non eſt quantitas clyſteris, quæ irritat facultatem, ſed qualitas: deinde mulieres non habent ventrem magnum reſpectu inteſtinorum, ſed vteri, at in vterũ non ingrediuntur clyſteres, ſed in

B inteſtina, quare rationes de quantitate maiori clyſterium in mulieribus non valent.

Vbi igitur lenita ſit aluus, cùm nulla ſit ſanguinis mittendi in hoc caſu neceſſitas; nam vt ſupra dictum eſt, nullus vnquam curatus fuit hoc præſidio, qui tympanitem, aut aſcitem pateretur, ac etiam Gal. docet 4. de ratione victus in acutis, cogitandũ eſt de illis medica

C mentis, quæ eradicant materias, à quibus flatus eleuantur.

Sed cum materiæ craſſæ ſint, nec facilè poſſint educi, ideo præparandæ veniunt non ſolùm medicamentis attenuantibus, incidentibuſque, ſed etiam flatum diſcutientibus. Syrupos, qui id efficiant, deſcripſimus ſupra, quibus addere poteſtis decoctiones quaſdam flatum diſſoluentes, vt exempli gratia.

D ℞. Florum cord. p. ſ.
Sem. aniſorum
Fœniculi ana drach. i.
Fol. ſaluię
Origani ana manip. ſſ.
Cinnamomi ſcrup. i.
Fiat decoctio ſecundùm artem, &
℞. huius decocti vnc. iv. infunde
Agarici trochiſc. drach. iij.
Cinnamomi ſcrup. ſſ.

E Exprime, & diſſolue
Syr. roſati ſol.
Mell roſati ſol. ana vnc. iij.
Diaphœnici
Elect. indi maior, ana drach. ij.
Fiat potus.
Vel adde in decoctione.
Syr. de mentha

Syr.

Syr. de eupatorio ana vnc. i.
Miſce pro ſyrupo alterante.

Bolus.

℞. Diacatholici vnc. i.
Agarici trochiſc. drach. ij.
Specierum hieræ drach. iij.
Cum ſaccharo fiat bolus.

Pilulæ.

℞. Pilul. de ſagapeno
de rhabarb. ana drach. i.
Cum ſucco fęniculi fiant pilulę num. vij. cum additione.
Trochiſc. alhandal ſcrup. i. vel
℞. Pil. ſabellicarum
de mezerio ana ſcrup. ij.
Trochiſc. alhandal. ſcrup. ß.
Cum aqua ſaluię fiant pilulæ numero vij. & aurentur.

Poſt euacuationem communium materierum ad particulares euacuandas deueniendum eſt, quę ſunt aqua, & flatus in abdomine contenta. Hæc euacuantur medicamentis intus aſſumptis, & extra admotis.

Quæ intus immittuntur per inferiora, ſunt clyſteres iam dicti; quæ verò per os aſſumuntur, ſunt medicamenta educentia per vrinam, & flatum diſcutientia, quibus ſimul vti poſſumus.

Quæ vrinam prouocant, quædam ſunt mitiora, quædam validiora, tutius eſt à prioribus curationem auſpicari; ſunt autem mitiora hæc.

Apij radices
Aſparagi
Capilli veneris
Erythrodani, ideſt,
Rubeæ tinctorum
Cicer rub.

Validiora.

Daucus
Aniſi
Fœniculi
Cuminum
Petroſelinum
Et alia huiuſmodi.

Compoſita.

Diacuminum

A Diatrium pipereon
Aromat. roſatum
Dianiſum.
Ex quibus, & alijs poteſt parari conditum hoc modo.

℞. Aromat. roſati vnc. i.
Specierum diacumini
trium pipereon, ana drach. j.
Conſeruæ florum ſtœchados,
bettonicæ ana vnc. ß.
B Syr. de mentha vnc. iij.
Fiat conditum cum fol. auri num. 4.
Valent, & paſtilli, vt

℞. Dauci
Cinnamomi
Spicæ ana ſcrup. ß.
Cum vino aromatico fiant paſtilli numero iij.

Tabella.

℞. Specierum arom. roſati
C Dianiſi ana drach. j.
Sacchari diſſoluti, in aqua cinnamomi vnc. iij.
Fiat conf. in tabellis
Doſis ſit à drach. ij, ad vnc. ß.
Ex quibus decocta parari poſſunt, & confectiones, vt aliàs oſtendimus.

Sed quia in hac affectione conſueuit lædi ſimul ventriculus, à quo ſubminiſtratur iecori flatuum materia, poſſumus D addere prædictis medicamentis diarrhod. abbatis; ideoq; Raſis dicebat curam eſſe magis habendam ventriculi, quàm iecoris, licet in alijs duabus hydropis ſpeciebus è contra agendum ſit, maiorem nempe curam habere oportet de iecore, quàm de ventriculo; hæc ſunt medicamenta interna.

Exteriora ſunt plura, vt ſacculi, & emplaſtra, quæ componuntur ex varijs her-E bis, & farinis flatum diſcutientibus, & exiccantibus: ea etiam conueniunt, quæ in anaſarca attulimus.

Iuuant frictiones, & etiam magnę cucurbitæ abdomini applicatæ. Inter emplaſtra iſtud eſt.

℞. Farinæ ſem. lini
Fœnugręci

Lupi-

Lupinorum ana vnc. iij.
Bulliant in decoctione
Origani
Pulegij
Anethi
Chamæmeli.
Roſarum
Baccarum lauri.
Vſque ad formam emplaſticam, deinde cum oleo chamæmelino, quantum ſufficit, fiat emplaſtrum.

DE CVRATIONE *Aſcitis per Pharmaciam.*

De aſcite verò eadem dicenda veniunt in victus ratione, quæ de alijs intellexiſtis, & eadem prorſus facienda, quæ hactenus dicta ſunt; nam euacuandæ ſunt materiæ vniuerſales, & particulares in abdomine contentæ: at vniuerſales, ſeu communes materiæ priùs præparandæ ſunt, quàm euacuentur, quod hoc medicamento fieri poterit.
℞. Syr. byzantini
De eupatorio
De ſucco bettonicæ ana vnc. i.

Hoc ſyrupo, & multis alijs præparari poterunt humores ſine aquis, quia humida, quantum fieri poteſt, euitanda veniunt, in hac præcipuè ſpecie hydropis, quæ ab aquę inſigni copia fit. Ijs pręparatis inſurgit indicatio de eorundem eductione, quod fit medicamentis ſuperius allatis.

Deinde omne conſilium Medici, omniſque ipſius diligentia conuerti debet circa extractionem aquæ contentæ in abdomine, quod pluribus auxilijs, & materijs auxiliorum fieri poteſt, tam intus aſſumptis, quàm extra admotis; quæ intus aſſumuntur, alia per vrinam, alia per ſeceſſum, & alia per ſudores euacuant.

Quæ per ſeceſſum ducunt, aliæ per inferuas partes immittuntur, alia ore aſſumuntur, vt exempli gratia eſt iſtud.
℞. Braſſicæ marinæ, ideſt

A Soldanellæ,
Rad. iryos ana vnc. ß.
Zedoarię
Galangę ana drach. ij.
Cinnamomi
Caryophyllorum ana drach. i. ß.
Cum melle, quantum ſufficit, fiat electuarium: doſis ſit ad vnc. ß.

Quæ verò extra admouentur, aut per ſenſibilem, aut per inſenſibilem viam
B euacuant.

Veniamus ad ea, quæ per vrinam ducunt, quorum vſus frequens eſſe debet, cùm multa, & copioſa ſit aqua, quam expediens eſſet protrudi per vrinam.

Vſus autem diureticorum, vt ex Auicenna notat Mercurialis, debet eſſe, vt ipſa in puluerem redigantur, ac ſi nimium calida videbuntur, vt iuſculis pinguioribus admiſceantur, vt eorum acri-
C monia remittatur.

At melius eſt ea adminiſtrare ſub forma pilulari, aut boli, quàm in potu, vt Celſus admonet, aliquando tamen vtimur ſub forma potabili, vbi egregiè, & multùm fuerint cocta, ad hoc vt virtus tota deponatur in decoctum.

Verùm in huiuſmodi aſcite ea, quæ per vrinam ducunt, ſæpè etiam per ſeceſſum expellunt aquam. Inter hæc me-
D dicamenta bolum quendã vobis propono egregium à Medico quodam illuſtri inuentum, qui Aldeus vocabatur, quodque à Petro Foreſto lib. 10. obſer. 27. ſummè probatur: eſt autem tale.
℞. Rhabarb. elect. s. p. drach. i.
Soldanellę drach. ij.

Eſt, & aliud, quo vſus ſum ſæpè.
℞. Soldanellę s. p.
Specierũ conf. eleſcoph ana drach. i.
E In iure, aut aliquo decocto pro vnico hauſtu.

Multa numerantur medicamenta tam ſimplicia, quàm compoſita quæ in communi vſu ſunt pro educenda aqua, & à ſcriptoribus in medium allata.

Simplicia.

Rhabarbarum,

Aga-

Agaricus,
Braſſica marina, ſeu ſoldanella,
Succus iridis,
Ebuli,
Sambuci,
Radicis palmæ Chriſti, quæ & ricinus, ſeu cataputia vocatur, de qua ſuperius.
Thymelæa, vulgò piper montanum, Arabici vocant mezereon.
Squamma æris.
Euphorbium, cuius grana, & folia valent ad educendas aquas, ſed inducunt ardorem.
Elaterium,
Antimonium.
Succus ebuli, qui ex radicibus extrahi debet, condenſatur, & ad vſum ſeruatur: doſis eſt ad drach. iij. recens verò ſuccus extractus à radice tam ſambuci, quàm ebuli ad vnciam conceditur.

Compoſita.

Diacarthamum,
Diaturbith,
Diaphœnicon,
Hiera,
Diacolocynthis,
Trochiſci alhandal,
Hiera logadij,
Electuarium indum,
Pilulæ de rhabarbaro,
Agarico,
Eupatorio,
Sagapeno,
Mezereo,
Elaterio, vt
℞. Pil. de mezereo,
Rhabarb. ana drach. j.
Cum aqua eupatorij fiant pilulæ numero ſeptem, aurentur.
Pilulę de euphorbio idem præſtant.
Inter alia compoſita medicamenta pro aqua euacuanda abdominis, duo proponuntur à Petro Foreſto lib. 19. de hepatis affectibus obſer. 26. illud autem eſt.
℞. Fol. ſenæ vnc. ß.
Sem. aniſi drach. i.

A Fol. mezereon drach. i.
Rad. iridis viridis, parum contuſæ drach. iij.
Soldanellę drach. ß.
Infunde per noctem in vnc. ix. ſeri lactis facta prius ebullitione.
Ego verò magis laudo ſerum deſtillatum, & mane facta expreſſione, cuius accipe vnc. vi.
Mellis roſati colati
B Syr. de eupatorio ana vnc. i.
Miſce pro duabus doſibus.
Addit idem Foreſtus mulierculam quandam fuiſſe ab hydrope curatam à ſuo collega hoc præſidio.
℞. Fol. ſenę Alexandrinę vnc. ß.
Rad. iridis viridis, parum contuſæ drach. iv.
Mezerij drach. i. ß.
Soldanellæ drach. ß.
C Infunde per noctem in vnc. ix. decoctionis communis, facta prius ebullitione, mane forti expreſſione, adde vnc. ij. mellis roſati, fiat potio pro duabus vicibus.
Alia curatio ab eodem Foreſto deſcripta habetur eodem lib. obſer. 28. quam exhibuit hydropico pauperi eſt autem talis.
℞. Rad. iridis,
D Ebuli,
Petroſelini,
Apij,
Ruſci,
Enulę campanæ,
hyſſopi,
Centaurij,
Abſynthij,
Fol. Sambuci,
Satureiæ,
E Cetrach,
Caſſutæ ana manip. i.
Medianorum corticum ſambuci
Gratiolæ
Bettonicę ana manip. ß.
Rad. rubeæ tinctor.
Calami aromatici inciſi ana drach. ij.
Sem. fœniculi,
Dauci,

De ſucco verò iridis alij dicunt ipſum ad drachmas, alij ad vncias eſſe concedendum, Trincauellus non excedit drach. vj. Maſſarias concedit vnc. iij. & vnc. iv.

Exiſtimo ego multos ſcriptores propoſuiſſe medicamenta, quibus nunquam vſi ſint. Certè huiuſmodi ſuccus ingratus eſt guſtui, & neſcio quam aſperitatem inducat faucibus, ita vt ali quid mellis, aut ſacchari illi addendum veniat; poteſt etiam concedi ad vnc. ij. cum mannæ fortis vnc. ij. ß.

Ab aliquibus denſatur huiuſmodi ſuccus, & conceditur ad drach. iij. aut drac. iv. quare condenſatus ad drachmas, non ad vncias concedi poteſt pro varia hominum natura, & robore virium.

De elaterio, quod nihil aliud eſt, quã ſuccus extractus à cucumere aſinino, aut ſyluestri, multa dicit Maſſarias. ſcribitque eſſe illi in vſu familiariſſimo, cæteriſque omnibus anteponit in educenda aqua, ſed de doſi non videtur admodum certus, quia inquit aliquem ſuo tempore accuſatum fuiſſe, qui exhibuerat integram drachmam elaterij, & à Collegio Veneto fuiſſe liberatum, putat ipſe doſim nimiam non debere excedere ſemiſcrupulum, in ſubiecto etiam admodum valido, ita vt à gr. iij. ad vi. & ad x. ſit ipſius vſus cum rebus etiam aromaticis, vt in hoc caſu.

℞. Pilul. alephanginarum, aut
De aromatibus ſcrup. i.
Elaterij gr. v.
Fiat pilula num. 1. cum melle quantum ſufficit

Aliquando tamen non rectè præparatur, & quamuis concedatur ad ſcrup. j. nihil facit: at ſi rectè prępăratum fuerit ſingula hebdommada ad ſcrup. ß. concedi poteſt cum ſcrup. i. pilularum iam dictarum. Mercurialis ſcribit ipſius doſim non eſſe extẽdendam ad gran. iii. Dioſcorides obolum concedit.

Relinquitur vſus trium medicamẽtorum examinandus, quorum vnum à modernis ſcriptoribus inuentum eſt; alia duo ab antiquis, eaque ſunt ſtibium, lac, & vrina.

A

Circa ſtibium, qui illud aſſumunt, eſt ac ſi cholera corriperentur, nimium excernentes tam per ſeceſſum, quàm per os ſimul, & ſemel; de cuius quidem vſu egi in meis Miſcellaneis, vbi oſtendi nõ eſſe ad praxim reducendum ob validam ſui violentiam.

B De vſu lactis Raſis, & plerique ex ſuis ſectatoribus dicunt eum nihil prodeſſe, quamuis Auicennas probet lac cameloꝛum, quod non eſt in noſtris partibus, niſi velimus dicere vſum lactis non conuenire, niſi quando in ipſo apponimus elaterium, aut ſoldanellam.

De vrinæ verò potione, cùm plura ſint medicamenta gratiora, aut meliora, non eſt, vt quidquam dicamus.

C Sunt vltimo loco aquæ thermales, quam plures, vt ſulphureę, bitúminoſę nitroſæ, & ex vitriolo, quales ſunt Spadanæ.

Dum eſſem in Belgio propè illud oppidum quod vulgo Spà nominant, incolę, & qui verſabantur circa aquas Spadanas dicebãt Alexandrum illum Farneſium totius exercitus Regis Hiſpaniarum ſummum Præfectum virtute aquarum Spadanarum ex hydrope aſcites vocato liberatum fuiſſe; exiſtimant enim aquas illas ad eiuſmodi morbum extirpandum eſſe maximè virtutis.

D

Eiuſdem efficaciæ eſſe prędicant in Gallia eas aquas, quę reperiuntur in Campo Niuers, ad quem locum ſimul cum Eminentiſſimo Cardinali Sega Pontificis Maximi Legato, dum è Gallia Romam verſus proficiſceretur, adij, quò idem Legatus cauſa videndi illa balnea, quę de Pugues appellant, ſe contulerat. Vidimus ibi duos fontes vno pede inuicem diſtantes, non ad modum magnos, quorum vnus calidam, alter frigidam, & vterq; limpidiſſimam aquam fundebat.

E

Ingens ibi erat hominum frequentia,

tia, & cum alijs quidam medicus, vt audiui, qui illuc à muliere quadam nobili miſſus, multas illa aqua lagenas impleri curabat, quas ſuper aſſere, & tabulato imponi ſedulò præcipiebat, ne terram tangerent. Percunctatus à me, qui id non ſine admiratione obſeruabam, cur tantopere ſtuderet, ne illa vaſa humi collocarentur, reſpondit, ne aqua amitteret ſuas vires, quas euaneſcere experientià docuerat, ſi vaſa terram tetigiſſent.

De viribus illarum aquarum conſcripſit Antonius du Fouloux idiomate Gallico quemdam libellum, quo in diſceſſu me donare voluit. Cum deinde Romam Legatus appelleret, & iam laboraret aſcite, rumor erat ſi pontificia comitia per id tempus celebrari contigiſſet, facilè eum ad ſummi Paſtoris faſtigium peruenturum, quare paſſim magnates obuiam ibant Cardinali, & quiſque munera offerebat.

Inter alios accurrit Vrbinatum Dux, qui aquã Spadanam ſibi ex illis partibus exportari fecerat, cumq; Legatus ingenti ſiti tunc corriperetur, eiuſdem aquæ pulchritudine illectus ſe accinxit ad bibendum, ſed cum per annum ea aqua à fonte receſſiſſet, nullius virtutis eam eſſe expertus eſt Cardinalis, imò cum eadem continuò vti voluiſſet, tandem obijt.

Eapropter venirem equidem in hanc ſententiam, quòd aquæ thermales ſuas habeant virtutes, quibus præditæ ſunt, in iiſdem locis, vnde ſcaturiunt, & aliò exportatæ aut nihil, aut minimum operari, vnde eſt, quod Medici plerunque præcipiant ægrotantibus, vt ſe conferant ad loca thermarum. Et hæc de hydrope, deque iecinoris morbis dicta ſufficiant.

DE MORBIS PARTICVLARIBVS INTESTINORVM.

DE DIARRHAEA.

CAPVT VIGESIMVM SECVNDVM.

DVM ſermo nobis eſſet de ventriculi affectibus præter naturam, diximus ventriculum à natura factum fuiſſe, vt alimentorum omnium veluti promptuarium quoddam eſſet, à quo ipſa alimenta in naturam quandam ſimilem cremori ptiſanæ tranſmurarentur; quę deinde à ventriculo ad inteſtina deſcenderent, tamquam ad membra propinquiora, & ſibi continua.

Sunt autem inteſtina in duplici differentia pro ſubſtantiæ, ex qua conſtant, varietate; pars enim altera tenuis eſt, altera verò craſſa, ideoq; etſi ea vnam continuitatem habeant, nihilominus fuerunt diuiſa in tenuia, & craſſa inteſtina, duplicem præbentia vſum.

Nam tenuia ſunt diſtributoria inſtrumenta; materiam enim chylosam, quam à ventriculo receperunt, iecori, mediantibus venis meſeraicis, diſtribuunt, in qua operatione, venæ trahunt illud ſolum, quod nutrit oni[illegible]tum eſt, reliquũ, quod ab vtili materia ſeparatur, deorſum ſenſim fe[illegible]ur ad craſſa vſque inteſtina, in q[illegible], & retinetur, deinde ex[illegible]pellitur.

Quare te[illegible] inteſtina [illegible] diſtribuunt chylum, [illegible] etiam excrementa de-
D ferunt. Craſſa verò eadem in ſe recipiunt, per debitumque tempus retinent, deinde ad ſeceſſum protrudunt.

Si igitur continuitatem, quam cum ventriculo habent, vſumque, ſeu (vt ait Auicennas) ſeruitium, quod illi præſtant, reſpicere voluiſſemus, poſt tractatum de morbis ventriculi opus fuiſſet pertractare de inteſtinorum morbis; ſed quoniam huiuſmodi inteſtina pluribus
B alijs partibus coniuncta ſunt, iecori tamen potiſſimùm vniuntur; hinc eſt etiam, quòd à natura facta ſunt tanquam quædam communes viæ, & veluti cloaca ad recipiendas omnes totius corporis, & patriũ præcipuarum illuuiem, & excrementa, vẽtriculi præſertim, & iecinoris.

Quamobrem exiſtimauimus rectè cõſultum, poſt tractatum morborum ventriculi, morborum iecoris particularium diſceptationem aggredi, atque poſt
C horum tractatum inteſtinorum morbos amplecti. Verùm cum ex his morbi aliqui videantur vniuerſaliter conuenire omnibus inteſtinis indifferenter; alij verò ſint magis peculiares, & proprij inteſtinorum quorundam, primò debemus tractare de communibus, deinde de particularibus.

Morbi autem communes ſunt diar-
D rhæa, & dyſenteria additur, a quibuſ-

dam etiam vermium conſideratio.

Particulares verò ſunt ilios morbus, colica affectio, & teneſmus, qui ſunt morbi proprij inteſtini ilij, coli, & recti.

Decreuimus igitur in primis pertractare de diarrhæa, in quo affectu examinando Græci non videntur admodum diligentes, Arabes verò, & præ cæteris Auicennas, diligentiſſimos ſe eſſe oſtendunt.

Nos ad perfectã morborum inteſtinalium habendam notitiam, eorum potiſſimùm, qui ad fluxus omnes ſpectant, quantum per nos fieri poterit, hanc de diarrhæa materiam exactè pertractabimus, de qua quidem ea contemplabimur, quæ in alijs morbis hactenus à nobis conſiderata fuerunt.

Præſens igitur affectio appellatur à Græcis διάῤῥοια, à Latinis diarrhæa, & alui profluuium. Celſus alui fluxum vocauit, & Hippocrates lib. 3. aph. 25. & 30. & lib. 6. 32.

Quantum attinet ad ſui eſſentiam, nihil aliud eſt, quàm euacuatio aſſidua, & præter naturam diuerſorum humorum exeuntium per ſeceſſum ſine inflammatione, & tenſione, aut exulceratione, Celſ. lib. 4. cap. 19. Ad cuius rei euidentiam nota, ꝙ cùm dictum ſit craſſa inteſtina eſſe receptaculũ excrementorũ craſſorũ vẽtriculi, quæ in inteſtino colo retinere tamdiù debẽt, quouſq; deijci à natura poſſint, ſi eo tempore effluunt, dicitur eorum exitus naturalis deiectio.

Quæ deiectio, Hippocrate authore, debet habere tres conditiones j. prog. con. 13. ad hoc vt verè naturalis cenſeatur; vna eſt, vt materia exiens ſit mollis, & compacta.

Secunda, vt eo tempore exeat, quo exire conſueuerat tempore ſanitatis.

Tertia, vt in quantitate proportionatè correſpondeat alimentis ingeſtis, cum igitur deiectio fluida fuerit, exeantque liquidiora excrementa, nec ſeruent debitum exeundi tẽpus, copioſiora que fluant, quàm conueniat, huiuſmodi

A alui fluxus appellatur præternaturam.

Erit igitur hæc affectio ſymptoma excuntis mutati lib. de ſympt. diff. cap. 7. mutatur autem, aut tota ſubſtantia, vel quantitate, vel qualitate; ſubſtantia quidem, quia cùm mollia, & compacta eſſe deberent, fluida ſunt, eò quòd loco fœcum exeant humores.

Deinde copioſiora ſunt, quàm oporteat, mutanturq; in qualitate, quia ma-
B lam qualitatem acquirunt: hinc etiam eſt, quod cùm humores exeant loco excrementorum, alui fluxus ſit humoralis, & quantitate etiam peccans.

Hinc apparet fluxum hunc, ſeu diarrhæam à lienteria, & dyſenteria differre. A lienteria quidem, vt ſuo declarauimus loco, quia in illa exeunt alimenta non mutata, aut parum mutata, in dyſenteria verò muchores, excrementa, &
C ſanguis exit; at in diarrhæa aluus fluida redditur, atque humidior citra cruentas deiectiones, & ciborum incoctorum excretionem.

Verùm huiuſmodi fluxus aliquem morbum ſequitur ſemper ſiue acutum, ſiue diuturnum, aliquando cum febre, nonnunquam vero ſine febre; hinc eſt, quod modò criticus, modò ſymptomaticus dicitur. De critico fluxu non eſt,
D vt quidquam dicamus, cum nulla adhibenda veniat curatio, niſi fuerit periculum de aliqua virium iactura.

Amplectimur nos tantùm præſenti ſermone fluxũ alui ſymptomaticum, qui adhuc duobus modis conſiderari poteſt, nempe vel ex parte materiæ exeuntis, aut ex parte partium, à quibus excitatur.

Si materiam ſpectemus, plures habe-
E bit differentias; nam vel humores exeunt, vel chylus, aut ſtercus.

Si primo modo, cùm plures ſint humores, qui exire poſſunt, pro vario humore peccante appellabitur, modò fluxus biloſus, ſi bilis exeat, cùmque hæc multas habeat differentias, vario etiam nomine appellabitur ille, nẽpe vel bilio

ſus

ſus vitellinus, aut flauæ, vel pallidæ bilis, vel æruginoſæ, aut porraceæ, vel alterius, id eſt, cæruleæ, & rubeæ cholerę.

Si fuerit pituita, pituitoſus; ſi melancholia, melãcholicus, atqui cum ipſi humores adhuc ad inuicem miſceantur, & corrumpantur, pro varia miſcella, & corruptione variè quoque appellari poterunt.

Si chylus exeat, fluxus chyloſus dicitur, qui etiam humoribus, & bilioſis potiſſimum admiſceri poteſt.

Si verò ſtercus, fluxus ſtercorarius; at ſi conſideremus partes, plures etiam habebit differentias; nam aliquando à toto; nonnumquam à partibus quibuſdam excitatur, vt à capite, iecore, ventriculo, liene, & inteſtinis: aliqui obſeruarunt ab vtero etiam prouenire poſſe diarrhæam.

Quapropter modò dicitur fluxus à toto corpore, nonnumquam cerebralis, modò iecorarius, aliquando ſpleniticus, ſæpè ſtomachalis, & inteſtinalis; nam interdum contingit, vt totum corpus ad inteſtina mittat abſque aliqua ipſorum læſione, nonnunquam iecur, & prędictæ partes; ſæpè verò ſola inteſtina læduntur.

Ob tot igitur differentias huius fluxus, quas inculcatas habetis, difficilis redditur tractatio huius materię, quemadmodum dicebat Iacchinus. At quoniam multæ differentiæ huius deſumuntur à partibus prædictis ſine neceſſitate, ideo expeditiores ſunt, & magis claræ illæ differentiæ, quas à materia exeunte antiqui deſumebant; nam vt 3. de cauſis ſympt. habetur, vel materiæ, quæ exeunt, ſunt cibi, & tunc lienteriam vocant, vel eſt ſanguis, & tunc dyſenteriam dicunt, vel deniq; ſunt alij humores, quicunque ſint excepto ſanguine, & omnes ſub nomine diarrhææ ab ipſis comprehenduntur.

Quare tres ſunt differentiæ fluxus conſideratæ ab antiquis, nempe lienteria, dyſenteria, & diarrhæa, ſed hæc de

A nomine, atque eſſentia vſq; huc ſatis dicta ſint, nunc eiuſdem cauſæ conſiderandæ veniunt.

DE CAVSIS DIARRHAEAE.

Cauſæ aperiendæ ſunt, quæ non ſecus atque in alijs morbis ad duo potiſſimùm capita reuocantur, ad internas videlicet, atque ad externas.

B Internarum aliæ ſunt præternaturales, aliæ naturales, quæ diſpoſitiuæ dicuntur: externæ ſunt res non naturales, quarum aliæ neceſſariæ ſunt, alię verò non neceſſariæ, ſed aliquando occurrunt nobis volentibus, aliæ verò minimè, ſed fortuitò. Rurſus præternaturales ſunt duæ, antecedens, & coniuncta, quæ nihil aliud ſunt, quàm humores, qui vel antecedunt nondum diarrhęam facientes, vel iam morbum faciunt: & hæ id

C præſtant ſua quantitate, & qualitate, vel manifeſta, aut non manifeſta, quæ etiam à tota ſubſtantia dicitur.

Eædem vel totum, aut partes aliquas moleſtant, & ad expellendum irritant, aut debilitatem in ijs inducunt, cuius ratione non poſſunt humores in ſe genitos retinere, quemadmodum in fluxu hepatico, & cap. de lienteria à nobis

D dictum eſt, aut quia chylus probè mutatus in ventriculo à virtute iecoris attractrice minimè trahi poteſt, aut quia venæ, per quas tranſire debet, obſtructæ ſunt; ſed huiuſmodi cauſæ ſpectant ad fluxum chyloſum.

Vt autem vno concludam verbo, cauſæ immediatæ fluxus humorum ſunt ipſi humores, partes, in quibus vel continentur, aut generantur, ſua quantitate,

E aut qualitate ad eorum expulſionem irritantes, aut intemperiem inducentes talem, vt retinere nequeant.

Cauſę verò mediatæ, ſeu antecedentes ſunt diſpoſitiones naturales, & præter naturam naturales vel in toto, vel in partibus exiſtunt. In toto quidem, vt eſt habitus totius corporis, vel bilioſus,

ſus, vel melancholicus, aur pituitoſus.

Succedit & complexio, aut ætas proportionata; nam habitus (exempli gratia) bilioſus complexionis calidæ, & ſiccæ in ætate florente maximam præbebit ocaſionem generandi humores bilioſos, acres, & mordaces.

In hoc numero eſt preterea iecoris calida, & ſicca intemperies huiuſmodi ſunt cauſę naturales, & quod de vno dicitur, de alijs intelligendum eſt.

Pręter naturales ſunt morbi aliqui pręſentes, vt febris vel quæ pręceſſerunt, malam diſpoſitionem relinquentes, aut in inteſtinis, vel in aliqua alia parte malè affecta, vt colocynthis, & ſcamonium.

Inſuper quæ cauſa ſũt vel generationis, aut collectionis, vel tranſmiſſionis humorum prædictorum, vel etiam receptionis, aut impotentię ad retinendum, vt ſunt nonnulla medicamenta, aut venena quamplura.

Cauſę verò exteriores ſunt ea omnia, quę aſſumuntur à nobis, quę fiunt corpore, & animo; quę retinentur, aut non retinentur in nobis; vel quæ extra corpus noſtrum alterant, & immutant, ſiue nobis neceſſariò occurrant, vt aer, ſiue minimè, vt aqua, & alia plura.

DE SIGNIS DIARRHAEAE.

SEd ſigna iam indaganda veniunt, à quibus, & cauſæ internæ, & partes affectę inter ſe diſtinguuntur; quæ enim ipſum fluxum demonſtrant, petuntur ab excretis in maiori copia, quàm par ſit, exeuntibus intempeſtiuè, & cum multa humiditate, & aſſiduè ſine dolore, aut tenſione.

Haud multa ſunt dicenda de ijs, quę diſtinguunt fluxum criticum à ſymptomatico; nam criticus morbum tollit, aut lenit, apparetque in diebus iudicatorijs, & cum ſignis coctionis.

Symptomaticus verò contrarias habet conditiones, nec morbus lenitur,

A ſed augetur potiùs, neque aliquod ſignum coctionis apparet.

Cumque fluxus poſſit eſſet duplex, colliquatiuus, & non colliquatiuus, ſigna ſunt afferenda, ex quibus diſtinguamus vnum ab alio, & quando à toto prouenit, & quando ab aliqua corporis parte, ſiue adſit inteſtinorum læſio, ſiue minimè.

Primò quidem afferamus ſigna di-
B ſtinguentia materias inter ſe, & humores potiſſimum, quia & ſtercus, & chylus viſu ipſo cognoſcũtur, at ſi bilis fuerit pro diuerſitate ipſius, diuerſum habebit colorem, videlicet vel pallidum, vel flauum, aut vitellinum, vel æruginoſum, vel cæruleum, vel rubrum, qui ſunt omnes bilis colores.

Excreta igitur declarabunt ſpeciem humorum, & augebunt cognitionem
C ſymptomata, nempe acredo, aut ardor quidam ad exitum, ſeu mordicatio, ſimul cum caliditate quadam, oris aderit amaritudo, ſitis, linguæ ſiccitas: ægri delectantur frigidis, iuuantur à medicamentis alterantibus, & euacuantibus bilem, habitus eſt gracilis, bilioſus, cõplexio calida, & ſicca, ætas florens, conſuetudo, & vitæ genus, ex quibus potuit generari humoris bilioſi copia.

D Pituitoſa diarrhæa, & ipſa proprijs, & communibus indicijs cognoſcitur, colore nempe, ſapore, atque ſenſu aliquo frigoris, quia vel nullum in exeundo facit calorem, & ardorem, in ore inſipiditas adeſt, albus color in excretis apparet, nullam percipiunt ſitim, aliquando adeſt faciei, & totius corporis inflatio quædam.

Sic ſi melancholia fuerit, quæ e-
E xit, indicia propria, & notas habebit ſæpius à nobis inculcatas, quę etiam à cõmunibus ſignis, hoc eſt, à naturali habitu, complexione, ætate, conſuetudine, anteacta vita, deſumi facilè poterunt.

Videndum modò eſt, an diarrhæa ſit per eſſentiam, an per conſenſum, atqui

ſi per

ſi per eſſentiam fuerit, ſigna aderunt alicuius inteſtinorum læſionis.

Sed iam videamus, quomodo dignoſcere poſſumus à toto corpore prouenire, aut à partibus: & ſi à toto, an colliquatiuus ſit fluxus, vel non.

Primo modo, cùm caro, quæ à toto corpore liquatur, vt 4. de ſanit. tuenda habetur cap. 4. in ventrem cadat, tunc per aluum exit deiectio pauca; glutinoſa, opima, admodum graueolens, vt apud Altimarum lib. de med. corp. humani morbis cap. 73. vnuſquiſque veſtrum videre poterit.

Si à toto corpore, cùm id contingat vel ratione facultatis expultricis irritatæ, vel facultatis retentricis læſæ, ſi primo modo, aderunt ſigna plenitudinis à Galeno tradita cap. 11. lib. de plenitudine.

Vnum tamen ſatis validum indicium vobis afferre poſſum, & eſt, quod ſi aliàs conſueuit fieri ex copioſis, & ſeroſis humoribus, repetatque bis in anno, præceſſeritque talis victus ratio, quę potuerit copiam humorum generare in venis totius corporis, & vita (quod contingit facilè) otioſa fuerit, demiſſumq; ſit conſuetum exercitium, vel retenta ſit aliqua conſueta excretio; alimentorum præceſſerit nimia copia, nullumquè in corpore appareat alicuius particulæ lęſionis veſtigium; demonſtrat facultatem expultricem læſam eſſe.

Verùm ſi fiat à facultate retentrice lęſa, cognoſcitur ex febre præcedente, quæ iam debilitauit omnes corporis facultates, vt in Placido de Angelica obſeruauimus.

Si ſit cacochymia totius corporis, ſuis etiam notis cognoſcetur, vt ſupradictum eſt, & vbi à partibus fluat, tunc opus eſt ad partium ſigna recurrere, quę deſumi ex Galeno debent à propria actione læſa, à ſitu ipſius, & à proprio ſymptomate.

A ventriculo fieri cognoſcitur ex proprijs ipſius ſymptomatibus, nempe vel

A à ſingultu, aut nauſea, vel vomitu, & à ſignis intemperiem eiuſdem aliquam demonſtrantibus.

Exeuntia quoque id declarant, ſi aquoſa erunt, alba, ſine fœtore, aliquando cruditatibus admixta, nullamque prorſus periodum ſeruabunt; & ſi tale profluuium perdurauerit, ventriculi affectionem ſemper ſignificabit lib. 6. aph. 32. ex Galeno.

B Cerebralis fluxio, ſeu quæ à capite affecto prodit, propria ſigna habet, quæ deſumuntur à proprijs capitis affectibus, & à communibus: propria ſunt, dolor capitis, grauitas eiuſdem, deſtillationes, & cætera, quæ oſtendunt capitis veram affectionem.

At communia ſigna petuntur ab exeuntibus, inter quæ iuniores ſpumam enumerant, tanquam huius proprium ſignum.

C Hippocrates 7. aph. 30. ſcribit, quod cerebro affecto, ſpumoſa recrementa aderunt, nec minus & imbecillitates ipſius, & quandoq; dolor. Cognoſcitur etiam ab immoderato ſomno, qui ſolet præcedere diarrhæam à capite; nam ſępè ab immoderato ſomno à capite ſit fluxio.

Dicunt enim, quòd ſi fluxio irruat à capite, tunc excrementa erunt ſpumoſa,

D quod ſanè indicium admodum fallax eſt, Galeno docente, cum videamus in omnibus excretis per ſeceſſum multam ſpumam apparere abſque capitis læſione; nam ſpuma fit ex ſpirituoſa, ac glutinoſa materia agitata, quare in quacunq; parte hæc duo fuerint, agitataq; ſit materia, ſemper fiet ſpuma; vnde ipſa non oſtendit materiam à capite neceſſariò effluere.

E Fluxus hepaticus comprehenditur, vt ſuo loco diximus, à materia chyloſa exeunte, quæ vel trahi à iecore non poteſt, aut quia venæ obſtructæ ſunt. Succedit, quòd vbi bilioſi ſunt humores, indicium eſt iecur eſſe inflammatum. Si verò exeat lotura ſanguinis, propriè demonſtrat eſſe iecur malè affectum, vt

ſuo

ſuo loco diximus.

Lienoſum fluxum denotat nigredo excrementorum, adeſtque intemperies in liene, aut obſtructio, aut inflammatio, vel ſcirrhus, de quibus iam ſatis diximus.

Si verò nulla pars in corpore læſa ſit, aut à toto minimè procedat, & tamen fluxus adſit, certiſſimum eſt inteſtina laborare aliqua potiſſimùm intemperie, ita vt nequeat continere materiam chyloſam, quantum ſatis eſt, ad attractionem venarum meſeraicarum, & iecoris.

Verùm cùm tam virtus contentrix inteſtinorum tenuium, quàm craſſorum lædi poſſit, ex ſcriptoribus nullus eſt, qui ſignum diſtinctiuum nobis afferat; exiſtimo tamen poſſe diſtingui à materia exeunte; nam ſi tenuia læſa ſunt, neceſſariò ſequitur, vt cum excrementis aliquid chyloſæ materiæ exeat, at ſi contingat ratione coli inteſtini, in quo continentur fœces, tunc iſtæ exeunt crudæ, & liquidæ, ita vt potius ſit fluxus ſtercorarius, quàm humoralis: & hæc de ſignis.

DE FVTVRO EVENTV Diarrhææ.

IN recto ferendo iudicio de futuro euentu, opus eſt ſemper conſiderare affectionis vehementiam, roburque virium: magnitudo verò præſentis affectionis attenditur reſpectu cauſarum, ſymptomatumque vehementia, & numero, ſiue in actionibus, ſiue in excretis, aut qualitatibus conſiderentur.

Deinde opus eſt videre, an affectio ſit per eſſentiam, an per conſenſum; ſi per eſſentiam, an vitio tenuium, an craſſorum inteſtinorum, an verò vtriuſque inteſtini, tenuis nempe, & craſſi. Poſtea inſpiciendum eſt, an totum corpus, an aliqua pars ſit læſa; nam ſi totum corpus, vel proficiſcitur à copia, aut cruditate, vel cacochymia: quòd ſi à cruditate, & nimia alimentorum copia, & ſine

A febre fuerit, non eſt inutilis; Cornelius enim Celſus docuit aluum fluere vno die ſæpè pro valitudine eſt, atque etiam pluribus, dummodo febris abſit, & intra ſeptimum diem conquieſcat; purgatur enim corpus, & læſurum vtiliter effunditur.

Verùm ſi à ventriculo contingat malè affecto, & antiquior fiat, periculum eſt, ne temporis progreſſu in hydropem

B terminetur, aut corpus in atrophiam degeneret, ſi ab humore bilioſo, & à iecore malè affecto euenerit, periculum eſt, ne ad dyſenteriam perueniat.

At exigua deiectio, glutinoſa, candida, & ſubcrocea mala eſt, potiſſimùm, vbi lenis ſit, & à toto corpore proficiſcatur: exitialis quoque ſi nigra, aut liuida, aut opima, aut fœtens fuerit, non apparentibus ſignis coctionis, apparen-

C tibus verò omnis diarrhæa in fine vtiliſſima eſt, 6. aph. 28.

Si ab inflammatione iecoris, aut lienis proficiſcatur, mala eſt. Si à capite, & ſine febre fuerit, non eſt lethalis.

At ſi febrem ſequatur, quo febris fuerit deterior, eò magis periculoſa eſt diarrhæa, niſi hæc ipſa criticè euenerit, & præſertim vbi vires langueant. Rurſus diarrhæa, quę peripneumoniam,

D aut phthiſim, aut coſtarum inflammationem ſequitur, lethalis, cùm à partibus inflammatis nihil educat, ſed corpus ipſum liquefaciat.

At illa diarrhęa, quæ contingit phthiſi, hydropi confirmato, & corporis atrophiæ, mala eſt; nam ſignificat multam imbecillitatem partium naturalium.

Tandem omnium peſſima eſt diarrhęa

E cum prauis ſymptomatibus, vt eſt animi deliquium, dolores inteſtinorum, & cum virtutum ſumma imbecillitate.

DE

DE CVRATIONE DIARRHAEAE per Victus rationem.

IN curatione diarrhææ non ſecus atq; in alijs affectionibus præternaturam procedendum; nam obſeruare oportet, num aliquod ſit, quod vrgeat, nec ne, an cauſa, an ſymptoma rationem vrgentis habeat; & an inſit periculũ de vita hominis; tunc enim cõpeſcẽdus eſt fluxus, ſiue criticus ſit, ſiue ſymptomaticus.

Si criticus fuerit, & perfectè fiat, nihil ex Hippocratis præcepto aph. 20. 1. part. innouandum, ſed relinquendum eſt naturę rectè operanti onus; nam quæ decernuntur, decretaue ſunt iuſtè, nec mouere, nec aliud quidquam nouare, ſiue medicamentis, ſiue alijs irritamentis oportet, ſed omittere habita conſideratione ad humoris inclinationem, & ad locum conferentem, 1. aph. 21. ex Galeno.

Quòd ſi non rectè operetur, natura corrigenda eſt; at ſi diminutè, adiuuanda, tantumque euacuandum, quouſque cauſa morbifica ablata fuerit; nam ſi inclinatio idonea fuerit, opus eſt ei ſubminiſtrare, & opem ferre, ſi autem contraria ſimul, & noxia fuerit, tunc prohibere, transferreque, atque diuertere oportet.

Cumq; euacuatio humoris peccantis ſit duplex critica, & ſymptomatica, in vtraq; debemus animaduertere, an virtus valear, an non; ſi virtus valet, permittendum eſt opus naturæ eo tempore, quo euacuat, & quando perfectè iam euacuata eſt materia.

Si verò virtus non valet, in vtraque compeſcendus eſt motus. At ſi diminutè fiat euacuatio, vult Gal. opem ferre debere medicum. Ita vt præcepta euacuationis eadem ſint in vtraque euacuatione, critica nempe, & ſymptomatica; nam vtrobique, vbi cauſa morbifica expellitur cum vitium robore, onus permittendum naturæ, at vbi adſit de lapſu virtutis periculũ, ſiſtendus fluxus.

A Vbi verò diminuta ſit euacuatio, id quod deficit, arte ſuppleatur, perſpectis ſemper humoris inclinatione, & loco conferente; hæc eſt communis Doctorum omnium ſententia, quæ nulla eget probatione.

Sed ſtatim dicet quis determinationem hanc pugnate cum his, quæ à Galeno ſcribuntur 1. ad Glauc. cap. 14. vbi iubet, quod quamuis euacuatio, quę

B ſit à natura, non ſit pro multitudinis ratione, tamen ſufficit, neque eſt opus alia euacuatione.

Reſpondet Donatus ab Altomari, eo tempore, quo natura euacuat, non eſſe euacuandum alia euacuatione; confidendum enim eſt fieri poſſe, vt ipſa ſola ſufficiat, hoc eſt, quod temporis progreſſu tanta fiat euacuatio, vt non ſit opus meliorem euacuationẽ ten-

C tare, at vbi natura non mouet, nec fidendum eſt ipſam tantam poſſe facere euacuationem, vt ſufficiat, auxiliumque naturæ eſt ferendum.

In critica igitur diarrhæa non debemus compeſcere fluxum, ſed naturæ opus totum permittere, niſi hæc immoderata ſit, periculumque de vita ægrotãtis maximum immineat, quia tunc eſt præter naturam: at in diarrhæa ſympto-

D matica, ſi hæc ipſa vrgeat, nec ne, in præſenti à nobis inquirendum proponitur, & certè ſi nihil vrgeat, ad cauſam eſt deueniendum.

Nam eſt quid præter naturam, vt ſupponimus, id eſt, ſymptoma ſecundi ordinis, nempe excretum immodicè exiens, quod quidem non curatur niſi ad morbi ablationem, morbus autem quiuis fuerit, non tollitur niſi per cauſæ ab-

E lationem, quare indicatio eſt, vt euacuetur humor peccans, deinde corroboretur pars demandans, & recipiens, aut tollatur morbus, quiuis ille fuerit.

Cum autem cauſa eſſe poſſit humor peccans, ſiue quantitate, ſiue qualitate, qui ſit vel in toto corporis habitum, vel in venis, aut in aliqua parte

corporis, in capite, ventriculo, iecore, ſliene, vtero, vel quia inteſtinorum facultas retentrix à quadam intemperie læſa ſit, quo nomine retinere excrementa non poſſit, vtcumque igitur ſit, ſiue in toto, ſiue in aliqua parte, cogitandum eſt de ipſius euacuatione, tam per victus rationem, quàm per alia medicinæ inſtrumenta.

Si verò perſeueret fluxus poſt vniuerſalia remedia, ad particularia recurrendum eſt, euacuamus igitur, vt aliàs ſæpè à nobis eſt dictum, inhibentes humoris peccantis generationem, tollenteſq; id, quod genitum eſt.

Victus igitur ratio inſtituenda eſt pro varij humoris peccantis ratione, quę tamen in vniuerſum duas habeat conditiones; vna, vt ſit boni ſucci; altera vt nonnihil adſtrictionis habeat, ſiue materia peccans calida ſit, ſiue frigida, & à quacumque cauſa proficiſcatur. Multa diximus de victus ratione, capite de lienteria, de cœliaca affectione, & de cholera, quæ ad præſens caput reduci poſſunt, quando ſcilicet prouenit ratione ventriculi. Eadem diximus capite de catarrho, capite etiam de dyſenteria hepatica, quæ in præſenti caſu ſeruanda veniunt in omnibus ſex rebus non naturalibus.

Addam tantummodò aliquos fuiſſe liberatos ab antiqua diarrhæa humorali mixta ex bile, & pituita, ſolo vſu meſpilorum; cum enim à medico perito omnia facta fuiſſent, & tentata per omne genus inſtrumentorum, nec ſanarentur ægrotantes, conſilio cuiuſdam comederunt multam quantitatem meſpilorum, à quorum vſu euaſerunt. Legatis Petrum Foreſtum lib. 22. obſ. 1. Ne igitur repetantur, quæ à nobis pluries ſunt dicta, neue actum agamus, venio ad alia duo inſtrumenta, & primò ad chirurgicum.

A

DE CVRATIONE DIARRHAEAE *per Chirurgiam.*

INquiritur, an mittendus ſanguis veniat, nec ne? & cauſa inquiſitionis eſt, quia ſumus in euacuatione, quæ fit per aluum, in quo caſu Hippocr. 4. de victus ratione cap. 26. ſcriptum reliquit fluente aluo non eſſe ſanguinem detrahendum, quandoquidem ſi poſt B ſanguinis detractionem perſeuerat fluor, virturem proſternit, cum igitur tale inſtet periculum, non eſt, vt ſanguis mittatur.

Succedit, & Galeni authoritas 1. ad Glauc. cap. 14. nuper citato, vbi loquens de alui fluore cum febre dicebat, quod quicunq; ijs plus adimere fore neceſſarium putantes, aut ſanguinem mittere, aut ventrem mouere tentarunt, C in grauiora pericula ęgrotantes duxerunt.

Sed breuiter reſpondentes, dicimus fluxum ventris alium eſſe criticum, alium ſymptomaticum; in primo non eſt mittẽdus ſanguis, quia tunc ſequeretur illud inconueniens, quod ſcribit Hippocrates; at in ſymptomatico, qui ortum ducit à multitudine, & mala etiam qualitate irritante à toto corpore, aut ab aliqua parte, tunc mittendus eſt ſanguis, ſi vires valeant.

D Idque fieri debet reuellendi gratia; vt ſi à toto ſit fluxio, mittatur ſanguis ex cõmuni vena; ſi à iecore, ex iecoraria; ſi à liene, ex brachio ſiniſtro, aut ſaluatella manus ſiniſtræ; ſi à capite, à vena capitis; & quando venit ab vtero, mittendus eſt ſanguis ex malleolis à ſaphenis, ſi potiſſimum fluxus ſit in principio cum febre; ſiue febris poſt fluxum veniat, ſiue fluxus ſequatur febrem.

E Illi igitur, qui in fluxu critico, de quo etiam loquitur Galenus lib. ad Glauc. tentarunt illas duas facere euacuationes, vel per ſanguinis miſſionem, aut per medicamentum, in grauiora errata ægrotantes duxerunt, quia non obſeruarunt naturæ motum, qui nec reprimendus eſt ſanguinis miſſione, nec irritan-

tandus eſt medicamentis. A

Cum igitur natura mouet per aluum, aut per aliquam aliam viam, permittendum eſt illi onus; at ſi fluxus fuerit ſymptomaticus, & vt doctè Donatus inquit, & aliquis incipit morbus, ſi quid excernitur, nihil tunc naturæ ratione excernitur.

Sed ſunt ſymptomata prauarum diſpoſitionum, à quibus, cùm omnia etiam cruda ſint, nihil permittitur ex naturæ lege egredi; nam opus eſt primò coctione, deinde ſeparatione, & expulſione, quæ à principio non contingunt, ideò cum Altomari dicimus in principio eſſe mittendum ſanguinem: verùm in fluxu inueterato, aut ſequente febrem cum virtutis imbecillitate non eſt deueniendum ad ſanguinis miſſionem. B

Hac eadem ratione, nempe vt reuellatur fluxus, conueniunt frictiones, ligaturæ, cucurbitæ ad partes ſuperiores: & hæc de chirurgico inſtrumento.

DE CVRATIONE DIARRHAEAE per Pharmaciam.

VEnio ad pharmaciam, in qua breuis ero, attingens tantummodo ea medicamenta, quæ adſtringunt, & corroborant, intemperiemque tollunt, tam intus aſſumpta, quàm extra admota.

Sed cùm huiuſmodi fluxus, vt dictum eſt, non fiant, niſi quia, vel virtus expultrix irritatur ad eijciendum, aut quia virtus retentrix non poteſt retinere, ſi primo modo eueniant, auferenda eſt cauſa, nempe illa, quæ irritat, à quouis proueniat humore.

Hæc autem aliquando aufertur ſine aliqua alteratione, ſi acris, & mordax fuerit, vt intelligetis cap. de dyſenteria, hoc bolo, vt

℞. Rhabarb. immaturi drach. j. ſſ.
Pulpæ tamarindor.
Cort. myrobal. citr. ana drach. j.
Diacatholici vnc. j.
Cum ſacchato quantum ſufficit, fiat bolus.

Pro potu.

℞. Fol. plantaginis m. j.
Cort. trium myrobal. vnc. vnc. ij.
Sem. plantaginis drach. ij.
Fiat decoctio ſecundùm artem, &
℞. huius decoct. vnc. iiij. infunde,
Rhabarb. immaturi drach. j. ſſ.
Syr. de roſ. rubeis vnc. iiij.
Diacatholic. cum dupl. rhabarbar. drach. iiij.

Nonnunquam verò quibuſdam auxilijs præparatur, non ſecus atque à nobis dictum fuit cap de lienteria, & cœliaca, vbi verò euacuata fuerit materia, vtendum eſt medicamentis tam intus aſſumptis, quàm extra adminiſtratis, quorum quædam conueniunt in materia calida vt ſunt iam dicta tam in lienteria, C quàm in cholera, alia in frigida.

In frigida materia valent.

Syrupus de abſynthio,
De corticibus citri,
Myrtinus,
De mentha,
Diacydonium cum ſpeciebus.

Valet etiam, & illud medicamentum, quod Galenus compoſuit 6. de ſanitate tuenda ex
D Succo cydoniorum,
Zingibere,
Pipere albo,
Aceto, &
Melle; in quo componendo poteſt minui quantitas piperis, & zingiberis, pro vt temperies ſecundùm magis, & minus calida eſt, vt

℞. Succi cotoniorum vnc. j.
Zingibetis,
Piperis albi,
E Aceti ana drach. j. ſſ.
Mellis vnc. iiij.
Miſce,
Doſis ſit ad vnc. j.

Poteſt etiam vnuſquiſque accuratus Medicus aromatizare ſyrupos prædictos cum huiuſmodi puluere in linteo

inuoluito.

℞. Vtriuſque menthæ ſiccæ drach. ij.
Cinnamomi,
Galangę ana ſcrup. j.
Sem. plantaginis,
Cornu cerui vſti,
Sem. oxalidis ana drach. ij.
Miſce, & fiat puluis ſubtiliſſimus.
Loco huius pulueris valent,
Trochiſci de ſpodio, vel
De terra lemnia ad drach. j. aut ſcrup. ij.

Tabella.

℞. Trochiſc. de carabe,
De terra ſigillata ana drach. j.
Cinnamomi ſubt. pulu. ſcrup. j.
Specierum diagalangæ ſcrup. ß.
Sacchari diſſoluti in aqua plantaginis vnc. ij. fiat confectio in tabellis.

Mora quoque acerba ad ſolem pluribus diebus exiccata, deinde trita, & cum aqua bibita, aut iuſculo quodam mirificè curant quemcumq; fluxum etiam antiquatum, & dyſentericum.

Mora rubi maiorem habent ad cohibendum fluxum efficaciam, ſi ea ratione conſeruentur, & in puluerem redigantur.

Theriacæ, & mithridaticæ cõfectionis vſus in hoc caſu mirificè vtilis eſt.

Proficiunt etiam medicamenta per vrinam ducentia ad deriuandã materiam à ſeceſſu ad veſicam.

Extra admouentur quamplura, inter quæ eſt emplaſtrum de Procida, &
Emplaſtrum de gallia moſcata,
Super totum ventrem inferiorem extenſum.

Probatur quoque illud, quod à Galeno deſcribitur primo ad Glauc. quod ex his rebus conſtat, nempe.
Palmulis,
Vino,
Farina hordei,
Croco,
Aloe, &
Maſtiche,
Illud quoque valet.

A ℞. Palmularum,
Farinæ hordei,
Aloes ana drach. ij.
Maſtiches Chiæ,
Cum vino fiat emplaſtrum.

Sed antequam emplaſtra applicentur inungendus eſt venter.
Oleo myrtino,
Maſtichino,
De abſynthio ana ad vnc. iij.
B Vini optimi lib. ij.

Vel etiam ex iiſdem abſque vino irrigationes fiant.

Poteſt etiam parari vnguentum ad hunc modum.

℞. Maſtiches Chiæ,
Corticum thuris ana drach. iij.
Pulu. menthæ,
Cinnamomi ana drach. j. ß.
C Olei nardini vnc. ß.
Maſtichini,
de abſynthio, ana vnc. i.
Vini odorati, & ceræ, quantum ſufficit, fiat vnguentum.

Probantur ſacculi.
Ex milio
Sale,
Furfure, &
Hordeo torrefacto.
Quibus mentha exiccata addi poteſt.

D Immitti quoque poſſunt per infernas partes clyſteres, quorum decoctiones fiant ex folijs, & corticibus pini.
Nucibus cupreſſi,
Furfure,
Gallis,
Folijs plantaginis, & cum
Oleo myrtillorum, &
Maſtichino.

Valet etiam huiuſmodi clyſter, vt
E ℞. Fol. corticumq; pini,
Fol. plantaginis ana drach. j.
Nucum cupreſſi num. iiij.
Gallarum inmaturarum num. xij.
Corticum granati p. j.
Bulliant in ſufficienti quantitate aquę chalybeatæ, &
℞. Huius decoctionis lib. j.

Olei

Olei myrtillorum,
maſtichini ana vnc. j. ß.
Michletæ Nicolai vnc. ß.

A Hac methodo, & medicamentis curatur diarrhæa à materia frigida: nunc dyſenteriam proponimus.

DE DYSENTERIA.

CAPVT VIGESIMVMTERTIVM.

Abſoluto tractatu de fluxu ventris in vniuerſum, quem diarrhæam diximus appellari, de dyſenteria, tanquam de ipſius differentia, agendum in præſenti lectione proponitur, & quamuis aliquando dyſenteriæ nomine à Galeno 3. de cauſis ſympt. cap. 2. acceptus ſit omnis alui fluxus cum dolore, & mordicatione, magis tamen propriè dyſenteria appellatur fluxus alui, in quo ſanguis excernitur, quęne, Galeno authore capite, & libro citato, quatuor habet differentias.

Prima eſt, cum optimus ſanguis excernitur ex toto corpore, qualis exire ſolet in ijs, quibus mutilatum fuit aliquod inſigne membrum, vt brachium, aut crus, vel qui omiſerunt validum exercitium, aut aliquam conſuetam, & notabilem euacuationē, eodem tamen ſeruato victus regimine, neque vnquam facta aliqua ſanguinis miſſione ab arte.

Secunda eſt, quando per aluum excernitur ſanguis quidem, ſed loturæ carnis ſimilis, qui ab imbecillitate hepatis exoritur, & fluxus hepaticus, ſeu dyſenteria hepatica vocatur.

Tertia eſt, quando per aluum deijcitur ſanguis niger, & ſplendidus, quæ etiam eſt dicta dyſenteria hepatica, vt ſuo diximus loco.

Quarta, & vltima differentia eſt, quando deijcitur cruenta materia ab vlcere inteſtinorum enata, quæ propriè magis dyſenteria appellatur, in qua ſanguis paulatim, & breuibus interuallis excer-

B nitur, quia fluit ex vlcere, & non ex cauitate venæ immediatè.

Ab irritatione nonnunquam etiam ſanguis in grumum coactus exit, ſæpè puri admixtus, & alijs etiam rebus, de quibus paulò poſt ſermonem habebimus, & hæc eſt illa dyſenteria, de qua in pręſenti agendum proponitur.

Dyſenteria appellatur à Græcis deducentibus iſtud nomen à parte affecta;
C nam inteſtina dicuntur ἔντερα, δύσκολον verò difficultatē ſignificat, vnde Celius Aurel. lib. 4. cap. 6. dicebat à difficultate officij nomen accepit dyſenteria, quæ à Cornelio Celſo, cæteriſque Latinis inteſtinorum tormina fuit appellata ob laborem, quem ipſa inteſtina in hac affectione patiuntur: hæc de nomine.

De definitione dubitare licet, an inter ſymptomata, an verò inter morbos
D ſit reponenda; nam ſi rem conſideremus, videbimus exire per ſeceſſum excrementa mutata, & quæ ſunt præter naturam à toto genere, quia exit ſanguis, aliquando pus, nonnunquam pinguis quædam materia, non rarò mucoſa, membranoſa, omentoſaque, quare videtur referenda ad ſymptomata in genere mutati excrementi.

Alij verò, & ferè omnes ſcriptores,
E dicunt eſſe collocandam in genere morbi, non cuiuſuis, ſed ſolutæ continuitatis, & magis expreſſe dicunt nihil aliud eſſe, quàm vlcus in inteſtinis; ita vt definientes dyſenteriam abſolutè dicant eſſe vlcus inteſtinorum.

Sed huiuſmodi inquiſitio vel ex parte ſenſus, vel rationis procedit, ac ſi pri-

primo modo cònſideretur, eſt certè A ſymptoma exeuntis mutati; ſi verò ratione rem ſcrutemur, procul dubio erit morbus.

Sed vtcumque ſit, quia ſymptoma ſemper aliquem ſequitur morbum, poterimus dicere eſſe excretum præter naturam, & à toto genere, ortum ducens ab vlcere in inteſtinis exiſtente.

Cùm autem inteſtina in duplici ſint differentia, hoc eſt, alia tenuia, & alia craſſa, quæri ſolet, vtrum omnia inteſtina, an aliqua tantùm exulcerentur, hoc eſt, vtrum vlcus ſit in omnibus inteſtinis, an in tenuibus, an verò in craſſis tantum?

B

Pro reſolutione dicimus, & breui quidem, quod aut aptitudinem, aut actum conſideramus: ſi primo modo, omnia inteſtina apta ſunt, vt vlcus patiantur, ſed tamen non omnia vlcerantur, nempe tenuia, & craſſa, quo ad totum, licet poſſint vlcerari actu ſecundum diuerſas partes; fieri enim minimè poteſt, vt homo viuat, cui omnia inteſtina continua, & ſecundum ſui totum exulcerata ſint.

C

Aliquando igitur contingit, vt tam tenuia, quàm craſſa exulcerentur, nonnunquam ſola tenuia, ſæpè craſſa tantummodo. Quare concludimus vlcus, de quo intellexiſtis, eſſe inteſtinorum, & per conſequens partem affectam eſſe inteſtina ſiue tenuia, ſiue craſſa.

D

Sed præter dictas differentias, aliæ deſumi poſſunt ab exeuntibus, & aliæ ab ipſorum inteſtinorum natura. A materia quidem exeunte; nam ſanguis modò floridus, modò aquæ mixtus, modò niger exit: bilis aliquando flaua, vitellina, porracea, æruginoſa, cærulea, à quibus dyſenteria ortum ducit, quod teſtatur Galenus, & experientia confirmat. Deinde atra bilis deijcitur, necnon pituita, & tandem alia corpora, vt eſt pus, rammentum, pinguedo, & quæ ſunt ſimilia, à quibus omnibus dyſenteria aſſumit varias differentias.

E

A parte affecta oriri poſſunt etiam differentiæ, relicta illa, quam diximus prouenire à craſſis, & tenuioribus; nam aliæ à conſtitutione inteſtinorum habentur differentiæ, quandoquidem cùm inteſtina (docente Galeno, & anatome) facta ſint, vt materiam chyloſam diſtribuant, ſimulque retineant, ac expellant excrementa, duplicata tunica tamquam ex propria ſubſtantia ipſa efformauit natura, quarum vna interna eſt, altera verò externa.

His duabus tunicis additur tertia à peritonæo ortum ducens. Rurſus ad internam tunicam pinguedinem quandam appoſuit, quaſi internam eorum ſuperficiē, quam Arabes modò adipem, & pinguedinem, modò mucum, & mucaginem appellant, addentes totam inteſtinorum craſſorum capacitatem eſſe veluti mucagine quadam inunctã.

Idcirco pro diuerſitate harum ſubſtantiarum læſarum fiunt tres gradus, aut tres dyſenteriæ differentiæ, vt patet ex Galeno lib. 4. aphor. 24. & 20. & 6. de locis aff. cap. 1. quod Aetius confirmauit, & alij authores tam Græci, quàm Arabes admiſerunt.

Primus igitur gradus eſt, quando corpora pinguia excernuntur: ſecundus gradus eſt, quando rammenta exeunt: tertius, quando iam portiones membraneæ ſecernuntur.

In primo gradu ſola illa ſuperficies pinguis abraditur ab vlcere; in ſecundo verò læditur interna ſuperficies membranæ; in tertio verò gradu ipſæ membranæ afficiuntur.

Tres iſtæ differentiæ à partibus affectis deſumi videntur, quamuis magis referri poſſint ad morbi vehementiam, & benignitatem; nam in primo gradu vix factum eſt vlcus, & propterea dici tunc poteſt dyſenteria in fieri; in ſecundo verò iam factum quidem eſt, ſed non dum malignum vlcus, & paruum cenſetur; in tertia verò differentia iam ſuæ malignitatis adepta eſt naturam.

Quare

Quare ex variorum graduum malignitate deſumi poſſunt differentiæ ſecundùm magis, & minus; nam vlcus vel mundum eſt, & purum, vel ſordidum, vel depaſcens. Si primo modo, non dum maligna eſt dyſenteria; ſi ſecundo modo maligna eſſe poteſt, & etiam mali moris, & peſtilens, quæ dyſenteria mali moris, & peſtilens, licet rarò contingat, fieri tamen poteſt.

Huius quidem exemplum habetis apud Ioſephum Hæbreum lib. 1. de antiquitate Iudaica, vbi ſcribit Hæbreos quoſdam miſerè extinctos fuiſſe à peſtilenti dyſenteria, in qua antequam perirent, inteſtina cotrumpebantur; ſed hæc omiſſa eſt ab Authoribus, quòd nullam habeat curationem, pro vlceris igitur natura dyſenteria benigna, & maligna redditur, eò quod vel profundum, aut ſuperficiale (vt dixi) aut ſordidum, vel depaſcens ſit vlcus.

Præterea poteſt eſſe dyſenteria, vel ſimplex, vel alijs morbis complicata, vel febri, vel alijs ſymptomatibus, nempe cum dolore vel intenſo, vel minimè intenſo pro cauſarum diuerſitate.

Rurſus dyſenteria vel eſt per eſſentiam, aut per conſenſum: per eſſentiam, quando ipſa inteſtina patiuntur per ſe inductum vlcus in ipſis poſt inflammationem, vel per eroſionem factam ab acri humore: per conſenſum verò multiplex eſſe poteſt; ideſt, vel à toto, vel à partibus, vt à capite, iecore, liene, & ventriculo.

DE CAVSIS DYSENTERIAE.

HVius morbi non ſecus atque aliorum morborum cauſæ diuiduntur in internas, & externas. Ex internis aliæ ſunt immediatæ, & proximæ, quas coniunctas appellant; aliæ verò antecedentes, & mediatæ, quæ vel ſunt naturales, aut præter naturam.

Priores, nempe coniunctæ, ſunt humores acres, & mordaces inteſtina cor-
A rodentes, ſiue in ipſis geniti fuerint, hoc eſt corrupti, ſiue aliunde prouenerint. In ipſis quidem fiunt, quando adeſt aliquis tumor, in quo putreſcunt acrimoniam acquirentes: pus quoque collectum eſſe poteſt cauſa acrimoniam acquirens; Hippocr. 6. aphor. 23. ſcripſit à deiectione ſyncera fieri poſſe dyſenteriam.

Ab alijs verò partibus proueniunt hu-
B mores, vt à iecore, liene, & ventriculo, & alio membro inflammato, & à capite, iuxta Hippocratis ſententiam lib. de internis affectibus dicentis à fluxione capitis fieri dyſenteriam, lienteriam, & diarrhæam: à capite oriri poſſe dyſenteriam ſcripſit etiam Gal. 3. lib. aph. 12. & 6. aph. 2.

Sed dubitatio quędam fieri poteſt de ventriculo, an ſcilicet poſſint colligi, aut
C generari acres humores in ventriculo, qui nō inducentes in ipſius membranas vlcus, inducant verò in inteſtinorum membranas, cùm Galeni ſententia ſit, eandem eſſe membranam internam ventriculi, & inteſtinorum?

Reſpondet Mercurialis id euenire ratione breuis moræ contractæ in ventriculo, quia ſi diù contineretur acris, & mordax materia in ventriculo, fortè ip-
D ſum excoriaret, & vlcus inferret, quod eſt ipſiſſima dyſenteria; ſed quia non retinetur, hinc non habet tempus, vt inducat vlcus; nam cum ipſius tunica interna ſit eiuſdem naturæ cùm inteſtinorum interna membrana, non eſt maior ratio, quod inteſtinis inducat vlcus, non autem ventriculo.

Licet verò ventriculus cruſtam quã dam habeat villoſam multis canaliculis
E conſtractam à centro ad circumferentiam ductis, quam primùm obſeruauit Falloppius, à cuius villoſitate retūditur humoris acrimonia, nihilominus ſi diù contineretur acris materia in interna membrana ventriculi, eam exulceraret, vt vlcerat inteſtina, licet habeant illam vnctuoſitatem dictam, quia in ijs ob mul

tas circumuolutiones, ac plicas, quibus membrana eſt prędita, retinetur diù humor acris.

Non igitur quia durior ſit ventriculi ſubſtantia, vt aliqui arbitrati ſunt, non vlceratur in dyſenteria, ſed quia erodens materia breui tempore in ipſo perſiſtat, contra quam contingat in inteſtinis, vbi longiori tempore cõmoratur propter eorum plicas, & reuolutiones.

Addatis etiam, quia bilis à ſuo folliculo in inteſtina prolabitur, non in ventriculum, niſi rarò. & quando duplex eſt canalis deferens bilem, vt Eudemo Philoſopho eueniſſe ſcribit Galenus.

Ad humorum horum generationem, tanquam cauſæ antecedentes, faciunt habitus corporis, & eiuſdem temperies, & ætas.

Cauſæ exteriores ſunt quæcunque bilem acrem generare poſſunt, quemadmodum ſunt alimenta quædam, vt

Allium,

Cepæ,

Naſturtium.

Carnes vetuſtiores, quæ diu aeri ſeruatæ fuiſſent, vnde dicebat Hippocrater carnes recentes corroborare viſcera, & hoc eo magis, quò propinquiores erunt viuentibus; quæ verò veſtuſtiores erunt, magis aluum ſoluere, quòd putredini propinquiores ſint.

Sunt etiam quædam herbæ, quæ poſſunt comeſtæ facere dyſenteriam, vt de ſe ipſo teſtatur Auenzoar, qui dũ in Siciliam proficiſceretur, herbam comedit, quæ in ſe ipſo dyſenteriã excitauit.

Sed ego ſum huius opinionis, ꝙ quęcumque herbæ calidæ generant humores acres, à quibus poteſt excitari dyſenteria.

Aer quoque poteſt eandem facere affectionem, ſi nimium fuerit calidus, aut etiam frigidus in exceſſu; vnde Hippocrates 3. aph. 12. ſcribit ſi fiat hyems aquilonia, & ſicca; ver autem pluuioſum, aut auſtrinum, fieri dyſenterias; ſic contra, ſi hyems fiat pluuioſa, & auſtri-

A na, ver autem aquilonium, & ſiccum futuras eſſe dyſenterias. Tempus autumnale poteſt eſſe cauſa dyſenteriæ magis, quàm reliqua anni tempora.

Læſiones, percuſſioneſque; potus aquæ gelidæ, & à niue percolatæ, paluſtris, lacuſtris; venena epota, præſertim illa, quę corrodendo procedunt; infuſiones quoque per aluum iniectæ dyſenteriam efficere poſſunt.

B

DE SIGNIS DYSENTERIAE.

Signa afferenda nunc ſunt, quorum quædam declarant dyſenteriam, & gradus ipſius, alia demonſtrant partem affectam, nempe vtrum ſuperiora tenuia inteſtina, an verò craſſa lęſa ſint, alia denique quæ cauſas ipſas inter ſe diſtinguunt.

C Quod ad ſigna dyſenterię attinet, dicebat Galenus 6. de locis aff. cap. 1. 12. meth. med. cap. 7. duos eſſe morbos habentes ſigna ſcientifica, comparatione ſcilicet aliorum morborum, vnus eſt dyſenteria, alius verò pleuritis, quia ſigna, quæ has affectiones denotant, certiſſima ſunt, quibus poſitis ſtatim ponitur affectio, vt oſtendi vobis cap. de pleuritide.

D Hunc verò morbum ſigna demonſtrantia ſunt tria, nempe cruenta excretio; dolor; atque, torſio, ſeu ventris tormina. Audiuiſtis ſanguinem ſecerni in hepatico fluxu, ſed non cum dolore, & torſione; deinde in illa affectione retinetur duorum, aut trium dierum ſpacio, quod in dyſenteria minimè euenire poteſt ob vlcus inteſtinorum, quod etiam torſionem facit, & dolorem, tribus

E igitur his ſignis dignoſcitur in vniuerſum dyſenteria.

Gradus porrò, & ipſi ad inuicem diſtinguuntur; nam in primo gradu, quando ſcilicet incipit, exeunt (Galeno authore lib. 4. aph. 26.) corpora quædam pinguia, bilis quoque cum liquamento pinguedinis, & cum torſione quidem,

&

& dolore, ſed non adeo graui.

Secundum gradum demõſtrant, rammenta quædam inteſtinorum, abraſa interna eorum ſuperficie, quæ membranoſa eſt, atque denſa; ſunt enim corpuſcula veluti cuticularia, aut furfuracea: dolores acriores redduntur, ſtercora magis fœtida, ſitis ingens adeſt, ſimul & febricula quædam.

Tertius gradus cognoſcitur, quando vlcus magis ſerpit, & exaſperatur, ſubſtantiam inteſtinorum internam magis depaſcens, ideo cum excrementis veluti carunculæ quædam exeunt, quæ nihil aliud ſunt, quàm inteſtini portiones ab vlcere corroſæ, & ſeparatæ.

Non amplius mucus, vel pinguedo apparet, excernuntque cum maximo dolore, & quibuſdam vehemens adeo eſt, vt eos ad animi deliquium, ſudores, vacuationes, vigilias, virtutiſque non ſpernendam imbecillitatem perducat: ſæpè adeſt cibi faſtidium, ſæpè febris, ſitis inextinguibilis, oris ingens amaritudo, & inquietudo totius corporis, vt vix ſitum habeant ægrotantes, in quo acquieſcere poſſint.

An verò tenuia, an craſſa inteſtina lædantur, cognoſci poteſt tum à ſitu doloris, tum à modo, quo fœces exeuntes ſanguini admiſcentur; nam ſi vlcus fuerit in tenuioribus inteſtinis, dolor erit ſupra vmbilicum, vel circa eundem, & (vt ſcribit Aetius) bilioſa, & porri colorem habentia, ſtercori commiſta plerumq; excernuntur, citra tamen rammentorum complexum, cum torminibus, & mordacitate, diſperatione, & exolutione, vt non procul ab animi deliquio abſint, & ſiti infeſtantur, & febricitant.

Si læſio ſit in vaſis, ideſt in venis, tunc maior humorum copia, minor verò fœcum exit, at è contra contingit, ſi cauitas inteſtinorum lædatur.

Quod ſi contingat, quod tamen ratò euenit, ieiunum inteſtinum exulceratũ eſſe (dicebat Aetius) egeſtiones crudiores indicant, nigriore ſanguinẽ vehe-

A menter implicatum habentes, bilemque abundè flauam: ſitis multa eſt, itemque nauſea ægrotantes affliguntur, aliquando vomunt, cibos auerſantur, & ſingultiunt, compatiente ventriculo; febres malignæ quandoque ſequuntur, fiuntq; ita affecti decolores, & ad animi vſque deliquium ſudant.

Nonnulli addunt, quod id, quod excernitur, quando læſio eſt in ſuperioribus inteſtinis, & magis fœtidum effluit, & ſæpè loturæ carnis eſt ſimile. Cæterum quando vlcus in tenuibus inteſtinis adeſt, cruor, & rammenta cum excrementis mixta non ſtatim à dolore reijciuntur. Excrementa exeuntia, vel admixta ſunt cruori, vel non, vel medio modo ſe habent. Si primo modo læſio eſt in ſuperioribus inteſtinis, ſi verò ſecundo in inferioribus, ſi denique tertio in medijs inteſtinis.

B

C

Craſſa verò ab vlcere eſſe læſa demonſtrant dolor, vt tormina in inferiori abdominis parte ſub vmbilico; dolor tamen à ſitu mihi non probatur, quia cum ſub vmbilico nullum aliud ſit, quàm rectum inteſtinum, erit ſignum ipſius vlcerati, non coli, quia colon à dextro oriens ſurſum ad hepar ſcandit, inde ſuperequitat ventriculum, à ventriculo verò deorſum ad renem tendit per ſiniſtrum latus, quare ſi dolor in ipſo fuerit, non poterit percipi ſub vmbilico.

D

Sanies ante fœces exit, ac ſi cruor, aut carunculæ, vel cruſtæ, & quæcumque cum fœcibus exeunt, non erunt mixta fœcibus, iam clarum eſt læſionem eſſe in craſſis inteſtinis.

Cauſæ verò deprehenduntur ab exeuntibus; nam vlcera non ſunt vnius E naturæ, quandoquidem alia ſordida, & magna; alia parua, nec ſordida. Si primo modo præter fœtorem, & ardorem ingentẽ in excrementis apparebit virus, & ſanies, quæ modò bilem atram, modò, pituitam ſalſam repræſentant, ac ſi pituita fuerit, aderunt excrementa aquoſa, cruda, & albiora; ſi melancholia, excre-

excrementa erunt nigriora, terramque fermentabunt.

An modò pituita terram fermentare poſſit, eſt aliud quæſitum, nec ad hunc locum ſpectans; ſatis enim eſt nobis, vt cùm vlcera fiant ab humoribus, proprijs ſignis dignoſcantur, nempe à calore, à dolore, & ſi ſtatim exeunt fœces.

Cauſæ verò exteriores ab his, quæ reſpondet ægrotus, & à medico diligenti non difficilè cognoſcuntur.

DE FVTVRO EVENTV Dyſenteriæ.

QVid de euentu præſentis affectionis ſperare liceat, demonſtrant nobis, & virium robur, & affectus ipſius vehementia; nam ſi conſideremus primum gradum dyſenteriæ à principio, qui ortum ducat ab humore bilioſo, à cauſa exteriori, in iuuene robuſto, mediaque ætate, curationem ſecuram prædicere facilè poterimus, ſi potiſſimùm nihil cum fœcibus exeat, niſi pinguia corpora, ſeu mucoſa.

Signum tunc enim eſt inteſtina tantùm craſſa læſa eſſe, quorum læſio facilius curatur, quàm ſi eſſet in tenuioribus inteſtinis; medicamenta etiam facilius in craſſa immittuntur, hęcq; ignobiliora ſunt, quàm ſint tenuia; imo verò ſcribit Auicennas curatos aliquos fuiſſe, quibus per inteſtinorum vlcera fœces exibant.

Secundus verò gradus longè difficiliùs curatur, & eò magis ſi inueterata fuerit dyſenteria, ac potiſſimùm quando omnia inteſtina læſa fuerint.

Tertius gradus ferè deploratus eſt, & citiùs moriuntur ęgrotantes, quando inteſtinum ieiunum læſum eſt, atque adſunt praua illa ſymptomata, nempe appetitus deiectio, vomitus, dolor intenſiſſimus, inquietudo corporis.

Quando etiam vlcus ſordidum eſt, quamuis ſit in craſſis inteſtinis, & exeunt vel cruſtoſa illa corpora, aut portiunculæ quædam carneæ, vel puris copia. Indicium quoque eſt mortis, quæ citius hominem interficit, vbi cum his ſymptomatibus prauis adſit virium languor.

In ſumma ſecundus gradus cum difficultate eſt curabilis, tertius verò numquam curabilis, quando affectio eſt in tenuioribus inteſtinis, & præſertim in inteſtino ieiuno.

Cauſæ etiam difficiliorem reddunt curationem; nam ſalſa pituita contumaciorem reddit morbum, quæ verò ſit à bile, acutior eſt, magiſque ægrotantes afficit; vnde Galenus 3. aph. 12. hanc dyſenteriam crudeliſſimam appellauit. Illa vero, quæ ſit ab humore melancholicon eſt tam praua, præcipuè ſi ortum ſuum ducat à melancholia, ex qua exoneretur lien.

Habebitis tandem Hippocratis oraculum 2. prog. nempe dyſenteriam ſuperuenientem podagricis inueteratis liberare eos à malo, ſi fuerit ſcilicet dyſenteria in primo gradu, quia in ſecundo, aut tertio gradu eſſet, non eſt veriſimile liberare hominem à morbo, niſi mediante morte, quia ex podagra vires fractæ ſunt, nec probabile eſt poſſe perferre tam prauum morbum; hæc de preſagijs.

DE CVRATIONE DYSENTERIAE per victus rationem.

IN curatione affectionis huiuſce conſiderare oportet, verum ipſa ſit in fieri, hoc eſt in primo gradu, an in facto eſſe; ſi primo modo inhibendum eſt, ne fiat; ſi ſecundo modo, id, quod factum auferri debet.

Cum autem vlcus habeat rationem cauſę efficientis, illud omninò tollendum eſt, quare ſi indicationem deſumimus ab ipſo vlcere, vt eſt vlcus, indicabitur nobis procul dubio exiccandum eſſe, ſed cum vlcus morbus ſit, quamuis primò intentio Medici in hoc verſetur,

vt

vt tolli debeat, nihilominus cum à cauſa dependeat, in primis neceſſarium erit ad eandem cauſam auferendam animum conuertere. A

Atque hoc eſt, quod dicebat Galenus 4. meth. med. cap. 5. auſpicandum eſſe curationem ab humore vitioſo, à quo prodit immediatè vlcus. Dicunt omnes ſcriptores indicationem deſumendam eſſe ab vlcere, vt vlcus eſt, quod exiccationem exigit. B

Quare curandum eſt, ne humor, qui ad inteſtina fertur, amplius in ipſa fluat, nec recipiatur, quod fiet per ipſius euacuationem à corpore, & per adſtrictionem partium tam demandantium, quàm recipientium; nam ſi partes tam demandantes, quàm recipientes adſtringantur, non poterunt amplius nec illæ demandare, nec iſtæ recipere.

Primò igitur euacuamus per victus rationem, quę talis in primis eſſe debet, vt facilè à ventriculo concoquatur; deinde, vt adſtringendi facultatem habeat, & ratione vlceris inducti exiccare poſſit. C

Materię autem, quibus per victus rationem curandi ſunt ægri, deſumuntur à ſex rebus non naturalibus; ideo quod ad aerem ſpectat pro cauſarum vlceris diuerſitate ipſe mutari debet, & in actiuis qualitatibus opus eſt, vt ſit temperatus, in paſſiuis verò ad ſiccum vergat. D

In ſomno moderatè ſe gerere debet æger; vigiliæ immodicæ ex Aetij conſilio euitandæ veniunt.

Quies omninò imperanda eſt, euitandus motus; ſi quidem exagitatio corporis vlcus augere poteſt.

Coitus, ſeu venereus vſus non probatur mihi, & ſi Amatus ſcripſerit cent. 2. cur. 47. quendam dyſentericum ex vnico actu, quem cum muliere habuit, ſanatum fuiſſe. E

Animi quoque pathemata immoderata, & vehementia fugienda. Quare, & corpore, & mente, quantum fieri poteſt, quieſcendum.

Tandem dicebat Donatus, quod alui excrementa, ſi retineantur, debeant clyſteribus quibuſdam educi, eò quòd ex eorum retentione non parum in inteſtinis exulceratio augeatur.

Quod ad cibum attinet, circa initia Alexander Trallianus lib. 8. cap. 8. modicè eum, ait, offerendum, quia imbecillitas ventriculi, aut inteſtinorum non poteſt multum concoquere, & eò minus ſi adfuerit febris.

Qualitas ipſius eſſe debet facilis ad coquendum, cui ſemper admixta ſint ſimplicia, quæ habent adſtringendi, & exiccandi facultatem, ſecundum tamen magis, & minus; nam vbi viget febris, non eſt adeo exiccandum.

Quod ad materiam ſpectat, Alexander laudat pultes ex tritico factas. Alica probatur, quia craſſi eſt ſucci, magiſque nutriens, quàm ſit oriza, quamuis oriza adſtringat magis, quàm farina milij, aut panici.

Si humor acris, & mordax fuerit, pulti factæ ex prædictis rebus addendum eſt lac, ſed primò alica, & oriza aqua decoquantur, quibus coctis, & expreſſis lac adiungitur, permittāturque ad prunas leuiter feruere, & vbi ſuccus conſumitur, additur lac ſecundò, & tertiò, quouſque coquantur, deinde modicum ſalis ſine oleo, puluiſque rhu additur, granaque mali punici acidi, aliquando cotonij orbiculi adduntur, ſed probè repurgati.

Poſſunt etiam concoqui prædicta alimenta in aqua, in qua ebullierint.

Sorba, aut
Pyra cruda, aut
Meſpila, aut
Cotonia, aut
Siliquæ.
Palmulæ Thebaidæ, hoc eſt dactyli, præterea probantur.

Pultibus adduntur
Gummi,
Amylum, &
Cera recens inſtar mellis: pultes quo

que ex caſeo recenti crebro percolato parantur.

Sed huiuſmodi pultes ex aqua, in quibus adſtringentia ebullita fuerint, conueniunt magis ijs, qui languido ſunt ſtomacho.

Lens proficit cocta cum cortice, & abſque cortice, cui rhus, & pinguedo anatis addi poteſt, & loco ferculi exhiberi.

Ptiſana probatur ab Alexandro, ſed ita parata, vt tenuiores partes, quarum ratione lubrica eſt, ſoluantur, atque glutinoſior reddatur, ideoque pedes vitulini in ea cocti, vſque ad vnguium ſeparationem laudantur ab eodem Alexandro, quia ſuccus ptiſanæ glutinoſus efficitur, & ij aceto conditi eſui præbendi ſunt.

Inter olera plantago, beta nigra coctæ, & benè expreſſa, tritaque, & aceto condita, braſſica quoque bis cocta cum aceto, oleo, & ſale condita probantur, nonnulli hanc in poſca coqui permittunt.

Fructus, qui in hoc caſu conueniunt, ſunt.

Sorba,
Corna,
Pyra viridia,
Meſpila,
Mala cotonia,
Mala punica.

Vuæ quoque conueniunt in vaſis fictilibus reconditæ, aut cum folijs ſuſpenſæ, donec acini ipſarum comminuantur.

Animaduertẽdum eſt huiuſmodi fructus pomaceos facilè corrumpi in ſtomacho, quapropter Alexander conſulit, vt cum eis ad comedendum panis concedatur.

Mali punici grana ſanis aluum adſtringunt, ægris autem non item, ſed dulciora in ſtomacho euadunt, corrumpunturque.

Palmulę, hoc eſt dactyli, comeſtæ cum pane ventrem ſiſtunt.

A Quod ſpectat ad carnes, dicebat Alexander eas eſſe dyſentericis inutiles, eò quod multum nutriant, & tardè coquantur, virtute igitur valida conceduntur; Si virtus imbecilla fuerit, aqua carnis gallinæ, perdicis, & etiam veruecis, quę per deſtillationem in vaſe vitreo ad balneum Mariæ extrahitur, prodeſt.

B Ante cibum offa panis concedi poteſt immerſa in miua cotoniorum, aut rob cotoniorum, aut de agreſta.

Inter ſylueſtres carnes, turdi ſanguinem craſſum generant,

Perdices,
Turtures,

Quorum caro præ cęteris valet, quia adſtringendi facultatem habet, at ſanguis maiorem habet efficaciam in adſtringendo, quàm caro

C Merulæ,
Sturni,
Columbarum pulli.

Quadrupedum carnes euitandę ſunt, concedendi verò lumbi porcini, & hœdini in aceto macerati voluptatis cauſa.

Huiuſmodi carnes duobus modis parari poſſunt, primùm, vt in poſca ebulliant, ac deinde aſſentur. Secundo modo, vt euiſcerentur, poſtea repleantur D meſpilis ſiccis, ſorbis, pyris crudis, acerbis, exiccatis, ac coquantur primùm, deinde aſſentur.

Oua quoque in poſca elixata, quouſque indurentur, proficiunt: magis tamen adſtringunt vitelli ouorum ſuper prunas aſſati, qui liquefacti cum aceto, & puluere ſummachiorum concedantur, verum hęc poſtrema non omnibus, ſed ijs tantùm, quibus valida virtus eſt, offerenda, eodem docente Alexandro E Tralliano.

Sed antequam totum victus rationis tractatum abſoluamus, videndum eſt, an vſus lactis conferat? Quibuſdam non videtur conuenire ratione, & Hippocratis authoritate moti. Ratio eſt, quia lac ſuapte natura aptum eſt aluum ſoluere, cùm autem hic ſupponatur alui flu-

fluxus, is ex illius vſu augebitur.

Hippocrates authoritas eſt libro 5. aph. 64. lac deiectionibus bilioſis minimè conuenire, nec febrientibus; at dyſenterici tum febriunt, tum deiectiones bilioſas habent; quare ijs conuenire minimè videtur vſus lactis.

Ex altera parte eſt Aetius, Alexander Trallianus, & Galenus 10 de ſimpl. med. facult. & 3. de al. fac. qui ſcribit lac eſſe remedium dyſenteriæ, & omnium ventris acrium fluxionum, quare videtur non poſſe determinari, an conueniat necne?

Pro ſolutione dicatis id, quod etiam Altimarus reſpondet, lac conſiderari poſſe duobus modis, vel per ſe ſolum, aut alteratum, & coctum, ſi primo modo accipiatur, procul dubio lac ſoluere poteſt ventrem, & in eo facilè corrumpi, proinde nec febrientibus conuenit, nec illis, qui bilioſas, habent eiectiones.

At ſecundo modo conſideratum tam febrientibus, quàm dyſentericis conuenit, ſed alia, & alia ratione præparatum; nam febrientibus quandoque feliciter conceditur, ex eodem Alexandro, ſi quarta pars aquæ ei admiſceatur, lentòque igni ad dimidias vſque coctum fuerit, & ſine intermiſſione agitatum.

Dyſentericis verò concoctum conceditur, quouſque pars ſeroſa conſumpta fuerit, aut (vt inquit Alexander) calculi igniti intus iniecti fuerint, vel laminæ ferreæ ignitæ, vt totum ſerum abſumatur. Eodem docente Galeno ex ipſius ſententia lacti, in quo aquæ pars ebullita fuerit, ne in caſeum conglobetur, mellis modicum venit admiſcendum.

Cæterum lac, in quo ſtercus caninum pulverizatum poſitum fuerit, canis ſpatio trium dierum oſſibus nutriti, à Galeno commendatur, quare vſus lactis ea ratione præparati tam febrientibus, quàm non febrientibus dyſentericis ex Galeni, & Alexandri ſententia cõuenit.

A Mercurialis admonet in magnis, & vehementibus febribus vſum lactis non conuenire, illudque nunquam concedendum ait, niſi præparatum fuerit: tandem non debet exhiberi niſi corpore primùm expurgato: hæc ſint de victus ratione ſatis dicta.

DE CVRATIONE DYSENTERIAE. per Chirurgiam.

B Veniamus ad alia inſtrumenta; nempe chirurgiam, & pharmaciam, quæ euacuant id, quod humoris genitum eſt in corpore, in quibus quidem adminiſtrandis, non omnium eadem eſt ſententia; nam alij dicunt non eſſe mittendum ſanguinem, alij è contra mittunt, quod idem dicendum eſt de purgatione.

C Sed admiratione non caret, quod alij ſint, qui ſanguinem mittendum eſſe multis probent, nunquam tñ purgandũ, alij contra purgationem admittunt, ſed ſanguinis miſſionem reprobant, alij verò neque purgationem, neque ſanguinis miſſionem admittunt.

Noſtrum igitur eſt in tam varia practicantium opinione determinare, quid in vtroque inſtrumento agendum veniat,
D & quis ſit vtriuſque rectus vſus, rectaq; adminiſtratio. deinde determinata purgatione, quæ ſint medicamenta adſtringentia tam per os aſſumenda, quàm per infernas partes inijcienda, & quæ circa hæc animaduertenda ſunt.

Auſpicemur primùm à ſanguinis miſſione, & videamus breuiter, quibus rationibus moueantur illi, qui ſanguinis miſſionem deteſtantur, quorum ſanè
E præcipuum fundamentum illud eſt, quod ex 1. ad Glauc. cap. 14. accipiunt, vbi Galenus ſcribit eos, qui tentarunt fluente aluo mittere ſanguinem, in grauiora errata ægrotantem deduxerunt, ad virium ſcilicet languiditatem, quare ſanguinis miſſio non conuenit.

Succedit dyſenteria laborantes ob ma-

maxima, quæ percipiunt tormina, ſæpè exurgere à lecto neceſſitate coacti, in quo motu vires debilitantur: cùm igitur tot ſint cauſæ virium languoris, non eſt addenda alia, quæ à ſanguinis miſſione poſſet fieri; vires enim illæ ſunt, quæ morbum curant, quibus debilitatis morbus auferri minimè poterit: vnde eſt, quod nec Paulus, nec Aetius, nec etiam Actuarius verbum habuerunt in hoc caſu de ſanguinis miſſione in dyſenteria.

B Sed dicimus, quòd aliud eſt conſiderare dyſenteriam in principio ſui ortus, vbi nondum factum eſt vlcus, ſed eſt in fieri; & aliud eſt ipſam conſiderare iam facto vlcere, & ſatis notabili. Si ſermo ſit de priori, dicimus mittendum eſſe ſanguinem, vt dicebat Alexander Trallianus lib. 8. cap. 8. ſi iuuenis ſit ægrotus, tempuſque anni, & vires permittant, adſitque inflammatio, & dolor inſignis, eoque tutius ex conſilio Aetij mittendus erit ex vena humeraria, lib. 9. cap. 45. eaque non apparente ex media.

C Huius ſententiæ fuerunt inter neotericos Hollerius, Altimarus, Benedictus Victorius Fauentinus, Alexander Maſſarias, Hieronymus Mercurialis meus præceptor, qui lib. 3. de affectibus infimi ventris dicebat dyſenteriam, vt eſt dyſenteria, ſanguinis miſſionem non expoſtulare per ſe, ſed per aliud, nempe per copiam ſanguinis, propter quam in venis fit magnus feruor, ac etiam redduntur humores acres, & mordaces, qui transmiſsi ad inteſtina dyſenteriam faciunt, ratione igitur ſanguinis bili admixti ſanguis mittitur.

D Sed hic notandum conuenire Mercurialem, & Altimarum, & Maſſariam in ſanguine mittendo, quamuis non conſentiant in cauſa; nam Mercurialis vult ratione plenitudinis eſſe mittendum ſanguinem; alij verò, & ratione quantitatis ſanguinis, & cacochymiæ, qui dicunt ſe ſemper mittere ſanguinem, ſi morbus magnus ſit, vires robuſtæ, & ætas florens.

E Ad Galenum dicimus loquutum eum fuiſſe de diarrhæa, non de dyſenteria; ſed Ioannes Baptiſta Syluaticus, vir admodum doctus, & in Galeni doctrina ſatis verſatus hanc reſponſionem non admittit, quia inquit, ſi in diarrhæa non eſt mittendus ſanguis, multò minus, & in dyſenteria, ratio eſt, quia ſi in ſanguinis miſsionis deliberatione ex Galeno lib. de cur. rat. per ſang. miſſ. cap. 6. non ſolùm medicus reſpicere debet vir tates præſentes, ſed futuras etiam, id etiam ſpectare debet in dyſenteria, vbi ſunt multò plura, quæ viribus officiunt, quàm in diarrhæa, quandoquidem hæc eſt ſimplex alui fluxus, illa verò habet tormina, vlcera, & mordicationes inſignes, quæ cogunt ægrotantes, vt frequenter ſurgant è lecto.

Hæc omnia procul omni dubio ſunt, ad quæ reſpicere debet medicus, quæ non ſunt in diarrhæa, quare ſi in diarrhæa, quæ vnicam habet cauſam deijciendi vires ex conſenſu eorum, qui ad hunc modum interpretantur textum, Galenus abſtinet à ſanguinis miſsione, multò magis in dyſenteria ex eodem Galeno abſtinere oportet.

Sed eſt animaduertendum, quod alia dyſenteria eſt per eſſentiam, alia per conſenſum, in prima non debet mitti ſanguis ob illa inconuenientia à Galeno allata: in ſecunda verò debet mitti ſanguis reuellendi, & euacuandi cauſa. Quare etiamſi conditiones prædictæ affuerint, in hoc tamen caſu abſtinendum eſt à ſanguinis miſsione.

Huius opinionis fuit Syluaticus, Rondeletius, & multi alij, quibus reſpondemus, ex ſanguinis miſsione decenter facta, omnibus, vt dictum eſt, ſeruatis conditionibus, ſæpè homines liberatos fuiſſe ab huiuſmodi affectione, ſi præcipuè vel à toto, aut à iecore, vel liene ipſi humores ad inteſtina ferantur; tunc enim, & minoratur materia, & ipſa retra-

trahitur, inhibeturque, ne amplius ſluat in inteſtina, quod non modò notauit Donatus ab Altomari, ſed etiam ſummus ille obſeruator Petrus Foreſtus lib. 22. obſeru 34.

Nos quoque inter alios curauimus multis ab hinc annis nobilem quemdam, qui ex ingenti hepatis caliditate inciderat in huiuſmodi grauiſſimam dyſenteriam, quæ, multis tentatis remedijs, neq; ipſis purgationibus cedebat, & ſtatim poſt ſanguinis è vena brachij dexteri detractionem, tanquam miraculo quodam liberatus fuit.

Poſſumus etiam dicere quemadmodum cap. de diarrhæa diximus, Galenum loquutum fuiſſe de alui fluxu critico, in quo non eſt mittendus ſanguis.

Concludimus igitur cum Alexandro, Aetio, Donato, Trincauellio, Fauentino, Maſſaria, Mercuriali, & Petro Foreſto, à principio indicante ſanguinis miſſionis exiſtente, ſimul & permittente præſente, eſſe ad ſanguinis miſſionem deueniendum, ſiue à toto fiat, ſiue ab hepate, aut liene.

Quamuis autem Paulus, aut Areteus nihil dixerint de huiuſmodi præſidio, hoc fuit, quia loquebantur de curatione ipſius dyſenteriæ iam factæ, nec eorum authoritas tanti facienda eſt, vt debeamus eos tot alijs viris præferre, qui, vt audiuiſtis, contrariam ſequuntur opinionem.

DE CVRATIONE DYSENTERIAE per Pharmaciam.

INter alias corporis affectiones, quæ difficilem habent curationem, vna procul dubio eſt dyſenteria, tum propter naturæ ſuæ malitiam, & locorum, in quibus euenit difficultatem, tum maximè quia, qui profitentur curationis modum docere, inter ſe non conueniunt.

Cum verò in medicina facienda duo ſint valida, & maxima auxilia, quibus conſueuerunt Medici opem ſuis ægrotis

A ferre; in hac curanda affectione de illorum vſu non conſentiunt; nam (vt de ſanguinis miſſione intellixiſtis) controuerſia eſt maxima, vt vix habeas fundamentum ſecurum, quo parti adhærere tutò poſſis.

Sed ſi verum fatendum eſt, longè mihi magis intricata videtur deliberatio de purgatione facienda, quandoquidem non deſunt authores, nec ij quidem
B vulgares, qui pluribus argumentis nitantur demonſtrare, perſuadereque iunioribus, vt purgationem tanquam pernicioſiſsimam rem, & periculoſiſsimum remedium fugiant.

Sunt autem iſti Alexander Maſſarias in ſua praxi cap. de dyſenteria, Io. Baptiſta Syluaticus non ignobilis vir, qui euitandam eſſe purgationem tamquam mortiferum venenum libro controuer.
C contr. 43. inquit.

Eandem ſententiam confirmauit Auicennas lib. 1. fen. 4. doct. 5. cap. 3. vbi offerre medicamentum ſolutiuum, ſuper ventris ſolutionem, timoroſum valdè, & periculoſum eſſe ſcribit. Cuius rei fundamentum acceptum eſt à Galeno 1. ad Glauc. cap. 14. vbi dicit fluente aluo non eſſe, nec purgandum, nec ſanguinis miſsionem faciendam ob ea,
D quæ euenire conſueuerunt, inconuenientia.

Addunt ij deinde ab eodem Galeno ſcriptum fuiſſe lib. 13. meth. med. cap. 11. curandum, ne ad partes inflammatione, aut fluxione tentatas, aliquid ducamus medicamentis, aut alio medio, ſed potius è contra, vt ab huiuſmodi partibus, quàm longiſsimè humores auertamus, atqui in dyſenteria inteſtina
E inflammatione, & vlcere affecta ſunt, non eſt igitur, vt medicamento vtamur, quod ad ipſa ducere poſsit materiam; nam idem Galenus dicebat ventriculo, & inteſtinis laborantibus phlegmone, non eſſe conueniens vti medicamentis aluum deijcientibus.

Tertiò eſtque argumentum Ioannis Ba-

Baptiſtæ Syluatici: ſi in curanda dyſenteria à ſola materia fluente deſumeretur agendorum indicatio, dubium nullum eſſet purgationem ex vſu futuram, quæ ſtatim fluxionem, & iam fouentes humores abſcinderet, ſed vlcus Inteſtinorum doloroſum,& virtuti infenſiſsimum illud eſt,quod maiorem partem curationis ad ſe trahit; nam vbi doloroſum non ſit, prohibendum eſt, ne fiat tale, & cum tale fuerit,ne inſanabile reddatur; quare potiùs narcoticis medicamentis quandoque vtendum eſt, quàm ad medicamenta purgantia deueniendum.

Quartò,in dyſenteria materia cruda eſt adhuc, non dum à bonis humoribus ſeparata, hæc autem ex Hippocrate, & Galeno non eſt purganda, quare,&c.

Quintò,ex duobus indicationibus pugnantibus, ſimul exiſtentibus, eodem Galeno docente, vrgens ſemper in primis curandum, altero non neglecto; ſed vlcus magis vrget, quod abſterſionem deſiderat.

Cum igitur Medicus videat humores ad inteſtina fluentes vlcus facere,ſi illorũ euacuationem per ſeceſſum tentauerit,periculum imminet, ne vlcus cacoethes, & inſanabile fiat,dolores autẽ,& tormina in humorum tranſitu ſine dubio augebuntur,virtuſque proſternetur:hæc ſunt rationes eorum, qui dicunt non eſſe purgandum.

Adduntur, & authoritates antiquorum Aetij videlicet lib. 9. cap. 45. qui de purgatione nullum habuit verbum, idem dicendum eſt de Paulo lib. 3. cap. 42. de Actuario, atq; de Cornelio Celſo lib. 4. cap. 13 Eſt inter Arabes Haly Abbas lib. 7. ſuæ pract. cap. 21. qui medicamentum ſoluens damnat vlceribus nondum conſolidatis, & poſt conſolidationem, ait, tutò agendum eſſe circa hęc medicamenta. His concludunt non eſſe in dyſenteria vnquam purgandum.

Exiſtimamus tamen magis proficuam eſſe contrariam opinionem, eorum ſcilicet, qui tenent purgandum eſſe, ea tamen conſideratione facta, & præmeditatione, ac cautela ſeruata, quam Auicennas ſeruandam eſſe docet, lib. 3. fen. 16. tract. 2. cap. 7. quam à Galeno deſumpſit lib. 2. de ſimpl. med. facul. c. 12. vbi ait: protinus euacuandi ſunt, qui ab ijs, quæ temperandi naturam habent, irritantur.

Vt hoc intelligatur, ſciendum eſt, medicamenta, quæ temperant, conſiderari poſſe duobus modis, eodem docente Galeno, vel quatenus ratione virtutis, aut quantitatis valentiora redduntur humoribus mordicantibus: vel quatenus ratione exiguæ virtutis, aut paucæ quantitatis imbecilliora euaduntur ijſdem humoribus mordicantibus.

Primo modo accepta morſum eorum retundunt; ſecundo modo corrumpuntur,& cacochymiam alunt. Hunc Galeni locũ perperam intellexit Amatus Luſit. cen. 2. 44. obſ. ad ſcholium, licet ipſe acriter alios reprehendat medicos, vt Galenum non intelligentes quia putat eo loci ſententiam Galeni fuiſſe, quod ſi lenientia medicamenta in aluum inijciantur, antequam corpus aliquo modo purgatum ſit, quod putreſcunt, & cacochymiam alunt.

Sed falſa eſt interpretatio, quia ſiue purgato, ſiue non purgato corpore, linientia medicamenta, ſi ſuperent humores, eorum acredinem mitigant, at ſi in minori quantitate, aut virtute inferiora humoribus ſint, corrumpuntur, tunc, & cacochymiam alunt.

Purgatio igitur inſtituenda eſt, quando humores praui adeo ſunt, aut in tanta copia, vt à benignis, ſeu temperantibus medicamentis corrigi minime poſſint. Qua ratione tales humores cognoſci poſsint, non tam clarum eſt. Iachinus, & Augenius quadam diuiſione videntur nobis regulam afferre, qua valeamus dignoſcere, quando linientia medicamenta poſsint corrigere prauos,

&

& acres humores, & quando non.

Hæc eſt, quod dyſenteria vel adiunctã habet febrẽ, vel non; ſi febris adeſt, vel ea praua eſt, vel mitis, ſi igitur dyſenteria febrem habeat prauã, & ab illa dependeat, vel critica eſt, aut ſymptomatica, vtro contingat modo, videntur voluiſſe motũ hunc nõ eſſe cõpeſcendum.

At ſi febris praua ſit, explorandum eſt, an vniuerſum corpus ſcareat prauis, & multis excrementis, quod ſi ita contingat, purgandum eſt corpus, ſi verò paucus ſit humor, ſperare licet forè, vt à lenientibus medicamentis ſuperari poſsit.

Secundò dicere poſſumus dyſenteriam, vel eſſe in principio, in quo non dum factum eſt vlcus; vel dum factum eſt, & magnum, & ſordidum; ſi primo modo, cùm corpus cacochymia praua plenum reperiatur, debet euacuari, ſi fieri poteſt per aliam partem, quàm per inteſtina, quia materia non tranſiret per partem affectam, nullumque adeſſet periculum, quod vel fieret, vel augeretur vlcus factum.

Sed quia nullus alius datur locus cõmodus, per quem excrementorum in corpore exiſtentium illuuies tollatur; hinc neceſſarium eſt per ſeceſſum corpus ipſum euacuare, & quamuis ſupra vlcus, aut ſupra partem læſam ducantur excrementa, tamen maius eſt beneficium, quàm nocumentum, quia non immorantur, ſed tranſeunt, neque retinentur in parte affecta.

Deinde Medici periti in primis parti affectæ occurrunt lenientibus, & emplaſticis quibuſdam, & pinguibus medicamentis intus per partes infernas iniectis, à quibus humoris deſcendentis acredo remittitur, temperaturque, & ob vntuoſitatem eorundem humor retineri non poteſt.

Tum quia ſimul cum ſolutiuis medicamentis adſtringendi facultatem habentibus, admiſcent ea, quibus adſtringi poſſunt partes vlceratæ, ne hu-
A morem in ſe admittant, à quibus maius iuuamentum, quàm nocumentum habent; nam cauſam vlceris tollunt, quæ niſi auferatur, neque vnquam vlcus auferri poterit.

Quia igitur ad rectam inſtituendam curationem cuiuſuis morbi, auferenda eſt cauſa, & vlcus eſt in illis partibus, per quas tranſire debet humor, qui eſt cauſa ipſius propter fluxum, medica-
B mentum ſua pinguedine prohibet, ne adhærere poſſit humor, ac eius lenit acredinem, nec nõ adſtringentibus, quibus eſt commiſtum, partem læſam corroborat, quæ facilius expellit, quibus nominibus, nec fieri vlcus, nec factum augeri poteſt.

Proinde dicimus tam in principio, quàm in vlcere iam facto, cacochymia exiſtente in corpore, ſi vires valeant, ad
C purgationem ſemper veniendum eſſe. Hanc opinionem ſuum fundamentum à Galeno, & Auicenna locis præcitatis accipit, & ab Alexandro Tralliano lib. 8. cap. 9. confirmata eſt, & ferè à communi medicorum ſchola fuit hactenus recepta. Eiuſdem ſententiæ eſt non ſolùm Iacchinus, & Augenius, ſed etiam etiam doctiſſimus Mercurialis lib. 3. de affect. ventr. infer. cap. de dyſenteria,
D Euſtachius Rudius, Amatus Luſitanus cent. 2. cura. 44. ad ſcholium, Petrus Foreſtus lib. 22. obs. 34. Valleſius lib. 2. epid. ſect. 6. com. 27. & omnes ferè practicantes.

Ad rationes modò in oppoſitum allatas reſpondere facilè poſſumus, & primò ad primum Maſſariæ argumenrum dicimus fluxum alui alium eſſe criticum, alium ſymptomaticum, in critico
E periculoſum eſt (vt dicit Auicennas) vti medicamento purgante ob inconuenientia, quæ Galenus euenire poſſe tradidit.

Si verò fluxus erit ſymptomaticus, tum vel moderatus, aut immoderatus exiſtit: ſi immoderatus, ſiſtendus eſt, quia tunc curatio eſt coacta, atqui ſi mo-

Oo de-

deratus eſt, quia fit à natura irritata aut copia, aut qualitate, ſemper cauſa auferenda eſt, quæ ſi poſſet alia via expelli, quàm purgatione, melius eſſet.

Sed cùm extra corpus educi debeat cauſa, nec poſſit per aliam viam extrudi, minus malum eſt per inteſtina ducere, tanquam per locum magis conferentem medicamentis ad eductionem aptis, partibuſque, per quas ferri debet, alijs medicamentis localibus inunctis; tunc enim facilius ſuperabitur reliquum cacochymiæ à natura, & ablata cauſa vlceris, curabitur etiam facilius ipſum vlcus.

Ad ſecundum, quod vrgere magis videtur, dicendum eſt, quod aliud eſt conſiderare inteſtina affecta inflammatione, & aliud eſt, quã læſa ſunt ab humore acri, & mordaci, vel à toto corpore, vel ab aliqua parte irruente in ipſa:

Si primo modo, Galenus procul dubio prohibet medicamentum purgans, quemadmodum etiam damnat diuretica in renibus inflammatis, aut aperientia in vtero inflammato à principio, quia cùm humores ſint in motu ad illas partes, in quibus inflammationes faciunt, ex medicamentorum horum exhibitione periculum eſſet, ne ad ipſas partes ducerent maiorem humorum copiam, augerentque inflammationem.

At ſi humores acres in corpore ſint, fluantque ad inteſtina, procul dubio eadem excoriant, & vlcerant, cumq; tales ſint, vt temperari nequeant, tunc medicamentum Galenus admittit, vt in primo fundamento dictum fuit deſumpto ex 2. de ſimpl. med. facult. cap. 12. in fine, à quo ablata cauſa, & vlcus auferri poterit, & humores acres in inteſtinis exiſtentes idoneis medicamentis temperari facilius poterunt.

Ad argumenta Syluatici, & primò ad primum dico, quod aliud eſt loqui de curatione coacta, & aliud eſt loqui de

A curatione (vt dici ſolet) regulari: ſi ſermo ſit de priori, vel huiuſmodi vlcus vrgens adeo eſt, vt dolorem inferat, & tormina, ex quibus immineat periculum de proxima morte, aut de virtutis deperditione, vel minimè.

Si primo modo conceditur, quod non ſolùm attendere oporteat vrgenti, cauſa tamen non neglecta, ſed quod aliquando etiam opus ſit ſpernere omnia,
B nec ſolum lenientibus, ſed partem mortificantibus, & ſenſum quoque tollentibus vti.

Sed ſi ſermo ſit de cura regulari, dico, quod priùs auferenda eſt cauſa, quàm tolli debeat effectus, cauſa eſt humor acris, & mordax, ille igitur eſt tollendus medicamento expurgãte, ea tamen præcautione, quemadmodum ex Auicenna diximus, ſeruata.

C Maſſarias tamen adhuc inſtat, dicens antiquos abſque purgatione curaſſe dyſentericos, quod nos quoque eorum exemplo facere tutò poſſumus, ſed non videtur ipſe animaduertiſſe, quę ab Hippocrate omnium antiquiſsimo libro 2. epid. tex. 27. ſcribuntur, nempe à ventris turbatione, aut à tuſsi orto cancro os amareſcit, dare autem bibere elaterium bis, aut ter, niſi balbutientes ſint. In
D ventris igitur turbatione, quæ nihil ſignificat apud Hippocratem, quàm dyſenteriam, non modò purgandum, ſed bis, & ter purgatio repetenda eſt.

Ad ſecundum Syluatici argumentum ſatisfacimus ad hunc modum, quòd humores tenues poſſunt à principio expurgari, nulla facta præparatione, quia facilè motum medicamenti ſequuntur; deinde quia à virtute partium
E expultrice, vt triſtantia, & grauantia expelluntur, cui medicamentum opitulatur.

At vbi materiæ ſunt craſſæ, aliquo modo præparantur ſyrupis quibuſdam, vt facilius educi poſſint, quare cruditas non obſtat.

Ad vltimum eodem modo reſponden-

den-

dendum eſt, quemadmodum, & primo Syluatici, quod in curatione coacta vrgẽs primò curatur. Deinde dico falſum eſſe vlcus ſemper habere rationem vrgentis, quia à principio cauſa magis vrget, ideo primò illi incumbendum, ea arte, ac ſolertia, qua ſupra dictum fuit.

Ad authoritates Aetij, Pauli, Aretei, & Hali Abbatis dicimus, quod etſi non præcipiant eſſe purgandum, non tamen purgationem negant: deinde reſpondemus, quod ijs nos opponimus non minoris authoritatis ſcriptores, qui volunt eſſe purgandum, vt intellexiſtis, ſeruatis regulis ſupra allatis.

Galenus 6. epid. & 6. aph. 5. curatio, inquit, habet tres ſcopos, vnus eſt mordaces ſuccos ab vlcere auertere: ſecundus oblinere ijs, quæ inteſtina defendunt ab acrium excrementorum occurſu, ne diu vlceri occurrant, & morſum cieant: tertius eſt temperare eorum, quæ defluunt, acrimoniam.

Quibus ad hunc modũ determinatis deueniendum eſt ad medicamenta, tam purgantia, quibus cauſam euacuare poſſumus, quàm ad alia medicamenta humores acres in inteſtinis exiſtentes temperantia, vlcus abſtergentia, doloremque, & tormina ab ipſo enata, mitigantia, exiccantia, adſtringentia, & corroborantia, quorum quædam intus per os aſſumuntur, quædam per partes infernas immittuntur, & quædam extra corpus admouentur.

Sed iam videamus, quæ medicamenta valeant ad educendos humores è corpore, qui vel biliosi ſunt, vel pituitoſi, aut melancholici, ſi primo modo, vel educi poſſunt per ſuperiora, nempe vomitu; aut minimè educi poſſunt. Si fieri poteſt eductio, tritiſſimum eſt eos educi debere, quia tunc per reuulſionem euacuantur; fieri enim minimè poteſt, vt remanente cauſa, vlcera curari poſſint.

Si verò non poſſit fieri eductio per vomitum, iam ad medicamenta properandum, quæ per ſeceſſum educant.

A Humores autem præparari poſſunt, hoc eſt, temperari quibuſdam ſyrupis, inter quos eſt.

Syrupus ex duplici infuſione roſarum.

Ex ſucco roſarum,
Acetoſæ,
Ex cucurbita,
Ex agreſta,
B Ex cichorio ſimpl.
Quibus aqua ſonchi, aut
Oxalidis, vel
Plantaginis admiſceri debet, vt

℞. Syr. ex duplici infuſione roſarum,
De agreſta ana vnc. i.
Aquæ oxalidis,
Plantaginis, ana vnc. ij. m.

Deinde ad medicamenta properandum eſt, vt

C ℞. pulp. tamarind.
Trium myrobal. ana vnc. ſſ.
Bulliant in lib. j. aquæ plantaginis, aut oxalidis ſecundùm artem.
℞. Huius decocti vnc. iiij, & infunde
Rhabarb. elect. ſubtiliter puluerizati drach. ij.
Scœnanth. ſcrup. ſſ. ſecundum artem, & ſine expreſſione diſſolue.
Syr. roſ. ex nouem infuſ.
D Mannæ corporis, ana vnc. iij.
Fiat potus.

Vbi hoc medicamento morbus non cedit, hoc eſt, ſi non ſatis expurgentur humores, ad alios ſyrupos deueniendum eſt, qui maiorem habeant efficaciam, vnde poſſumus deuenire ad

Syrupos myrtinum,
De ribes,
De acitoſitate citri,

E Deinde aliud propinare medicamentum, quod maiorem vim adſtringendi habeat, quare myrobalanos torrefacere poteſtis, ſeminaq; tùm acetoſæ, tũ plantaginis adusta in aqua plantaginis ebullire, intuſque torrefactum rhabarbarum infundere, & ſine expreſſione diſſoluere Mannam, &

Syrupum roſatum.

Nec eſt, vt curetis calumnias Amati dicentis rhabarbarum non eſſe torrefaciendum, quod ex torrefactione, & aſſatione acquirat caliditatem; nã potiùs reſoluitur pars illa ignea, qua purgare aptum eſt, remanente parte terreſtri, à qua adſtrictionem habet, vt continuò oſtendit experientia.

De rhabarbaro Meſue lib. 1. ſimpl. ſcribit eſſe calidæ, & ſiccæ facultatis, Auicennas verò fen. 16. lib. 3. in curatione fluxus ſcribit eſſe frigidæ, & ſiccę naturæ, ſimul cum galla.

Malicorio,

Acacia,

Et huiuſmodi.

Coſtęus ſupra hunc locum Meſue ſoluit difficultatem dicens Auicennam loqui de rhapontico, Meſuem verò de rhabarbaro.

Nec minus audiendi ſunt illi, qui tamarindos damnant ob eorum aciditatẽ, qua dicunt irritare inteſtina ad expulſionem; nam non vident huiuſmodi aciditatem adiunctam, ſeu fundatam eſſe in parte terreſtri, ex qua adſtringendi facultatem poſſident.

Eſt etiam, & aliud notandum, quod Mercurialis admonet, longè meliùs eſſe ſi vtamur medicamentis ſub forma boli, quàm in forma potus, & ratio eſt, quia magis imprimitur vis eorum adſtringendi ventriculo, & inteſtinis.

Sed neſcio, an debeamus probare huiuſmodi conſilium, quia cùm curemus, vt non ſolùm euacuentur humores acres facientes vlcus, ſed vt citò deorſum propellantur, ne in via retineantur, & medicamenta ſub forma potus aptius educant humores, hinc eſt etiam, quod potiùs concedenda ſint ſub forma potus, quàm boli.

Huiuſmodi determinatio à Galeno accepta eſt, qui ſcribit, quòd quando venter inferior eſt purgandus, melius eſt vti medicamentis fluidis, è contra verò quando caput purgandum, ſatius

A eſt accipere medicamenta ſub forma ſolida.

Si tamen aliquis magis delectetur bolo, quàm potu, poteritis tale præparare medicamentum:

℞. Diacatholici,
Pulpæ tamarind. ana vnc. ß.
Rhabarb. ſubt. pulu. drach. 1. ß. m.

Si verò materia fuerit pituitoſa, parate ſyrupum ad hunc modum.

B ℞. Foliorum bettonicæ,
Corticum granatorum,
Foliorum plantaginis;
Roſarum rubearum, ana m. ß.
Fiat decoctio ſecundum artem, &

℞. Huius decoctionis vnc. iiij.
Syr. de roſis ſiccis,
Myrtini,
De ſucco cotonio: ſi, ana vnc. ß. m.

Vel

C ℞. Syr. ros. ex infuſione,
De ſucco borraginis, ana vnc. j.
Cum aqua oxalidis, aut
plantaginis ana vnc. ij.
Miſce pro ſyrupo.

Ad medicamentum componendum.

℞. Supradictę decoctionis vnc. iiij. in qua infunde.
Agarici trochiſcati, drach. j.
Myrobalan. chebul. drach. j. ß.
D Diacatholici, drach. vj.
vſque ad vnc. j.
Miſce, & fiat potus.

Agaricum eſt in hoc caſu optimum medicamentum, quòd nõ modo aptum eſt ad educendum humorem pituitoſum ſalſum, ſed non nihil adſtrictionis habet, quod ſi torrefiat, magis adſtringit, quod etiam dicendum eſt de myrobalanis.

E Notandum eſt, quod quando aduruntur medicamenta, non eſt opus correctiuo. Hoc modo purgatur pituitoſa materia ſalſa.

Atqui ſi contingat materiam eſſe melancholicam, poſſumus eam alterare.

Syrupis ex ſucco fumiterræ,
Borraginis,

Ex

Ex ſucco roſarum, &

De pomis, cum decoctione facta

Ex folijs fumariæ,

Pulegij,

Roſarum,

Lupulorum,

Acetoſæ,

Quæ præparata educenda eſt hoc medicamento.

℞. Myrobalanorum ind. vnc, ß.

Florum borraginis,

Bugloſſi, ana p. j.

Sem. acetoſæ,

Portulacæ,

Plantag. torrefact.

Fiat decoctio in aqua plantaginis, cuius.

℞. vnc. iiij. infunde,

Myrobal. torrefact. vnc. iiij.

Fol. ſenæ, drach. v.

Rad. polypodij drach. iij.

Rhabarb. opt. ſubt. pul. drach. j. ß.

Et ſi opus eſt, poterit torrefieri ſine expreſſione, ſed coletur, quia rhabarbarum debet infundi in hac decoctione medio linteo, totumque deinde, cum colato diſſolui, ſimulq; & noſtri ſyrupi facti.

Ex ſucco roſarum,

Agarico, &

Sena ad vnc. iiij.

Fiat potus.

Si verò bolum magis optet ægrotus, parate ad hunc modum.

℞. Diacatholici drach. vj.

Diaphœnici ſcrup. iiij.

Rhabarb. torrefacti, drach. j.

Myrobalanorum, drach. j. ß.

Miſce, & fiat bolus.

Nec mirum ſit vobis, ſi audiatis in omnibus humoribus expurgandis myrobalanos probari, quia cum diuerſi ſint inter ſe, alij ducunt bilem, vt citrini; alij pituitam, vt chebuli; alij melancholiam, vt indi; deinde hoc habent, vt ſemper relinquant veſtigium adſtrictionis, quod maximè requiritur in hac affectione.

A Notatione dignum eſt, quod ab Alexandro Maſſaria ſcribitur de ſyruporum vſu, qui vel cum melle parantur, aut ſaccharo, quorum aliqui à nobis iam propoſitis, fiunt vel cum aceto, vel ſine aceto; priores ad oxymel antiquorum referuntur, alij verò ad mulſam.

Sed quocunque fiant modo, ab ipſo Maſſaria vt noxij reprobantur in hac B affectione; primi quidem, quia acetum nocet partibus neruoſis; ſecundi verò quia mel, & ſaccharum, cum dulcia ſint, facilè ab hepate calido conuerti poſſunt in bilem, atque cauſa augeri dyſenteriæ.

Hac eadem ratione conſeruæ minimè probantur ab eo, vnde præfert magis ſuccos ad ſolem denſatos, vt ſuccus cichorij.

C Endiuiæ,

Sonchi,

Agrimonij.

Inter alios magis laudat agrimonij ſuccum, quod ſingularem prærogatiuam obtineat, ideo componit tale medicamentum.

℞. Succi cichorij condenſati drach. ß.

Specierum diarrhod. ſcrup. j.

Miſce fiat bolus.

D Sed mihi videtur nimis ſcrupuloſus, quia aliquando in huiuſmodi ſyrupis opus eſt vehiculo quodam; antequam enim medicamentum attingat partem affectam, totum diſſipatur, nec poteſt partem attingere, ideo Medici acetum adiungunt, & in pauca quantitate, qua ratione minimè lædit.

Mel quoque, & ſaccharum, cum accepta in hoc caſu ſint loco medicamen-E ti, non nutrimenti, & in pauca copia, non poſſunt conuerti in bilem, quare vt à iecore attrahatur vis medicamenti, mel, & ſaccharum ponitur.

Succus autem condenſatus non videtur poſſe tam citò trahi, & per conſequens nec poſſe iuuamentum tam citò afferre, ac faciant ſyrupi; hinc eſt, quod communis omnium Medicorum ſchola

potius

potiùs vtitur ſyrupis, quàm prædictis ſuccis,quibus tamen,ſi vtuntur cum ſaccharo,ſyrupos faciunt,quamobrem magis probatur mihi in hoc caſu vſus ſyruporum, quàm ſuccorum.

Sed iam veniamus ad indicationes, quæ ſunt mitigare humoris exiſtentis in inteſtinis acrimoniam: partes demandantes conſtringere, ne amplius tranſmittant: recipientes verò corroborare, ne tam facilè recipiant: tueri partes vlceratas ad humorum acrium inuaſione: ſimulque, & ſemel humorem aliò auertere.

Et primò dicamus de præſidijs, quę ſatisfaciunt huic deriuationi, quæ ſunt illa, quæ per vrinam ducunt, diuretica vocata; ſed cum talia medicamenta in duplici ſint diſcrimine, alia calida, alia frigida, vſus calidorum in materia calida non eſt admodum tutus, quia ſi fortè ad vrinæ partes non peruenirent, ſed retinerentur, noxam augerent, Cornelio Celſo authore lib. 4. cap. 15. quemadmodum etiam in materia frigida frigidorum vſus nocere poſſet.

Quare vbi materia eſt calida, frigidis diureticis vtendum eſt, vt ſunt ſemina tum maiora, tum minora frigida; in frigida verò ſunt adminiſtranda calida, vt etiam ſunt ſemina calida maiora, & radices quinque aperitiuæ communes;ſed cum hac animaduerſione, vt Altimarus docet, vt ſemper cum illis admiſceantur adſtringentia aliqua, expurgato igitur corpore diureticis vtendum nonnunquam venit.

Acrimonia humorum reliquorum in corpore eſt mitiganda, quod medicamentis internis tam ore aſſumptis,quàm infra immiſſis præſtamus,inter quæ præſtantiſſimum remedium eſt lac,ea ratione præparatum, qua diximus,quod tanquam medicamentum Alexander Trall. concedit,& tamquam alimentum,vt ſupra intellexiſtis.

Poteſt illud etiam intus per clyſteres immitti, de cuius præſtantia, & viribus legatis,quod Galenus dicit lib. 10. de ſimpl.med.facult.vbi docet modum, quo ſui præceptores eo ad dyſenterias, & alias affectiones plures vtebantur. Nutriebant enim canes triduò puris oſſibus, qui ſtercora excernebant alba, ſicca, & ſine fœtore. Huiuſmodi medicamentum non modò per infernas partes mediantibus clyſteribus habentibus facultatem attemperandi humorum intus inteſtina contentorum acrimoniam immittitur,ſed etiam ore aſſumi conſueuit; nam vtroq; mòdo aſſumptum habet facultatem tutandi partem inteſtinorum affectam ab vlcere, inhibereq; ne vlcus factum magis augeatur; inijcitur igitur huiuſmodi medicamentum per clyſteres magis cum lacte, aut cum alia pingui materia. Fiuntque alij clyſteres ad hunc modum.

℞. Iuris pinguis carnium vnc. viiij.
Butyri recentis inſulſi,
Gummi tragacanthi,
Arabici, ana vnc. j.
Albi ouorum, num. ij.
Sæpi hircini liquefacti drach. v.

Sed quia ſæpum hircinum calidum, & igneum ferè eſt, in materia calida mihi non probatur, niſi quia ſtatim concreſcit, & inhibet acrium humorum ad vlcus deſcenſum, quamuis etiam non improbem vſum aliarum pinguedinum, nempe anatis, vel gallinæ.

Poteſt etiam parari alius clyſter hac ratione.

℞. Succi plantaginis,
Burſæ paſtoris, ana vnc. iiij.
Iuris pinguis vnc. viij.
Mucilaginis cotoniorum,
Pſyllij, ana vnc. j. & ß.
Ouorum alborum num. iiij.
Pingued. gallinæ vnc. i. m.

Vt verò ſatisfiat intentioni illi, quæ docet, vt vſurpemus adſtringentia medicamenta, per os hęc exhibenda ſunt, & per clyſteres immittenda partibus infernis. Per os aſſumpta probantur communiſſima præſidia, quæ ex

Sorbis,
Meſpilis,
Cornis,
Balauſtijs,
Roſis,
Cornu cerui, &
Cotonijs fiunt, vt eſt
Diacydonium cum ſpeciebus, & ſine,
Diacornis,
Diaſorborum,
Conſerua roſarum antiquata,
Conſerua ex balauſtijs,
Michleta Nicolai,
Quę in hunc vſum communiter proponuntur.
Michleta Nicolai magis appropriata eſt in materia pituitoſa ſalſa.
Vel ſic parari poteſt efficax præſidium.
℞. Sacchari roſati antiqui, vnc. j.
Pul. coralliorum rubeorum,
Alborum, ana drach. j.
Vel
℞. Michletæ, vnc. ijs
Trochiſc. de karabe drach. ij.
Cum ſyrupo myrtillorum, quantum ſufficit, fiat electuarium.
Vel
℞. Miuæ cotoniorum vnc. ij.
Ros. rub. ſubt. pul.
Trochiſc. de karabe, ana drach. j.
Cum ſyrupi ex roſis ſiccis vnc iij.
Fiat conditum.
Vel
℞. Trochiſc. de ſpodio Arabum drach. ſemis,
Syrupi roſati de roſis ſiccis q. ſ.
Fiat eclegma.
Vel ſic, & eſt Amati Luſitani.
℞. Miuæ cotoniorum, vel cum ſpeciebus, vel ſine pro materiæ diuerſitate.
Ipſe proponit ſine ſpeciebus, quia curabat dyſenteriam à materia calida; at in frigida poteſt poni miua cum ſpeciebus ad vnc. iij. trochiſc. de ſpodio cum ſem. acetoſæ vnc. ſſ. m.
Donatus puluerem quendam deſcribit, quo ſimul cum ſaccharo roſato vtitur, & hoc pactò componitur.

A ℞. Sem oxalidis,
Plantaginis,
Portulacæ, ana ſcrup. j.
Coralliorum rubeorum,
Alborum,
Cornu cerui vſti, ana drach. j.
Amyli,
Dragacanth. ana vnc. ſſ.

B Miſce, & fiat puluis ſubtiliſſimus.
Trochiſci etiam de terra lemnia valent, cum alijs, vt
℞. Trochiſ. de ſpodio,
De Karabe,
De terra lemnia, an. drach. j.
Cinnamomi, ſcrup. ſſ.
Sacchari diſſoluti in aqua chalybeata, vnc. iij. ſſ.
Fiat confectio in tabellis: doſis ſit ad

C vnc. ſſ.
Clyſteribus quoque eandem intentionem habentibus, nempe adſtringendi, opus eſt admiſcere ea, quæ & exiccandi, & adſtringendi vlcera facultatem ſortiuntur. Qui clyſteres conſtare etiam debent ex rebus mitigantibus dolorem, acredinemque humorum temperantibus, vt ſunt illi, qui conſtant ex hordei torrefacti decoctione in iure paruę

D pullæ ſine ſale.
Vitellorum ouorum, num. ij.
Olei roſati, vnc. ij.
Totidem ſacchari rubei: in materia frigida mellis ros. fiat clyſter.
Si fortè adeſſet copia ſanguinis, poteſtis addere ſucci polygoni, aut
Succi arnogloſſi vnc. iij. aut vnc. iiij.
Ab Aetio proponitur ſuccus aſinini ſtercoris, qui paſturam acceperit in lo-

E cis montuoſis, potiſſimùm ſucco plantaginis madefactum, deinde expreſſum, & infuſum.
Clyſteris adſtringentis, & exiccantis en aſſero vobis exemplum.
℞. Fol. plantaginis,
Verbaſci, quod tapſus barbatus appellatur,

Tor-

Tormentillæ,
Roſarum rubearum ſiccarum,
Conſolidæ maioris, ana manip. j.
Summachiorum,
Burſæ paſtoris,
Malicorij,
Balauſtiorum,
Gallarum,
Orizæ toſtæ, ana p. j.
Rad. ſymphiti, vnc. ſſ.
Vel
℞. Rad. conſol. maioris,
Tormentillæ, ana vnc. ſſ.
Fol. plantaginis,
Verbaſci,
Roſarum,
Polygoni,
Burſæ paſtoris,
Balauſtiorum, ana m. j.
Summachiorum, vnc. ſſ.
Malicorij, p. j.
Gallarum immatur. num. vij.
Orizæ toſtæ, vnc. ij.
Bulliant omnia in ſufficienti quantitati aquæ pluuialis chalybeatæ ad tertiæ partis conſumptionem, &
℞. prædictæ decoct. colatæ, lib. j.
Succi plantaginis vnc. ij.
Acaciæ,
Hypociſthidis ana drach. ij.
Sanguinis draconis,
Boli armeniæ,
Terræ ſigillatæ, ana drach. ſſ.
Sæpi hircini, vnc. j.
Olei roſ.
Myrtillorum, ana vnc. j. ſſ.
Fiat clyſter.

At vbi abſtergendum magis eſt, propter vlcerum ſorditiem, poteſtis clyſteres ad hunc modum parare.
℞. Infuſionis furfurum,
Iuris ciceruum, ana lib. ſſ.
Mellis roſati col. vnc. ij.
Vitelli ouorum, num. ij.
Terebinthinæ lotæ, vnc. j.
Olei roſacei, vnc. ij.
Fiat clyſter.

Vbi abſterſum vlcus eſt, ad clyſteres A iam dictos exiccantes recurrendum eſt, & vbi maiori abſterſione opus ſit; nonnulli ad muriam recurrunt.

Sed quoniam non raro contingit ex nimio adſtringentium vſu, vt inter plicas inteſtinorum humores acres colligantur, denuò ad clyſteres lenientes deueniendum, & ſic modò abſtergentibus, modò exiccantibus, & adſtringentibus, modò etiam & blandientibus vtendum B eſt medicamentis, per partes inferas immiſſis, vbi præſertim affectio fuerit in inteſtinis craſsioribus.

Nonnunquam verò contingit, etſi rectè, & vt decet, prædicta fuerint applicata præſidia, tamen vlcera depaſcentia fieri, ideo eo tēpore, etſi ſpes ſalutis in exiguo admodum poſita ſit, non deſunt tamen medicamenta à Græcis propoſita, quæ cruſtam inducere in- C tus iniecta poſſint, qualia ab Aetio, Paulo, & Tralliano proponuntur, quæ rarò apud nos in vſum veniunt.

Sed quia inter cætera ſymptomata dolor augeri conſueuit, ita vt non poſſit tolli per ablationem cauſæ, tunc ad ea, quæ ſymptomati ſuccurrunt, ex medicorum omnium conſenſu recurrendum eſt, nimirum ad narcotica tam per os aſſumpta, quàm per clyſteres immiſ- D ſa, vt ſunt,
Pilulæ de cynogloſſo,
Philonium perſicum, aut
Requies Nicolai, vel etiam
Zazenea, vt
℞. Philonij perſici, drach. j.
Aquæ plantaginis, vnc. iv.
Syr. cotoniorum ſimpl. vnc. j.
Miſce pro vnico hauſtu.

Valleriola lib. 3. obſru. 4. hoc præ- E ſcribit medicamentum.
℞. Cotonij num. j. excauetur, atque impleatur cera alba ſelectiſſima, inditoque operculo prunis admoueatur, quouſque vndequaque fuerit cera liquefacta; exhibe ieiuno ventriculo.
Puluis.
℞. Coriand. præparati,

Boli

Boli armeniæ,
Margarit. præpar.
Corall. rubeor.
Lap. hæmatitis,
Pulu. roſar. nouell. ana ſcrup.j.

Multa medicamenta, & omnis quidem generis ſcribuntur ab Amato Luſitano cent.2. curat.52.& quæuis ferè materia ſpectans ad dyſenteriæ curationem.

Si verò dyſenteria ex veneno aſſumpto prouenerit, tunc cognito veneno ad ipſius antidotum recurrendum eſt,& ad vomitum.

Extra ad ventriculi, & ventris inferioris regionem admoueri conſueuerunt præſidia adſtringentia, vt ſunt.

Olea cotoniorum,
Myrtillorum,
Roſarum completarum, &
Omphacinum.

Fomenta etiam, & vnctiones parantur ex rebus adſtringentibus, vt exempli gratia.

℞. Olei roſati,
Myrtillorum, ana vnc. j.
Pul. corticum granatorum,
Corall. rubeorum,
Alborum, ana drach. j.
Cum modico ceræ fiat linimentum.

A Poſſumus applicare etiam quā plura emplaſtra ex prędictis rebus compoſita, ſed inter alia communiſſimum illud laudatur, quod emplaſtrum diaphęnicon vocatur. Vel

℞. Emplaſtri ad rupturam vnc. ij.
Diaphœnici, vnc. j.
Maſtiches,
Thuris,
Coriandr. præp.
B Boli armeniæ præp.
Sanguinis draconis, ana ſcrup. ij.
Lapidis hæmatitis, drach. j.
Succi plantaginis, vnc. ij.
Vini rubei craſſi vnc. j. ſſ.
Olei myrtill.
Cotonij, ana vnc. ij.
Miſce, & cum cera, & terebinthina fiat emplaſtrum.

C Si vultis præterea remedia plura, recurrite ad Aetium, quia nullus ex antiquis eſt, qui maiorem copiam afferat, ac ipſe, quemadmodum nec inter recentiores eſt alius author comparandus Rondeletio. Et hæc ſufficiant pro notione, & curatione dyſenteriæ; tempus eſt, vt deueniamus ad aliud caput, quod verſatur circa vermium, qui in capacitate inteſtinorum naſcuntur, hiſtoriam.

DE VERMIBVS, SEV LVMBRICIS.

CAPVT VIGESIMVM QVARTVM.

INter alias præter naturales affectiones, quas inteſtinis communes eſſe diximus, vna videtur eſſe illa, quæ vermium nomine comprehenſa eſt, & non ſecus atque materia diarrhææ, atque dyſenteriæ continetur in inteſtinorum cauitate, per quam deorD ſum vagatur, atque ſucceſſiuè propellitur, ita enim, & vermes in cauitate eadem omnium inteſtinorum contineri conſueuerunt, de quibus nunc agendum proponitur, pro quorum cognitione enucleanda, præſentia in primis examini ſubijciemus, nempe earum eſſentiam aperiemus, cauſas omnes examinabimus, denique & ſymptomata om-

omnia diſcutiemus.

Cùm eſſentia rei alicuius non poſſit declarari niſi nomine proprio, ideo opus eſt, vt nomen primùm declaremus, quod ſanè varium, & multiplex apud ſcriptores Græcos reperitur: & apud Donatum ab Altomari fuſiori ſermone pulchrè declaratum eſt lib. de medendis humani corporis morbis capite 8. non adeſſe in ſingulari numero ἕλμινθα in plurali numero ἕλμινθας, ſeu ἕλμινθες. Στρογγύλαι, ſeu στρογγύλας, πλατεῖα, ἢ πλατείας ἀσκαρίδες, καὶ κιρίαι.

Verùm iſtud nomen ἕλμινθας videtur apud Galenum eſſe tãquam genus quoddam ſub ſe continens alias ſpecies; appellatur autem à Latinis lumbricus, ſeu lumbrici, ita vt lumbrici, alij ſint στρόγγυλαι, ideſt rotundi, alij πλατεῖαι, ideſt lati, qui etiam teniæ & tineæ appellantur, alij denique ſunt κιρίαι, ideſt tenues, ita vt lumbricorum tres reperiantur ſpecies, & differentiæ; nam alij ſunt rotundi, alij lati, alij denique tenues.

Priores ſunt teretes, ac longiores, ſeu (vt diximus) rotundi, quorum generatio eſt in tenuioribus inteſtinis, rotundi fortè ex figura loci facti, longitudine palmares, & aliquando etiam longiores, non abſimiles ijs vermibus, qui vt ſcribit Manardes Ferrarienſis lib. 4. ſuarum epiſt. p. in fœtunticis naſcuntur, quos Græci ἔντερα γῆς, ideſt inteſtina terræ vocant, & vulgò niſculos, aut oniſculos appellant. Frequenter, & indifferenter in omnibus ſexibus, & ætatibus reperiuntur, ſed frequentiſſimè in febricitantibus.

Aſcarides verò, qui & tenues appellantur Galeno authore lib. 3. aph. 26. ſunt exigui, & tenues lumbrici in inferiore parte craſſioris inteſtini enati, non diſſimiles ijs, qui in iumentis reperiuntur malè cibum coquentibus.

Conſueuerunt in paſcuis beſtiolæ quædam enaſci, quas vulgò tipulas vocãt, (tipola eſt vermis ſex pedes habẽs, qui ſua leuitate ſupra aquam currens nõ

A deſidet) aſcaridibus prorſus ſimiles, locus igitur ipſorum eſt infima pars interna recti inteſtini.

Tertia ſpecies eſt illa, quæ & lata tenia, ſeu etiam lata tinea à quibuſdam dicitur, de cuius eſſentia non omnes ſcriptores inter ſe conuenire videntur; nam alij dicunt quendam lumbricum, cæteris omnibus & longiorem, & ma-

B iorem: & quod magis eſt, conantur probare aliquibus coniecturis eſſe quid animatum.

Et primò quidem videtur dicendum, quod ſint animalia, quia reponuntur ſub genere lumbricorum, qui ſunt animalia. Secundò figuram habent vermium quorundam latorum. Tertiò mouentur motu locali. Quartò dicuntur fœtare ab antiquis, & quod magis eſt, &

C Ariſtoteles, & alij plerique dixerunt vermes quoſdam efficere paruos cucurbitæ ſeminis in modum, qui ambulant, & mouentur.

His rationibus concluditur huiuſmodi latos vermes appellatos eſſe animalia, quare, & ſenſum, & motum habent.

Alij verè dicunt minimè eſſe quid animatum, ſed quandam veluti abraſionem inteſtinorum albam ex Hippocra-

D tis ſententia 4. de morbis tex. 19. & 20. vt Manardus. Gabucinus verò cap. 4. ſcriptum reliquit nihil aliud eſſe, quàm mucos intra inteſtina genitos, vel mucoſam pituitam inteſtinorum frigiditate addenſatam, loricę modo inteſtina introrſum ambientem, quam mulieres aſſidentes lectulos vermium vocant.

Amatus Luſitanus cent. 1. cur. 6. & cen. 6. cur. 74. videtur voluiſſe ex Hip-

E pocratis ſententia 4. de morbis eſſe ſubſtantiam quandam ex pluribus vermibus cucurbitinis conflatam.

Sed vtrum huiuſmodi vermiculi, qui ob ſimilitudinem, quam cum ſemine cucurbitæ habent, ipſius eſſentiam, & naturam conſtituant, an verò ſint veluti fœtus ipſius latæ teniæ, non benè declarare videtur.

Cum

Cum enim antiqui fuiſſent huius opinionis, vt exiſtimarent huiuſmodi vermem, aut lumbricum magnum eſſe animal, quod in puerorum ventre, antequam ab vtero exeant, generatur, filioſque paruos fœtat, adducit Amatus rationes Hippocratis, quibus probat non poſſe hunc lumbricum alios fœtare, dum in ventre puerorum continetur.

Ideoq; paruos illos vermes ante ipſum exeuntes, aut ab eo prodeuntes non eſſe ipſius fœturas probare nititur quidem, ſed non tamen aperit, quid reuera ſit hæc vocata lata tenia; nam cum dixiſſet cent. 5. cur. 46. puellam quandam vermem rotundum eieciſſe, cuius pater puellæ (poſt huius eiectionem mortuæ) pede caput dum calcaſſet, ex eo alij prodierunt vermes, forte ad exitum maturi, Hippocratem quidem veridicum eſſe affirmat, qui dixerit rotundos lumbricos fœtare, non autem latos.

Quare relinquitur ambigendum, an latus vermis, qui ob rationes, quas Hippocrates affert lib. 4. de morbis, non poteſt in ventre puerorum fœtare, quando extra ventrem eiectus fuerit, poſſit fœtare nec ne; & an reuera ſit animal, non ſecus atque alij lumbrici, ex quo prodeant illi vermiculi appellati cucurbitini; an verò ſit vel membranoſa ſubſtantia, aut pituitoſa, & mucoſa cui adhæreant illi vermes?

Relinquitur etiam inquirendum, an reperiantur aliæ vermium, aut lumbricorum differentiæ præter tres allatas differentias? nam ſi concedatur, quod lata illa tenia vocata reponi debeat inter lumbricos, procul omni dubio fatendum erit adeſſe quatnor lumbricorum differentias, cum alij ſint rotundi, alij lati, alij aſcarides, hoc eſt tenues, & alij cucurbitini.

Sed vt reſoluamus huiuſmodi quæſitum, dicimus breuiter ex Ariſtotelis ſententia lib. 5. de gen. an. cap. 19. latum illum inteſtino adhærentem parere ſi- A mile cucumeris ſemini, quo indicio medici cum genus lumbrici eſſe intelligũt.

Hæc ſunt Ariſtotelis verba, ex quibus rectè (vt Gabucinus admonet) colligitur latum vermem eſſe aliquid, quod inteſtino adhæret, ſiue modo ſit quædam veluti inteſtini abraſio, vt dicebat Hippocrates, ſiue humor mucoſus craſſus membranæ in modum, ſiue quidpiam aliud, non eſt propterea quid viuens, B quia adhærere non poſſet, ſed eſſet coniunctum ipſi parti viuenti, vt illius pars.

Cum igitur adhæreat, non eſt quid viuens, & cùm non viuat, ab ipſo prodire poſſunt vermes illi cucurbitini, tanquam à materia putreſcente ortum ſuum ducentes, non tamquam fœtus animalis, quamobrem huiuſmodi lumbricus conſideratur duobus modis; vel vt eſt materia quædam ſeiuncta à vermibus cu- C curbitinis, vel quatenus eſt aggregatum quoddam ex prædicta materia, & vermibus.

Si primo modo, non eſt reponendum inter lumbricos, ſed inter pituitoſa excrementa, & eſt (vt aiunt mulieres) veluti lectus vermium.

Si ſecundo modo, vel totum adhuc conſideratur, vt tale, vel vt diuiſum eſt in ſuos vermiculos. Si primo modo D appellatur latus lumbricus, ſed minus propriè, & tenea, aut (vt Plinius ait) tinea, quo nomine omnes etiam lumbrici tineæ appellantur. Tenia autem nihil aliud ſonat, quàm faſciam quandam, quia eſt veluti faſcia quædam, & hoc modo non eſt reponenda inter lumbricos: eadem nonnunquam inteſtinorum omnium capacitatem occupat, & quaſi replet.

E Si ſecundo modo conſideretur, tunc appellatur lumbricus cucurbitinus, quemadmodum etiam partes ab illo ſeiunctæ vocantur lumbrici cucurbitini, quare non eſt opus addere quartam lumbricorum differentiam.

Hinc videtis Serapionem cap. de filice appellaſſe cucurbitinos lumbricos il-

los, quos Græci appellant latum lumbricum, ſeu latos lumbricos, & certe nec abſque probabili ratione; etenim illam molem denominauit à nobiliori ſui parte, nempe ab ea, quæ anima fruitur; ſunt enim huiuſmodi parua animalia, veluti anima illius totius molis, à qua & motum, & ſenſum habere videntur, & ſi quæ ipſorum quandoque per ſeceſſum exire animaduertuntur, indicium præbent ipſiuſmet latæ molis intus exiſtentis.

Sed non modò prædictus author latos Græcorum lumbricos cucurbitinos vocauit, verùm & Aueiroes 7. collect. cap. 7. & pleriq; alij ex Arabum familia, inter quos eſt Hali Abbas, Auenzoar, & Azarauius.

Meritò igitur Hipp. 4. de morbis latum lumbricum ſcripſit eſſe veluti raſuram inteſtinorum, proinde non poſſe fœtare, cùm animal non ſit, intelligens ſolam illam materiam informem, & veluti faſciam quandam ſine vermibus, quam antiqui exiſtimabant eſſe vermem generantem illos vermiculos, quod fieri non poſſe multis probat rationibus, niſi velimus fœtare impropriè accipere, pro productione quadam ab hac materia erumpente.

Quare etiam non poſſum ſatis Gal. admirari, qui lib. 3. aph. 26. ſcriptum reliquit, Hippocratem nullam mentionem de lato lumbrico habuiſſe, quod tamen falſum eſſe oſtendunt verba libri 4. de morbis iam citati, quo in loco prolixè admodum de illo loquitur, niſi dicere velimus, quod Amatus Luſitanus cent. 1. cur. 6. ad finem ſcholij ſcribit, nempe aut Galeni illa verba corrupta eſſe, & acephala, aut quod Hippocratis illa ſint adſcititia, non verò germana, nec ex Hippocratis officina emanantia, cùm tamen ipſemet Amatus iudicet ratiocinationes illas eſſe omninò Hippocrate dignas.

Sed aliud eſt dicere, quod Hippocrates nullam mentionem habeat in hoc

A aph. 26. tertiæ particulæ de verme lato, & aliud eſt dicere, quod ſimpliciter in nullo loco de ipſo mentionem feciſſet. Galenus excuſat Hippocratem, quod nihil in hoc loco de verme lato dixerit, eò quòd ipſius intentum erat tantummodo loqui de illis paſſionibus, quæ ſingulis ætatibus, vt plurimùm accidunt, & non dicit eum minimè loquutum fuiſſe in alijs locis.

B His omnibus ad hunc modum conſideratis clarum erit nobis lumbrici nomen eſſe veluti genus quoddam ſub ſe continens tres illas ſpecies, aut differentias, nempe rotundos, latos, ſeu cucurbitinos, & aſcarides, ſeu tenues.

Qui lumbrici cùm ſint animalia quædam orta in cauitate inteſtinorum, vel conſiderantur, vt ſunt animalcula, vel quatenus præter naturam (hoc eſt præter

C conſuetudinem naturalem) in corpore noſtro generantur.

Si primo modo accipiantur, cùm à materia putrida generentur, & à ſua cauſa efficienti, hoc eſt, à calore, non reponuntur niſi inter res naturales, nempe inter animalia generis inſectorum, ex putri materia ortum ſuum ducentia; ſed à medico, vt medicus eſt, non conſiderantur quatenus effectus ſunt natu-

D rales, ſed vt ſunt res præter naturã, quæ vel ſunt morbus, vel cauſa, vel ſymptomata, Galeno lib. de diff. morb. cap. 8. 14. meth. med. cap. 19.

Sed ne conteratur tempus, à communi medicorum ſchola reponuntur inter morbos inſtrumentales ad numerum partium adauctum toto genere præter naturam ſpectantes, non ſecus atque lapilli in renibus, vreteribus, aut veſica, & quæ ſunt huius generis, à quibus pro-

E fectò non ſpernenda ſymptomata exoriuntur ſpectantia ad actiones læſas, quã uis etiam poſſunt appellari ſymptomata in excretis mutatis; nam excrementa conuertuntur in vermes,

Sed quidquid ſit, vt dixi communis opinio eſt, morbos eſſe in numero à to-

to

to genere præter naturam; nam Galenus de diff. morborum, morbum in numero adaucto diuiſit in duas differentias, nempe in morbum in numero partium tantum adaucto, vt eſt digitus ſextus in manu, & in morbum in numero adaucto à toto genere præter naturam, inter quos vermes poſuit, calculos, & plura alia huius generis.

DE PARTE LAESA *in vermibus.*

PArtes, quæ læduntur, vt ab initio huius tractatus dixi, ſunt inteſtina ſecundùm ipſarum cauitatem, verùm diuerſa ratione, pro diuerſa ipſorum differentia; nam rotundi, ſeu teretes generantur magis in tenuioribus inteſtinis; aſcarides verò in recto inteſtino; cucurbitini, aut lati ſæpè per totam inteſtinorum cauitatem extenduntur, quamuis eorum rara ſit generatio, vt Galenus 3. aph. 26. teſtatum reliquit.

An modò generentur rotundi lumbrici in ventriculo, lis eſt inter authores, maior tamen pars ipſorum, & ferè communis omnium ſententia eſt, minimè in ipſo generari poſſe, ſed à tenuioribus inteſtinis ſurſum delatos nonnunquam in ventriculum ferri, inde per vomitum exire: aſcendunt quandoque etiam ad nares, deinde extra ſternutamento cum mucis ſæpè prodire obſeruantur.

Fundamentum huius ab Ariſtotele deſumptum eſt 4. meteororum 28. lib. 2. de part. animal. cap. 9. confirmatumq; fuit à Galeno lib. 1. de locis aff. cap. 5. & ab omnibus medicis receptum, duobus exceptis, Petro nempe Aponenſi, qui Conciliator appellatur, differentia 210. & Amato Luſitano cent. 1. cur. 6. refellitur tamen egregiè primus à Hieronymo Gabucino tract. de lumbricis cap. 8. quem videre poteſtis.

Amatus verò conſiderat ventriculum malè affectum, in quo putreſcit pituita, & benè affectum, in quo minimè putre- A ſcit; primò modo opinatur poſſe in illo generari vermes, ſecundo modo haud quaquam: & in hoc ſenſu vult Ariſtotelis axioma eſſe intelligendum, id eſt, in ſtomacho, aut ore ventriculi benè diſpoſito, in quo putredo non adeſt, non poſſe gigni vermes, ſecus autem in malè affecto. Sed huiuſmodi opinio ijsdem prorſus argumentis refellitur ab ipſo Gabucino, quibus probat non poſſe B talem fieri in ventriculo putredinem, ex qua generari poſſint vermes, & aut lumbrici.

DE CAVSIS LVMBRICORVM.

SEd habito, & cognito iam morbo, videndum eſt, ex qua materia lumbrici generentur, & quomodo fiant; ſed vt de illis tractemus, non ſecus atq; C de alijs morbis à nobis actum fuit, opus eſt, vt videamus cauſas tam internas, quàm externas, ideo cauſæ internæ, aliæ immediatæ ſunt, & coniunctæ; aliæ verò antecedentes, & mediatæ.

Cauſa immediata, & proxima vel eſt materialis, vel efficiens. Materialis nihil aliud eſt, quàm humores pituitoſi putreſcentes, vel (vt inquit Auicennas fen. 16. 3. tract. 5. cap. 1.) eſt materia D pituitoſa, quando incaleſcit, & putreſcit in inteſtinis, cui Ariſtoteles lib. 1. de gen. an. cap. 19. aſſentiri videtur, & Oribaſius lib. 3. aphoriſm. 30. & ſequitur Montanus, ſed ſcribit etiam eos naſci ex omnibus humoribus, nempe aſcarides ex nigro, rotundi teretes ex bilioſo, & lati, ſeu cucurbitini ex pituita.

Non deſunt tamen alij authores, & grauiſſimi quidem exiſtimantes non E poſſe fieri ex humore bilioſo, & melancholico propter ſui amaritudinem, inter quos eſt Paulus Aegineta lib. 4. cap. 27. eſt, & doctiſſimus Mercurialis tribus rationibus vtens ad id demonſtrandum, eſt & Gabucinus lib. de lumb. cap. 7. tum quia humores ipſi ſunt amari, tum quia Galenus 3. aph. 26. ſcriptum reliquit

quit

quit materiam lumbricorum eſſe humores crudos.

Sed ſolutio eſt, quod raro fiant ab huiuſmodi humoribus, at frequentiſſime ex crudis, & pituitoſis; & quando contingit eos ex illis generari, non fiunt ex parte ipſorum amara, ſed ex parte dulci apta putredini; ſed quidquid ſit, vnum hoc eſt veriſſimum, quod vt plurimum lumbrici generentur ex pituitoſa materia putreſcente, tanquam à cauſa materiali.

Cauſa verò efficiens in vermium productione eſt caliditas inſignis, quod clariſſimè exprimit idem Galenus dicens ad generandos vermes requiri putredinem, & multum caloris.

Cauſæ verò antecedentes ſunt ætas, ſexus, temperamentum; ætas enim puerilis, potiſſimùm infantia, procreat teretes, ideſt, rotundos vermes, quemadmodum, & pubertas, & quæ ætas illi proxima eſt, tum teretes, tum aſcarides neque excluditur ætas declinans: at quamuis homines in omni ætate exiſtentes corripi poſſint ab huiuſmodi vermibus, facilius tamen, & frequentius in ætatibus prędictis, vt docet Hippocrates 4. de morbis.

Cum autem fiant (vt dictum eſt) vermes ex pituitoſo excremento, temperamentum pituitoſum, & quod coaceruat copiam pituitæ, magis aptum erit ad vermium generationem: eademmet ratione, & mulieres cum frigidiores ſint, facilius generabunt vermes, quare temperamentum frigidum, & muliebris ſexus poterunt inter cauſas antecedentes enumerari.

Cauſæ verò primitiuæ, & procatarticæ deſumũtur ab aſſumptis in nobis, ab ijs, quæ facimus tam animo, quàm corpore, ab ijs, quæ aut retinentur, aut excernuntur à nobis, & ab ijs, quæ exterius nos alterant.

Inter alterantia eſt aer, regio, anni tempus, cœli conſtitutio præſens. Aer frigidus, & humidus, nimirum autumA nali tempore, & hyemali vermes plurimos generat.

Excrementa nimis retenta in inteſtinis ſunt cauſa, vt pituitoſi humores, qui ſolent expurgari, putreſcant, inde vermes generentur.

Nimium otium, ſeu otioſa vita, aut qui inordinatè ſe ſuo corpore mouent, vt ſunt pueri, qui plurimos crudos humores coaceruant, vermium genera-B tionem promouent.

Quæ aſſumuntur ore alimenta quantitate excedẽtia per cruditates eos generant, vnde voraces, & qui malo victu vtuntur, ſæpè incurrunt in lumbricos.

Fructus horarij copioſè aſſumpti, piſces, caſeus recens, paſta, & id genus alia comeſta vermes producere ſunt apta: hæc de cauſis.

C *DE SIGNIS LVMBRICORVM.*

Signorum alia communia, alia particularia magis exiſtunt. Priora ſunt ea, quæ vermes in corpore eſſe oſtendunt, alia verò particulares differentias demonſtrant.

Communia ſigna ſunt ſtridor dentium, ſudor frigidus nocturnus, liuor genarum, oculorum contorſio, lingua, D & labia arida: ſitis accenditur, interdum eſt oris fœtor, capite dolent, nonnumquam obloquuntur, aliquando lethargicas affectiones percipiunt, epilepticos motus, nec non ineptas geſticulationes manuum inuoluntarias patiuntur.

Arteriç pulſus inordinatus, & inæqualis eſt, circa ventrem inferiorẽ dolores ſentiunt, & pręcipuè circa regionem E coli inteſtini; nonnunquam fluxum alui, ſæpè eiuſdem ſuppreſſionem habent.

Nauſea, & vomitus frequens, auerſio ciborum, facilè iraſcuntur, & præcipuè vbi à ſomno excitati fuerint, cordis palpitatio inſtat; hæc ſunt, quæ lumbricos adeſſe ſignificant.

Ve-

Veniamus ad particularia; nam alia ſunt, quæ rotundos, aut teretes, alia latos, & alia aſcarides oſtendunt: teretium ſigna à Paulo, & Aetio plura traduntur, quæ tamen omnia in omnibus, vt idemmet Paulus docet, non ſunt inquirenda.

Ad actiones animales ſpectant, ſomnolentia, manuum frigiditas, & extremarum partium. Ad vitalem actionem morſus cordis attinet. Ad partes verò naturales nauſea, & ſputum immoderatum.

Ab Hippocrate hæc traduntur, ſi ſomnolenti ſunt non permittente morbo, & extremæ partes frigidæ, & cordis morſus, vrinæ conturbatæ, lingua humectatur.

Item, qui animantibus in ventriculo abundant, ſputo replentur, & ſi tenuis quiſpiam prodierit lumbricus, amplius non ſpuunt; quicunque igitur in ore ventriculi lumbricos habent, ferè eos omnes vomitu reijciunt, quibus verò in inteſtinis exiſtunt, per ſeceſſum excernunt.

Omnes verò nauſeabundi ſunt, vomuntq; quæcunque acceperunt, ijs, qui punguntur, ſimiles ſunt, totoque corpore contrahuntur, ac repente, acerrimeq; mouentur, & tormina accedunt, interaneorumque dolores; euaporationes quoque ad caput delatæ vertigines inducunt, quin & victus ratio, quæ præceſſit, oſtendit vobis lumbricorum generationem.

Paulus multa alia teretium lumbricorum ſigna affert lib. 4. cap. 58. primum tuſſis exigua cum ſiccitate irritans: ſecundum ventris, & inteſtinorum morſus: tertium nonnulli ſingultiunt, dormientes tremunt, & præter rationem expergeſiunt, quod nonnulli vociferantes faciunt, atque proſilientes, ſed rurſum in ſoporem incidunt: poſtremum pulſum inordinatum habent, febreſque citra ordinem errantes refrigeratis extremis partibus augentur tertia, inte-

A rim quarta die, vel nocte ſine ratione acceſsionem habentes.

Pueri verò, & grandiores natu linguam exerunt, atque oculis clauſis ſilentium, & taciturnitatem amant, ideo excitantibus iraſcuntur ob imbecillitatem vigilare nequeuntes, quibuſdam dum dormiunt, linguæ accedit commanducatio, & conformatio oris in modum lactentium, aut cibos accipi-

B entium, aliquando dentibus ſtrident, conniuent oculis, aliquando ſanguine ſuffuſi ſunt, faciemque iuxta malas rubicundam habent, quæ rurſum liueſcit, deinde paulò poſt rubicunda fit.

Quibuſdam nauſea, vellicatio circa ventrem, alij nauſeabundi ſiunt, quos ſi ad cibum impellas, euomunt; à ventre cibi non cocti quandoque excernuntur,

C intumeſcit aliquando venter tympani in modum, reliquum verò corporis ſine ratione tabidum efficitur, nec inedia, nec immodica euacuatione aliqua exinanitum.

Multi quaſi delirantes multa abſurda in ſomno loquuntur; alij decubitum huc, illuc mutantes ex loco ad locum ſe viciſsim proijciunt. Hæc ſigna, & alia etiam tum à Paulo, Aetio, alijſque ſcriptoribus afferuntur, quæ tamen omnia

D in vno indiuiduo non obſeruantur, ſed aliqua ex ijs

Addo ego, aliquando huiuſmodi lumbricos, vbi magni fuerint, famem illam caninam excitare, vt apud Alexandrum apparet, & Augenium, quemadmodum diximus cap. de fame canina.

Latorum verò ſigna ſunt quædam, ſed infallibile illud eſt, quod aſſumitur ab his vermibus cucurbitinis per ſeceſ-

E ſum exeuntibus.

Tenuitas corporis cum quadam imbecillitate, & inæqualitate adeſt: reperiuntur interdum in non febricitantibus; aliquando verò febricitantibus in longis morbis ſuperueniunt, morſum ſtomacho inferentes, appetitumque ad cibum intemperatum faciunt, eſcam adeo

adeo vehementer exigunt, vt alia opus ſit, quæ niſi præſto afferatur, morſum inferunt vehementem. Si vultis plura ſigna legatis Gabucinum cap. 16.

Aſcarides cùm ſint circa podicem in interna inteſtini recti capacitate, vehementem pruritum quaſi ſemper inferunt ad animi vſque defectum, vt Paulus, & Aetius ſcribunt, ſubindeq; ad excernendum excitant, & ab huiuſmodi excretione aliquando benè ſe habent ægri: & excrementa, quæ cum illis per ſeceſſum exeunt, graue olentia præſeferunt. Hæc de ſignis.

DE FVTVRO EVENTV *Lumbricorum*.

PRognoſtica quædam ſecuritatem, quædam difficultatem oſtendunt; nam ſi Hippocratem conſulamus, videbimus ipſum dixiſſe 2. prog. 18. bonum eſſe lumbricos teretes exire ad criſim tendente morbo.

In febribus lumbricos bonos eſſe dicimus, aliquando verò malos. In principio febris minus mali, quia ſubſiſtentiam ex ſubiecta corruptione habent; peſſimi verò in febris augmento, aut ſtatu, quia fiunt ex morbi vigore.

Deteriores ſunt ſiue in febribus, ſiue abſque febre, maiores minoribus, multi paucis, rubri albis.

De viuentibus modò, ac mortuis lites reperiuntur inter authores, cum alij dicant peiores eſſe viuos mortuis, alij è contra exiſtimant deteriores longè eſſe mortuos viuis.

Sunt, qui dicunt in principijs acutorum morborum lumbricos teretes viuos eiectos peſtilentes morbos indicare, inclinantibus verò morbis, mortuos vermes eijcere malũ augurium facere, ſed ſi à principio mortui exeunt, ſignum eſt adeſſe ingentem putredinem, ex qua moriuntur, aut materiam non habere, ex qua viuere poſſint.

In medijs temporibus quoquomodo

A exeant ſemper eſſe malos, ratio verò eſſe fortaſſe poteſt, quia cum materia febris, malignæ, & prauæ ſit naturæ, nec ex ea nutriri poſſint, deorſum deſcendunt eam fugientes, quare eiectio viuorum vermium eſt mala ratione ſigni, & cauſæ etiam.

Quando verò in fine morbi eijciuntur mortui eſſe bonum, quia cum materia euicta ſit, & à natura ſuperata,
B ſignum videtur eſſe nullam adeſſe amplius materiam, ex qua nutriri poſſint.

Et tunc bonum eſt, quia, vt dicebat Hippocrates lib. 1. de mor. vul. te. 7. exeunt cum alijs excrementis.

At ſignum quoque eſſe poteſt, materiam adhuc malignam eſſe, ex qua tanquam ex veneno iugulantur vermes, quæ tamen cum ipſis extrapellitur.

In medijs verò temporibus aliquan-
C do boni, aliquando mali cenſentur: mali quidem, ſi cum irritatur natura, ſymptomaticè exeunt, qui viui, & mortui eſſe poſſunt pro inopia, & copia materiæ, & pro mala, & bona qualitate eiuſdem; vermes tamen ſemper demonſtrant putredinem magnam.

Inter tres haſce lumbricorum differentias cæteris omnibus minus periculoſi ſunt aſcarides, tum quia tenues, &
D exigui ſunt, tum quia propè ſunt exitui, & remoti à partibus principibus, facileq; à medicamentis expelluntur, & à tranſitu medicamentorum tanguntur: minus ij frequẽter in pueris naſcuntur, quàm teretes, qui ſunt illis familiares: lati cæteris omnibus ſunt peiores. Hæc de prædictione.

DE CVRATIONE IN
E *Lumbricis per Victus rationem*.

IN curatione vermium inſtituenda ad indicationes reſpicere oportet, quæ deſumuntur à morbo, & à ſuis cauſis. Morbus eſt numerus partium adauctus, vel morbus in via, qui eſt à toto genere præter naturam, & auferendus

eſt

eſt omninò; verùm cùm à cauſa dependeat, primò cauſa eſt auferenda, deinde reſpicere oportet, an ſit aliquid, quod habeat rationem impedimenti, antequam morbus auferatur.

In hoc igitur caſu procul omni dubio, cauſa, quæ generauit, & conſeruat vermem, auferenda eſt; hæc autem non poteſt auferri, niſi euacuatione, qua euacuata eneccandus eſt lumbricus, vt & ipſe faciliùs auferatur; indicatio igitur deſumpta à cauſa eſt euacuatio, à morbo verò alia eſt, quæ vermem interficiendum conſulit, alia verò, quæ mortuum expellere docet, Gal. 14. meth. med. cap. 19.

Primæ indicationi ſatisfacimus, prohibentes humoris, à quo fiunt, generationem, ſimulq; & partem eius in corpore genitam extra ducentes. Inhibemus autem humoris generationem per victus rationem in illis, quæ aſſumuntur à nobis, moderantes actiones, & motus tam corporis, quàm animi, reſpicientesq; tam ea, quæ in nobis retinentur, quàm quæ eijciuntur, & quæ poſſunt corpus noſtrum extra alterare.

Quod ad alimenta attinet, in primis crapulæ, & cruditates, quantum fieri poteſt, euitandæ veniunt. & omnia, quæ in eſcam aſſumuntur, debent eſſe boni ſucci, & quæ de facili deducantur, ſecumq; habeant adiunctam qualitatem medicamentoſam, nempe exiccandi, vt ſunt.

Amara,
Aeria, &
Salſa.
Acida quoque proficiunt.

Nonnumquam verò dulcia conceduntur, quando ſcilicet vermes famem ſeuire animaduertimus. In vniuerſum tamen abſtinentia prodeſt, quod omnium vermium generationem impediat.

Verum quidem eſt, quod quando nimium infeſtant, exiguo cibo vtendum, ſed per interualla breuia, eo præſertim tempore, quo lacerare deſinunt.

A Sed ſi adſit alui profluuium, indicium eſt multos gigni vermes, cibo non diſtributo, & tunc ſorbitiones concedendæ, quibus

Pyra vel
Cotonia admixta ſint, aut aliqua adſtringentia.

Inter materias alimentorum eſt panis, qui συγκόμιστος Græcè dicitur, & ὅλος αὐτος ὁ πυρὸς, quod continet omnem
B farinam integram ſimul cum furfure; eſt enim coproticum, hoc eſt, expellens fœces: melior etiam erit, ſi ſale, & fermento condiatur, nec non aniſo, & fœniculo, vel puluere ex ſeminibus citrij.

Inter carnes auiculæ montanæ eſui conceduntur, pullus columbaceus, aliæ etiam carnes boni ſucci aſſatæ, & rebus aromaticis modicè conditæ, ſi verò eli-
C xentur, quædam ſimplicia cum ijs ebullita conferunt, vt

Senecio viridis,
Barba hirci,
Cicer nigrum,
Braſſica quoque, &
Mercurialis,
Naſturtium,
Beta,
Mentha,
Apium,
D Inter fructus ſunt optimi, qui ſequuntur,
Cappares.
Lupini,
Amygdalę amaræ,
Raphanus quoque comeſtus prodeſt.

Pueris ante omnem cibum decoctum ex ſebeſten, quæ mixa dicuntur, ebibendum propinetur.

E Pro potu febre non exiſtente vinum aquoſum conceditur, ſed quod adſtringendi facultatem aliquam habeat.

In ſomno moderatè agendum: tempore nocturno per ſpatium horarum duarum à cœna illum incipere oportet, ac ſpatio ſeptem horarum, aut circiter ei indulgendum: otium immoderatum fugiendum eſt, proinde exercitium tem-

ſtiuè conceditur, & cum quadam moderatione.

Animi affectiones, quæ ad iram, excandeſcentiam, aut mœrorem ducant, euitandæ veniunt.

Aer aquilonius frigidus nocet, proinde calidus, & ſiccus moderatè eſt eligendus, & arte parandus, igne in cubiculo ex lignis odoratis accenſo, vt ſunt verbi gratia ligna

Iuniperi,
Citri,
Arboris perſicæ,
Suffumigia quoque parentur,
Ex abſynthij comis,
Folijs perſicæ,
Vna cum filice, & hedera, vt
℞. Fol. abſynthij ſicci,
Perſicorum,
Silicis,
Hederæ, ana ſcrup. j.
Thuris,
Myrrhę,
Aloes, ana ſcrup. ſſ.

Excipe omnia cum tragacantho, & modico aceti roſati, & fiat ſuffimigium.

Vel ſacchari vnc. j. fit puluis ſubtiliſſimus, qui inſpergatur ſupra omnia alimenta.

Illud quoque, quod ex myrrha, & aloe paratur, prodeſt.

Eſt, & aliud quod confert maxime quando cauſa lumbricorum anima deficit, vt

℞. Ambaris, gr. ij.
Moſchi, gr. j.
Gummi arabici, ſcrup. j.
Roſarum,
Santalorum,
Cyperi,
Thuris, ana ſcrup. ſſ.
Galliæ moſchatæ, gr. vj.
Ligni aloes in carbonem conuerſi, drach. ij.
Carbonum è palmitibus vitis extinctorum, quod ſatis eſt,
Roſato aceto excipiantur,

Aluus mollis eſſe oportet, quæ niſi A natura fluida ſit, arte excitanda clyſmate aliquo ex his, quæ ſunt in huiuſmodi morbis, aut ſuppoſitorijs proportionatis.

Clyſteres ſunt in triplici differentia, alij conſtant ex allicientibus vermes, alij ex necantibus, & alij ex vtriſque medicamentis, quandoquidem partim alliciunt ad ſe vermes, partim verò necant.

B Alliciunt vermes, qui ſunt in ſuperioribus inteſtinis; interficiunt verò illos, qui ſunt in colo, vt eſt lata tinea, vel in inteſtino recto, qui interficientibus puris necantur.

Materiæ allicientes ſunt,
Mel,
Saccharum,
Butyrum,
Adipes recentes anſeris,
C Galinæ,
Anatis,
Vituli,

Lac quoque aſininum, quamuis cæteris maiorem habeat adſtringendi facultatem ob multam ſeri copiam.

Iuſcula carnium pinguia in hoc cenſu reponuntur.

Si vultis vermes allicere, accipiatis libras duas lactis, & loco clyſteris intus D inijcite, addentes quandoque ſaccharum.

Vel paramus clyſterem ex iure gallinæ, ſaccharo, & ouorum luteis, ſi verò interficere volumus, addimus vel

Abſynthium, aut
Abrotanum, vel
Iuam,

Vel aliquid aliud ex amaris medicamentis.

E Si ſatisfacere volueritis vtrique intentioni, parate clyſterem ad hunc modum.

℞. Fol. perſicarum,
Abrotani, ana manip. ſſ.
Fol. Althęæ,
Maluæ, ana manip. j.

Fiat decoctio ſecundùm artem, &

℞. Hu-

℞. Huius decocti, lib. j.
Mellis, vnc. ij.
Hieræ picræ, vnc. ß.
Cum vitellis duobus ouorum, & ſalis drach. j.
Fiat clyſter.

Suppoſitoria verò fiunt ex melle quidem, vel ſimplici deſpumato, aut cui addatur.
Vel puluis hieræ,
Aut rhabarb. modicum,
Aut aloes ſubt. puluer.

Quando intenrio fit cum allectione vermes interficere.

DE CVRATIONE LVMBRICOrum per Chirurgiam.

QVod ad chirurgiam ſpectat, in huiuſmodi caſu raro emittitur ſanguis, cùm vires non admodum valeant, ſi tamen robuſtæ fuerint, & adſit indicans ſanguinis mittendi, poterit quidem mitti vel ſecta vena, aut ſcarificationibus, vel hirudinibus applicatis, vel alijs auxilijs.

DE CVRATIONE LVMBRICOrum per Pharmaciam.

SEd veniamus ad medicamenta, de quibus diligentiſſimè agendum eſt, quia frequentiſſimus eſt morbus, & ſæpè mortiferus. Horũ ſunt alia, quæ materiam, à qua fiunt vermes, & alia, quæ ipſos vermes reſpiciunt, quæ adhuc duplicis ſunt generis; nam alia ſunt, quæ interficiunt, alia verò, quæ expellunt.

Quæ materiam reſpiciunt, quædam ſunt præparantia, quædam verò illam educentia, de quibus multa diximus, quæ huc conferri poſſunt, cap. de intemp. frig. ventr. cum mater. & quamuis ea tam per ſuperiora, quàm per inferiora educi poſſit, in hoc caſu mihi magis probantur illa, quæ per ſeceſſum educunt, inter quę eſt ſyrupus de cichorio Nicolai, nempe cum rhabarbaro, imò cum duplicato rhabarbaro.

Nec ſyrupus compoſitus ex ſucco roſarum, agarico, & rhabarbaro improbatur.

Pilulæ de aloe valent, quemadmodum etiam illæ, quæ Ruffo ſunt adſcriptæ, & conſtant.
Ex aloe,
Myrrha, &
Croco.

Quæ etiam pueris ad ſcrup. ſemiſ aut ſcrup. j. ſingula vice concedi tutò poſſunt.

Huiuſmodi pilulæ de tribus ſunt ſine rhabarbaro, quibus tamen poteſt addi rhabarbarum.

Vel etiam pilulæ de tribus cum rhabarbaro exhibendæ ſunt, factæ ex
Agarico,
Rhabarbaro, &
Aloe.

Euacuata iam materia, ex qua vermes generari, & nutriri conſueuerunt, ad ipſos vermes debellandos deueniendum eſt, qui (vt ſuprà dixi) vel enecari, aut ſaltem mortificari debent: poſt quæ pellentia medicamenta, & enecantia conueniunt, quia amara ſunt, detergendi facultatem habentia; vermes enim adhærent materiæ, quæ ſua natura viſcoſa eſt, quare oporter, vt medicamenta irritent facultatem expultricem, ſimulque, & viam lubricent, per quam vermes pellantur, cuiuſmodi ſunt.
Nitroſa,
Salſa,
Acria, &
Vnctuoſa.

Sed notatione dignum eſt, quod Galenus lib. 14. meth. med. cap. 19. docet, nempe teretes lumbricos leuioribus medicamentis eſſe tractandos, latos verò, & aſcarides fortioribus, quod pertinacius hæreant, & longiùs remoti ſint; in tranſitu enim longo medicamentorum virtus hebetatur.

Duo inſuper hic conſideranda veniunt,

uut; nam aut medicamenta per ſuperiora dantur, aut per inferiora immittuntur: deinde, aut adeſt alui fluxus, aut non. Si primò, hoc eſt, ſi per ſuperiora offeruntur, admiſceri non poſſunt dulcia, amaris, ſed vel acida, vel acria. Si per partes infernas immittantur, allici vermes poſſunt, & ſic vnctuoſa, & dulcia admiſceri, vt ſupra diximus.

Si verò adſit fluxus, quædam adſtringentia admiſcenda veniunt, quę vbi non adſint, omninò omittenda ſunt.

Loquens igitur Galenus de teretibus, ideſt, rotundis lumbricis, dicebat 14. meth. med. capite præcitato abſynthium eos interimere, latos verò, filicem. Aegrotantes itaq; qui ſe curandos nobis offerunt, vel lactentes ſunt, vel minimè: ſi non lactent, medicamenta illis conuenientia, quæ vermes interficiunt, vel calida ſunt, vel frigida. Calida minimè febrientibus conceduntur, ſed frigida, quorum quædam ſunt, quæ omnes vermes interficiunt, quædam verò particulares.

Calida ex Galeno quoſcumque vermes interficientia ſunt,

Abrotanum,

Coſtus amarus,

Semina, & cortices citrij,

Dictamnum,

Flores } perſici,
Folia, }
Nuclei, }

Sed perſici folia, & germina contrita, & ſuper vmbilicum poſita vermes enecant.

Amygdalæ amaræ,

Theriaca,

Mithridatium.

Galenus lib. de therica ad Piſonem capite 15. loquens de theriacæ vſu in pueris dicebat intrinſecus ab ijs accipi non debere, quia calorem ipſorum extinguit; at exterius adhibita conuenit.

Dioſcorides ſcribit interficere lumbricos teretes.

Thymum,

A Naſturtium,

Mentham,

Anchuſam,

Tithymbram.

Farinam lupinorum, ſi in potu accipiantur.

Lupinos totus à Galeno probatur 6. de ſimpl. med. facult. quocumq; modo acceptus, ſiue cum ſale comeſtus, ſiue coctus in aqua, aut poſca, cuius decoctum, & infuſio epota valet ad vermes B interficiendos.

Lupinus quoque melle illitus allicit vermes primum, deinde eos interficit.

Ab eodem Dioſcoride probatur

Abſynthium marinum, quod ſeriphium appellant.

Abſynthium ſantonicum, ſemen ſanctum appellatum.

Hyſſopum.

C Nepitella.

Calamenthum,

Eiuſque decoctum. A Galeno, tum ſuccus, tum infuſum ipſius, vt ſingulare medicamentum probatur.

Rutæ ſuccus ab eodem Galeno proponitur.

Coriandrum cum paſſo aſſumptum.

Valet in hoc caſu,

Vinum abſynthite,

D Oxymel ſquilliticum,

In lato enecando verme laudantur à Dioſcoride.

Allium vel epotum, vel comeſtum.

Chamæleonis albi radix acetabuli pondere ex caſtorei, & origani decocto epota.

Silicis fœminæ radix ad drach. iij. accepta cum melie.

E Sed ſilicis fœminæ radix ſterilitatem facit, 2. de med. ſimp. facul.

Helitropium minus idem præſtat, quod præcedentia.

Chamædiyos,

Dictamnum album,

Mentaſtrum,

Centaurium minus,

Marrubium,

lia;

Carui ſyluestris ſemen,

Oleum amygdalarum amararum,

Myrrha hauſta.

Stercus murium puluerizatum pro ſecreto habetur cum aquæ ſcabioſæ epotum.

Cardamomum.

Melanthij, ſeu nigellæ ſemen potum, vel ex aqua ſupra vmbilicũ applicatum.

Atramentum ſutorium ad drach. j. ſumptum, aut cum melle illitum,

Baccæ lauri,

Gentiana,

Frigida medicamenta.

Plurima quoque ſunt frigida, inter quæ ex Auicennæ ſententia acetum primas partes obtinet, ſi præſertim tempore ſomni, moderatè ad bibendum conceditur.

Oxymel quoq; ſimplex,

Syrupus acetoſus ſimplex,

Radix graminis,

Hordeum,

Lactuca agreſtis,

Sedum maius, quod ſemperuiuum appellant, præcipuè valet ad teretes, & quando adeſt fluxus aliquis, vt in pueris. Petrus Foreſtus lib. 21. 27. obs. tale medicamentum pueris exhibet.

℞. Succi granatorum, vnc. ij.

Olei oliuarum, vnc. ſſ.

Miſce hoc remedio vtebatur Regina Galliæ in ſuis pueris.

Alideus verò hoc vſurpabat.

℞. Pulu. coralliorum,

Rhabarb. elect. ana ſcrup. j.

Aqua graminis, & modico

Syr. viol.

Aqua roſata ad vnc. iiij. quæ efficacior redditur, ſi ſeminis citrij emulſio, vel ſantonici puluis ad drach. j. apponatur, aut drach. ſſ. efficaciſſima etiã habetur, ſi tria, aut quatuor argenti viui grana addantur, & accuratè agitetur.

A Galeno braſſicæ Aegyptiæ ſemen, & à Dioſcoride ſemen portulacæ laudatur. Sunt, & alia medicamenta, quæ

A indifferenter tam pro febrientibus, quàm non febrientibus commendantur, inter quæ ſunt.

Lumbrici terreſtres puluerizati.

Cornu cerui rammenta,

Vnicornu,

Acetoſitas citrij,

Succus limonij immaturi,

Succus mali medici.

Talus bubulus lacte coctus Gal. lib. B ad Piſonem cap. 17.

Sunt, & interficientia cum quadam adſtrictione, vt

Roſæ puluis,

Radicis graminis decoctum,

Cichorium,

Endiuia,

Mori radicis cortex,

Hæc Galenus ad latos lumbricos C probat. Sunt, & alia adſtrictione magna prædita.

Malicorium,

Pruna ſylueſtria, &

Acacia, quæ eſt ipſorum ſuccus.

Balauſtium,

Sorba,

Criſpini, ſeu

Berberis acinorum ſuccus cum

Graminis, aut

Portulacæ ſucco aſſumptus,

D Corallina, quæ nihil aliud eſt, quàm muſchus marinus, in puluerem redacta enecat ad miraculum vſque vermes, inter alias præſtantior illa eſt, quæ ſimul cum corallijs reperitur, Matthiolus lib. 4. ad caput 94. ſupra Dioſcoridem.

Differt corallina hæc à ſemine abſynthij, quod ſeriphi appellatur, quia corallina eſt muſchus exiccatus, & in puluerem redactus; ſementina verò eſt ſemen E abſynthij illius, quod ſeriphi à Matthiolo vocatur, hoc eſt abſynthium maritimum.

Poteſt etiam componi medicamentum hac ratione.

℞. Rhabarb.

Agarici,

Aloes,

Myr-

Myrrhæ, ana ſcrup. j.
Trochiſc. alhandal. gr. v.
Cum ſyrupo roſato, quantum ſufficit, fiant pilulæ num. quinque, aurentur.

Pro vnctione.

℞. Vnguenti de arthanita, vnc. ſſ.
Fellis taurini, vnc. j. Miſce.

Plantago arida, eiuſq; ſuccus mirificè prodeſt, & præſertim in fluxu, & quod magis eſt in febre etiã maligna, nec nõ
Tormentillæ, &
Biſtortæ decoctum potui datum.

Expellentia modò medicamenta illa ſunt, quæ lutum vermium educere valent, quia vbi vermes mortui fuerint, virtus expultrix ſuapte natura, ſi valida eſt, expellit, ſin minus medicamentis irritatur, inter quæ alia ſunt ſimplicia, alia compoſita, præterea quædam intus aſſumuntur, quędam verò extra admouentur: fortiora ſunt.

Succus ebuli,
Iridis,
Colocynthis,
Euphorbium,
Scammonium,
Rhabarbarum,

Quæ magis conueniunt latis tineis.

Verùm circa vſum ducentium bilem, animaduertendum, quod cùm non ſit educenda bilis, ſed pituita, non eſt vt tantam doſim propinemus, quæ bilem educat, ſed quæ amarore, & acredine abſtergere poſſit, & vermes pellere.

In pueris prodeſt ex ſcrup. ij. rhabarb. pulverizati efficere nebulas, ſeu hoſtias vna cum farina optima factas, & illis eas offerre.

Scammonium verò ad gr. ij. aut iij. ad ſummum, aut etiam iiij.

Mihi tamen magis placent,
Species hieræ, aut
Diachartami, vel etiam,
Diaturbith cum rhabarb. ad drach. j. aut ſcrup. iiij. aloes etiam non lota, & ſubtiliter pulverizata mihi probatur.

Inter compoſita medicamenta iſtud ad miraculum vſque operatur necans,

A alliciens, atq; expellens vermes, quod proponitur ab Euſtachio Rudio lib. 2. cap. 27. ſuæ praxis.

℞. Sebeſten, num. x.
Scabioſæ, manip. j.
Aquæ hordei, lib. j.

Fiat decoctio ad medietatem vſque, deinde.

B ℞. Huius decoctionis vnc. iiij.
Olei omphacini, aut
Succi oliuarum immaturarũ vnc. j. ſſ.
Pul. lumbricorum terreſtrium,
Cornu cerui, ana ſcrup. j.
Sulphuris pulverizati, ſcrup. ſſ.
Sacchari, drach. jj.
Miſce, & fiat potio.

Extrinſecus quædam ſunt, quæ odoranda præbentur, vt eſt,
Allium,
C Theriaca,
Mithridatium.

Ad ventrem applicari poſſunt olea magni Ducis Hetruriæ, necnon oleum ſcorpionis Matthioli, cum quibus nares, cordis regionem, tempora, vmbilicum, ac os ventriculi inungere conuenit.

Vnguentum ad vermes deſcriptum habetur in Antidotario Bononienſi fol.
D 402.

Eſt etiam aliud, quo vtor communiter in praxi.

℞. Aloes ſubt. pulver. drach. j.
Olei chamæmeli vnc. j.
Aceti, vnc. ſſ.
Cum modico ceræ fiat vnguentum.

Vel

℞. Aloes ſubt. pulver.
Abrotani ſub. pulu. ana drach. ſſ.
E Olei roſati, vnc. j.
Miſce, & cum cera, quantum ſufficit, fiat vnguentum.

Vnguentum iſtud etiam prodeſt ad inungendam regionem vmbilici, quod conficitur ex partibus æqualibus.

Farinæ lupinorum,
Felle taurino,
Butyro,

Aloei

Aloe, &
Myrrha,
Et ne decidat, faſcia alligandum.
Vnguentum agrippæ.
Adduntur quandoque ſolutiua his vnguentis, vt melius expellantur vermes, quemadmodum eſt ſcammonium.
Elaterium,
Colocynthis,

A Sunt etiam aliqui, qui pannum in aceto madefaciunt, deinde puluere tenuiſſimo reſperſum calefaciunt, & abdomini applicant: & hæc de cognitione, & curatione lumbricorum. Tempeſtiuum quidem eſt deuenire ad tractatum de morbo iliaco, de quo in ſequenti lectione.

DE VOLVVLO, SEV ILEO, SEV ILIACA PASSIONE.

CAPVT VIGESIMVM QVINTVM.

VNiuerſalibus, aut communibus inteſtinorum morbis iam abſolutis ordo lectionum expoſtulat, aut ad particulares orationem transferamus, & primò ad morbum ileon vocatum, ſeu (vt melius dicam) ad dolorem, quem tenuis inteſtini paſſionem vocant, accedamus, quod immediate ventriculum, vt dictum eſt, ſubſequitur, ab eoq; originem ducere videtur, eſtque ante colon, quod inter craſſa primum locum occupat.

Morbus igitur huius inteſtini appellatur à Græcis ἴλεος, à verbo græco ἰλέω, quod eſt voluo deductum, inde ἴλεος, quaſi conuolutus, quoniam, vt Altimarus ſcribit, ægris dolor circumuolutus accedit: vel etiam, vt docet Aetius lib. 9. cap. 28. dicitur χορδαψὸς, à verbo χορδεύω deductum, quod inchordo ſignificat, ſeu implico, ſeu irretio, quaſi quod inteſtinum videatur ad chordæ ſimilitudinem conuolutum. Galeno authore 6. de locis aff. cap. 1. dicitur, & miſerere mei, ob inſignem, & acutiſſimum dolorem, quem infert.

Si plura, & pulchra quidem ſcire cupitis de nomine huius affectionis, poteB ſtis cõſulere doctiſſimum Mercurialem, ſed ea non ſpectant ad curationem, vnde ſatius eſt, vt ad eſſentiam indagandam deſcendamus, à qua potiſſimùm curandi ratio deſumi debet.

Eſt autem ileos, Paulo authore lib. 3. cap. 44. morbus peracutus, qui graues mouet dolores, & vt Aetius inquit lib. 9. cap. 8. eſt affectio inteſtinorum læthalem dolorem inferens; & quamuis hi C authores diſſentire videantur verbis, re tamen eandem ſententiam habent.

Sed quod facit difficultatem, eſt pars affecta, de qua Paulus nihil determinat.

Aetius verò in genere dicit eſſe affectionem inteſtinorum, cùm autem alia ſint craſſa, alia tenuia, non determinat, an omnia, an verò vnum inteſtinum lædatur, nempe craſſum, aut tenue.

Quare relinquunt nobis ambigenD dum, quænam illa ſint inteſtina, quæ talem affectionem patiantur, quod tamen à Galeno declaratum eſt lib. 6. aph. 44. & 6. de locis aff. cap. 1. vbi ſcribit dolorem hunc excitari in gracilibus inteſtinis, & cap. 2. apertè de ileo ad verbum hæc ſcripta reperiuntur.

Ileos eſt dolor vehementiſſimus in ſublimioribus partibus inteſtinorum: morbus planè lethalis, à quo rariſſimè

quis

quis ſanus euadit, quod idem 3. de cauſis ſymptomatum cap. 2. ſcribit: itaque inteſtina tenuia læduntur.

Ex altera parte videntur craſſa inteſtina pati hanc affectionem; nam cum fęces contineantur in ipſis, hęc autem ſurſum per os euomantur, non poſſunt ferri ad illud, niſi ab inteſtinis craſſioribus recedant, inde pertranſeant ilcon, ieiunum, duodenum inteſtinum, ac pyloron, & ventriculum.

Quare neceſſe ęſt, vt fęces primũ ex craſſis inteſtinis læſis prodeant, vt idem docet Galenus 3. de naturalibus facultatibus cap. 13. eandem ſententiam viſus eſt habuiſſe 3. epid. ſect. 2. com. 6. vbi ſcribit omnem voluulum periculoſum eſſe, eum tamen, qui in tenuioribus inteſtinis conſiſtit, altero, qui eſt in craſſioribus, deteriorem eſſe, vt qui contagio afficiat iecur, atque lienem. quare ex prædictis Galeni locis pars affecta determinata deſignari vix poteſt.

Maſſarias arbitratur Galeni ſententiam eſſe, vt ileos ſpectet tam ad tenuia, quàm ad craſſa, & quando ſcribit Galenus eſſe morbum tenuioris inteſtini loquutus fuit ex ſententia aliorum. Hoc loci Saxonia ſcribit Galenum loqui de legitimo ileo, qui eſt paſſio tenuioris inteſtini, & quod ſputius ſpectet ad craſſa inteſtina.

Sed poſſumus dicere eſſe affectionem primò, & per ſe tenuium inteſtinorum, per accidens verò craſſorum, quatenus ſcilicet à tenuibus læſis, non permittitur deorſum deſcendere illam materiam excrementitiam, quæ ex attractione venarum meſeraicarum relinquitur in ipſorum cauitate, quamobrem non attingunt excrementa, ſeu fœces inteſtina craſſa, in quibus colligi conſueuerunt, ideoque dicendum eſt affectionem hanc pertinere ad tenuia inteſtina primò, ſecundariò ad craſſa, & ſic nulla eſt contradictio in Galeni verbis.

Dicamus igitur morbum hunc eſſe ob dolorem vehementiſſimum in ſubli- A mioribus inteſtinis, aut affectionem inducentem dolorem in tenui inteſtino, quæ quandoque, & craſſis cõmunicatur.

Alij ſunt, qui dicunt eſſe dolorem tenuis inteſtini, nihil permittentis deorſum deſcendere, quam deſcriptionem non probo, quia dolor non eſt ille, qui prohibet materias deſcendere, ſed dolor, & prohibitus deſcenſus ab vna eademq. cauſa proueniunt. Quare præ- B ſentis affectionis natura, & eſſentia reducenda videtur potiùs in morbum, quàm in ſymptoma.

Niſi dicere velimus eſſe ſymptoma in genere actionis naturalis primùm læſæ, deinde animalis, nempe ſenſitiuæ. Actio inteſtinorum naturalis, quæ eſt excretio, læſa eſt, ad quam læſionem ſequitur, & dolor, qui eſt actio ſenſitiua deprauatè læſa ſed prima eſt abolita, C cum nihil prorſus excernatur.

Cum autem facultas naturalis abolitè, animalis verò deprauatè lædatur, id euenit vel ratione illius, vel inſtrumenti; nam vt 3. de cauſis ſymp. p. facultas læditur eſſentialiter, aut accidentaliter; eſſentialiter quidem ab intemperiebus, accidentaliter a morbis in compoſitione. Læditur etiam vtroque modo, hoc eſt dictu in caſu noſtro. inteſtinum lædi- D tur, vel vt membrũ ſimilare, aut vt membrum organicum, vel vtroque modo.

Primo quidem, quia intemperatur, inde ſequitur inflammatio, qua ratione, & facultas eſſentialiter læſa eſt; ad intemperiem ſequitur læſio in ipſo facta. quamuis etiam ſubſequatur ſolutio continui, quæ ambæ efficiunt dolorem.

Læditur autem vt membrum à morbis in compoſitione, nempe in magni- E tudine, atque in via, ac numero, quibus nominibus impeditur exitus materiæ per partes inferiores, quæ quidem cum retineatur, viriuſque expultrix eam perferre minimè valeat, deorſum non potens transmittere ſurſum expellit.

Morbi igitur, quos ſequuntur hæc duo ſymptomata, ſunt intemperies, & ſolu-

ſolutio continui, obſtructio, inflammatio; & vt vno dicam verbo, in magnitudine adaucta, in numero, & via; ab his omnibus enim morbis lęduntur actiones prædictæ.

DE CAVSIS ILEI.

Sed iam videamus, quas cauſas habeant omnes iſti morbi: eæ ſunt tam internæ, quàm externæ. Cauſæ internæ, immediatæ, & proximæ inflammationem producentes, ad quam ſequitur intemperies, & ſolutio continui, ſunt omnes humores calidi in ſubſtantiam inteſtinorum recepti, ſiue bilioſi fuerint, ſiue ſanguinei, aut mixti: & hic eſt morbus ſpectans ad magnitudinem adauctam: alij etiam tumores efficere id poſſunt.

Cauſę verò morborum in via, aut numero, ſunt non modò humores craſſi, lenti, viſcidi, ſed ſtercora ipſa, & quamuis Galenus dubitare videatur 3. de cauſis ſymptomatum cap. 2. de humoribus craſſis, & tenacibus, non tamen aliorum tollit arbitrium, nec negat ab illis fieri poſſe obſtructionem lib. 3. de natural. facult. 13 3. de cauſis ſympt. cap. 2. 3. aph. 21. 6. aph. 44. Paul. lib. 9. 28. quemadmodum memini me vidiſſe nobilem quendam Bononienſem de Caldarinis, cuius cadauer ſectione diuiſum fuit, repertaque in colo inteſtino portio carnea inſignis, quæ fœces deorſum deſcendere prohibebat, humiditatemq; fœcum.

Sed frequentius contingit generari ab inflammatione, & obſtructione indurati ſtercoris, à quibus intercluditur via; verùm quidem fieri poteſt, vt res aliæ in inteſtinorum capacitate contentæ obſtruant totum inteſtinum, vt eſt lapis, aut glutinoſi humores ſtercori admixti, aut vermes, vel flatus craſſi, à quibus via obſtruatur, & intercludantur fœces.

Poteſt quoque eſſe, vt anguſtentur,
A aut exiccentur inteſtina, vt ſubſideant, aut ab aliquo comprimantur, nempe vel à iecore inflammato, aut ab aliquibus tumoribus in ipſis glandulis meſenterij enatis. Fieri quoque poteſt ileus ab hernia, quando totum tenue inteſtinum decidit in ſcrotum.

Cęterum inter cauſas antecedentes ætas reponitur; nam pueri ob ipſorum voracitatem, & ingluuiem, inordina-
B tamque victus rationem colligunt multas cruditates, quæ prębent huic morbo occaſionem.

An modò virtus retentrix nimium valida poſſit eſſe cauſa, vt voluiſſe videtur Auicennas, difficilè eſt intellectu. Inflammatio igitur, & obſtructio ſunt frequentiores morbi, quos ſequitur pręſens ſymptoma; illaque ab humoribus calidis, nempè ſanguine, & bile fit, ob-
C ſtructio verò à ſtercoribus induratis.

Cauſæ exteriores petuntur à ſex rebus non naturalibus: ab aere quidem in primis nimium calido, & inęquali, vnde Hippocrates 3. aphoriſm. 22. ait huiuſmodi morbum fieri in autumno, & Aetius illum magis æſtate oriri, quàm vere, & magis autumno, quàm hyeme: quamuis aer frigidus poſſit etiam eſſe cauſa huius affectionis; lęditur enim fa-
D cultas inteſtinorum ab intemperie frigida, quæ eſt veluti paralyſis ipſorum.

Vtrum modò morbus hic per contagium poſſit communicari, quemadmodum ſentire viſus eſt Auicennas, alterius eſt inquiſitionis; nam arbitramur rationem nullam eſſe poſſe præter illam, in qua fœces valdè olentes ſunt, quod determinat doctiſsimus Mercurialis.

Continuæ cruditates collocari poſ-
E ſunt inter cauſas exteriores: non deſunt etiam qui, & crapulas, & compotationes frequentes, conuiuiaque frequentia inter cauſas haſce connumerent: ſunt quoque, & cibi aliqui, qui proprietate ileum generare dicuntur, vt de atramento ſepiæ apud Aetium ſcriptum reperitur lib. 9. 28. vbi etiam ſcri-

bit venenum epotum huiuſmodi morbum efficere poſſe.

Fungi dicuntur ileum generare, alimentorum corruptio, vt carnium pinguiorum, quas deinde ſequatur potus multus aquæ, vide Petrum Foreſtum lib. 2. obſer. 21.

Eſt etiam huius affectus cauſa potus aquæ nimium frigidæ: impulſio inteſtinorum, vt quando aliquod inteſtinum in ſcrotum cadit, & chirurgi id ſurſum impellentes cum nimia violentia in inflammationem diſponunt: iſtę ſunt omnes cauſę exteriores ad victus rationem attinentes.

DE SIGNIS ILEI.

Signa alia ſunt, quę affectum demonſtrant, alia cauſas ipſius affectus. Prima deſumuntur à ſyndrome, & concurſu multorum ſymptomatum, nempe à fœcum retentione, à vomitu bilioſę materię, vel flauę, aut æruginoſæ, aut alterius coloris, deinde à vomitu fœcum, quæ cum deorſum ferri nequeant, ſurſum delatæ per os egredi coguntur, & huiuſmodi ſignum habetur pro pathognomonico.

Cum dictum ſit cauſas internas referri ad inflammationem, & ſtercorum induratorum compactionem, quando inflammatio adeſt, cognoſcitur tam ex febre, quæ ſemper præſens eſt, quàm ratione doloris, & caliditatis in abdomine circa vmbilici regionem exiſtentis, & paulò ſupra, nec non ex duritie cum renixu, quæ à medico manuum tactu percipitur.

At fœcum induratarum compactio, comprehendi poteſt ex earumdem retentione ſine febre, cum leui dolore. Obſeruaui aliquos à principio per ſpatium aliquot dierum vix febrire, qui deinde mortui ex hoc morbo fuerunt; nam cum fœces deorſum deſcendere non poſſent, putreſcebant, inde febris oriebatur progreſſu temporis, atque tandem

A vomitu accedente breui tempore vitam ægri terminabant.

Quando ex craſſis, & lentis humoribus ileus oritur, non poteſt melius haberi, quàm ex ante acta vita, & rebus naturalibus præſentibus, ad habitum corporis, temperiem, ætatem, conſuetudinem, & huiuſmodi ſpectantibus.

B

DE FVTVRO EVENTV *Ilei*.

EVentus huius affectionis, aut nunquam, aut rarò eſt bonus, cùm ileus exquiſitus, Galeno authore 6. de loc. aff. cap 2. plerumq; lethalis ſit; perpauci enim ſunt iliaci, qui vna cum fœcibus miſerabiliter animam non euomant, pro virium tamen, ſymptomatum ſuperuenientium vehementia, & cauſarum
C diuerſitate, modò citius, modò tardius vita deſtituuntur.

Nam vbi adſit inflammatio cum virium languiditate, ſuccedatque aſſiduus, & moleſtiſsimus vomitus, ſingultus, aut delirium, ad hęc vel animi defectus, aut ſyncope, citiſſimè moriuntur, quod Galenus docet lib. 1. ad Glauconem cap. 14. 7. aph. 10.

Et eo citius mors prædicenda, ſi ma-
D teria per vomitum exiens ſit peſſimi coloris, maniſeſteque fœteat, vt apparet in illa muliere apud Hippocratem 2. & 3. epid. com. 6. quod obſeruauimus annis elapſis in Illuſtri quadam muliere, quæ fœces peſsimè olentes, & copioſas euomebat.

Addatis vos lethaliorem eſſe ileum, in quo dolor eſt ingens, & in ſuperiori inteſtino quod ventriculo proximum
E eſt; nam ex ipſo & iecore, & alijs partibus præcipuis læſio facili negotio communicari poteſt.

At ſi ex fœcum induratione, craſſarumq; materiarum compactione contingat, res quidem plena periculi, & lethalis eſt, ſed non tam citò, cum tamen fieri poſſit, vt iliacus aliquis virtute medica-

dicamentorum ſanitatem recuperet, ideo inſtituenda venit per omnia medicinæ inſtrumenta. Plura exempla videre poteritis apud Petrum Foreſtum, eorum, qui ſanitati reſtituti fuerunt lib. 21. obſeruationibus pluribus, nimirum 16. 18. 19. 20. & 22.

DE CVRATIONE ILEI.

IN curatione inſtituenda cauſa præſertim proxima animaduertenda eſt, & quoniam morbus eſt acutiſſimus, qui ſpatio trium dierum hominem de medico tollit, eam quamprimum auferre oportet. Si igitur eſt inflammatio, ea tollatur, quæ cùm fiat à ſanguine, ſanguis in primis euacuandus eſt per venæ ſectionem, ſi vires valeant, quæ etiam ſæpè repetatur, vt Galenus docet lib. introductorij.

De loco communis medicorum opinio præcipit, vt à vena, quæ ad cubitum eſt, mittatur ſanguis, nec tamen ad animi vſque deliquium, ſed moderatè, & per plures vices, ſi opus fuerit, quia vires præſentes, & futuras ſeruare expedit.

Sanguine euacuato tota Medici diligentia conuertenda eſt ad tollendam inteſtinorum anguſtiam, & obſtructionem, quare ſtatim aluum ſoluere oportet.

Verùm opus eſt animaduertere medicamenta per os aſſumenda, quæ ex conſilio Mercurialis non ſunt ſtatim propinanda, quia non deducerent, ſed potiùs periculum eſſet, ne materiam ad tenuia inteſtina traherent, quapropter omninò debemus laxare priùs ventrem quibuſdam clyſteribus.

Non deſunt alij authores, qui vomitum excitant, data primùm mulſa ad cruditates tollendas, vel multa aqua cum oleo violato permixta. Sed huiuſmodi medicamenta non fiunt in inflammatione, ſed in obſtructione à craſſis humoribus, & ſtercoribus mixtis; nam hac me-

A thodo medendi multa auertuntur ab inteſtinis, quæ ad ipſa facilè confluere poſſent.

Deinde ſe conferunt ad medicamenta lenientia, quibus abſque aliqua attractione aluum lubricam reddunt, qualia ſunt.

Caſſia,
Manna,
Diaprunum lenitiuum.

B Oleum ex dulcibus amygdalis recenter expreſſum, aut quid ſimile, quod offerendum primò eſt.

Multi ſunt etiam, qui renuunt vomitoria, & certè vbi adſit vomitus, non eſt magis excitandus, niſi vbi adfuerit copia crudorum humorum, aut malum ex veneno ortum duxerit: ſed cum morbus eueniat ob fœcum retentionem, videtur mihi ſecurior eſſe illa via, quæ C tentat ad partes infernas attrahere excrementa: hęc verò non niſi clyſteribus, aut glande fit.

Clyſter, quo Petrus Foreſtus vſus eſt lib. 21. obs. 16. eſt talis.

℞. Fol. maluæ,
Althęæ,
Mercurialis,
Betæ,
Rutæ, ana manip. j.
D Rad. althęæ, vnc. ij.
Florum chamæmeli,
Meliloti, ana p. j. qui ponuntur propter flatus.
Caricarum pinguium num. vij.
Coquatur in iure pingui ad lib. j. ß.
Diacatholici,
Elect. lenitiui, ana vnc. ß.
Olei anethini,
Butyri recentis, ana vnc. ij.
Cum ſale quantum ſufficit, &
E Vitello oui.
Fiat clyſter.
Vel
℞. Maluæ,
Violariæ,
Althææ, ana manip. j.
Lactucæ,

Semperuiui ana manip. ſſ.
Caricarum pinguium num. v.
Bulliant in iure pinguis pulilæ, &
℞. huius iuris lib. j.
Diacatholici, vnc. j.
Butyri recentis, vnc. ij.
Olei amygd. dulcium,
Roſ. ana vnc. j. ſſ.
Miſce pro clyſtere.

Vbi per clyſteres aluus lenita ſit, ad medicamentum aliquod eſt deueniendum, quod euacuet inteſtina. Tale autem præparari poteſt.

℞. Fol. ſenę or. vnc. j.
Iuſculi gallinæ pinguis, vnc. v.
Fol. maluæ, p. ſſ.
Bulliant parum, colentur, & diſſolue
Mannę fortis vnc. iiij. aut v.

Nec quidquam tentandum medicamentis validioribus. Probatur mihi præ cęteris oleum amygd. dulcium, quo ſępe, & felici cum ſucceſſu vſus ſum ad vnc. ij. Pro corporis diuerſitate, omni diuerſionum genere vtendum venit, cucurbitis, frictionibus, ligaturis, & id genus; pars quoque affecta extra inungenda tum anodinis, tum emollientibus, ac laxantibus.

Sed cum in hoc caſu dolor vrgere conſueuerit, aliquando ad ipſum tollendum tranſitus fieri poteſt ad narcotica medicamenta, hoc eſt, ad ea, quæ ſenſum auferunt.

At ſi ex aliâ cauſa euenerit, & præcipuè ex fœcibus exiccatis, & induratis tunc curandum eſt, vt tota illa maſſa ſtercoraria indurata emolliatur, & virtus inteſtinorum expultrix irritetur: primo ſcopo ſatisfacimus medicamentis tam intus per os aſſumptis, quàm infra immiſſis, atque extra admotis. Per os valent, & inter alia primum.

Oleum amygdalarum dulcium recenter factum.
Oleum quoque ſeminum lini,
Amygdalarum amararum,
Iura pinguia, in quibus ebulliri debent ſimplicia quædam, vt

A Malua,
Althæa,
Mercurialis,
Helxinæ, & quæ ſunt huius generis.

Clyſteres quoque valent, quæ habent facultatem irritandi expultricem inteſtinorum. Sed inter alia præſidia feliciſſimè vſus ſum iure galli, in quo duæ ſunt partes, vna quæ ſupernatat, altera; quæ in fundo reſidet: prior conceditur
B in potu ad lib. ij. vt præcipit Meſues lib. 1. de ſimpl. cap. 23. ſecunda vero pars in clyſtere ponitur.

Memini me hoc auxilio nobilem quandam mulierem à voluulo liberaſſe, quæ ſpatio menſis integri ſine veneris beneficio, & cum maxima fœcum induratione remanſerat.

Ius galli paratur in hoc caſu à Meſuę
C cum ſale gemmæ.
Dauco,
Anetho, &
Polypódio,
Ad educendum pituitoſum humorem coquitur cum
Turbith. vnc. j.
Et carthamo, drach. ij.
Ad melancholiam, cum
Polypodio, &
D Epithymo, ana vnc. j. ſſ.
Ad flatum cum ſem. anethi vnc. j.

Sed Meſues nullam aquæ quantitatem, aut medicamentorum doſim determinauit lib. 1. cap. 23.

Auicennas, & Dioſcorides ante ipſum Auicennam præſcribit aquæ quantitatem ad viginti ſextarios, qui ſunt libræ triginta, quia ſexterius pendet vncias decem, & octo.

E Meſues dicit gallum coquendum eſſe in ſufficienti quantitate aquæ ad conſumptionem duarum partium, vt ſi ſint triginta libræ, remaneant decem. Dioſcorides vult aquæ ſextarios eſſe accipiendos, & ferue faciendos, quo ad tres cotylæ remaneant.

Coſtęus ſcribit dupicē eſſe modū decoquendi, vnus eſt, vt gallus in fruſtula

par

parua diuidatur, ſaleque condiatur per A ſpatium quatuor horarum, deinde tanta aquæ copia ponatur, quanta ſatis videbitur ad perfectam coctionem galli. Hunc enim modum ſeruaſſe Meſuem putat, cùm hæc ſit communis carnis decoquendæ ratio.

Alter verò eſt, vt integer gallus accipiatur, qui cum magnitudine diuerſus ſit, non poteſt omnibus eadem aquæ quantitas adaptari; nec probat tantam B copiam accipiendam eſſe, ideſt, ad triginta libras, quare iudicat corylas potiùs accipiendas, quàm ſextarios, decoquaturque vſque ad perfectam coctionem. De doſi medicamentorum nihil prorſus loquitur. Vide Iacchinum lib. 9. ad Almanſorem cap. de colica.

Pro Iure Galli.

℞. Galli exenterati ponderis lib. iiij.
Salis optimi, vnc. iv.

Quo inſpergatur, vbi gallus fuerit exenteratus, deinde abluatur vino albo, ac repleatur infraſcriptis rebus.

℞. Rad. turbith. vnc. j.
Sem. carthami, vnc. ij.
Fol. ſenæ orientalis, vnc. iv.
Sem. dauci,
Anethi, ana vnc. ß.
Rad. polypodij, vnc. j. ß.

Bulliant in vigintiquinque libris aquę D fontis puriſſimæ vſque ad duarum partium conſumptionem: coletur, & vſui ſeruetur. Colati huius duæ erunt partes, vna, quæ in fundo vaſis reſidet, altera verò, quæ ſupernatat: priori vtendum eſt pro clyſteribus ad doſim libræ vnius cum alijs rebus.

Secundę verò vſus eſt pro potu, cuius doſis debet eſſe copioſa, & ad minus ad lib. j. aliquando ſola, aliquando verò ſi- E mul cum ſemuncia,
Diaphœnici, vel
Diacathol. aut
Diacarthami, aut
Diaturbith.

Aliud.

℞. Sem. carthami,
Rad. turbith. ana vnc. j. ß.
Rad. polypodij, vnc. ij.
Sem. dauci,
Fœniculi,
Anethi, ana vnc. ß.
Carui,
Aniſorum, ana drach. ij.
Paſſul. enucleat, vnc. iv.
Salis gemmæ, vnc. j.
Florum cordial. p. ij.
Cinnamomi, vnc. ß.
Agarici albi optimi, vnc. ß.
Senæ præparatæ ſine ſcammonio vncias iv.

Balnea aquæ dulcis conueniunt tepida, & magis ea quæ fiunt ex oleo oliuarum dulci tepido, quæ ſtatim adhibenda ſunt, & ſæpè repetenda, in ijſq; diu, ac multum remanere debent ægrotantes.

C Medicamenta verò irritantia inteſtinorum expultricem accommodata ſunt, vt ſuppoſitoria, quæ ex varijs rebus componuntur, præcipuè
Ex felle taurino,
Ex nitro,
Ex carthami ſemine,
Er ſpeciebus diacarthami,
Vel fieri ad hunc modum poſſunt.

℞. Sem. carthami,
Nitri,
Salis gemmæ, ana drach. ß.
Ellebori vtriuſque,
Colocynthidis, ana g. iij.
Cum melle deſpumato, quantum ſufficit, fiat ſuppoſitorium.

Clyſter irritans.

℞. Rad. Althææ,
Maluæ,
Branchę vrſinæ, ana vnc. ß.
Centaurij maior, & min. ana man. ſ.
Fiat decoctio ſecundùm artem, &
℞. huius decoct. quantum ſufficit,
Mellis roſati ſolut. vnc. iij.
Colocynthidis,
Hieræ Gal. ana vnc. ß.
Salis, drach. ij.
Miſce, & fiat clyſter.

Sunt,

Sunt qui, vbi his non proficiunt, probent vſum medicamentorum acrium, quorum opinio, etſi ſit Hippocratis, & Auicennæ, dico tamen, quod per os accepta nõ admodum tuta ſunt, quia cùm affectio, ſeu obſtructio valida ſit in inferioribus partibus, ſi conceditur medicamentum acre, attrahit materias à venis ad ventriculum, quæ cum deorſum permeare non poſſint, ſurſum regurgitant, & vomitum excitant, quamobrem melius eſt huiuſmodi medicamenta per partes infernas immittere.

Si verò materia, ſit craſſa, & lenta pituita ſęcibus immixta, ſimulq; adſint cruditates eum morbum facientes, ad ea, quæ attenuandi, incidendique facultatem habent, properandum eſt.

Non probo tamẽ ſcammonium, licet in minima quantitate à quibuſdam concedatur ob rationem ſupra dictam, nec minus probo antimonium, niſi vbi nulla alia ſit via, qua poſſimus ſperare ęgrotantem conualiturum.

Medicamenta, quæ ad vomitum prouocant, in hoc caſu laudantur, ſi potiſſimùm in ventriculo adſint cruditates, ad quod præſtandum oxymel tum ſimplex, tum compoſitum, & ſquilliticum, ſunt optima.

Succus etiam raphani, eiuſdemq; ſemen maceratum in vino generoſo.

Materia per vomitum, quæ in ventriculo, & ſuperioribus inteſtinis eſt, euacuata, prouidebimus, vt materia alia, quæ obſtruit, deorſum per ſeceſſum educatur tam per clyſteres immiſſos, quàm per ſuppoſitoria facultatem habentia exiccandi, & ſimul emolliendi, vt exempli gratia.

℞. Vini optimi albi, lib. j. ß.
Rad. althęæ,
Maluæ, ana vnc. j.
Sem. aniſorum. p. ß.
Flor. chamęmeli, vnc. iv.
Fiat infuſio ſecundùm artem, coletur deinde.
℞. Hierę ſimpl.

A Elect. de dactylis, ana vnc. ß.
Fiat clyſter.

Suppoſitorium.

℞. Mellis deſpumati, vnc. j.
Pulu. aniſorum, drach. j.
Nitri,
Salis gemmę, ana ſcrup. ß.
Fiat ſuppoſitorium longum.

Quod ſi hæc non ſatisfaciant, ad medicamenta valdè incidentia, quæ poſ- B ſunt humores euellere à tunicis ventriculi, & inteſtinorum, confugiendum, vt eſt,

Mel. ros. ſolut. ad lib. ß. vel
Elect. de pſyllio,
Hiera, aut diacathol. ad vnc. j. vel drach. x. pro virium robore, aut corporis diſpoſitione.

Venter interim foueri debet fotu emolliente, & calefaciente, vt eſt illud C quod.

℞. Aquæ lib. xvj.
Capitis caſtrati dimidiam partem, vel agni.
Maluæ.
Lapathi, ana manip. j. ß.
Sem. lini, vnc. ij.
Florum chamęmeli,
Meliloti, ana p. j.
Fiat decoctio ſecundùm artem.

D Foueri etiam poteſt hoc eodem decocto podex.

Laudant ſcriptores cruſtam panis in hoc caſu in aqua feruente maceratam, & deuoratam, quod habeat facultatem humores diſſipandi, & deobſtruendi.

Si à veneno, quod raró contingit, euenit ileos, tunc vomitorium eſt propinandum ex rebus pinguibus, & oleoſis, deinde ad antidoros illas magnas deue- E niendum, nempe ad
Theriacam,
Mithridatium,
Pulu. ſcordij,
Bezoar,
Et quæcumque putantur poſſe venena debellare.

Sunt adhuc, & quædam propoſita me-

medicamenta ab authoribus, quorum quædam intus aſſumi ſolent, alia verò extra admoueri.

Prima ſunt, argentum viuum, quod ſua grauitate poteſt rumpere obſtructionem, quod idem dicunt de globo plumbeo, quæ tamen medicamenta mihi non probantur, niſi in caſu deplorato.

Quæ extrinſecus admouentur, quædam ſunt, quæ à proprietate operantur, quemadmodum ferunt de ſanguine veſpertilionis ventri affuſo, aut de ſenecta ſerpētis in oleo roſaceo vaſe operto co-

A cta, quo totus venter inungitur.

Demum eſt perforatio ad regionem pubis, qua perforari debet inteſtinum ileſum, à Praxagora apud Galeni propoſita, quæ tamquam inutilis, damnoſa, admodum barbara, & inhumana reprobatur.

Quod ad victus rationem ſpectat ea eſt in rebus ſex non naturalibus inſtituenda pro cauſarum varietate.

B Hæc de voluulo dixiſſe hactenus ſufficiant, veniamus ad colicum dolorem noſcendum, curandumque.

DE COLICO DOLORE.

CAPVT VIGESIMVMSEXTVM.

Inteſtinorum tenuium morbo iam à nobis declarato, tempeſtiuum eſt, vt craſſorum morbos proprios aggrediamur, qui duo ſunt, dolor nempe colicus, & teneſmus. Igitur primò de colico agendum eſt, nec ſine ratione, quia immediatè poteſt tenuia ſequitur colon.

Si forſan obijciat quis ante colum adeſſe cœcum, de quo primùm ordine inſtituto eſſet agendum, ſatisfacimus ei dicentes inteſtinum exiguum adeo eſſe in homine, vt vix conſpiciatur, proinde nullus in ipſo obſeruatus eſt morbus particularis, ſed cum habeat eandem cum colo inteſtino ſubſtantiam, videtur etiā eandem cum ipſo pari affectionem, quare ad ipſum ſub coli nominē concurrit.

De morbo igitur coli pertractandum proponitur. Inter alia ſymptomata non modò inteſtinorum, ſed omnium corporis partium, iſtud, quod dolor colicus, ſeu paſſio colica dicitur, adeo vehemens, & magnum eſſe conſueuerit, vt ſcripſerit Galenus 2. de compoſit. med. localium cap. 7. quoſ-

C dam non potentes illud perferre ſibi mortem intulerint, cum igitur tam vehemens, & atrox morbus ſit, opus eſt, vt circa ipſius exactam cognitionem verſemur, vt deinde curationem ad vnguem inſtituere valeamus.

Primò igitur dicitur colicus dolor, aut colica affectio, quod nomen deductum eſt à parte affecta, quæ colon inteſtinum vocatur, de quo quidem di- D ſputat doctiſſ. Mercurialis, vtrum antiquus ſit morbus, & ante Tiberij Imperatoris tempora à medicis cognitus, an verò poſt Tiberium. Poteſtis videre, & legere caput de hac affectione Mercurialis, quod ſatis curioſum eſt: venio ad ipſius naturam, & eſſentiam examinandam.

Notat hoc loci Saxonia nullum medicum ante Cornelium Celſum de hoc E dolore mentionem habuiſſe, cumque lib. 4. cap. 13. appellaſſe paſſionem plenioris inteſtini.

Dolor inteſtini coli vehemens cum fœcum retentione erit quidem ſymptoma in genere actionis ſenſitiuæ læſæ, vt omnes alij dolores, necnon & ſymptoma in genere excretorum retentorum.

Cùm

Cùm autem duo adſint ſymptomata, quorum vnum non dependet ab altero, ſequitur neceſſariò, vt duo ſint morbi; nam actio ſenſitiua læſa, quæ eſt dolor, vel à ſolutione continui, vel ab intemperie prodit, vel ab vtraque.

Excretum autem retentum prouenit, vel ab obiecto, aut facultate læſa, aut impedita. Facultas ipſius inſtrumenti expultrix læditur ab intemperie quadam, & præſertim frigida, quo nomine materiæ, quæ expelli deberent, non expelluntur; vnde ſuccedit flatuum collectio, & materierum, à quibus dolor excitatur intenſiſſimus, modò intemperiem augentibus, modò continuum ſoluentibus.

DE CAVSIS COLICI *doloris.*

CAuſæ horum morborum, nempe tam frigidæ, quàm calidæ intemperiei, & ſolutionis continui, ſunt internæ, & externæ. Internæ cauſæ proximæ, & immediatæ ſunt humores, & flatus, & quamuis aliqui ex antiquis ſcriptoribus exiſtimauerint ſemper colicum dolorem prouenire à flatu, potioribus tamen obſeruationibus factis à iunioribus, animaduerſum eſt, non modò à flatu, ſed ab humoribus etiam fieri.

Sunt, & aliæ materię, quę hunc dolorem facere poſſunt, vt lapides, & vermes, quod paulò inferius audietis.

Humores calidi in primis faciunt intemperiem calidam, à qua dolor excitatur, & eò maior ſi impetuoſè fluant, quia tunc continuum ſoluunt; deinde ab intemperie calida abſumitur tota humiditas fęcum, quæ deinde exiccatæ, quia exire non poſſunt, dolorem cauſant maiorem.

Frigidi quoq; intemperant inteſtina, quæ intemperata ad frigiditatem debilia redduntur, & inepta ad expulſionem, quo nomine, & dolor excitatur tam ab intemperie frigida, quàm à materia pituitoſa, quæ in inteſtinorum cauitate

A colligitur, & inter membranas, quas adeo lædit, vt homines terebra perforari ſibi videantur, vt de ſe ipſo teſtatur Galenus.

Ab huiuſmodi quoq; materia pituitoſa eleuantur flatus, qui à calore debili cum diſſolui nequeant, exitum quærentes dolorem inferunt ſoluendo continuum, quamuis ab iiſdem humoribus poſſit fieri, & ſicca, & humida intemperies,

B non tamen dolor, quemadmodum in actiuis, ſed humida nullum dolorem efficit, vt alias fuſiſſimè demoſtrauimus.

Sicca verò exiguum admodum dolorem facit: humores igitur pituitoſi, biliosi, & melancholici præ dictum dolorem faciunt, vel mediatè, aut immediatè. Immediatè quidem, tum quia intemperies prędictas producunt, tum etiam quia vel acrimoniam acquirunt,

C vt ſunt humores calidi, nempe bilioſi, vel ſua frigiditate ſoluentes continuũ.

Mediatè verò, quia flatus producunt: lapides quandoque, & vermes, à quibus continuum ſoluitur inteſtinorum, ſunt cauſa huius affectionis.

Ferunt Friſimelicum Medicum clariſſimum diù cruciatum fuiſſe à dolore colico, quem à lapide per ſeceſſum excreto proueniſſe conſtitit, quia poſt ipſius

D eiectionem numquam percepit dolorem. Vermes etiam pungendo, & diuellendo inducunt huiuſmodi dolorem.

Sed antequam ad cauſas exteriores deueniamus, inquiſitione dignum eſt, an ab humore bilioſo poſſit fieri dolor colicus, quemadmodum fit à pituita, & melancholia? Cauſa dubitationis eſt, quia videtur minimè poſſe fieri, eò quòd

E in dolore colico retinentur fœces, bilis verò à natura data eſt, vt irritet facultatem expultricem inteſtinorum, vt diximus cap. de morbo regio, quare à folliculo ſuo ad inteſtina tranſmiſſa excitat inteſtina ad fœces expellendas, & ſic non poterit fieri dolor colicus.

Succedit, & authoritas Raſis lib. 8. con-

continentis ex Galeni mente 2. epid.
dicentis: cholera rubea deſcendente ad
inteſtina fieri per corroſionem alui flu-
xum.

Accedit, & Auerroes 3. collect. 20.
qui ſcribit: vbi bilis inteſtina perit, &
radit, aut vehementer id fit, aut leui-
ter: ſi vehementer fit dyſenteria,
ſi leuiter fit alui fluxus. Cum autem de
ratione ipſius colici doloris ſit, vt reti-
neantur fœces, non videtur fieri poſſe
ab humore bilioſo.

E contra verò eſt Galenus tum 12.
meth. med. cap. 8. tum 6. de loc. aff. cap.
2. vbi clarè, & expreſſe ſcribit fieri do-
lorem colicum ab humoribus acribus,
& mordacibus, vt ſunt bilioſi: Galenum
deinde ſequuti ſunt omnes Græci.

Putat doctiſſimus Mercurialis, qui
primus hanc controuerſiam excogita-
uit, dolorem colicum eſſe in duplici dif-
ferentia. Alius eſt, qui latiori, & com-
muniori modo accipitur; alius, qui ma-
gis propriè dicitur colicus. Primo mo-
do generari poteſt ab humoribus cali-
dis, ſecundo modo fit ex frigidis,
ideſt, vel ex pituita, aut melancholia;
atque proprius eſt ille, in quo excre-
menta ſunt retenta.

Sed venio ad alias cauſas, internas,
mediatas, & externas: inter mediatas,
ſeu antecedentes poni poſſunt iecoris
læſiones, lienis, renum, & veſicæ, nem-
pe vel inflammationes, aut lapides tam
in renibus, quàm in veſica geniti, quare
colicus dolor erit factus, aut per eſſen-
tiam, aut per conſenſum à prædictis par-
tibus.

Cauſæ verò exteriores ſunt illæ om-
nes, quæ prædictos humores in corpo-
re generare poſſunt, inter quas aër non
obtinet poſtremas partes. An verò ab
aëre contagioſo poſſit fieri morbus coli-
cus contagioſus, diſputat Mercurialis,
quem videre poteſtis. Scio ego, (quod
modò euenit) aërem frigidum poſſe ge-
nerare humores pituitoſos, à quibus
plerumque colicus morbus naſcitur,

A quando nimium frigidus, & humidus eſt,
ſiue id fit reſpectu regionis, aut tempo-
ris, aut conſtitutionis, aut climatis ali-
cuius.

Verum etiam eſt, quod eandem humo
rum pituitoſorum, & craſſorum copi-
am generare poſſunt vita ſedentaria,
& nimia quies. Mercurialis notat om-
nes homines propè ignem artem ſuam
exercētes incurrere frequenter in coli-
B cam paſſionem, vt vitrarij foſſores, eo
quod ex nimio igne, & calore exiccan-
tur fęces, quibus exiccatis, & retentis
fit colicus dolor.

Potus etiam nimiæ aquæ frigidæ, &
craſſæ, nec non vini niue refrigerati ea-
dem ratione dolorem inducunt, ita &
crudirates, crapulæ, fructuumq; recenti-
um plurimus, & copioſus vſus.

C *DE SIGNIS COLICI doloris.*

Signa alia ſunt, quæ declarant natu-
ram ipſius doloris colici, illumque
ab alijs morbis, cum quibus magnam
habet affinitatem, diſtinguunt, nempe
ab ileo, dyſenteria, nephritico dolore.
Alia ſigna ſunt, quæ cauſas demōſtrant.
Adeo ſimilia ſymptomata inducunt
D à principio colicus, & nephriticus do-
lor, vt grauiſſimi etiam medici, & ma-
ximè periti quandoque decipiantur,
quod Galenus in ſe ipſo expertus eſt;
lib. 2. de locis aff. cap. 5. & 6. de locis
aff. cap. 2. Opus eſt igitur, vt ſigna dili-
genter perquiramus, à quibus characte-
rem huius præſentis affectionis rectè di-
gnoſcamus, ne in curatione inſtituen-
da error ſuccedat.

E Sed quia ſigna ilei, & dyſenteriæ iam
declarata ſunt, veniamus ad ſigna præ-
ſentia colicum dolorem deſignantia,
quorum quædam à qualitate doloris,
quædam à ſitu, alia à modo ipſius dolo-
ris, & à ſymptomatibus, atque à iuuan
tibus, & nocentibus deſumuntur.

Primò dolor acutiſſimus eſt, & vehe-

mentiſsimus, magna ex parte inſtabilis, & vagans; nam circuire videtur totum ventrem; modò in hac, modò in illa parte vrget, & aliquando terebræ perforanti ſimilis excitatur.

Situs etiam doloris nobis cognitionem aliquam præbet; nam colon inteſtinum occupat abdominis circumferentiam, qua dextro latere ad renis regionem ortum ſuum ducit, ſurſumque ad iecoris cauum recta fertur, inde tranſuerſim per abdomen delatum ventriculum equitat, eique adnectitur valide.

Hinc eſt, quod dolor ſentitur aliquando in dextero latere, nonnunquam in ſiniſtro ad renum regionem, ſæpè ad fundum ventris, in ſiniſtrum latus, vbi colon reuolutionem facit notabilem, non raro ad regionem lienis, & ventriculi: nec vera eſt illorum ſententia exiſtimantium dolorem incipere à ſiniſtro latere.

Galenus 6. de locis aff. cap. 2. ſcribit aliquos fuiſſe huius opinionis, vt in ſiniſtro latere non fiat dolor colicus, quod tamen ab Auicenna, vt falſum pulchrè declaratum eſt, ſed tantum in dextro. A doloris igitur qualitate, & ſitu, in quo dolor percipitur, colicus dolor deſignatur. Succedũt ſymptomata nempè nauſea, & vomitus pituitoſæ materiæ: iuuantia quoque id declarant; nam clyſteres iuuant colicos.

Cauſæ verò, & ipſæ dignoſcuntur; nam vel eſt pituita, aut humor acris, & mordax, vel flatus: pituita cognoſcitur à modo doloris, quia, vt Galenus docet, dolor ſtabilis manet, terebræq; in modum perforare videtur. Idem Galenus 12. meth. med. cap. 7. dicebat dolorem non admodum intenſum eſſe, niſi flatus adſint concomitantes pituitam.

Dolor in profundo magis apparet, nauſea adeſt, vomitus pituitoſus, aluus compreſſa eſt, & ſi quandoque aliqua exeunt, illa ſunt muco, & pituita obducta: à calidis iuuantur, deinde ætas, tem-

A peramentum totius corporis, & habitus, ſimulque, vitæ genus pituitæ collectionem in corpore declarant.

Humor bilioſus rarò facit colicum dolorem, qui tamen cum fiat, ſua propria indicia habet deſumpta ab humorum calidorum ſymptomatibus; nam ſitis adeſt, amaritudo in ore, caliditatem habent per vniuerſum corpus non ſpernendam, dolor acutiſſimus eſt, tandem
B omnia apparent in corpore denotantia copiam bilioſorum humorum, quod à iuuantibus, & ab ante acta vita confirmari facilè poteſt.

Sed cùm rarò fiat ab humoribus calidis, ita è contra frequentiſſimè à flatu generatur, qui & ipſe cognoſcitur ex magnitudine doloris, tenſione, & ventris inflatione, quæ ſemper flatum con-
C comitari ſolet.

Iuuantia id confirmant: nam vbi per ſuperiora, aut inferiora exeũt flatus, percipiunt alleuiationem notabilem: cæterum vitam duxerunt, quæ potuit flatuum copiam in corpore aggregare.

At ſi dolor à vermibus fiat, cognoſcitur ab ipſis per ſeceſſum exeuntibus, quemadmodum vbi dolor excitatur ab excrementis retentis, adeſt cupiditas
D eijciendi fœces, ſed irrita.

Atqui ſi fiat à lapide, non erit ex prænarratis ſignis, quod aliam cauſam demonſtrare poſſit.

DE FVTVRO EVENTV *Colici doloris.*

QVod ad prognoſtica ſpectat, vehementia doloris, & robur viri-
E um prædicere euentum poſſunt; magnus enim dolor, vehemens, continuus, qui ex medicamentis nihil remittat, cui nauſea adiuncta ſit, nihilque, vel per vomitum, aut ſeceſſum exeat, malus eſt, & lethalis, & eo magis ſi anhelitus fœteat; nam clarum eſt indicium productum eſſe ileum.

Omnium peſſimus eſt, & mortiferus, ſi ſu-

ſi ſudor adſit frequens, & frigidus cum animi deliquio frequenti.

Dolor colicus ab inflammatione peſſimus etiam eſt, ſi præcipuè ſtatim abdomen intumeſcat, quemadmodũ animaduertiſſe ſcribit Raſis in quadam puella, quæ ſpatio duodecim horarum interijt.

Colica affectio nonnumquam in epilepſiam, aut neruorum reſolutionem tranſit, aliquando in hydropem.

Dolor colicus non eſt periculoſus, quando nec admodum acutus, nec continuus perſiſtit, excrementaque facile per ſeceſſum exeunt, nec eſt fixus, ſed vagatur, cauſaque, ideſt, flatus exiſtit in cauitate inteſtini incluſus, & vagans, cum præcipuè ſit recens, & in corpore valido: & hæc de ſignis, & prognoſticis, tempeſtiuum eſt deuenire ad curationem.

DE CVRATIONE COLICAE per anodina clyſteribus inijcienda.

IN curatione colicæ paſsionis conſiderare oportet, an dolor ſit vrgens, an non; nam primo modo neceſſe eſt deuenire ad omnia illa præſidia, quæ tollunt dolorem, hæc autem anodina vocantur, quæ ſunt in duplici differentia, alia propriè auferentia dolorem, alia verò impropriè, & ſecundariò, quatenus ſcilicet auferunt ſenſum partis, & hæc propriè appellantur narcotica.

Verum duplex eſt curatio, vna quæ regularis, & ordinaria dicitur; alia verò coacta, & irregularis. In curatione coacta, quando nulla alia eſt via, qua ſeruari poſsit æger, vtimur narcoticis medicamentis; eſt tamen animaduertendum, quod nõ in omnibus cauſis doloris ijs vtendum veniat, ſed tantum in materia calida, & copia magna flatuum, & maxima etiam vrgente neceſsitate.

In cura verò regulari reſpicimus quidem cauſam, ſed cum ipſa ſit duplex, alia vniuerſalis, ſeu antecedens, alia particularis, quæ & coniuncta, ac continẽs

A appellatur, Medici omne conſilium, & induſtria debet primùm eſſe circa doloris ablationem, deinde curare, ne amplius reuertatur, quare cum dolor ſit in craſsis inteſtinis, nempè in colo, indicatione deſumpta ab ipſa parte affecta, melius eſt per medicamenta clyſteribus immiſſa dolorem auferre, quamobrem inchoanda eſt curatio à clyſteribus, in quibus anodina propriè dicta primùm

B contineantur, quæ vbi non proficiant, ad narcotica recurrendum eſt: clyſteres igitur anodini ad hunc modum conficiuntur.

℞. Florum chamæmeli,
Anethi, ana manip. j.
Sem. aniſorum,
Fœniculi, ana vnc. j.
Fiat decoctio ſecundùm artem, &
℞. Huius decocti, lib. j.

C Olei amygd. dulcium,
Chamæmeli.
Pinguedinis gallinæ, ana vnc. ij.
miſce.

Alius Petri Foreſti.

℞. Rad. althææ mund. vnc. j.
Parietariæ,
Mercurialis,
Maluæ,
Betæ,

D Flotum chamæmeli,
Meliloti,
Summit. anethi, ana manip. j.
Sem. aniſi,
Carui,
Fœniculi, ana drach. j. ſſ.
Lini, drach. j.
Fiat decoctio ſecundum artem, &
℞. Huius decocti, lib. j.
Caſsiæ pro clyſteribus, vnc. j.

E Bened. laxat. vnc. ſſ.
Hieræ picræ, drach. j. ſſ.
Olei chamæmeli,
Anethi,
Amygd. dulcium, ana vnc. j.
Cum vitello vnius oui, & ſale, quantum ſufficit, fiat clyſter,
Probatur à Galeno.

Oleum chamæmelinum,
Anethinum,
Amygdalarum dulcium, tam ſolū, quàm commixtum ad vnc. xv. & etiam in quo ebullita fuerint anodina quædam.

Laudat idem Galenus pinguedinem anſeris, & gallinæ prędictis oleis admixtam, lib. 12. meth. med. cap. 8. & 2. ad Glauconem cap. 6. exemplum.

℞. Olei chamæmeli, lib. j.
Sem. aniſorum,
Fœniculi,
Cymini,
Ammios, ana drach. ſſ.
Vini maluatici, vnc. j.

Miſce, bulliant ad vini conſumptionem. Sunt, qui clyſteres ex oleo, & vino æqualibus ſumptis portionibus conficiunt, quos tamen non probamus à principio, quia vinum eſt calidius, quàm conueniat: eademmet ratione à Galeno, quæ calida ſunt, reprobantur, vt
Baccæ lauri,
Ruta,
Et id genus acria, quod dolorem potius augeant.

Equidem ſæpiſſimè in vehementibus doloribus à flatu potiſsimùm vſus ſum ſequenti.

℞. Olei Chamæmeli,
Anethini,
Seminum lini, ana vnc. iv.

Addendo theriacæ ad drach. ij. vel iij. & vbi ſuſpicio erat de aliqua materia bilioſa, addebam drach. j. philonij, & fælicisſimo cum ſucceſſu.

Sed cum materia calida fuerit, ſiue inflammationem faciat, à qua deinde dolor proficiſcatur, ſiue non faciat inflammationem, ſed mordendo inducat dolorem, clyſteres procul omni dubio debent eſſe refrigerantes, & qui careant mordicatione, abſtergendi facultatem habentes, ideo Galenus 12. meth. med. proponit cremorem ptiſanæ cum
Oleo roſato, aut ex
Sem. lini.

A Petrus Foreſtus componit hoc modo.

℞. Aquæ hordei excoriati, lib. j.
Mellis violati,
Sacchari rubei, ana vnc. j.

Idem proponit clyſteres ex lacte vaccino, & ſaccharo, aliquando etiam facit ebullire in lacte radicem althææ, quibus clyſteribus ſi dolor non cedat, ad narcotica recurrendum eſt, de quibus paulò B poſt audietis, deque recta eorum adminiſtratione.

DE CVRATIONE COLICAE per anodina exterius applicanda, & per os aſſumenda.

VEnio ad anodina, quæ exterius applicare conſueuerunt Medici, quæ ſunt fomenta, ſacculi, & vnctiones C cum oleis factæ. Olea quandoque in veſicis, aut lanis, vel ſpongijs ponuntur, quibus aſsiduè pars affecta fouetur.

Olea ſunt amygd. dulcium.
Amararum.
Anethinum,
Chamæmelinum.
Seminum lini,
Adeps quoque gallinaceus,
Anaris, vel oleo mixtus, aut per ſe D ſolus, quibus vniuerſum abdomen inungendum eſt.

Parantur quoque decocta quædam ex rebus anodinis, & cum ſpongia immerſa in decocto fouetur locus dolens: fiunt vel irrigationes ex decoctis ſolis, aut ex decoctis cum oleis inſtar cenelei cuiuſdam.

Decoctiones ex huiuſmodi rebus componuntur, vt

E ℞. Comini,
Fęniculi,
Fęnugræci,
Aniſorum,
Sem. lini, ana vnc. j. ſſ.
Flor. chamæmeli,
Anethi, ana m. j. ſſ.

Contundantur craſſo modo, & fiat de-

decoctio ſecundum artem.

Cauendum eſt tamen à principio, ne vſus anodinorum immoderatus ſit, aut calidiora ijs admoueantur, ne fiat materiæ ad locum dolentem attractio, quã obrem, etſi multa à ſcriptoribus proponantur, debet tamen Medicus oculatus eſſe, & diligens, ne extra tempus applicentur, vt ſunt exempli gratia.

Filum crudum in lixiuio coctũ, quod vulgares applicare conſueuerunt partibus dolentibus.

Sunt alij, qui calefaciunt lapides, vel ſalem lapideum.

Alij verò pannos, ligna, & huiuſmodi admouent loco affecto.

Alij accipiunt vas terreum, intuſque ponunt cineres calidos, & applicant parti dolenti.

Alij vtuntur ſacculis quibuſdam, in quibus ponunt

Milium,
Salem,
Furfures.

Eaq; probè calefaciunt, qui laudandi ſunt, vbi tempeſtiuè applicant.

Inter alia anodina maximè celebratur hoc, quod omnibus partibus dolentibus poſſe applicari aiunt nonnulli, accipientes oleum aliquod anodinũ, vt eſt

Chamæmelinum, aut
Anethinum, vel
Amygdalarum dulcium, aut
Amararum.

In quo multa rubea ouorũ contuſa in ſartagine decoquunt, atque addito medicamento appropriato, vt eſt

Aromatici roſati ſpecies, vel
Diarrhod. abbatis, aut etiam
Diacimini, faciunt veluti placentam quandam, quam parti dolenti applicant.

Poſtremò eſt balneum ex aqua, in qua res anodinæ, & carminatiuæ ebullitæ fuerint: eſtque balneum olei, quod cæteris omnibus præſentaneum remedium eſt, & ſecurius, vel etiam balneum mixtum tam ex oleo, quàm ex aqua,

A in quo res prædictæ ebullierint; & hæc omnia parantur vno, eodemque die ſimul, & conceduntur anodina per os aſſumenda, vt eſt

Oleum amygdal. amararum, aut
Dulcium, aut
Seminum lini,
Et quæ ſunt huius generis.

Benedictus Victorius in ſua empirica proponit huiuſmodi medicamentum

B tamquam arcanum.

℞. Olei amygd. dulcium recentis iulebizati cum ſaccharo, vnc. j.
Aquæ ardentis, drach. ij.
Aquæ chamæmeli, vnc. j.
Miſce, & detur patienti.

Eſt & aliud, quod eodem docente Victorio exhiberi poteſt tempore doloris ante digeſtionem materiæ.

℞. Elect. de dactylis, vnc. ß.
C Philonij romani, drach. j. ß.
Miſce, & fiat bolus.

Hoc medicamento ſæpè vtebatur Gaſpar Taliacotius, & ego non rarò eo vſus ſum, ſed aliquando augebam doſim philonij, nonnumquam verò & electuarij, & quidem cum fœlici ſucceſſu. Hæc ſunt medicamenta, quæ poſſunt adminiſtrari ad tollendum dolorem, eoque ablato, tunc debet Medicus inſtituere

D curationem reſpicientẽ cauſam, quam conabitur auferre.

DE CVRATIONE COLICAE *per medicamenta narcotica.*

AT ſi non cedat dolor medicamentis anodinis, aut ſummè vrgeat, tunc ad narcotica præſidia recurrendum eſt, circa quorum vſum Medicus

E debet eſſe admodum circumſpectus ob plurima, & grauia incommoda, quæ ægrotantibus ea afferre poſſunt.

Inde eſt, quod Galenus 12. meth. med. cap. 1. adulatores Medicos illos appellat, qui ſibi voluptatem ægrotantium proponentes, non eorum ſanitatem curantes in huiuſmodi medicamentorum vſu

vſu modum excedunt, è cõtra crudeles eos vocat, qui plus æquo animoſi, & audaces eorum planè vſum fugientes, permittunt à doloribus ægros ingulari.

Quare quemadmodum in omni vitæ ratione, ita & in medicina adminiſtranda, illud ſapientis conſilium notabile, & præclarum cenſendum eſt: ne quid nimis: cum igitur in leniendis doloribus colicis medicamenta anodina nihil proficiant, ægerque vel propter doloris acerbitatem, vel propter vigilias fuerit in vitæ diſcrimine conſtitutus, tunc vnius Galeni exemplo lib. 9. de comp. med. local. cap. 4. animosè ad ſtupefacientia medicamenta eſt deueniendum.

Et quamuis periculum adſit, ne alicui parti offenſio inferatur, nõ deſiſtendum; etenim ſi vitium modicum contrahatur, facilè remedijs accomodatis auferri poterit, quod ſi ita vehemens producatur, vt nec longiori tempore tolli poſsit, huiuſmodi etiam conditio eligenda magis eſt, quàm permittere, vt homo ex dolore moriatur, vt idem docet Galenus.

Medicamenta verò ſoporifera, ſeu narcotica plura ſunt tam ſimplicia, quã compoſita, cùm tamen in hoc caſu compoſita ſolùm conueniant, aut ſaltem rarò eueniat, vt ſimplicibus tantummodo vtamur.

Simplicia ſunt.

Radix mandragoræ,
Opium,
Semina hyoſcyami,
Cicuta.

Compoſita.

Theriaca, Mithridatium, } recentia.
Philonium romanum,
Philonium perſicum,
Trochiſci diaſpermaton,
Requies Nicolai,
Trochiſci ſtellæ, & multa alia.

Nec rectus vſus ea adminiſtrandi negligendus eſt in præſenti affectione, qui duplex eſt, vnus, quando per partes in-

A fernas ſimul cum clyſteribus, aut per glandem, vel ſuppoſitorium ea immittuntur: alter verò quando per os aſſumuntur.

Inijciuntur autem per partes infernas, maximè quando dolor eſt in colo, aut recto inteſtino, quando verò in tenuioribus fuerit, per os aſſumuntur, quamuis etiam nonnumquam dolore exiſtente in ſuperioribus inteſtinis per
B partes infernas immittãtur, quemadmodum etiam dolore exiſtente in inferioribus per os aſſumenda conceduntur. Per clyſteres primùm vſurpanda ſunt hoc modo.

℞. Decoctionis chamæmeli, vnc. xv.
Olei amygdal. dul. vnc. iv.
Philonij romani, drach. ij.
Vel loco huius.
C Requiei Nicolai,
Miſce pro clyſtere.

Nonnumquam in mixta materia talem inieci clyſterem in dolore inteſtinorum.

℞. Olei chamæmeli,
Anethini,
Roſati, ana vnc. v.
Philonij,
Theriacæ recentis, ana drach. j. ß.
Miſce, & inijce.

D Pro ſuppoſitorio.

℞. Philonij Romani, drach. j.
Mellis deſpumati quantitate ſufficienti fiat ſuppoſitorium.

Eſt tamen notatione dignum, quod 2. ad Glauconem cap. 2. à Galeno ſcriptum eſt, & 12. meth. med. cap. 1. quod vſus compoſitorum medicamentorum ſecurior ſit, quàm ſimplicium, niſi in materia calida, acri, & mordaci, vbi non
E ſolùm opus eſt partis mortificatione, verùm vt incraſſetur, & refrigetur humor tenuis, & calidus.

Medicamenta autem compoſita non ſunt in principio ſuæ compoſitionis adminiſtranda, niſi præterito anno, aut ſaltem ſex menſibus: theriaca tamen quando eſt recens, valet ad prædictas indicatio-

tiones, quia refrigerat, & ſtupefacit, tranſacto verò anno integro calefacit. Inter alia verò medicamenta philonium romanum primas partes obtinet.

Philonij duplex deſcriptio famoſa reperitur, vna eſt, quæ à Nicolao in ſuo antidotario deſcribitur, & philonium romanum appellatur, quia fuit inuentio Romani cuiuſdam Medici, qui Philo appellabatur, & iſtud eſt, quod ſomnum inducit, & graues dolores aufert.

Altera verò deſcriptio eſt illius philonij, quod perſicum vocant, quia inuentum fuit à Perſis, traditurq; à Meſue cap. de ſputo ſanguinis à pectore, & eſt in omni ſanguinis fluxu præſtantiſſimũ auxilium. Ideo poteſtis illud ad hunc modum concedere.

℞. Philonij romani, drach. j.
Conſeruæ violarum, drach. ij.
Fiat bolus.

Zazenea quoque in hoc caſu, præcipuè vbi dolor ex flatu fuerit, ad drach. j. aſſumpta per os valet. Et hæc de curatione, quæ verſatur circa ſymptomatis ablationem.

DE CVRATIONE COLICAE *à flatu, & pituita per victus rationem.*

Modò conſideranda ſunt ea, quæ faciunt ad cauſam auferendam, quæ in primis amouenda eſt. Si externa hęc fuerit, facilè aufertur: ſi verò interna, & pituitoſa materia eſt vitrea, aut flatus, vel humores bilioſi, non tam facilè poteſt auferri: primò videamus, quid facto opus ſit, vbi materia pituitoſa, aut flatus fuerit.

Certiſſimum eſt, quod ei, qui rectam cupit inſtituere morbi curationem, oportet, vt cauſam morbũ faciẽtem auferat: eã autem non niſi per euacuationem auferri poteſt, & primò quidem per victus rationem, deinde per alia duo inſtrumenta.

At per victus rationem euacuatur
A prohibendo generationem pituitoſi humoris, & flatus, & adminiſtrando, quæ contraria ſunt eius generationi in omnibus rebus non naturalibus, inter quas primò eſt aer, qui calidum, & ſiccum eſſe requiritur ſiue natura, ſiue arte paratum.

Somnus procurandus eſt, quantum fieri poteſt, cùm per ipſum vigoretur calor, vnde pituitoſi humores conco-
B quuntur, flatuſq; diſſipantur.

Exercitium quoque valet, quod fit per deambulationes, equitationes, & alia, ſed opus eſt maximè, vt aluus lubrica reddatur, tum clyſteribus, tum ſuppoſitorijs, vt exempli gratia.

℞. Rad. althęæ,
Fol. Maluę,
Betę,
Brancę vrſinæ,
C Pulegij, ana manip. j.
Sem. cumini,
Dauci,
Carui, ana drach. ij.
Rad. cucumeris aſinini, vnc. ſſ.
Pulpæ colocynthidis, drach. iij.
Furfuris in linteo inuoluti, m. j.
Fiat decoctio ſecundum artem, &
℞. Huius decocti, lib. j.
Hieræ ſimp. Gal.
D Diaſenæ lenitiui, ana drach. vj.
Diaphœnici, vnc. j.
Olei chamæmeli, vnc. iij.
Salis, drach. j.
Cum vitello oui fiat clyſter.

Sed in adminiſtrandis clyſteribus neceſſe eſt primò vti emollientibus, deinde abſtergentibus, quare ex hoc clyſtere incipiendum eſt.

E ℞. Fol. maluę,
Bis maluæ,
Mercurialis,
Brancę vrſinæ,
Florum chamæmeli,
Meliloti, ana manip. j.
Florum origani,
Calaminthæ montanæ,
Rutæ, ana manip. ſſ.

Flor.

Flor. lauri, p. ij.
Sem. an. ſi,
Fœniculi, ana drach. ij. ſſ.
Cumini,
Carui, ana drach. j. ſſ.
Rutæ, drach. ſſ.
Baccarum lauri, num. x.
Gran. iuniperi,
Fiat decoctio in ſufficienti quantitate aquæ ſecundum artem, &
℞. Huius decoct. lib. j.
Hieræ picræ,
Bened. laxat. ana drach. iij.
Elect. de baccis lauri, drach. ij. ſſ.
Olei liliorum alborum,
Chamæmeli,
Rutæ, ana vnc. j.
Butyri recentis, drach. x.
Vitelli oui, num. j.
Sacchari rubei, vnc. j.
Salis, drach. j.
Fiat clyſterer.

Et poſtea alio vtendum eſt, ſeruata hac conditione, vt inter vnum, & alterum clyſterem adſit ſpatium horarum trium, aut quatuor.

At debet diligens Medicus animaduertere, ne fiat clyſter eo tempore, quo cibus eſt in ventriculo, quia periculum eſſet, ne ante tēpus cibus attraheretur, & fieret maior inteſtinorum obſtructio.

Vbi non proficiant clyſteres, ſuppoſitoria ſunt paranda, eoq; ordine adminiſtranda, quo dictum eſt de clyſteribus: ac primum mitiora, deinde validiora immittantur.

Quod ſpectat ad alimenta, panis ſit benè coctus, & fermentatus, necnon
Aniſo,
Fœniculo, aut
Cumino, vel
Cinnamomo paratus.

Carnes auicularum laudantur, & maximè alaudæ, de qua Galen. lib. de theriaca ad Piſonem dicebat, proprietate quadam colicos dolores iuuare. Aliæ etiam auiculæ probantur, dummodo non ſint pingues, ſed in locis montuo-A ſis enutritæ. Elixæ carnes magis proficuæ ſunt, quàm aſſæ, vt ſunt caponum, gallinarum, columbarum, perdicum, turturum.

Inter olera.
Aſparagi.
Pulegium,
Mentha,
Origanum,
Petroſelinum,
B Ruta,
Saluia,
Satureia,

Et quæ ſunt huius generis eligenda veniunt.

Allium quoq; commendatur non modò vt alimentum, ſed vt medicamentum; Galenus enim lib. 12. meth. med. cap. 8. dicebat ruſticum quendam colico dolore affectum ſolo vſu allij, & zonç C ligaturæ ad abdomen liberatum, & ad ſolita munia reuerſum ſtatim fuiſſe.

Piſces omnes euitandi ſunt, quamuis aliqui ſalſi, & parui origano, & rebus aromaticis conditi concedi aliquando poſſint: piſces ſaxatiles quādoq; etiam conueniunt.

Vinum pro potu album, ſtomachale, & generoſum concedendum in paſtu eſt. Vinum Hippocraticum, ac etiam D præparatum, & cumino conditum non eſt inutile. Hæc de victus ratione; venio ad medicamenta, quæ euacuandi facultatem habent id pituitæ, aut flatus, quod in corpore genitum eſt.

DE CVRATIONE DOLORIS *Colici per Pharmaciam.*

E VErùm cum pituitoſus humor euacuandus ſit, qui vel à toto corporis habitu, vel ab aliqua corporis parte ad inteſtina repit, antequam euacuetur, præparatione opus eſt, nempe attenuatione, inciſione, & abſterſione, cui indicationi ſatisfacere poſſumus ſyrupis quibuſdam; vt ſunt
Syrupi de mentha,

Syrupus de calamentho,
Syrupus byzantinus, qui & de denario appellatur.
Mel. roſ. colatum.
Syrupus de hyſſopo, vel cum aquis, aut decoctionibus ad hunc modum factis.
℞. Fol. calamenthi,
Palegij,
Bettonicæ,
Origani, ana manip. j.
Fiat decoctio ſecundum artem.
℞. Decocti huius, vnc. iiij, cum duabus vnc. ex prędictis ſyrupis, & offeratur ægrotanti in aurora; quamuis magis probem tam in pituitoſa, quàm flatulenta materia maiorem copiam prædictorum ſyruporum abſque aquis, nempe ad vnc. iij. aut etiam vnc. iv. pro ſingula vice.

C His præſidijs vbi præparati, vt decet, fuerint humores, eos educere oportet idoneis medicamentis phlegmagogis. Inter alia medicamenta omnium celeberrimum mihi videtur eſſe illud electuarium, quod de dactylis, aut diaphęnicon appellant, tam paratum ad boli, quàm ad potus formam.

D Eſt etiam hiera ſimplex Gal. quę & ipſa mirificè prodeſt in hoc caſu, vnde poteſtis bolum ad hunc modum parare.
℞. Diaphœnici,
Hieræ ſimp. Gal. ana vnc. ſſ.
Cum ſaccharo, quantum ſufficit, fiat bolus.

Pilulæ etiam de aromatibus, quæ alephanginæ dicuntur, valent.
Sub forma potus,
℞. Decoctionis prædictæ, vnc. iv.
Infunde agatici trochiſc. drach. ij.

E Per horas 12. cũ ſalis gemmæ ſcrup. ſſ. facta forti expreſſione diſſolue prædicti electuarij ad vnc. ſſ. vel drach. vj.

Vel diſſolue pilu'as fœtidas, & de hiera cum agarico, licet mel roſat. ſolutiu. in hoc caſu mihi ſummopere probatur. Placet etiam ſyrupus noſter ex ſucco roſarum, agarico, & ſena compo-

A ſitus. Sunt adhuc plura alia, quæ apta ſunt educere talem humorem pituitoſum è corpore, tam ſub forma boli, quàm pilularum, & potionis, quorum ſyluam apud authores quàplurimos reperietis.

Verùm in hoc caſu, etſi iam dicta medicamenta, quæ per partes infernas humorem pituitoſum deducunt, valdè probentur; placet tamen, vt per partes ſuperiores, nempe per vomitum illi,

B qui ſunt in ventriculo, deducantur.

In hoc enim affectu cum cruditates fieri conſueuerint, quæ in ventriculi capacitate coaceruantur, procul dubio, ſi fieri poteſt facilè abſque ægrotantis detrimento, per vomitum ſunt expellendæ; ſic enim non modò euacuatur pituita, quæ in ventriculo reſidet, ſed ſic eiuſdem reuulſio, prohibeturque, ne ad inteſtina labatur.

Vbi vniuerſum corpus, & ventriculus euacuatus fuerit ab illuuie craſſorum excrementorum, opus eſt deuenire ad illa præſidia, quæ eorum reliquias ab inteſtinis penitus reſoluunt, ac ne eatam facilè recipiant, corroborandi facultatem habent.

Horum autem quædam ſunt, quæ per os aſſumuntur; alia exteriùs admouentur. Ex externis quædam amuleta ſunt tam medicam rationem habentia, quàm non habentia, quæ dicuntur operari à tota ſubſtantia, aut à qualitate occulta, quorum tanta copia apud Alexandrum Trall. reperitur, vt multa etiam ſuperſtitioſa ſint. Poteſtis per vos legere lib. 10. ipſius, in quo nihi aliud tractat, niſi de morbo colico.

Sed veniamus ad medicamenta, quæ intus aſſumuntur tam in dolore colico à flatu, quàm à pituitoſa materia. Sunt autem hæc antidota illa magna, inter quæ theriaca primas partes obtinet, vt lib. de theriaca ad Piſonem Galenus demonſtrauit, quę non modò calefacere, & extenuare, ſed etiam latente quadam ratione diſſoluere, & conſumare poteſt craſſos humores, & flatus.

Ad eandem intentionem valet, & mithridatium: eſt etiam electuarium de baccis lauri: prodeſt quoq; caſtorium, & illud egregium medicamentum à Nicolao compoſitum, quod diacaſtorium appellant, quorum doſis fit à drach. j. ad drach. j. ß.

Valet præterea ius galli, in quo ebullierint.

Carthamum.
Turbith,
Sal gemmæ,
Daucus,
Anethum, &
Polypodium; ea ratione paratum, vt diximus cap. de ilio, & in eadem doſſ. Petrus Foreſtus ius galli propinauit, lib. 21. cur. 7. ad ſcholium.

At nos pro Matthæo Carraffa viro nobili, à Secretis Illuſtriſſimi Senatus huius Nob. Vrbis Meſſanæ, aliquot ab hinc annis, ita componendum præcepimus.

℞. Galli exenterati, & deplumati ſecundum artem ponderis, lib. 4.
Salis, vnc. iv.

Inſpergatur gallus ſale per quatuor horas, deinde abluatur vino albo, repleaturque infraſcriptis rebus.

℞. Rad. turbith. vnc. ij.
Sem. carthami, vnc. iv.
Rad. polypodij,
Liquiritiæ raſæ, ana. vnc. ij. ß.
Fol. ſenæ or. lib. j.
Sem. dauci,
Anethi, ana vnc. j.
Sem. 4. frigidorum, ana vnc. j.
Aquæ puriſſimæ, lib. xxx.

Bulliant vſque ad conſumpt. duarum partium.

Sed quia præter colicum dolorem nephritico etiam torquebatur, præſcripſi ſequens iulapium, quo vtebatur bis in hebdommada, & ſic non modò fœces, verùm craſſi, lenti, ac pituitoſi humores cùm facilitate ducebantur.

℞. Ligni ſancti limati, vnc. ij.

A Rad. cichorij,
Bugloſſi, ana vnc. j. ß.
Rad. polypodij, vnc. ij.
Hermodactylorum. vnc. j.
Fol. cichorij,
Fumariæ,
Botraginis,
Hepaticæ,
Lupulorum,
Agrimonij, ana manip. j.
B Florum cordial. pug. j.
Sem. aniſorum,
Fœniculi,
Carui, ana drach. j. ß.
Fol. ſenæ orient. vnc. vj.

Infunde ſecundùm artem in ſufficienti quantitate aquæ fontis puriſſimæ, dein de bulliant ad conſumptionem medietatis, in fine adde,

Saſſras, vnc. ij.

C Coletur.

Colato adde ſacchari, quantum ſufficit, fiat iulapium.

Doſis erat ad vnc. iij. aut vnc. iiij.

At vbi præparandum erat doſis, non excedebat vnc. ij.

Aliud medicamentum ad dolorem colicum extirpandum eſt vſus aquarum thermalium calidarum, quales in primis ſunt ſulphureæ, quarum vſus ab Ale-
D xandro non modò laudatur in balneis, ſed in potu.

Eſt & aliud medicamentum, quod à Galeno proponitur occultè potiùs, quàm manifeſtè operans, id eſt, ſtercus lupinũ, & teſtatur ſe quoſdam vidiſſe eo vtentes, non amplius hoc affectu correptos. Idque remedium probat idem Galenus tam ore aſſumptum, quàm extra admotum lib. x. de ſimplic. medic.
E facult.

Auicennas verò lib. 3. fen. 16. tract. 4. cap. 4. inteſtinum eiuſdem lupi exiccatum, & in puluerem redactum non modò laudat, ſed ſtercori anteponendum eſſe ſcribit, quem puluerem ferè omnes authores exiſtimant meliorem, & honeſtiorem ſanè eſſe, quàm ſtercus.

Alij

Alij laudant membranæ interſepientis iuglandis nucis puluerem ad drach. j. aſſumptum cum modico vini. Raſis plurimùm commendat cornu cerui vſtum, redactumq; in puluerem ad drach. j. cum vino epotum.

Quę verò extra admouentur, vt aliàs vobis ſignificaui, amuleta vocãtur, quorum quædam ſunt, Galeno authore lib. 2. de comp. med. loc. cap. 2. quæ medicam rationem habent, alia verò, quæ nullam prorſus, ſed dicuntur facultate occulta, aut à tota ſubſtantia operari, quæ adhuc ſunt in duplici differentia, cùm alia ſint purè naturalia, alia verò artificio quodam ornata.

Priora ſunt illa, quæ à Galeno probantur vbiq; vt eſt pœonia in lib. de pucero epiletico, lib. de facilè parabil. cap. vltimo, & multa alia, quæ habent facultates manifeſtas, quibus operantur, περιάμματα à Græcis dicta, quæ non modò partibus ſuſpenduntur, ſed etiam applicantur, & ligantur, quemadmodum in hoc caſu ſi quis componeret emplaſtrum de baccis lauri, & meliloto æquis ſumptis portionibus, exempli gratia, ana vnc. j. adderetq; theriacæ drach. ij. cum oleo rutæ, & chamæmeli reformaret emplaſtrum, & abdomini illud applicaret, dici poſſet amuletum habens medicam rationem.

Cucurbita quoque in colico dolore à flatu ortum ducente parti dolenti applicata, quia incantamenti in modum dolorem tollit, eſt naturale amuletum.

Sed amuleta magis propriè ea ſunt, quæ appenduntur collo, aut brachijs, vel etiam alligantur, vt eſt in hoc caſu inteſtinum lupi exiccatum, & ventri cinguli inſtar alligatum.

Vel ſi quis anatem deplumaret per totum abdomen, illudq; totum deplumatum, ventri inferiori circa regionem doloris applicaret, eſſet amuletum, quemadmodum etiam dicunt nonnulli de catulis lactentibus ventri appoſitis, qui ſtatim dolorem tollunt, in ſe ipſos illum trahentes, & dolore eodem ſtatim morientes.

A

Huiuſmodi amuleta quidem ſunt, ſed nullam habent medicam rationem, & iſtis parum credendum eſſe ſcribit Galenus, & multo minus ijs, in quibus inſculptæ ſunt figuræ, aut imagines, vel characteres, quemadmodum plura obſeruantur ab Alexandro ſcripta, inter quæ anulus eſt ille aureus, qui lapidem

B

medicum continet, in quo exculptus eſt Hercules erectus leonem ſuffocans.

Sed aliud eſt, quod riſu potius, quàm conſideratione dignum eſſe mihi videtur; proponit enim anulum ferreum, cuius circulum octangulus facit, in quo ſcripta ſunt hæc verba, fuge fuge bilis, alauda quærebat; quod ſanè remedium tanti facit Alex: vt velit non eſſe communicandum, niſi virtuti ſtudioſis, qui

C

ipſum conſeruare poſſint: non debet autem talis anulus pręparari niſi die ſeptimo, vel vigeſimo primo lunæ.

Huiuſmodi autem medicamenta ſuperſtitioſa ſunt, & omninò à mente chriſtiani medici aliena, cum nec figuræ, nec characteres quidquam operentur, quod egregiè demoſtrat in pulcherrimo opere inquiſitionum magicarum lib. 1. cap. ad quæſtionem primam Martinus Delrius Societatis Ieſu,

D

vir quidem doctus, & admodum eruditus.

Et hæc ſunt, quæ pro regulati, vt vocant, curatione dicenda mihi erant, doloris colici à materia pituitoſa ortum ducentis.

Modò quædam remedia particularia afferenda ſunt, vbi dolor fiat à flatu, quæ ſunt clyſteres quidem inter alia præſidia vt

E

℞. Fol. maluæ,
Brancę vrſinæ,
Lapathi,
Pulegij,
Menthę, ana manip. j.
Sem. aniſorum,
Fœniculi, ana drach. ij.

Tt 2 Furę

Furfuris in linteolo legati, m. ſſ.
Bulliant in ſufficienti quantitate aquę ſecundum artem, &
℞. Huius decoct. lib. j.
Olei chamæmeli,
Rutacei, ana vnc. ij. ſſ.
Pinguedinis anatis,
Gallinæ, vnc. j. ſſ.
Miſce, & fiat clyſter.
Quod ſi non proficiat huiuſmodi clyſter inijce,
Olei rutacei,
Amygd. amar.
Sem. lini, ana vnc. v.
Theriacæ, drach. ij.
Vel
℞. Florum chamęmeli,
Meliloti,
Sambuci, ana p. j.
Sem. apij,
Petroſelini,
Cumini,
Anethi, ana vnc. ſſ.
Bulliant hęc omnia in oleo, aut vino, vel etiam in vtroque, vel in chamæmelino oleo, aut rutaceo ad vnc. xv.
Vel accipe vinum quoque, in quo bullierint.
Cardamomum, &
Piper cum modico mellis.
Electuarium de baccis lauri ad vnc. j. poſitum in clyſteribus mirificè prodeſſe conſueuit.
Eſt & aliud medicamentum, quod Alexander Trallianus proponit cap. 15. lib. 10. & ab Amato cent. 1. cur. vltima probatur, eoque ſe vſum fœliciter fuiſſe ſcribit. De eodem mentionem facit Maſſarias, ſed numquam ſe applicaſſe teſtatur.
Eſt id follis fabrilis, qui intus per ſeceſſum immittendus venit, é quo & venter, & inteſtina intenduntur, deinde folle extracto ſtatim clyſter infunditur ex hydreleo, & modico nitri. Omnia inquit Alexander, quæ in inteſtinis, & ventre continentur, vna cum clyſtere euacuabuntur, ſiue ſtercus, ſiue humor,

A ſiue flatus fuerit, adeo vt admireris: huius tamen ante Alexandrum meminit Hippocrates, 3. de morbis cap. 15.
Extra admouentur in primis cucurbitæ magna, quę veluti incantamento quodam dolorem tollit,
Sunt etiam ſacculi diſcutientes flatum, qui conſtant, prout in ſequenti.
℞. Flor. chamæmeli,
Meliloti,
B Anethi, ana p. j.
Sem. lini,
Aniſorum,
Fœniculi, ana drach. ij.
Furfuris toſti. manip. ij.
Milij excoriati, vnc. ij. ſſ.
Contuſis contundendis ponantur in ſacculo calefacta primùm in ſartagine ſicca, deinde applicentur parti dolenti.
C Inſeſſus fiunt ex rebus etiam prædictis in aqua ferueſactis, vt
℞. Flor. chamęmeli,
Arthemiſię,
Fœnugręci,
Althęæ,
Anethi,
Lauri,
Pulegij,
Origani,
D Menthæ, ana manip. j.
Caryophyllorum, vnc. ſſ.
Decoquantur vel in aqua, aut in vino, vel in oleo, inde accomodetur, ita vt ſuffitus ingrediatur per ſeceſſum.
Fieri poteſt balneum vel ex oleo, aut aqua, in qua prædicta, vel ſimilia ſimplicia flatum diſcutiendi ebullierint, vel ſpongiæ in ilia immergantur, partiq; dolenti applicentur.
E Emplaſtium conficitur etiam ad hūc modum.
℞. Rad. althęæ,
Maluæ, ana manip. j.
Sem. fœnic.
Lini,
Anethi, ana drach. j. ſſ.
Fiat decoctio ſecundum artem, cole-

tur

tur, in cuius ſufficienti quātitate bulliāt A

Farinæ ſem. lini,

Fœnu græci,

Milij, ana lib. ß.

Vſque ad formam emplaſticam, deinde adde,

Olei rutacei,

Chamæmeli, ana vnc. ij.

Pinguedinis gallinæ antiquatæ, vnc. j. ß.

Fiat emplaſtrum.

Vnguentum.

℞. Olei chamæmelini,

Anethini,

Butyri recentis,

Axungiæ gallinæ, ana vnc. j.

Sem. aniſorum,

Apij, ana drach. j.

Terebinthinæ, vnc. ij.

Cum cera, quantum ſufficit, fiat vnguentum.

Hæc de colico dolore à flatu; ſi à vermibus curatur, vt de illis dictum fuit; ſi B à materia acri, quemadmodum ſi ab inflammatione fieret.

DE TENESMO.

CAPVT VIGESIMVMSEPTIMVM.

Onſueuerunt plerique authores tam ex publicè profitentibus, quàm etiam ex ſcriptoribus affectionem, quam teneſmum vocant, immediatè poſt dyſenteriæ tractationem addere, quòd non rarò dyſenteriam ſequatur, imò aliqui putant eſſe ſpeciem dyſenteriæ, nempe vlcus recti inteſtini.

Sunt etiam aliqui, qui vlcus in inteſtino natum appellant teneſmum 6. de locis aff. cap. 2.

Sed cum ab alijs cauſis euenire poſſe arbitremur, peculiariterque inteſtinum rectum lædi poſſe abſque dyſenteria, meritò exiſtimamus poſt tractatum de colico dolore ipſius diſceptationem eſſe inſtituendam, tùm quòd poſt colum inteſtinum ſequitur rectum inteſtinum, cuius morbus peculiaris eſt teneſmus, non ſecus atque colicam affectionem diximus eſſe proprium morbum coli inteſtini.

De huius igitur inteſtini affectione ſermonem habentes, nomen primùm, deinde eſſentiam, cauſaſque, ſigna, & C prognoſtica in medium afferemus, & tandem ipſiuſmet rectam curationem.

De nomine teneſmi loquens Gal. 12. meth. med. cap. 2. ſcripſit illud à quodam ſymptomate deductum fuiſſe, nempe à ſummo deijciendi deſiderio.

Eandem ſententiam repetit 7. aph. 27. com. v. malum hoc nomen accepiſſe ab illo, qui fit, conatu, propter quem ægri deijcere crebrò appetunt.

D Eſt igitur teneſmus ingens, & inexplebilis egerendi cupiditas, & inanis, quæ modo dyſenterias ſequitur, modò ſine his euenit: huiuſmodi affectio videtur referenda ad ſymptoma expultricis deprauatæ, cum inteſtinum moueatur ad expellendam materiam fruſtra; nam facit conatum, & nihil exit.

Cum enim inteſtinum rectum à natura factum ſit, vt expellat excrementa, E vbi ab his irritatur, & ea expellit, ſuam facit determinatam actionem, at vbi irritatur, nec quidquam exit, procul omni dubio, quod ipſius deprauatur actio, cùm potiſſimum moueatur ad expellendum id, quod minimè reperitur.

Erit igitur ſymptoma in actionis genere inteſtini recti expultricis, depraua-

uatum. At ſymptoma in actione ſequitur morbum quendam, qui in hoc caſu eſſe poteſt, vel intemperies, aut ſolutio continui, aut mala compoſitio, vt videre vnuſquiſq; poteſt apud Auicennam, qui vt moris ſui eſt, diligentiſſimè omnes ipſius cauſas pertractat lib. 3. fen. 16. tract. 1. cap. 16. quamuis non ita ordinatè, quemadmodū eſſet opus.

At nos videamus in primis ipſius definitionem, quæ eſt, vt ſit affectio quædam præter naturam, in qua rectum inteſtinum mouetur vehementer, & perpetuò ad egerendum, aut materiam eijciendam cum dolore, & tenſione ipſiuſmet inteſtini.

Duplex eſt hic affectus ex Auicennæ, & Arabum ſententia; vnus, qui verus, & legitimus dicitur; alter verò nothus, & illegitimus. Cùm nothus ſit ille, qui fit ab excrementorum ſola ſiccitate, à quibus exeuntibus quandoque contingit partes inteſtini extremas leuiter excoriari, de hoc nihil dicemus tractaturi tantum de vero, & legitimo, ex cuius curatione, poterit, & illegitimi haberi, & inſtitui curatio.

DE CAVSIS TENESMI.

CVm igitur affectio reducatur ad actionem læſam, atque habeat ſuos morbos, quos ſequitur; ſunt hi intemperies, præſertim frigida, & mala compoſitio, nempe tumor aliquis, aut inflammatio, vel aliquis alius tumor frigidus, & durus, vel ſolutio continui.

Intemperies autem ſuas habet cauſas, ſed potiſſimùm exteriores, vt Auicennas eſt author, vt ſi quis diù ſeſſionem fecerit ſuper marmore frigido, aut à glacie, niue, vento frigido, aut etiam aere nimium refrigerato diù afflatus fuerit.

Tumores quoq; cauſas habent internas, & externas; nam inteſtinum hoc inflammationē pati poteſt, non ſecus atq; dictum eſt de inflammationibus aliorum A inteſtinorum.

Idem dicendum eſt de alijs tumoribus, qui à ſuis cauſis tam internis, quàm externis producuntur, quæ ſunt humores proprij vel pituitoſi, aut melancholici, qui & ipſi producuntur à ſuis cauſis, & præcipuè à victus ratione, de quibus omnibus tractatum eſt ſupra diffuſè.

Sed quamuis re vera poſſit euenire B ab huiuſmodi morbis teneſmus, & etiam à flatu incluſo, magis tamen à Græcis propriè exiſtimatur ille, qui ortum ducit ab vlcere; vnde nonnulli ex Galeno, Paulo, Aetio dixerunt teneſmū non eſſe aliud, quàm inteſtini recti vlcus, ex quo fiat aſſidua quædam, atq; inanis egerendi cupiditas, nihilq; primum præter modica cruenta, vel poſtea quædam C mucoſa deijciantur.

Quare teneſmus conuenit cum dyſenteria ratione perpetuæ illius egerendæ cupiditatis inanis, & doloris. Secundò conueniunt ratione partis affectæ quia inteſtina in hoc affectu, vt in dyſenteria laborant. Tertiò ratione effectus cum adſit ſolutio continui. Tandem conueniunt in cauſa, quia ambo ab acribus humoribus prodeunt.

D At differunt, quia cupiditas illa egerendi eſt longè moleſtior in teneſmo, quàm in dyſenteria, ſi Galeno credendum eſt 3 de cauſis ſymp. cap. 2. 3. epid. ſect. 3. comm. 70. & cauſa eſt, quia licet ab humore acri ambo fiant, tamen ſæpius teneſmus fit ab acri, & craſſa pituita, quæ magis adhæret, nec tam facilè, vt bilis diſſipatur.

Et hinc eſt, quod ex Galeni etiam E ſententia comm. 53. libri citati, pueri faciliùs incidunt in huiuſmodi affectionem, quia ſcilicet plus nutrimenti ingerunt, quàm poſſint concoquere, vnde alimentorum contingit corruptio, quo circa ætatis caliditate, & humiditate nimia, errore extraneo concurrente, putrida, & acris pituita congeritur, quę ad rectum inteſtinum expulſa ob ſui craſſiti-

ſtiem,& lentorem adhærens illud mor-dendo irritat ad ſui expulſionem.

Secundò differt à dyſenteria, quia ſolùm rectum inteſtinum exulceratur, in dyſenteria verò alia inteſtina.

Tertiò differunt ratione cauſæ; nam vt dictum eſt, frequentius dyſenteria fit ab humore biliofo; teneſmus verò à ſalſa pituita, ob igitur conuenientiam, quam habet teneſmus cum dyſenteria, tum partis, tum cauſæ, tum ſymptomatum ratione, mirum non eſt, ſi Hippocrates 2. epid. ſect. 2. eos magis dyſenteria tentari, qui ſæpè teneſmo corripiuntur, quare experientia comprobatum eſt multos ex teneſmo incidere in dyſenteriam, & ex dyſenteria in teneſmum.

Cauſæ teneſmi ab vlcere prodeuntis aliæ ſunt internæ; externæ aliæ: internæ ſunt humores mordaces, & acres non ſecus atque diximus de ipſa dyſenteria, nempe humores bilioſi, & pituita ſalſa.

Antecedentes ſunt ætas, habitus, complexio vniuerſalis totius corporis, & particularis, iecoris potiſſimùm nimium calidi.

Externę deſumuntur à quatuor capitibus à nobis ſæpè repititis, nempe ab his, quæ à nobis aſſumuntur: quæ fiunt tam animo, quàm corpore: ab his quæ retinentur, & exeunt immoderatè: & ab his, quæ ab extra noſtrum corpus alterant, tam neceſſariò, quàm non neceſſariò nobis occurrentibus.

Alimenta, quæ humores acres inducere poſſunt, vt ſunt aromatica, bilioſos humores generare conſueuerunt; quemadmodum pituitam generant, quę apta ſunt ipſam producere, de quibus pluries.

Medicamenta quoque acria, vt colocynthis, & alia acria, quemadmodum contigiſſe cuidam Epiſcopo de Noua Terra ſcribit Petrus Forest[u]s libro 22. obſ. 11. ad ſcho[lium], inter cauſas huius affectionis reponi poſſunt.

Motus nimium inordinatus tam cor-
A poris, quàm animi generat acres humores, aer, regio, tempus anni calidum, pręſens cœli conſtitutio.

Demum, quę nimium retinentur, aut exeunt à corpore, poſſunt hanc affectionem procreare.

DE SIGNIS TENESMI.

Signa alia ſunt, quæ affectum declarant, alia verò cauſas: affectum de-
B clarant illa continua egerendi cupiditas vehemens, & doloroſa, qua ęgri coguntur ſæpiſſimè à lecto ſurgere, quibus eadem ſymptomata ſæpè eueniunt, quæ dyſenteriæ contingere conſueuerunt, nempe vigiliæ, & animi deliquium.

Deinde, vel nihil prorſus eijciunt, vel pauca admodum pituitoſa, mucoſa, & quandoque conſperſa ſanguine.
C Nonnulli dicebant ante Galeni tempora obſeruatum fuiſſe in illo conatu lapides exiuiſſe, Galenus tamen 6. de locis aff. cap. 2. ſcribit ſe numquam id animaduertiſſe, nec vidiſſe aliquem, qui dixerit ſe id obſeruaſſe: ex his igitur patet ipſe affectus.

Excrementa quoque pauca à principio exeunt, nec admiſcentur ijs, quę è ſuperioribus partibus deſcendunt, tē-
D poriſque progreſſu aliqua rammenta exeunt: adeſt & vrinæ ſtillicidium, vt ex Hippocrate apparet lib. 5. aph. 58.

Signa autem cauſarum quædam deſumuntur ab exeuntibus, quędam à ſymptomatibus. Si pauca mucoſa, ſanguine tincta exeant, indicant nobis adeſſe vlcus in principio, ſi præſertim rammenta inteſtini cum ipſis fœcibus appareant.

E Vlcus verò confirmatum pus nobis denotat, pro cuius quidem conditione poſſumus inferre, & benignitatem, aut malignitatem ipſius vlceris.

Symptomata quoq; id confirmant, vt eſt dolor, acuties implacabilis, vigiliæ, & id genus, quod ſi addamus præceſſiſſe dyſenteriam, iam clariſſimum nobis fiet

vlcus

vlcus eſſe teneſmi cauſam.

Inflammationem quoq; cognoſcemus non modò ex dolore, ſed ex proprio inflammationis ſymptomate, nempe ex dolore pulſatiuo ad regionem inteſtini recti exiſtente, conſiderata corporis tũ totius, tum partis, præcipue iecoris tem perie, habitu eiuſdem, ætate, & victus ratione ante acta.

Tumor quoque ab alijs cauſis, cognoſci poterit ex dolore grauatiuo, & ex omnibus, quę ſpectant ad præſentia tam ſecundùm naturam, quàm pręter naturam, & ex ante acta vita.

Stercoris indurati copia cognoſcitur ex ęgrotantis relatione, ex præteritis, & præſentibus rebus. Demum ſi fuerit teneſmus ex frigiditate externa, à quacunque cauſa hæc proficiſcatur, ex relatione ęgrotantis intelligi facilè poterit. Hæc de ſignis.

DE FVTVRO EVENTV *Teneſmi.*

PRognoſtica haberi poſſunt ex præſentibus ſpectantibus ad vehementiam affectionis, & ab robur virium noſtrum corpus regentium.

Inter præſentia cauſæ enumerantur; nam ſi recens fuerit, à leuique cauſa proficiſcatur, vt à ſtercoribus induratis, aut à frigida intemperie, poterimus dicere huiuſmodi teneſmum talem eſſe, qualis à Cornelio Celſo deſcribitur lib. 4. cap. 19. quod non ſit periculoſus, cum non reponatur inter acutos, nec inter longos morbos, quocirca vacabit periculo, & per conſequens poterit facilè ſanari.

Si verò ab vlcere antiquato, & maligno, vt contingit poſt dyſenteriam, ſiue ab humore knilioſo, ſiue à ſalſo pituitoſo euenerit, virtute corporis imbecilla, quis dicere poterit eſſe morbum tutum? vnde Galenus de vſu part. cap. 4. connumerauit ipſum inter graues, & periculoſos morbos.

A Si quoque ab inflammatione contingat, minatur periculum; quemadmodum vbi euenerit ex alio quopiam tumore, erit difficilis profectò curationis, & reſpectu diuerſorum ſubiectorum, quibus contingit.

Nam ſi in mulieribus vtero gerentibus à quacumq; cauſa fiat, eſt ſemper periculoſus; vnde Hippocrates lib. 7. aph. 27. ſcripſit, & Galenus in comm. confirmauit, quod ſi teneſmus vtero gerenti ſuperuenerit, abortum faciet. Hæc de parte cognoſcitiua, propero ad curationem.

B

DE CVRATIONE TENESMI *per victus rationem.*

C OMnes præter naturam affectiones curantur per cauſæ ablationem, ad quam quidem tollendam omnia medicinæ inſtrumenta, & medici induſtria adaptantur, vt quæcumque ea fuerit, tolli poſſit. Victus igitur in primis ratio pro humoris peccantis dominio inſtituitur, vt ſæpè dictum à nobis fuit in omnibus ſex rebus non naturalibus.

Incipiamus à cauſa exteriori, quæ ſit frigiditas teneſmum faciens, quemadmodum Guinrerius cuidam ſuo familiari D contigiſſe ſcribit, dum Montem Ciniſium diebus feſtiuis Dominici Natalis tranſiret, qui præter quam quod ferè totus congelatus remanſit, in teneſmum incidit.

Idem quoque Monacho cuidam ſeptuagenario contigiſſe narrat Foreſtus lib. 22. ob. 41. in quorum curatione, ſtatim, atque cauſa deſijt ad huiuſmodi medicamenta recurrerunt, aut intus per E ſeceſſum immiſſa, aut extra applicata exempli gratia.

℞. Iuris pulli, vel caponis lib. j. ſſ. Foreſtus lib. j. tantum recipit, aliquando etiam vnc. viij.

Caſſiæ,

Sacchari, ana vnc. j.

Benedictę laxat. drach. ij.

Olei

Olei anethini, vnc. iij.
Salis triti, drach. j.
Fiat clyſter.
Poteſt quoq; fieri talis decoctio.
℞. Florum chamæmeli,
Parietariæ,
Fol. caulium rub. ana m. ß.
Sem. lini,
Aniſi, ana drach. j. ß.

Fiat decoctio ſecundum artem, cui addere oportet olea, vel alia opportuna ad clyſterem.

Extra olea, & ſuffumigia applicantur. Oleis inunguntur partes, quæ ad anum, pubem, renum regionem, & os ſacrum ſunt.

Suffumigia, & inſeſſiones parantur ex decocto.

Florum chamæmeli,
Rutæ,
Paritariæ,
Abſynthij ſicci,
Origani,
Pulegij,
Anethi,
Fœniculi,
Fœnugræci,
Sem. lini.

Et ſimilium, paranturq; ea ratione, vt vel aquam attingat pars affecta, aut ſaltem ab aqua euaporationem recipiat. Prior applicandi modus dicitur inſeſſus, alter verò ſuffumigium.

Suffumigium aliud, ſed ſiccum.
℞. Ligni aloes, drach. j.
Moſchi,
Ambræ, ana gran. ij.
Trochiſc. gall. moſch. drach. ij.
Thuris,
Myrrhæ, ana drach. j. ß.
Redigantur omnia in pollinem.

Deinde cum vino odorato fiant trochiſci, qui ad accenſos carbones ponantur, ita vt adurantur leuiter, à quibus ſuffumigium fiat.

Aliud.
℞. Flor. chamæmeli,
Fol. rutæ,

A Abſinthij,
Parietariæ,
Origani,
Pulegij ana manip. j.
Sem. aniſi,
Lini,
Fœniculi,
Fœnugræci, ana drach. j.

Bulliant in ſufficiente quantitate aquæ.

B At ſi ex inflammatione teneſmus exoriatur, alia via incedendum eſt; cauſam enim habetis præſentem, ſed rarò contingit hanc affectionem ab inflammatione euenire. Inſtituta victus ratione ad ſanguinis miſſionem deueniendum eſt.

DE CVRATIONE TENESMI per Chirurgiam.

C Hac facta conſideratione, quod vel recens eſt inflammatio, & à principio, vel iam confirmata, ita vt amplius ad partem non fluat humor. Si primo modo deueniēdum eſt ad ſanguinis miſſionem, ſeruatis ſeruandis, ex brachio dextro, & à vena iecoraria.

Si ſecundo modo, ſanguis mittendus eſt à ſaphena, vel dextera, aut ſiniſtra, nempe ab ijs venis, quæ ad malleolum D internum ſunt: aliquando etiam confert cucurbitas applicare ad fęmora. ad partem ſcilicet ipſorum internam cum ſcarificatione.

DE CVRATIONE TENESMI. per Pharmaciam.

Quod ad pharmaciam attinet, ea omnia præſidia excogitanda E ſunt, quæ ad inflammationem curandam idonea habentur, quorum quædam per clyſteres intus ſunt immittenda, nonnulla verò extra applicanda.

Priora quidem ſunt, quę refrigerandi, & dolorem auferendi facultatem habent, facta exquiſita temporum diuiſione; nam in principio vtendum purè

reprimentibus, in augmento admiſcere A ijs oportet reſoluentia, in ſtatu verò reſoluentia reprimentibus ea ratione, ac lege, vt maior ſit reſoluentium pars, in fine verò purè reſoluentia ſunt adminiſtranda.

In principio, vt

℞. Fol. maluarum,
Violariæ,
Plantaginis, ana m. j.
Hordei excoriati, vnc. j.
Sem. frigidorum maiorū, drach. iij.
Flor. chamæmeli, p. j.
Meliloti, p. ß.
Fiat decoctio in iure pulli, &

℞. Huius iuris lib. j.
Olei roſati, vnc. ij.
Chamæmeli, vnc. j.

Inſuper omnia adminiſtranda veniūt, quæ in alijs locis à nobis dicta ſunt pro inflammatione.

Sed huiuſmodi teneſmus rarò contingit. Frequentiùs ab vlcere enaſcitur, & non rarò contingit poſt dyſenteriam. In quo curando ea methodus omninò ſeruanda eſt, & omnia auxilia, quæ de dyſenteria ſunt dicta. Si vultis plura recurrite ad Petrum Foreſtum lib. 22. pluribus obſeruationibus, in quibus curationem habebitis omnium cauſarum.

Multæ ſunt affectiones, quæ ſequi ſolent teneſmum, inter quas duæ ſunt frequentiores, vna, quæ ani procidentia, altera, quæ hęmorrhois dicta eſt.

Procedentia eſt, quando in conatu, quem faciunt ęgrotantes inteſtini caput exit, muſculis ad latera hinc inde relaxatis, quod quamprimum intus reponendum eſt, ac vbi repoſitum fuerit, curandum, vt confirmetur; vnde mittendus eſt ſanguis; vomituſq; procurandus, & alijs mitigantibus inflammationem vtendum.

E Reponitur autem intus digitis, quod ſi ob tumorem, aut inflammationem cōtractam in ſuum locum reſtitui non poſſit curandum eſt, vt æger ſedeat in aqua tepida, aut in eneleo, aut aqua hordei, vel oleo, aut melle. aut vino etiam calido, aut tepido, rotūq; madefaciendum eſt, ſi non ſit inflammatum, inde dexteritate quadam illud impellendum in ſuum locum, ſed antequam re- B ſtituatur debet vndequaq, hoc puluere inſpergi.

℞. Gallarum immatur.
Nucum cypreſſi,
Glandium quercus,
Roſarum rubearum,
Myrtillorum, ana drach. j.
Miſce, & fiat puluis ſubtiliſſimus.

Poteſt & inſeſſus quidam adſtringēs adminiſtrari, vt

C ℞. Calicum glandium,
Malicorij,
Gallarum immaturarum,
Myrti citinorum,
Balauſtiorum,
Roſarum rub. ana p. j.

Fiat decoctio in aqua pluuiali, inde fiat inſeſſus, aut ſpongiæ immergantur in ea, atque ſic calidæ, & aqua madidæ applicentur, & foueatur locus, deinde D inſpergatur huiuſmodi puluis.

℞. Sanguinis draconis,
Boli armeniæ,
Thuris,
Myrrhæ,
Hypociſtidis,
Gallæ,
Acaciæ,
Cornu ceruini,
Fiat puluis ſubtiliſſimus.

Hæmorrhoidum ſupereſt tractatio, circa quam verſabimur in ſequentibus.

DE HAEMORRHOIDIBVS.

CAPVT VIGESIMVMOCTAVVM.

MVltæ ſunt affectiones præter naturam euenientes extremitati recti inteſtini, nempe ano, aut podici, quæ ab Alexandro Maſſaria enumerantur, quarum aliæ faciunt ad conſiderationem noſtram, aliæ verò ad chirurgiam. Has per vos legere, & videre poteſtis; ſatis enim mihi, qui practicam medicam interpretor, eſt, vt relictis chirurgicis affectionibus deueniam ad eas, quæ practicus, vt talis eſt, contemplatur.

In iſtis ſunt hęmorrhoides, de quibus agendum diligenter eſt ob multa inconuenientia, quæ ex ignorantia quotidie euenire conſueuerunt (vt Auicennas eſt author fen, 17. tract. 1. cap. 2. lib. 3.) Nonnulli exiſtimant ſe pati hęmorrhoides, qui minimè ab ijs moleſtantur, ſed ab alijs morbis, vt ab vlceribus quibuſdam ad finem recti inteſtini; è contra aliqui patiuntur hæmorrhoides, quas omninò negant eſſe.

Primò igitur tractabimus ea capita, quæ ad cognitionem faciunt; deinde deueniemus ad curationem, at quia eſſentia eſt principium cognitionis, quid illa ſit aperire tentabimus, deinde quoruplex, hoc eſt, quas habeant hęmorrhoides differentias.

Sed iam declaremus eſſentiam, quæ ad hoc, vt clariùs innoteſcat, nomen priùs declarandum, quod æquiuocum eſt; nam hæmorrhois primo prędicatur de quodam animalculo, quod ſub genere ſerpentis peſtiferi continetur, ex cuius morſu vniuerſus ſanguis effluit è corpore.

Dicuntur etiã hęmorrhois, ſeu in plurali numero hæmorrhoides venę illę ad anum terminantes, quę ſecundum communem, & diulgatam opinionem ſunt quinque numero.

Tertiò per hæmorrhoidas intelligimus tumorem factum in prædictarum venarum vna, aut pluribus.

Quartò, quod eſt magis propriè, intelligunt Medici fluxum ſanguinis à prędictis venis, cuius nomen deductum eſt ab αἷμα, quod ſanguinem ſignificat, & ῥοῦς quod fluxionem denotat.

Cùm igitur tot ſignificet iſtud nomẽ, non tractabimus de venis hæmorrhoidalibus ſimpliciter, quia ſunt hę venę naturales, ſed tantùm de illis tractabimus, vt ſunt pręter naturam, & pręſertim de tumoribus illarum.

Hę ab Auicenna cap. pręcitato diuiduntur in plures differentias; quarum prima, ac celebris diuiſio ſeparat in quatuor differentijs, quę à varia figura deſumi videntur, cùm alię ſint verrucales, eò quòd verrucę in modum eminent, aliæ vuales, quòd acini vuę nigræ figuram repræſentant, alię morales vuis mori dumi ſimilis, & tandem aliæ ſunt, quę veſicę piſcium formam, & figuram ęmulantur, vnde veſicariæ dicuntur.

Secunda diuiſio eſt deſumpta à ſitu; nam aliæ internæ, aliæ externæ ſunt. Priores appellant profundas, & cęteris periculoſiores.

Tertia diuiſio ab accidente, aut ſymptomate deſumpta eſt, cum aliæ ſint à quibus exit ſanguis, aut quidpiam aliud; alię verò ſunt, quæ nihil extramittunt & cęcæ cõmuniter vocantur, quas Auicennas appellat ſurdas. Si quis cupit alias differentias à varijs authoribus allatas, recurrat ad Petrum Foreſtum lib. 23. obſeru. 3. ad ſcholium.

Quibus differentijs allatis videndum eſt, an huiuſmodi reponi debeant inter morbos, an inter cauſas morbi, vel ſymptomata? Quod declarari faciliè poterit, ſi eæ omnes ad hæc duo capita redu-

cantur, ad cœcas nempe, & ad fluentes. A

Cœcas eas appellare licet, ſiue intus reconditæ ſint, ſiue extra, à quibus nihil prorſus exit, apertas verò eas appellamus, à quib⁹ ſanguis, vel moderatè exit, vel immoderatè, & vtro contingat modo, conſiderandum eſt, an huiuſmodi exitus ſanguinis conſuetus ſit, & periodicus, ita vt ſtatutis quibuſdam diebus exeat, & cum conferentia, & tolerantia; an verò quando exit, immoderatè fluat B cum virium languore, & corporis detrimento?

Si periodicè exeat, & cum conferentia, & tolerantia, poteſt appellari naturalis, cum conſuetudo ſit altera natura, & ſit cum hominis iuuamento, & de huiuſmodi hæmorrhoidibus non eſt, vt quidquam dicamus, quia eodem docente Auicenna ex Hippocrate lib. 3. epid. C 37. & Galen. 3. de humorib. 26. 6. aph. 11. & 12. 6. epid. comm. vltimo 4. aph. 25. de ſectione venæ aduerſus Eraſiſtratum cap. 5. ſanguinem ſupernè quidem efferri, qualiſcumq; fuerit, malum; infernè verò, niger ſi deijciatur, bonum.

Huiuſmodi enim fluxus ſanguinis liberat à multis morbis imminentibus, nempe ab herpete exedente, à mania, à melancholia, ab epilepſia, eryſipelate, D cancro, lepra, pleuritide, phrænitide, peripneumonia, & alijs, vt videre eſt cap. 3. libri præcitati, & ſen. iam dictæ. De huiuſmodi igitur non eſt, vt quidquam dicamus, ſed de illis, quæ ſunt præter naturam.

Quæ quidem mea opinione ad morbos, & ſymptomata reduci poſſunt, nēpe ad tumores præter naturam: ad ſymptomata ſenſitiuæ actionis læſæ deprauatè, quia huiuſmodi tumores afferunt E dolorem, ſiue intra ſint reconditi, ſiue extra appareant: & ad ſymptomata in excunte à toto genere præter naturam, quia exit ſanguis, qui intus retinendus eſſet, ſiue per vaſorum aperitionem, aut ſolutionem continui effluat.

Harum cauſę aliæ ſunt internæ, aliæ verò externæ: & internarum cùm aliæ ſint coniunctæ, aliæ antecedentes, primò de coniunctis, ſeu immediatis agendum eſt. Auicennæ ſententia, & Galeni lib. 6. aph. comm. 11. & 12. eſt hæmorrhoidas fieri non poſſe, niſi ex ſanguine craſſo, & copioſo, cum ſcilicet quædam venarum ora aperiuntur, iecore in ipſos ſanguinem melancholicum pellente; quamuis Auicennas addat fieri hæmorrhoidas ex ſanguine pituitoſo.

Sed quomodo poſſumus concedere ſanguinem craſſum, & melancholicum, aut pituitoſum eſſe hæmorrhoidum cauſam proximam, cum & Hippocrates, & Auicennas, vt ſupra diximus, ſcripſerint præſeruari homines à multis ægritudinibus, quæ minimè ſiunt ab humoribus melancholicis, aut pituitoſis?

An dicere poſſumus primò hæmorrhoidas à melancholicis fieri, deinde etiam ſucceſſiuè purgari per has vias alios humores peccantes, ita vt huiuſmodi fluxus, qui ſtatutis quibuſdam temporibus prodit à prædictis venis fiat ex humore melancholico, qui vt plurimùm continetur in his venis, quo euacuato, ſuccedant alij peccantes pro corporis, & humoris peccantis diuerſitate?

Quare vt plurimùm hæmorrhoidum cauſa eſt humor craſſus melancholicus: nonnumquam tamen poteſt eſſe ſanguis pituitoſus, ſed cum ſanguis melancholicus fiat in melancholicis corporibus, & quibus multa copia generatur humoris huius; aut quibus non expurgatur à liene neceſſariò ad meſeraicas illas deorſum, quæ faciunt hæmorrhoidas venas, quauis de cauſa contingat eum euacuari, tunc humores alij peccantes conſequenter euacuantur.

Vel dicere poſſumus hæmorrhoidas eſſe in duplici differentia, alias, quæ à meſeraicis venis ortum ducunt, & deſinunt in fine inteſtini recti; alias, quæ minus propriè appellantur tales, quæ ortum ducunt à venæ cauæ diuortio propè oſſis ſacri infimam regionem, & termi-

minantur in muſculos retinentes inteſtinum in ſua ſede, necnon, & in ſphyɗterem muſculum claudentem ipſum inteſtinum, qui etiam duplex eſt vnus internus, alter externus proportione labijs reſpondens, quod Galenus, & anatome ipſa docet.

Ac ſi primo modo hæmorrhoides cōſiderantur, tollunt prædictos morbos ſecundariò, & per accidens. Si verò ſecundo accipiantur modo, dico, quod humores in vena caua exiſtentes ab ijs euacuantur, hinc eſt, quod fluxus ſanguinis per eas venas tollit morbos prædictos.

Hinc notandum eſt vobis, quod quando hirudines applicantur venis, quæ extra inteſtinum ſunt, ſemper ex venis cauæ attrahunt: quare ſi cupitis applicare venis hæmorrhoidalibus, oportet curare, vt inteſtinum quantum fieri poteſt, aperiatur, alioquin nunquam ab hęmorrhoidibus euacuabitis.

DE CAVSIS HAEMORRHOIDUM.

IMmediata igitur cauſa hæmorrhoidum eſt melancholicus humor, qui vel copioſus eſt, & admodum craſſus, & venarum tunicæ clauſæ, oſculaque veluti indurata ſunt, & ad aperiendum difficilia: vel facilè earundem venarum aperiuntur oſcula.

Si primo modo contingat, fiunt illæ hæmorrhoides ſiccæ, quæ pro copiæ diuerſitate, & craſſitie, modò vnam tumoris ſpeciem, modò aliam producunt in ipſis venis.

Si ſecundo modo, fiunt illæ fluentes, & apertæ. Poteſt etiā eſſe humor pituitoſus, quemadmodum in illis, quas veluti veſiculas eſſe ſcripſit Auicennas.

Cauſa antecedens eſt quandoque iecur generans multam copiam horum humorum, vel etiam lien, ſi plus attrahat, quàm poſſit concoqui ac reliquum humoris deorſum ad inteſtini extremum venis mediantibus transferatur;

A quare diſpoſitio tam hepatis, quàm lienis cauſa eſſe poteſt collectionis huius melancholici, aut pituitoſi humoris.

Cauſę verò exteriores alimenta ſunt, & modus viuendi in omnibus alijs ſex rebus non naturalibus, ſicuti eſt potus aquæ paluſtris, vel etiam putealis, vinum craſſum, turbulentum, nouum, & nigrum.

B Sed cauſæ, quæ gignunt hæmorrhoidas fluentes, ſunt quæcunque vim obtinent aperiendi ora vaſorum, inter quas eſt ventus auſtralis, quod relaxandi facultatem habet, vnde meritò ſcripſit Auicennas in conſtitutione, & regione auſtrina hæmorrhoides multiplicari.

Quædam etiam applicantur partibus hiſce exterius, quæ vi prædita ſunt huiuſmodi venas aperiendi, vt cu-
C curbitæ, fomenta nimium calida, immiſſio tam clyſteris acris, quàm etiam ſuppoſitorij, nimius & violentus motus, vt equitatio, deambulatio, vigiliæ quoque immoderatæ, timor magnus, & repentinus. Veniamus ad ſigna.

DE SIGNIS HAEMORRHOIDUM.

D SIgna hæmorrhoidum, quæ extra ſunt, & earum, à quibus exit ſanguis, à ſenſu petuntur: quæ intus exiſtunt difficiliori negotio cognoſcuntur, & vix alia ratione deprehendi poſſunt, quàm ab ijs, quæ nobis ægrotantes referunt.

Exteriores verò, quia varias habent figuras, per eas diſtinguuntur, cum aliæ ſint referentes verrucæ formam, aliæ acinorum vuæ nigræ figuram repræſentent; aliæ denique mori nigri,
E & aſperi formam, ſicuti illud eſt rubi, quæ differunt à condylomatibus, àthimis, creſtis, mariſcis, & fragadijs, cùm huiuſmodi affectiones non fiat venarum, ſed cutis excreſcentiæ, & fiſſuræ extra ani limites.

Vnde

* Vnde aliquando decipiuntur ignari Medici exiſtimantes haſce excreſcentias hæmorrhoidas eſſe, proinde oculati eſſe debent, ne decipiantur, cum diuerſa ſit curatio hæmorrhoidum à dictis excreſcentijs,

Cœcæ verò cognoſcuntur, eò quòd nihil ab illis effluit, quemadmodum è contra hæmorrhoides fluentes à ſanguine melancholico exeunte facilè cognoſcuntur, & quia ſanguis non admiſcetur excrementis.

At internæ dignoſcuntur à dolore, quem faciunt circa anum in partibus internis, neque ijs affecti recipere, aut admittere poſſunt clyſteres, aut ſuppoſitoria. Hæc de ſignis.

DE FVTVRO EVENTV hæmorrhoidum.

Qvod ad prædictiones attinet, vel conſideramus hæmorrhoidas fluentes, vel minimè fluentes, & vtro contingat modo, vel internæ ſunt, aut externæ, & rurſus vel cum dolore, aut ſine.

Si primo modo eas conſideremus, dico, quod aliquando ſunt ſalubres, liberantq; homines à melancholia, & renum vitio; nam vt Hippocrates dicebat, melancholicis, & renum vitio laborantibus hæmorrhoides ſuperuenientes bonum.

Internæ cœcæ, & dolentes vix, & cum magna difficultate curantur, vnde dicebat Aetius miſeram vitam eos ducere, qui huiuſmodi hæmorrhoidibus tentantur. Galenus lib. 1. ad Glauc. 14. 2. de præſag. ex pul. cap. 4. 2. de natural. facult. cap. 8. ait hæmorrhoides immoderatè, & præter naturam fluentes, animi deliquia, ac pulſus vermiculares efficere: præterea malum habitum, hydropem, apoplexiam, & mortem etiam conſueuiſſe inducere.

Hinc Galenus 4. aph. 21. comm. ad finem ſcribit hæmorrhoidibus non eſſe naturam aſſuefaciendam, quoniam periculoſus eſt exceſſus, ſiue ſupra modum ſanguis excernatur, ſiue ex toto ſupprimatur.

A Apertę verò, vbi immodicam ſanguinis copiam ducant, deformitatem faciunt propter totius corporis vitium ex euacuatione ſuccedens, & quod magis eſt, ijs oppreſſi in hydropem incidunt.

Dicebat Hippocrates lib. 6. aph. 12. à diuturnis hæmorrhoidibus ſanato, ſi
B vna non ſeruetur, periculum eſt aquam inter cutem, aut tabem aduenire; nam vt Galenus in comm. ait, vbi item ſanguis intercluſus fuerit, & duritiem in hepate facit, ſimulq; multitudine grauans, ac craſſitudine, calorem in ipſo extinguit, cum tale quid accidat, quale in flammis exterioribus, in quibus multa ligna ſuperpoſita ſtrangulant ignem, atq; extinguunt. Hæc de prognoſticis
C ad curationem propero.

DE CVRATIONE HAEMORrhoidum per victus rationem.

Qvamuis in omnibus hæmorrhoidibus curandis auxilia petantur à triplici illo medicinæ inſtrumento, non tamen indifferenter ipſa medicamenta hiſce applicantur, cum indicationes di
D uerſæ ſint pro diuerſitate affectionum, quibus ipſæ complicantur.

Quandoquidem illæ, quæ tumore aliquo ſunt affectæ, aliam requirunt medicamentorum applicationem; omnis enim tumor, vel per reſolutionem tollitur, aut ſuppurationem; quæ verò nimium ſunt apertæ, adſtrictionem, & conſolidationem requirunt; cœcæ denique aperiendæ veniunt, & randem illæ,
E quæ extra ſunt, nec amplius reſtitui in priſtinum poſſunt, requirunt ex toto amputationem.

Quare indicationes ſunt diuerſæ, ſed iam breuibus dicamus curationem competentem hæmorrhoidibus tumore affectis, & quid in vniuerſali per diætam, & chirurgiam fieri conueniat.

In

In victus quidem ratione inſtituenda, ea intelligenda ſunt, quæ bonos humores, nempe euchimos, & facilis coctionis producant, & omnia moderata ſint in ſex rebus non naturalibus; motus in primis vitandus eſt immoderatus, ſed potius quies imperanda.

DE CVRATIONE HAEMORrhoidum per Chirurgiam.

DE Chirurgia ita ſtatuendum eſſe ex Galeni ſententia puto, ſi à principio huiuſmodi tumores in hæmorrhoidibus fiant, ſiue intus ſint, ſiue extra, ſanguis mittendus eſt, ſi vires ſint validæ, à partibus ſuperioribus, nempe ex vena communi, aut ięcoraria, quę ad cubiti regionem eſt.

Si verò iam antiquati ſint, ſanguis mittitur ex poplite (ſi reperitur aliquis, qui ſciat hinc mittere ſanguinem) ſin minus mittatur ſanguis ex vna ex ſaphenis, quæ ſunt ad malleolos internos.

DE CVRATIONE HAEMORrhoidum per Pharmaciam.

QVod ad Pharmaciam ſpectat, alia ſunt, quæ alterare poſſunt craſſos hoſce humores, & eos attenuare, & alia ſunt, quæ eos educere poſſunt, quæ in hoc caſu raro, aut numquam adminiſtranda veniunt, ne ad partem affectam humores trahantur.

Sunt modò, & alia medicamenta, quæ topica vocantur, ſeu localia, quibus medici ſatisfaciunt indicationi deſumptæ à materia intus contenta, quæ vel apta eſt reſolutioni, vel ſuppurationi.

Si duriores fuerint, quemadmodum dictum eſt in verrucis, tunc emolliendum ſimul ac reſoluendum balneis, aut fomentis, vel etiam euaporationibus ex decoctis.

Maluarum,
Althęæ,

A Fænugræci,
Seminum lini,
Florum ſtœcadis,
Chamęmeli,
Meliloti, vt exempli gratia.

℞. Maluarum,
Althęç, ana manip. j.
Fœnu gręci,
Sem. lini, ana drach. ij.
Florum chamæmeli,
B Stœchados,
Meliloti, ana p. ij.

Vnguentum.

℞. Medullæ cerui, vnc. j.
Olei ex nucleis perſicorum,
Olei amygd. amararum, vnc. j.
Bdellij, vnc. ſſ.
Miſce, & fiat vnguentum ſecundum artem.

In dolore.

C ℞. Pulpæ pom. ſub prunis coctę, vnc. iiij.
Pulpæ caſſiæ, vnc. ij.
Farinæ ſem. lini, vnc. j.
Requiei Nicolai, drach. j. m.

Deinde facta vel fomentatione, aut euaporatione, aut inſeſſu ex rebus prædictis pars ipſa exterius inungi debet
Oleis ex nucleis perſici,
Ex amygdalis amaris,
Ex medulla ceruina, &
D Ex bdellio.
Et quæ ſunt huius virtutis.

Vbi verò videantur ad aperitionem tendere, poteſt fieri tale emplaſtrum.

℞. Pomorum appiorum pulpæ coctæ in ſapa, quantum ſufficit, lib. ſſ.
Contundantur in mortario addendo.
Croci, ſcrup. ij.
Medullæ panis tritæ, & lacti macera-
E tæ, vnc. iij.
Vitelli ouorum, numero ij.
Olei amygd. dul.
Violati, ana vnc. j. ſſ.
Miſce, fiat emplaſtrum.

Si verò hæmorrhoides adhuc duræ ſint, vt verrucæ, huiuſmodi emplaſtrum valet.

℞. Mu-

℞. Mucilaginis althææ,
Fœnugræci, ana vnc. ß.
Olei violati,
. Amygd. dul. ana drach. v.
Butyri recen.
Vitelli vnius oui.
Miſce, & fiat linimentum.
Ad hæmorrhoidas morales.

℞. Reſinæ pini albæ,
Olibani,
Galbani, ana drach. j.
Olei roſati, vnc. ß.
Pinguedinis gallinæ,
Anatis,
Anſeris, ana drach. j.
Ceræ quantum ſufficit, fiat vnguentum.

Alia indicatio deſumitur ex apertione, quæ adſtringi indicat; nam inſtituta prius victus ratione, qualem diximus in dyſenteria, & fluxu ſanguinis, mittendus eſt ſanguis, ſi vires ferant, à partibus ſuperioribus, & tandem accipienda ſunt medicamẽta tam interna, quàm exterius applicanda.

Interna ſunt.
Pilulæ de bdellio,
Michleta,
Trochiſci de ſuccino,
De terra ſigillata,
De Karabe,

Triphera minor cum ſquamma ferri, de qua vide Dominicum Leonem, vbi etiam proponit confectionem de ſquamma ferri lib. 4. ſuç praxis ſect. 3. cap. 10.

Externa verò quædam iecori applicantur, quædã ipſis hęmorrhoidibus; ad hepar quidem, quę corroborandi, & adſtringendi facultatem habent, de quibus ſæpius diximus, & omnes ſcriptores tradũt, & Galenus pręcipuè 9. de comp. med. loc. cap. 6.

Inter alia, quæ ad hęmorrhoidas applicantur, illud eſt omnium pręſtantiſſimum, quod idem Galenus pulcherrimè deſcribit lib. 5. meth. med. cap. 4. ad hunc modum.

A ℞. Aloes.
Thuris,
Sang. draconis,
Boli armeniæ,
Pilorum leporis, ana drach. j.
Contuſis omnibus cum albumine oui, & tela aranea excipiantur.

Aliud.

℞. Pilorum leporis,
Maſtiches,
B Olibani, ideſt, thuris,
Acaciæ,
Rhu,
Baccarum myrti.
Sanguinis draconis,
Telæ araneæ,
Omnia puluerizata excipies candido oui.

At ſi venæ hæmorrhoidales cœcæ fuerint, ſiue intus reconditæ, ſiue C extra apparentes, atque turgidæ, ſiue ad ſuppurationem redactæ, ſiue non, aperiendæ ſunt, inſtituta priùs victus ratione, & habita totius corporis conueniente prouidentia.

Quamuis non deſint reprobantes huiuſmodi aperitionem, inter quos eſt Alexander Maſſarias lib. 3. ſuç pract. cap. de hæmorrhoidibus, adductus hac ratione: quia nõ eſſent aperiendæ ſi cæ hæ D morrhoides, niſi quando ſanguine turgent, & ſanguis ſponte exire non poteſt, at ſi tum aperirentur, periculum eſſet de maiori ſanguinis attractione, proinde longè melius eſt euellere materiam ad partes ſupernas, quod Galenus docuit lib. de cur. ratione per ſanguinis miſſionem cap. 19 per ſectionem nempe alicuius venæ exiſtentis ad brachij cubitum, quod præſidium mirifice extollit E tamquam ab eo multoties probatum.

Sed ne tempus conteramus, breuibus dicendum eſt, quod vbi repletæ ſint hæmorrhoides à ſanguine, vel corpus purum eſt, aut impurum; ſi primo modo, dico, quod poſſumus ipſas aperire; ſicut è contra ſi corpus plethoricum ſit, & adſit periculum maioris fluxionis ad hęmor-

morrhoides, in primis mittendus eſt ſanguis à partibus ſuperioribus, nempe à brachio, tum euacuandi, tum etiam cauſa reuellendi.

Hac prorſus ratione agendū eſſe ſcribit Galenus lib. de cutan. rat. cap. 19. nam ad euocandas hæmorrhoides, mittendus eſt ſanguis à partibus infernis, ad ipſas verò ſiſtendas à partibus ſuperioribus, poſtremò euacuandum eſt à parte affecta.

At vbi euacuatum fuerit corpus, poſſumus ſanguinem rurſus mittere à talo, aut poplite; at ſi nō ſufficiat huiuſmodi duplicata ſanguinis miſſio, poſſumus deuenire ad aperitionem venarum, ſed quibus auxilijs id faciendum, non admodum manifeſtum eſt, cum alij dicant affricandas eſſe hæmorrhoides rebus aſperioribus, vt ſunt ficus folia, & quædam huiuſmodi.

Alij verò dicunt eſſe deueniendum ad ſectionem ipſam: alij tandem hirudines probant, vt ſunt recentiores, cum ex antiquioribus nullus ſit, qui huiuſmodi auxilium vnquam ſcripſerit, aut probauerit; contrarium tamen oſtendi ſeptima Decade meorū Miſcellaneorum cap. de hirudinum applicatione.

Sed determinatio hæc deſumi facilè poteſt à natura affectus ipſius, & à ſymptomatibus; nam ſi exempli gratiâ cœcæ fuerint hæmorrhoides, ſine tumore notabili, nec dolore, conſueuerintque erumpi ſtatutis quibuſdam temporibus, at retineantur, earumque retentionem ſequatur, aut pruritus ad partes illas affectas, aut videatur intus materia, quę exitum quærat, dico, quod frictionibus cum rebus aſperioribus vti poſſumus; at ſi dolor fuerit, ab ipſis cauendum eſt. Poſſunt etiam partes hæ foueri aliqua ſpongia in tepidam aquàm immerſa; vel etiam facta inſeſſione in aqua tepida.

Atqui ſi tumor extra appareat in ipſis venis, qui nec medicamentis, nec alia opera reſolui poſſit, tunc materia intus exiſtens ſenſibili via euacuanda eſt, &

A eò tutius, ſi hæc ipſa ad ſuppurationem tendat, idq; nouacula faciendum.

Si verò tumor quidem adſit, ſed intus, vbi non poſſint adminiſtrari prædicta inſtrumenta, tunc hirudines applicandæ veniunt, & quamuis antiquorum nullus vſum ipſarum probauerit, non eſt tamen dicendum iſtud auxilium non conuenire, cum experientia rerum magiſtra oſtendat ex harū applicatione

B euacuari ſanguinē craſſum, & nigrum in ijs partibus contentum, & quāuis vulnus ab illis factum exiguum videatur, eſt tamen ſufficiens ad ſanguinem ibi contentum euacuandum, quare dicimus præmiſſis præmittendis, poſſe nos tutò aperire venas hæmorrhoidales cœcas, ſiue intus reconditæ fuerint, ſiue extra appareant.

C Quod modò ſpectat ad ſectionem illam, quæ fieri, aut ab aliquibus proponi conſueuit, quod quando hæmorrhoides adeò extra adaugentur, vt nec internis, nec externis medicamentis curari poſſint, tunc ſecandæ ſunt, aut prius deligandæ, atque amputandæ, & deinde adurendæ, communis medicorum ſchola arbitratur ſeruandum eſſe Hippocratis conſilium, qui ſcribit 6. aph. 12. hæmorrhoides longo tem-

D pore fluentes, non eſſe cohibendas, ſed ſaltem vnam relinquendam apertam, per quam natura, ſicut antea facere ſolebat, corporis excrementa poſſit purgare. Eandem Hippocratis ſententiam Galenus in comm. probat rationibus, ab omnibus etiam authoribus conceſſis.

Vbi igitur antiquatæ, & plures ſint hæmorrhoides, à quibus ſanguis exeat, omnes (vna excepta) ſecandæ, & curan-

E dæ veniunt; cui opinioni Actius ſolus lib. 14. cap. 5. auſus fuit contradicere, qui nititur etiam probare ex Hippocratis ſententia omnes eſſe ſanandas.

Sed rectè ſentiunt omnes; nam Hippocrates loquitur de antiquatis, quæ plures ſunt, è quibus relinquenda vna eſt, ad hoc vt expurgetur craſſus, & me-

Xx lan-

lancholicus humor, qui iam diù aſſueuit per hanc viam expurgari; Aetius verò loquitur de hæmorrhoidibus non ita antiquatis, quæ curari poſſunt omninò.

Propter hoc inſtituenda primùm eſt victus ratio,& in reliquis corpus ab omnibus excrementis probè mundare oportet. Sed vide quid de hac materia ſcripſerit Maſſarias in ſua medica praxi hoc capite.

Sed vnum relictum videtur fuiſſe ſymptoma cęteris omnibus anteponẽdum, illud autem eſt dolor, qui quidẽ, vel habet rationem vrgentis, vel minime. Si primo modo, omnia à medico tentanda ſunt, quibus poſſit auferre dolorem, quæ autem, ipſum de medio tollunt, anodina vocantur, in duplici differentia poſita, vt in cap. de colico dolore diximus; quædam enim propriè talia ſunt, alia verò impropriè, quæ & narcotica appellantur, ideſt ſtupefacientia; namque tollunt partis ſenſum.

Hæc autem adminiſtrari conſueuerunt in cura coacta, hoc eſt, maxime vrgente dolore, & in duplici ſunt diſcrimine; cum alia leuiora, alia validiora exiſtant, vt fomenta, aut lotiones, vel vnguenta, vnde in hoc caſu præparari poteſt tale decoctum.

℞. Fol. lactucæ,
Maluarum,
Violarum,
Mandragoræ,
Hyoſcyami,
Cap. papauer.
Vel fiat linimentum,
Ex vnguento populeo, nec non de nenuphare.
Vel parare aliud poteritis,
Cum opio, aut
Requie Nicolai, aut
Philonio aut,
Theriaca recente,
Anodina verò propriè dicta ſunt plura, vt
Chamæmelum,
Melilotum,
Fœnugræcum,
Semen lini,
Anethum,
Et id genus.

Sed quæ propriè tollunt dolorem hæmorrhoidum ſunt, verbi gratia

Lac, oleum roſarum, & emplaſtrum ex his factum, & panis mica, & alia plura ab Authoribus ſcripta, vt

Oleum nuclei mali perſici,
Momordicæ,
Ex nucleis ceraſorum,
Ex cyclamine,
Ex ſem. lini,
Ex præcocijs.

Sed in curatione vitiorum ſedis medicus animaduertere debet, quæ à Galeno ſcribuntur 9. de comp. med. loc. cap. 6. nempe ea eſſe difficilis curationis, tum quia pars exquiſiti eſt ſenſus, tum quia eſt excrementorum effluuium, tum maximè quia loci huius caliditas, & humiditas non poteſt tam facile à ſiccis, & frigidis medicamentis ſuperari.

Et hæc de vitijs recti inteſtini, & omnium inſtrumentorum primæ coctioni famulantium: relinquitur, vt renum, vreterum, & veſicæ vitia examinemus, de quibus in ſequentibus.

DE MORBIS PARTICVLARIBVS RENVM, ET VESICAE.

DE LAPIDE RENVM.

CAPVT VIGESIMVMNONVM.

IN tractanda materia affectuum præter naturã tam renum, quàm veſicæ ſcriprores non ſeruant eundem ordinem; nam alij primò auſpicantur à morbis veſicæ, alij à morbis renum. Quorum etiam nonnulli primò inflammationem renum conſiderant, dein de alios morbos ſingillatim examinant, quouſq; omnes ad finẽ vſq; perduxerint.

Mercurialis verò ab omnibus diuerſus incipit tractationem hanc à renum obſtructione, cum autem, & inflammatio, & alij tumores, nec non calculus poſſint eſſe obſtructionis renum cauſa de illis in hoc capite ante alios renum affectus tractationem inſtituit.

Sed ne perſequi aliorum ordinem, aut ipſum reprehendere velle videar, ab ea affectione exordiri decreui, quæ ſæpius renes tentari conſueuit, & quæ videtur eorum magis propria, deinde de alijs ſingillatim.

Eſt autem illa affectio à Galeno, & Græcis omnibus appellara lithiaſis, & quamuis omnes renum affectiones præter naturam dicanrur nephritis, magis tamen proprie de calculo dicitur, autore Galeno libro de dignotione, & renum A curatione cap. 2. ſi tamen liber hic cenſeri debet Gal. legitimus, cuius quidẽ doctrina digna eſt, vt ſub Galeni nomine circumferatur.

Is igitur cap. 2. huius libri pulcherrimè ſcribit nephriticam paſſionem magis propriè prædicari de lithiaſi, quamuis omnis renum præter naturam affectio dicatur nephritis; tractabimus ea propter primò de nephritide, ideſt li- B thiaſi, deinde de dolore, tertiò de inflammarione, quartò de vlcere, & tandem de diabete, quibus ira ſtatutis, venio ad lithiaſim, cuius definitionem, cauſas, ſigna, prædictiones, & curationem in medium iam affero.

Quod atrinet ad nomen huius affectus, a Græcis dicitur lithiaſis, quæ vox ſi ad ſermonem noſtrum transferarur, poterit appellari lapidatio, ſeu (vt melius C dicam) mareria, quæ in lapidem conuertitur, aut conuerſa iam eſt, & quamuis in veſica, & in alijs etiam corporis partibus lapis generari poſſit, nihilominus ille, quę fit in renibus appellarur per antonomaſiam quandam lithiaſis, à noſtris verò vocatur lapis, aut renum calculus.

Huius affectionis natura ſe conſiderandam offert, vel vt lædit actionem re-

-ſium, vel vt eſt lapis quidam genitus in cauitate, aut ſubſtantia ipſorum. Primo modo accepta, vt morbus definienda eſt, diciq; poteſt, quod ſit morbus in via, aut numero adaucto lædens operationem renum, vt ſunt membra naturalia, & vt ſunt partes animales; nam vrinæ exitum impedit, & dolorem inducit: hinc eſt etiam, quod nonnulli dicunt eſſe dolorem, ſeu acerbiſſimum cruciatum renum, aut vaſorum ab illis dependentium, quæ vreteres appellantur.

Non deſunt alij dicentes eſſe cauſam morbi, non morbum, vt doctiſſimus Mercurialis, qui inquit, lapis eſt ſubſtantia, & ſi ſtatuatur, quod ſit morbus, concedendum quoque erit morbum ſubſtantiam eſſe, quod eſt præter rationem.

Addit nec dicendum eſſe ſymptoma in excrementis, quia excrementa habent neceſſariam in corpore generationem, lapis verò minimè habet generationem neceſſariam, quare nec morbus, nec ſymptoma dici poterit, quare ſecundùm ipſum erit cauſa, nimirum obſtructionis.

Sed huiuſmodi ſubtilitates captiunculæ ſunt, quia cùm renes à natura dati ſint, vt ſecernant lotium, illudq; expellant, eorum actio eſt expulſio ſeroſæ materiæ, nec non, & eiuſdem attractio; per eorum enim ſubſtantiam neceſſariò hæc ipſa percolatur, inde ad veſicam tranſmittitur, quando igitur nec poſſunt attrahere, & percolare, nec inde materiam hanc expellere, procul omni dubio, quod eorum actio læſa dicitur.

Non poteſt autem actio partium lædi, niſi à morbo, qui morbus in vniuerſum eſt duplex, nempe vel facultatem lædens, aut eandem impediens: facultas læditur ab intemperiebus, impeditur autem à morbis in compoſitione: hi autem ſunt vel magnitudinis vitiatæ ratione, aut figuræ, vel ſitus, aut numeri adaucti.

Sed nec magnitudo in lithiaſi, nec figura, aut ſitus impediunt, aut lædunt re-

A num operationem, nempe vrinæ ſecretionem, aut expulſionem, ergo neceſſariò ſequitur, vt ſit morbus in numero. Quando igitur calculus lædit hanc operationem, dicitur morbus, & quando inducit dolorem, non morbus, ſed cauſa morbi cenſetur, quia vel inducit ſolutionem continui, aut intemperiem.

Quare ſi conſideretur lapis, vt eſt quid præter naturam in renibus genitū, B procul omni dubio morbus appellari debet, quia lædit immediatè operationem, idq. non facit vt ſubſtantia, ſed vt eſt in media via impediens operationem, quamuis poſſit appellari ſymptoma in excretis mutatis, Galenus lib. de diff. morb. cap. 8.

Nam lapis conſideratur, vel vt corpus eſt, vel quatenus ortum ducit ab ex- C crementis, ſi primo modo eius generatio, non eſt neceſſaria; ſecundo modo eſt neceſſaria, quare Mercurialis nihil concludere videtur, cùm non ſatis pateat ex ſuis rationibus, calculum non eſſe morbum, aut ſymptoma; nec deinde concludit ipſum eſſe cauſam morbi, nempe obſtructionis, quamuis poſſit appellari cauſa obſtructionis, quod obſtruat canalem, aut foramen, per quod D vrina debet exire.

Calculus igitur primo modo conſideratus eſt morbus in numero adaucto, aut in via, cùm ſit adauctum aliquid præter naturam, quod eſſe non deberet.

Si verò ſecundo modo conſideretur, non eſt morbus, ſed ſubſtantia quædam, & (vt inquit Altimarus) eſt corp⁹ quoddam durum inſtar lapidis, aut tophi ge- E nitum præter naturam in cauitate, aut renum ſubſtantia, ſed vtcumque conſideretur, ſiue vt morbus, ſiue vt corpus durum, aut vt lapis, eſt ſemper quid præter naturam in renibus, aut veſica natum, quod à ſuis cauſis producitur.

Quare cauſæ à nobis indagandæ veniunt; ſed relinquimus differentias deſumptas à magnitudine, & figura, cum

cla-

clariſſimum ſit alios eſſe calculos maiores, alios minores, alios mediocres; figura quoque inter ſe diuerſi ſunt, cum alij angulares, alij aſperi, & alij lenes reperiantur.

DE CAVSIS LAPIDIS Renum.

VEnio ad cauſas tam internas, quã externas. Internæ cauſæ plures quidem ſunt, nempe immediatæ, & proximæ, quæ coniunctæ; nec non mediatæ, quæ antecedentes dicuntur, quarum aliæ ſunt materiales, aliæ efficientes, & aliæ formales. De finali cauſa non eſt, vt quidquam dicamus, cum morbi careant fine.

Materiales cauſæ ſunt humores, aut excrementa, efficientes verò aliæ ſunt naturales, aliæ præter naturam. Naturales eſſe poſſunt diſpoſitiones ipſorum renum à natura inductæ, & à ſemine paterno; nam inter alios morbos calculi habentur hæreditarij.

Inſtrumentales cauſæ efficientes ſunt etiam diſpoſitiones accidentales, quæ & naturales dici poſſunt, quemadmodum eſt calida ipſorum renum intemperies, aut anguſtia vaſorum, aut totius corporis diſpoſitio apta ad generandos humores, à quibus calculi, aut arenæ generari poſſunt; eſt & habitus totius corporis eiuſdem temperies, atq; ætas.

Cæterum cauſæ præter naturam ſunt morbi in intemperie, in ſoluta continuitate, & in mala compoſitione. Formales verò cauſæ ſunt ipſæ figuræ.

Cauſę exteriores ſunt omnes res non naturales tam neceſſariò, quàm non neceſſariò occurrentes, de quibus omnibus agendum proponitur, & quia cauſæ materiales tam coniunctæ, quàm antecedentes ſunt eiuſdem generis, nec differunt, niſi quia coniuncta cauſa eſt humor proximus, ex quo fit lapis, antecedens verò eſt paulò remotior in habitu corporis exiſtens, ſub vno, & eodem nomine comprehenduntur.

A De materia immediata lapidis pulchrè Galenus in libro præcitato capite 2. loquitur, & 1. in 6. epid. comm. 6 3. de aliment. facult. 13. necnon 3. aph. 23. vbi dicit eſſe ſuccum craſſum, & glutinoſum, in quo quidem aliquando magna copia craſſi humoris, nonnumquam verò glutinoſi reperitur.

B Cum autem ſint quatuor humores in corpore, ac venis, eſſe poteſt ſanguis ſe ipſo craſſior factus, vel magis pituitoſus, vel magis ad atram bilem, aut ad bilem ruſam tranſmutatus, quare omnes humores in corpore exiſtentes ſe ipſis craſſiores effecti poſſunt eſſe cauſa materialis, ſiue immediatè in renibus, ſiue in vaſis iiſdem renibus propinquis exiſtant.

C Cauſa antecedens eſt cruditas, ſeu humores crudi in ventriculo geniti, deinde ad iecur, & tandem per venam cauam ad emulgentes delati.

Sed dicet quiſpiam Aetium libro 9. cap. 5. ſcripſiſſe cruditates aſſiduas, ex quibus materiæ incoctæ, & crudæ multitudo congregatur, eſſe calculi materiam, non igitur ſanguis craſſus, aut pituitoſus, vel melancholicus, aut bilioſus aſſignari poteſt pro calculi materia?

D Reſpondeo & dico huiuſmodi cruditates generari in ventriculo, inde ad iecur, & ad renes trahi, etſi chylus non fuerit à ventriculo perfectè coctus, neq; etiam in naturam ſanguinis perfectè conuerſus, hinc crudus remanet, & pro chyloſæ materiæ diuerſitate modò pituitoſus, modò bilioſus, modò melancholicus efficitur, & hoc modo cruditates dicuntur eſſe materia calculi, quia à renibus trahuntur.

E Id pulchrè Galenus præcitato loco declarat, dicens, quod ſanguis, qui in renes fertur, aut craſſior ſe ipſo eſt, aut pituitoſior, aut magis ad atram bilem, aut ruſam demutatus, ferturque ad eos per venas, & arterias, vel in cauitatem, vel ſubſtantiam: ſi quantitatem, vel

cantur, ad cœcas nempe, & ad fluentes. A

Cœcas eas appellare licet, ſiue intus reconditæ ſint, ſiue extra, à quibus nihil prorſus exit, apertas verò eas appellamus, à quib' ſanguis, vel moderatè exit, vel immoderatè, & vtro contingat modo, conſiderandum eſt, an huiuſmodi exitus ſanguinis cònſuetus ſit, & periodicus, ita vt ſtatutis quibuſdam diebus exeat, & cum conferentia, & tolerantia; an verò quando exit, immoderatè fluat B cum virium languore, & corporis detrimento?

Si periodicè exeat, & cum conferentia, & tolerantia, poteſt appellari naturalis, cum conſuetudo ſit altera natura, & ſit cum hominis iuuamento, & de huiuſmodi hæmorrhoidibus non eſt, vt quidquam dicamus, quia eodem docente Auicenna ex Hippocrate lib. 3. epid. C 37. & Galen. 3. de humorib. 26. 6. aph. 11. & 12. 6. epid. comm. vltimo 4. aph. 25. de ſectione venæ aduerſus Eraſiſtratum cap. 5. ſanguinem ſupernè quidem efferri, qualiſcumq; fuerit, malum; infernè verò, niger ſi deijciatur, bonum.

Huiuſmodi enim fluxus ſanguinis liberat à multis morbis imminentibus, nempe ab herpete exedente, à mania, à melancholia, ab epilepſia, eryſipelate, D cancro, lepra, pleuritide, phrænitide, peripneumonia, & alijs, vt videre eſt cap. 3. libri præcitati, & fen. iam dictæ. De huiuſmodi igitur non eſt, vt quidquam dicamus, ſed de illis, quæ ſunt præter naturam.

Quæ quidem mea opinione ad morbos, & ſymptomata reduci poſſunt, nēpe ad tumores præter naturam: ad ſymptomata ſenſitiuæ actionis læſæ deprauatè, E quia huiuſmodi tumores afferunt dolorem, ſiue intra ſint reconditi, ſiue extra appareant: & ad ſymptomata in exeunte à toto genere præter naturam, quia exit ſanguis, qui intus retinendus eſſet, ſiue per vaſorum aperitionem, aut ſolutionem continui effluat.

Harum cauſę aliæ ſunt internæ, aliæ verò externæ: & internarum cùm aliæ ſint coniunctæ, aliæ antecedentes, primò de coniunctis, ſeu immediatis agendum eſt. Auicennæ ſententia, & Galeni lib. 6. aph. comm. 11. & 12. eſt hæmorrhoidas fieri non poſſe, niſi ex ſanguine craſſo, & copioſo, cum ſcilicet quædam venarum ora aperiuntur, iecore in ipſos ſanguinem melancholicum pellente; quamuis Auicennas addat fieri hæmorrhoidas ex ſanguine pituitoſo.

Sed quomodo poſſumus concedere ſanguinem craſſum, & melancholicum, aut pituitoſum eſſe hæmorrhoidum cauſam proximam, cum & Hippocrates, & Auicennas, vt ſupra diximus, ſcripſerint præſeruari homines à multis ægritudinibus, quæ minimè fiunt ab humoribus melancholicis, aut pituitoſis?

An dicere poſſumus primò hæmorrhoidas à melancholicis fieri, deinde etiam ſucceſſiuè purgari per has vias alios humores peccantes, ita vt huiuſmodi fluxus, qui ſtatutis quibuſdam temribus prodit à prædictis venis fiat ex humore melancholico, qui vt plurimùm continetur in his venis, quo euacuato, ſuccedant alij peccantes pro corporis, & humoris peccantis diuerſitate?

Quare vt plurimùm hæmorrhoidum cauſa eſt humor craſſus melancholicus: nonnumquam tamen poteſt eſſe ſanguis pituitoſus, ſed cum ſanguis melancholicus fiat in melancholicis corporibus, & quibus multa copia generatur humoris huius; aut quibus non expurgatur à liene neceſſariò ad meſeraicas illas deorſum, quæ faciunt hęmorrhoidas venas, quauis de cauſa contingat eum euacuari, tunc humores alij peccantes conſequenter euacuantur.

Vel dicere poſſumus hæmorrhoidas eſſe in duplici differentia, alias, quæ à meſeraicis venis ortum ducunt, & deſinunt in fine inteſtini recti; alias, quæ minus propriè appellantur tales, quæ ortum ducunt à venæ cauæ diuortio propè oſſis ſacri infimam regionem, & ter-

mi-

minantur in muſculos retinentes inteſtinum in ſua ſede, necnon, & in ſphyncterem muſculum claudentem ipſum inteſtinum, qui etiam duplex eſt vnus internus, alter externus proportione labijs reſpondens, quod Galenus, & anatome ipſa docet.

Ac ſi primo modo hæmorrhoides cõſiderantur, tollunt prædictos morbos ſecundariò, & per accidens. Si verò ſecundo accipiantur modo, dico, quod humores in vena caua exiſtentes ab ijs euacuantur, hinc eſt, quod fluxus ſanguinis per eas venas tollit morbos prædictos.

Hinc notandum eſt vobis, quod quando hirudines applicantur venis, quæ extra inteſtinum ſunt, ſemper ex venis cauæ attrahunt: quare ſi cupitis applicare venis hæmorrhoidalibus, oportet curare, vt inteſtinum quantum fieri poteſt, aperiatur, alioquin nunquam ab hæmorrhoidibus euacuabitis.

DE CAVSIS HAEMORRHOidum.

IMmediata igitur cauſa hæmorrhoidum eſt melancholicus humor, qui vel copioſus eſt, & admodum craſſus, & venarum tunicæ clauſæ, oſculaque veluti indurata ſunt, & ad aperiendum difficilia: vel facilè earundem venarum aperiuntur oſcula.

Si primo modo contingat, fiunt illæ hæmorrhoides ſiccæ, quæ pro copiæ diuerſitate, & craſſitie, modò vnam tumoris ſpeciem, modò aliam producunt in ipſis venis.

Si ſecundo modo, fiunt illæ fluentes, & apertæ. Poteſt etiã eſſe humor pituitoſus, quemadmodum in illis, quas veluti veſiculas eſſe ſcripſit Auicennas.

Cauſa antecedens eſt quandoque iecur generans multam copiam horum humorum, vel etiam lien, ſi plus attrahat, quàm poſſit concoqui ac reliquum humoris decurium ad inteſtini extremum venis mediantibus transferatur;

A quare diſpoſitio tam hepatis, quàm lienis cauſa eſſe poteſt collectionis huius melancholici, aut pituitoſi humoris.

Cauſę verò exteriores alimenta ſunt, & modus viuendi in omnibus alijs ſex rebus non naturalibus, ſicuti eſt potus aquæ paluſtris, vel etiam putealis, vinum craſſum, turbulentum, nouum, & nigrum.

B Sed cauſæ, quæ gignunt hæmorrhoidas fluentes, ſunt quæcunque vim obtinent aperiendi ora vaſorum, inter quas eſt ventus auſtralis, quod relaxandi facultatem habet, vnde meritò ſcripſit Auicennas in conſtitutione, & regione auſtrina hæmorrhoides multiplicari.

C Quædam etiam applicantur partibus hiſce exterius, quæ vi prædita ſunt huiuſmodi venas aperiendi, vt cucurbitæ, fomenta nimium calida, immiſſio tam clyſteris acris quàm etiam ſuppoſitorij, nimius & violentus motus, vt equitatio, deambulatio, vigiliæ quoque immoderatæ, timor magnus, & repentinus. Veniamus ad ſigna.

DE SIGNIS HAEMORRHOidum.

D SIgna hæmorrhoidum, quæ extra ſunt, & earum, à quibus exit ſanguis, à ſenſu petuntur: quæ intus exiſtunt difficiliori negotio cognoſcuntur, & vix alia ratione deprehendi poſſunt, quàm ab ijs, quæ nobis ægrotantes referunt.

E Exteriores verò, quia varias habent figuras, per eas diſtinguuntur, cum aliæ ſint referentes verrucæ formam, aliæ acinorum vuæ nigræ figuram repræſentent; aliæ denique mori nigri, & aſperi formam, ſicuti illud eſt rubi, quæ differunt à condylomatibus, àthimis, creſtis, mariſcis, & fragadijs, cùm huiuſmodi affectiones non ſint venarum, ſed cutis excreſcentiæ, & fiſſuræ extra ani limites.

Vnde

• Vnde aliquando decipiuntur ignari Medici exiſtimantes haſce excreſcentias hæmorrhoidas eſſe, proinde oculati eſſe debent, ne decipiantur, cum diuerſa ſit curatio hæmorrhoidum à dictis excreſcentijs,

Cœcæ verò cognoſcuntur, eò quòd nihil ab illis effluit, quemadmodum è contra hæmorrhoides fluentes à ſanguine melancholico exeunte facilè cognoſcuntur, & quia ſanguis non admiſcetur excrementis.

At internæ dignoſcuntur à dolore, quem faciunt circa anum in partibus internis, neque ijs affecti recipere, aut admittere poſſunt clyſteres, aut ſuppoſitoria. Hæc de ſignis.

DE FVTVRO EVENTV *hæmorrhoidum*.

QVod ad prædictiones attinet, vel conſideramus hæmorrhoidas fluentes, vel minimè fluentes, & vtro contingat modo, vel internæ ſunt, aut externæ, & rurſus vel cum dolore, aut ſine.

Si primo modo eas conſideremus, dico, quod aliquando ſunt ſalubres, liberantq; homines à melancholia, & renum vitio; nam vt Hippocrates dicebat, melancholicis, & renum vitio laborantibus hæmorrhoides ſuperuenientes bonum.

Internæ cœcæ, & dolentes vix, & cum magna difficultate curantur, vnde dicebat Aetius miſeram vitam eos ducere, qui huiuſmodi hæmorrhoidibus tentantur. Galenus lib. 1. ad Glauc. 14. 2. de præſag. ex pul. cap. 4. 3. de natural. facult. cap. 8. ait hæmorrhoides immoderatè, & præter naturam fluentes, animi deliquia, ac pulſus vermiculares efficere: præterea malum habitum, hydropem, apoplexiam, & mortem etiam conſueuiſſe inducere.

Hinc Galenus 4. aph. 21. comm. ad finem ſcribit hæmorrhoidibus non eſſe naturam aſſuefaciendam, quoniam peri-
A culoſus eſt exceſſus, ſiue ſupra modum ſanguis excernatur, ſiue ex toto ſupprimatur.

Apertę verò, vbi immodicam ſanguinis copiam ducant, deformitatem faciunt propter totius corporis vitium ex euacuatione ſuccedens, & quod magis eſt, ijs oppreſſi in hydropem incidunt.

Dicebat Hippocrates lib. 6. aph. 12. à diuturnis hæmorrhoidibus ſanato, ſi
B vna non ſeruetur, periculum eſt aquam inter cutem, aut tabem aduenire; nam vt Galenus in comm. ait, vbi item ſanguis interclusus fuerit, & duritiem in hepate facit, ſimulq; multitudine grauans, ac craſſitudine, calorem in ipſo extinguit, cum tale quid accidat, quale in flammis exterioribus, in quibus multa ligna ſuperpoſita ſtrangulant ignem, atq; extinguunt. Hæc de prognoſticis
C ad curationem propero.

DE CVRATIONE HAEMORrhoidum *per victus rationem*.

QVamuis in omnibus hæmorrhoidibus curandis auxilia petantur à triplici illo medicinæ inſtrumento, non tamen indifferenter ipſa medicamenta hiſce applicantur, cum indicationes di-
D uerſæ ſint pro diuerſitate affectionum, quibus ipſæ complicantur.

Quandoquidem illæ, quæ tumore aliquo ſunt affectæ, aliam requirunt medicamentorum applicationem; omnis enim tumor, vel per reſolutionem tollitur, aut ſuppurationem; quæ verò nimium ſunt apertæ, adſtrictionem, & conſolidationem requirunt; cœcæ denique aperiendæ veniunt, & tandem illæ,
E quæ extra ſunt, nec amplius reſtitui in priſtinum poſſunt, requirunt ex toto amputationem.

Quare indicationes ſunt diuerſæ, ſed iam breuibus dicamus curationem competentem hæmorrhoidibus tumore affectis, & quid in vniuerſali per diætam, & chirurgiam fieri conueniat.

In victus quidem ratione inſtituenda, ea intelligenda ſunt, quæ bonos humores, nempe euchimos, & facilis coctionis producant, & omnia moderata ſint in ſex rebus non naturalibus; motus in primis vitandus eſt immoderatus, ſed potius quies imperanda.

DE CVRATIONE HAEMORrhoidum per Chirurgiam.

DE Chirurgia ita ſtatuendum eſſe ex Galeni ſententia puto, ſi à principio huiuſmodi tumores in hæmorrhoidibus fiant, ſiue intus ſint, ſiue extra, ſanguis mittendus eſt, ſi vires ſint validæ, à partibus ſuperioribus, nempe ex vena communi, aut ięcoraria, quę ad cubiti regionem eſt.

Si verò iam antiquati ſint, ſanguis mittitur ex poplite (ſi reperitur aliquis, qui ſciat hinc mittere ſanguinem) ſin minus mittatur ſanguis ex vna ex ſaphenis, quæ ſunt ad malleolos internos.

DE CVRATIONE HAEMORrhoidum per Pharmaciam.

QVod ad Pharmaciam ſpectat, alia ſunt, quæ alterare poſſunt craſſos hoſce humores, & eos attenuare, & alia ſunt, quæ eos educere poſſunt, quæ in hoc caſu rarò, aut numquam adminiſtranda veniunt, ne ad partem affectam humores trahantur.

Sunt modò, & alia medicamenta, quæ topica vocantur, ſeu localia, quibus medici ſatisfaciunt indicationi deſumptæ à materia intus contenta, quæ vel apta eſt reſolutioni, vel ſuppurationi.

Si duriores fuerint, quemadmodum dictum eſt in verrucis, tunc emolliendum ſimul ac reſoluendum balneis, aut fomentis, vel etiam euaporationibus ex decoctis.

Maluarum,
Althęæ,

A Fænugræci,
Seminum lini,
Florum ſtœcadis,
Chamęmeli,
Meliloti, vt exempli gratia.

℞. Maluarum,
Althęę, ana manip. j.
Fœnu gręci,
Sem. lini, ana drach. iſ.
Florum chamæmeli,
B Stœchados,
Meliloti, ana p. ij.

Vnguentum.

℞. Medullæ cerui, vnc. j.
Olei ex nucleis perſicorum,
Olei amygd. amararum, vnc. j.
Bdellij, vnc. ſſ.
Miſce, & fiat vnguentum ſecundum artem.

In dolore.

C ℞. Pulpæ pom. ſub prunis coctę, vnc. iiij.
Pulpæ caſſiæ, vnc. ij.
Farinæ ſem. lini, vnc. j.
Requiei Nicolai, drach. j. m.

Deinde facta vel fomentatione, aut euaporatione, aut inſeſſu ex rebus prædictis pars ipſa exterius inungi debet

Oleis ex nucleis perſici,
Ex amygdalis amaris,
Ex medulla ceruina, &
D Ex bdellio.
Et quæ ſunt huius virtutis.

Vbi verò videantur ad aperitionem tendere, poteſt fieri tale emplaſtrum.

℞. Pomorum appiorum pulpæ coctæ in ſapa, quantum ſufficit, lib. ſſ.
Contundantur in mortario addendo.
Croci, ſcrup. ij.
Medullæ panis tritæ, & lacti maceratæ, vnc. iij.
E Vitelli ouorum, numero ij.
Olei amygd. dul.
Violati, ana vnc. j. ſſ.
Miſce, fiat emplaſtrum.

Si verò hæmorrhoides adhuc duræ ſint, vt verrucæ, huiuſmodi emplaſtrum valet.

℞. Mu-

℞. Mucilaginis althææ,
Fœnugræci, ana vnc. ß.
Olei violati,
. Amygd. dul. ana drach. v.
Butyri recen.
Vitelli vnius oui.
Miſce, & fiat linimentum.

Ad hæmorrhoidas morales.

℞. Reſinæ pini albæ,
Olibani,
Galbani, ana drach. j.
Olei roſati, vnc. ß.
Pinguedinis gallinæ,
Anatis,
Anſeris, ana drach. j.
Ceræ quantum ſufficit, fiat vnguentum.

Alia indicatio deſumitur ex aperitione, quæ adſtringi indicat; nam inſtituta prius victus ratione, qualem diximus in dyſenteria, & fluxu ſanguinis, mittendus eſt ſanguis, ſi vires ferant, à partibus ſuperioribus, & tandem accipienda ſunt medicamẽta tam interna, quàm exterius applicanda.

Interna ſunt.
Pilulæ de bdellio,
Michleta,
Trochiſci de ſuccino,
De terra ſigillata,
De Karabe,

Triphera minor cum ſquamma ferri, de qua vide Dominicum Leonem, vbi etiam proponit confectionem de ſquamma ferri lib. 4. ſuę praxis ſect. 3. cap. 10.

Externa verò quædam iecori applicantur, quædã ipſis hęmorrhoidibus; ad hepar quidem, quę corroborandi, & adſtringendi facultatem habent, de quibus ſæpius diximus, & omnes ſcriptores tradũt, & Galenus pręcipuè 9. de comp. med. loc. cap. 6.

Inter alia, quæ ad hęmorrhoidas applicantur, illud eſt omnium pręſtantiſſimum, quod idem Galenus pulcherrimè deſcribit lib. 5. meth. med. cap. 4. ad hunc modum.

A ℞. Aloes.
Thuris,
Sang. draconis,
Boli armeniæ,
Pilorum leporis, ana drach. j.
Contuſis omnibus cum albumine oui, & tela aranea excipiantur.

Aliud.

℞. Pilorum leporis,
Maſtiches,
B Olibani, ideſt, thuris,
Acaciæ,
Rhu,
Baccarum myrti.
Sanguinis draconis,
Telæ araneæ,
Omnia puluerizata excipies candido oui.

At ſi venæ hæmorrhoidales cœcæ fuerint, ſiue intus reconditæ, ſiue extra
C apparentes, atque turgidæ, ſiue ad ſuppurationem redactæ, ſiue non, aperiendæ ſunt, inſtituta priùs victus ratione, & habita totius corporis conuenien te prouidentia.

Quamuis non deſint reprobantes huiuſmodi aperitionem, inter quos eſt Alexander Maſſarias lib. 3. ſuę pract. cap. de hæmorrhoidibus, adductus hac ratione; quia nõ eſſent aperiendæ ſiccæ hæ
D morrhoides, niſi quando ſanguine turgent, & ſanguis ſponte exire non poreſt, at ſi tum aperirentur, periculum eſſet de maiori ſanguinis attractione, proinde longè melius eſt euellere materiam ad partes ſupernas, quod Galenus docuit lib. de cur. ratione per ſanguinis miſſionem cap. 19 per ſectionem nempe alicuius venæ exiſtentis ad brachij cubitum, quod præſidium mirificè extollit
E tamquam ab eo multoties probatum.

Sed ne tempus conteramus, breuibus dicendum eſt, quod vbi repletæ ſint hæmorrhoides à ſanguine, vel corpus purum eſt, aut impurum; ſi primo modo, dico, quod poſſumus ipſas aperire; ſicut è contra ſi corpus plethoricum ſit, & adſit periculum maioris fluxionis ad hęmor-

morrhoides, in primis mittendus eſt ſanguis à partibus ſuperioribus, nempe à brachio, tum euacuandi, tum etiam cauſa reuellendi.

Hac prorſus ratione agendũ eſſe ſcribit Galenus lib. de curan. rat. cap. 19. nam ad euocandas hæmorrhoides, mittendus eſt ſanguis à partibus infernis, ad ipſas verò ſiſtendas à partibus ſuperioribus, poſtremò euacuandum eſt à parte affecta.

At vbi euacuatum fuerit corpus, poſſumus ſanguinem rurſus mittere à talo, aut poplite; at ſi nõ ſufficiat huiuſmodi duplicata ſanguinis miſſio, poſſumus deuenire ad apertionem venarum, ſed quibus auxilijs id faciendum, non admodum manifeſtum eſt, cum alij dicant affricandas eſſe hæmorrhoides rebus aſperioribus, vt ſunt ficus folia, & quædam huiuſmodi.

Alij verò dicunt eſſe deueniendum ad ſectionem ipſam: alij tandem hirudines probant, vt ſunt recentiores, cum ex antiquioribus nullus ſit, qui huiuſmodi auxilium vnquam ſcripſerit, aut probauerit; contrarium tamen oſtendi ſeptima Decade meorũ Miſcellaneorum cap. de hirudinum applicatione.

Sed determinatio hæc deſumi facilè poteſt à natura affectus ipſius, & à ſymptomatibus; nam ſi exempli gratiâ cœcæ fuerint hæmorrhoides, ſine tumore notabili, nec dolore, conſueuerintque erumpi ſtatutis quibuſdam temporibus, at retineantur, earumque retentionem ſequatur, aut pruritus ad partes illas affectas, aut videatur intus materia, quę exitum quærat, dico, quod frictionibus cum rebus aſperioribus vti poſſumus; at ſi dolor fuerit, ab ipſis cauendum eſt. Poſſunt etiam partes hæ foueri aliqua ſpongia in tepidam aquàm immerſa; vel etiam facta inſeſſione in aqua tepida.

Atqui ſi tumor extra appareat in ipſis venis, qui nec medicamentis, nec alia opera reſolui poſſit, tunc materia intus exiſtens ſenſibili via euacuanda eſt, &

A eò tutius, ſi hæc ipſa ad ſuppurationem tendat, idq; nouacula faciendum.

Si verò tumor quidem adſit, ſed intus, vbi non poſſint adminiſtrari prædicta inſtrumenta, tunc hirudines applicandæ veniunt, & quamuis antiquorum nullus vſum ipſarum probauerit, non eſt tamen dicendum iſtud auxilium non conuenire, cum experientia rerum magiſtra oſtendat ex harũ applicatione e-

B uacuari ſanguinẽ craſſum, & nigrum in ijs partibus contentum, & quãuis vulnus ab illis factum exiguum videatur, eſt tamen ſufficiens ad ſanguinem ibi contentum euacuandum, quare dicimus præmiſſis præmittendis, poſſe nos tutò aperire venas hæmorrhoidales cœcas, ſiue intus reconditæ fuerint, ſiue extra appareant.

C Quod modò ſpectat ad ſectionem illam, quæ fieri, aut ab aliquibus proponi conſueuit, quod quando hæmorrhoides adeò extra adaugentur, vt nec internis, nec externis medicamentis curari poſſint, tunc ſecandæ ſunt, aut prius deligandæ, atque amputandæ, & deinde adurendæ, communis medicorum ſchola arbitratur ſeruandum eſſe Hippocratis conſilium, qui ſcribit 6. aph. 12. hæmorrhoides longo tem-

D pore fluentes, non eſſe cohibendas, ſed ſaltem vnam relinquendam apertam, per quam natura, ſicut antea facere ſolebat, corporis excrementa poſſit purgare. Eandem Hippocratis ſententiam Galenus in comm. probat rationibus, ab omnibus etiam authoribus conceſſis.

Vbi igitur antiquatæ, & plures ſint hæmorrhoides, à quibus ſanguis exeat, omnes (vna excepta) ſecandæ, & curan-

E dæ veniunt; cui opinioni Aetius ſolus lib. 14. cap. 5. auſus fuit contradicere, qui nititur etiam probare ex Hippocratis ſententia omnes eſſe ſanandas.

Sed rectè ſentiunt omnes; nam Hippocrates loquitur de antiquatis, quæ plures ſunt, è quibus relinquenda vna eſt, ad hoc vt expurgetur craſſus, & mela-

A lancholicus humor, qui iam diù aſſueuit per hanc viam expurgari; Aetius verò loquitur de hæmorrhoidibus non ita antiquatis, quæ curati poſſunt omninò.

Propter hoc inſtituenda primùm eſt victus ratio, & in reliquis corpus ab omnibus excrementis probè mundare oportet. Sed vide quid de hac materia ſcripſerit Maſſarias in ſua medica praxi hoc capite.

B Sed vnum relictum videtur fuiſſe ſymptoma cęteris omnibus anteponendum, illud autem eſt dolor, qui quidē, vel habet rationem vrgentis, vel minimè. Si primo modo, omnia à medico tentanda ſunt, quibus poſſit auferre dolorem, quæ autem, ipſum de medio tollunt, anodina vocantur, in duplici differentia poſita, vt in cap. de colico dolore diximus; quædam enim propriè talia ſunt, C alia verò impropriè, quæ & narcotica appellantur, id eſt ſtupefacientia; nam tollunt partis ſenſum.

Hæc autem adminiſtrari conſueuerunt in cura coacta, hoc eſt, maximè vrgente dolore, & in duplici ſunt diſcrimine; cum alia leniora, alia validiora exiſtant, vt fomenta, aut lotiones, vel vnguenta, vnde in hoc caſu præparari poteſt tale decoctum.

D ℞. Fol. lactucæ,
Maluarum,
Violarum,
Mandragoræ,
Hyoſcyami,
Cap. papauer.

Vel fiat linimentum,
Ex vnguento populeo, nec non de nenuphare.

Vel parare aliud poteritis,
Cum opio, aut
Requie Nicolai, aut
Philonio aut,
Theriaca recente,

Anodina verò propriè dicta ſunt plura, vt
Chamæmelum,
Melilotum,
Fœnugræcum,
Semen lini,
Anethum,
Et id genus.

Sed quæ propriè tollunt dolorem hæmorrhoidum ſunt, verbi gratia

Lac, oleum roſarum, & emplaſtrum ex his factum, & panis mica, & alia plura ab Authoribus ſcripta, vt

Oleum nuclei mali perſici,
Momordicæ,
Ex nucleis ceraſorum,
Ex cyclamine,
Ex ſem. lini.
Ex præcocijs.

Sed in curatione vitiorum ſedis medicus animaduertere debet, quæ à Galeno ſcribuntur 9. de comp. med. loc. cap. 6. nempe ea eſſe difficilis curationis, tum quia pars exquiſiti eſt ſenſus, tum quia eſt excrementorum effluuium, tum maximè quia loci huius caliditas, & humiditas non poteſt tam facile à ſiccis, & frigidis medicamentis ſuperari.

Et hæc de vitijs recti inteſtini, & omnium inſtrumentorum primæ coctioni famulantium: relinquitur, vt renum, vreterum, & veſicæ vitia examinemus, de quibus in ſequentibus.

DE MORBIS PARTICVLARIBVS RENVM, ET VESICAE.

DE LAPIDE RENVM.

CAPVT VIGESIMVMNONVM.

IN tractanda materia affectuum præter naturã tam renum, quàm veſicæ ſcriptores non ſeruant eundem ordinem; nam alij primò auſpicantur à morbis veſicæ, alij à morbis renum. Quorum etiam nonnulli primò inflammationem renum conſiderant, deinde alios morbos ſingillatim examinant, quouſq; omnes ad finẽ vſq; perduxerint.

Mercurialis verò ab omnibus diuerſus incipit tractationem hanc à renum obſtructione, cum autem, & inflammatio, & alij tumores, nec non calculus poſſint eſſe obſtructionis renum cauſa de illis in hoc capite ante alios renum affectus tractationem inſtituit.

Sed ne perſequi aliorum ordinem, aut ipſum reprehendere velle videar, ab ea affectione exordiri decreui, quæ ſæpius renes tentari conſueuit, & quæ videtur eorum magis propria, deinde de alijs ſingillatim.

Eſt autem illa affectio à Galeno, & Græcis omnibus appellata lithiaſis, & quamuis omnes renum affectiones præter naturam dicantur nephritis, magis tamen proprie de calculo dicitur, authore Galeno libro de dignotione, & renum A curatione cap. 2. ſi tamen liber hic cenſeri debet Gal. legitimus, cuius quidẽ doctrina digna eſt, vt ſub Galeni nomine circumferatur.

Is igitur cap. 2. huius libri pulcherrimè ſcribit nephriticam paſſionem magis propriè prædicari de lithiaſi, quamuis omnis renum præter naturam affectio dicatur nephritis; tractabimus ea propter primò de nephritide, ideſt lithiaſi, B deinde de dolore, tertiò de inflammatione, quartò de vlcere, & tandem de diabete, quibus ita ſtatutis, venio ad lithiaſim, cuius definitionem, cauſas, ſigna, prædictiones, & curationem in medium iam affero.

Quod attinet ad nomen huius affectus, à Græcis dicitur lithiaſis, quæ vox ſi ad ſermonem noſtrum transferatur, poterit appellari lapidatio, ſeu (vt melius C dicam) materia, quæ in lapidem conuertitur, aut conuerſa iam eſt, & quamuis in veſica, & in alijs etiam corporis partibus lapis generari poſſit, nihilominus ille, quę fit in renibus appellatur per antonomaſiam quandam lithiaſis, à noſtris verò vocatur lapis, aut renum calculus.

Huius affectionis natura ſe conſiderandam offert, vel vt lædit actionem renum,

num, vel vt eſt lapis quidam genitus in cauitate, aut ſubſtantia ipſorum. Primo modo accepta, vt morbus definienda eſt, diciq; poteſt, quod ſit morbus in via, aut numero adaucto lædens operationem renum, vt ſunt membra naturalia, & vt ſunt partes animales; nam vrinæ exitum impedit, & dolorem inducit: hinc eſt etiam, quod nonnulli dicunt eſſe dolorem, ſeu acerbiſſimum cruciatum renum, aut vaſorum ab illis dependentium, quæ vreteres appellantur.

Non deſunt alij dicentes eſſe cauſam morbi, non morbum, vt doctiſſimus Mercurialis, qui inquit, lapis eſt ſubſtantia, & ſi ſtatuatur, quod ſit morbus, concedendum quoque erit morbum ſubſtantiam eſſe, quod eſt præter rationem.

Addit nec dicendum eſſe ſymptoma in excrementis, quia excrementa habent neceſſariam in corpore generationem, lapis verò minimè habet generationem neceſſariam, quare nec morbus, nec ſymptoma dici poterit, quare ſecundùm ipſum erit cauſa, nimirum obſtructionis.

Sed huiuſmodi ſubtilitates captiunculæ ſunt, quia cùm renes à natura dati ſint, vt ſecernant lotium, illudq; expellant, eorum actio eſt expulſio ſeroſæ materiæ, nec non, & eiuſdem attractio; per eorum enim ſubſtantiam neceſſariò hæc ipſa percolatur, inde ad veſicam transmittitur, quando igitur nec poſſunt attrahere, & percolare, nec inde materiam hanc expellere, procul omni dubio, quod eorum actio læſa dicitur.

Non poteſt autem actio partium lædi, niſi à morbo, qui morbus in vniuerſum eſt duplex, nempe vel facultatem lædens, aut eandem impediens: facultas læditur ab intemperiebus, impeditur autem à morbis in compoſitione: hi autem ſunt vel magnitudinis vitiatæ ratione, aut figuræ, vel ſitus, aut numeri adaucti.

Sed nec magnitudo in lithiaſi, nec figura, aut ſitus impediunt, aut lædunt re-

A num operationem, nempe vrinæ ſecretionem, aut expulſionem, ergo neceſſariò ſequitur, vt ſit morbus in numero. Quando igitur calculus lædit hanc operationem, dicitur morbus, & quando inducit dolorem, non morbus, ſed cauſa morbi cenſetur, quia vel inducit ſolutionem continui, aut intemperiem.

Quare ſi conſideretur lapis, vt eſt quid præter naturam in renibus genitus, B procul omni dubio morbus appellari debet, quia lædit immediatè operationem, idq; non facit vt ſubſtantia, ſed vt eſt in media via impediens operationem, quamuis poſſit appellari ſymptoma in exeretis mutatis, Galenus lib. de diff. morb. cap. 8.

Nam lapis conſideratur, vel vt corpus eſt, vel quatenus ortum ducit ab ex- C crementis, ſi primo modo eius generatio, non eſt neceſſaria; ſecundo modo eſt neceſſaria, quare Mercurialis nihil concludere videtur, cùm non ſatis pateat ex ſuis rationibus, calculum non eſſe morbum, aut ſymptoma; nec deinde concludit ipſum eſſe cauſam morbi, nempe obſtructionis, quamuis poſſit appellari cauſa obſtructionis, quod obſtruat canalem, aut foramen, per quod D vrina debet exire.

Calculus igitur primo modo conſideratus eſt morbus in numero adaucto, aut in via, cùm ſit adauctum aliquid præter naturam, quod eſſe non deberet.

Si verò ſecundo modo conſideretur, non eſt morbus, ſed ſubſtantia quædam, & (vt inquit Altimarus) eſt corp' quoddam durum inſtar lapidis, aut tophi ge- E nitum præter naturam in cauitate, aut renum ſubſtantia, ſed vtcumque conſideretur, ſiue vt morbus, ſiue vt corpus durum, aut vt lapis, eſt ſemper quid præter naturam in renibus, aut veſica natum, quod à ſuis cauſis producitur.

Quare cauſæ à nobis indagandæ veniunt; ſed relinquimus differentias deſumptas à magnitudine, & figura, cum cla-

clariſſimum ſit alios eſſe calculos maiores, alios minores, alios mediocres; figura quoque inter ſe diuerſi ſunt, cum alij angulares, alij aſperi, & alij lenes reperiantur.

DE CAVSIS LAPIDIS *Renum*.

VEnio ad cauſas tam internas, quã externas. Internæ cauſæ plures quidem ſunt; nempe immediatæ, & proximæ, quæ coniunctæ; nec non mediatæ, quæ antecedentes dicuntur, quarum aliæ ſunt materiales, aliæ efficientes, & aliæ formales. De finali cauſa non eſt, vt quidquam dicamus, cum morbi careant fine.

Materiales cauſæ ſunt humores, aut excrementa, efficientes verò aliæ ſunt naturales, aliæ præter naturam. Naturales eſſe poſſunt diſpoſitiones ipſorum renum à natura inductæ, & à ſemine paterno; nam inter alios morbos calculi habentur hæreditarij.

Inſtrumentales cauſæ efficientes ſunt etiam diſpoſitiones accidentales, quæ & naturales dici poſſunt quemadmodum eſt calida ipſorum renum intemperies, aut anguſtia vaſorum, aut totius corporis diſpoſitio apta ad generandos humores, à quibus calculi, aut arenæ generari poſſunt; eſt & habitus totius corporis eiuſdem temperies, atq; ætas.

Cæterum cauſæ præter naturam ſunt morbi in intemperie, in ſoluta continuitate, & in mala compoſitione. Formales verò cauſæ ſunt ipſæ figuræ.

Cauſę exteriores ſunt omnes res non naturales tam neceſſariò, quàm non neceſſariò occurrentes, de quibus omnibus agendum proponitur, & quia cauſæ materiales tam coniunctæ, quàm antecedentes ſunt eiuſdem generis, nec differunt, niſi quia coniuncta cauſa eſt humor proximus, ex quo fit lapis; antecedens verò eſt paulò remotior in habitu corporis exiſtens, ſub vno, & eodem nomine comprehenduntur.

De materia immediata lapidis pulchrè Galenus in libro præcitato capite 2. loquitur, & 1. in 6. epid. comm. 6 3. de aliment. facult. 13. necnon 3. aph. 23. vbi dicit eſſe ſuccum craſſum, & glutinoſum, in quo quidem aliquando magna copia craſſi humoris, nonnumquam verò glutinoſi reperitur.

Cum autem ſint quatuor humores in corpore, ac venis, eſſe poteſt ſanguis ſe ipſo craſſior factus, vel magis pituitoſus, vel magis ad atram bilem, aut ad bilem tuſam tranſmutatus, quare omnes humores in corpore exiſtentes ſe ipſis craſſiores effecti poſſunt eſſe cauſa materialis, ſiue immediatè in renibus, ſiue in vaſis iiſdem renibus propinquis exiſtant.

Cauſa antecedens eſt cruditas, ſeu humores crudi in ventriculo geniti, deinde ad iecur, & tandem per venam cauam ad emulgentes delati.

Sed dicet quiſpiam Aetium libro 9. cap. 5. ſcripſiſſe cruditates aſſiduas, ex quibus materiæ incoctæ, & crudæ multitudo congregatur. eſſe calculi materiam, non igitur ſanguis craſſus, aut pituitoſus, vel melancholicus, autblioſus aſſignari poteſt pro calculi materia?

Reſpondeo, & dico huiuſmodi cruditates generari in ventriculo, inde ad iecur, & ad renes trahi, etſi chylus non fuerit à ventriculo perfectè coctus, neq; etiam in naturam ſanguinis perfectè cõuerſus, hinc crudus remanet, & pro chyloſæ materiæ diuerſitate modò pituitoſus, modò bilioſus, modò melancholicus efficitur, & hoc modo cruditates dicuntur eſſe materia calculi, quia à renibus trahuntur.

Id pulchrè Galenus præcitato loco declarat, dicens, quod ſanguis, qui in renes fertur, aut craſſior ſe ipſo eſt, aut pituitoſior, aut magis ad atram bilem, aut tuſam demutatus, ferturque ad eos per venas, & arterias, vel in cauitatem, vel ſubſtantiam: ſi quantitatem,

vel

vel qualitate, vel conſiſtentia excedat, adſtringitur, detentuſque concipit caliditatẽ præter naturam, quæ amplius cõdenſat, agglutinat, & aſſat, ipſumque aſſatum in terram, & lapidem cõuertit.

Ad hoc igitur vt calculus fiat, requiritur; vt materiæ crudæ ſint, & in venis contineantur, deinde vt à renum vi attractrice vna cum ſero in illis contento, mediantibus emulgentibus venis ad eoſdem renes ferantur, ac ibi cum te tineantur, nec extra pelli poſſint, neceſſariò ſequitur, quod conuertantur in lapidem, aut tophum.

Vbi diù non retinentur, à virtute renũ ſegregatrice id omne, quod in vrinis pulſum tumet arenoſum, in ipſis ſedimẽtum proueniet, & ſi infractu, & ſolutu difficilè ſit, quod cauitas renis ſuſcipit, aliud adhuc non abſimile ex caua vena immiſſum deinceps admittit, & lapidem auget.

Sanguis enim per venas renis reponitur ad renum ſubſtantiam, apertis ipſarum oſculis, à quibus etiam ſerum exit tam ab illis expulſum, quàm à renis ſubſtantia attractum, quodque vtile eſt, conuertitur in ſubſtantiam ipſius renis, quando verò ſuperfluum eſt, cum ſero ad renis internam capacitatem cadit, cum autem ſit craſſarum, & glutinoſarum partium, neque ſimul cum ſero extra exire poſſit, neceſſariò conuertitur in arenas, & lapillos.

Itaque lapis non contemnendæ magnitudinis exurgit; primò enim retinetur materia, ad quam ea, quæ à venis tranſmittitur, & à renibus attrahitur, circumlinitur, & obuoluitur, & hoc modo per nouæ materiæ additionem augetur lapis in renibus.

Sed cùm locus duplex ſit in renibus, nempe corpus, ſeu ſubſtantia ipſorum, nec non, & cauitas, iure meritò inquiri poteſt, an in vno tantùm loco, an verò in vtroque lapis generari poſſit? cui Galenus reſpondet dicens in corpore, & in cauitate poſſe retineri ipſam materiam,

A quod cum ita ſit, clarum etiam eſt fieri poſſe, vt in vtroq; loco lapillus generetur: hæc de materia tam remota, quàm proxima.

Cauſa autem efficiens neceſſariò eſſe debet qualitas actiua, quæ huiuſmodi materiam concreſcere faciat, hęc autem alia eſſe non poteſt, quàm caliditas, aut frigiditas cùm ex Ariſtotelis ſententia omnia, quæ concreſcunt, vel à calido,

B vel a frigido id patiantur, non à frigido, quia, vt Galenus docet cap. 2. libro de cognitione, & curatione renum affectuum, non datur in corpore viuente tanta frigiditas, quæ poſſit conglobare, & cogere humores.

Deinde quæ concreſcunt à frigido, aqueæ ſunt naturæ, cuiuſmodi nihil reperitur in corpore abſolutè, nec pars aliqua eſt, in qua diù retineri poſſit. Suc-

C cedit, quod ſi lapis concreſceret, fieret non ſecus atq; glacies.

Ex his igitur clarum eſt non poſſe lapidem in renibus concreſcere à frigido, relinquitur igitur, vt caliditas ſit cauſa efficiens. Huiuſmodi autem caliditas erit intemperies calida ipſorum renum, vnde Alexander dicebat igneam caliditatem renum eſſe calculorum effectricem cauſam, & Aetius dicebat eſſe ar-

D dorem circa renes.

Sed non propterea ſemper caliditas inſignis generat lapidem; nam cum duplex eſſe poſſit caliditas, tam naturalis, quàm præter naturam, nempe vehemẽs caliditas, & moderata, aliquando contingit a vehementi caliditate lapidem generari, aliquando verò à tepore, ſeu à calore moderato, idq; contingit materiæ diuerſitatis ratione.

E Nam cum eadem, authore Galeno, materia generationis calculorum ſit duplex, craſſa nempe, atq; tenuis, ex materia craſſa à caliditate moderata, & etiam naturali generatur lapis; craſſities enim materiæ ad generandum lapidem ſingulariter eſt accommodata; nam ad firmandam, & indurandam terræ modo

craſ-

craſſam materiam ſufficit caliditas naturalis at ex tenui materia difficilius generatur lapis, ideo indiget validiori caliditate, ſiue ipſa fuerit naturalis, ſiue præter naturam, qua poſſit dureſcere vt lapis.

Vnde Galenus 6. epid. comm. 1. tex. 5. ſcriptum reliquit, interdum ex purulenta humiditate, aut ex putulenta, & pituitoſa permixta in corpore animãtis fieri tophaceum lapidem, reſolutis nimirum à vehementi caliditate tenuioribus partibus, atque humidioribus exiccatis, nec non incraſſatis terreſtrioribus.

Hoc idem Galenus exemplo deſumpto à rebus exterioribus egregiè demõſtrat; nam ſi in lebete caliditate aqua ebullierit, reſoluuntur aqueę, & tenuiores partes, & terreſtres incraſſantur, & concreſcunt lapidis in modum, hancq; lapidis generationem in renibus fieri ſcripſit idem Galenus in epid. præcitato loco, quæ & in articulis euenire conſueuit.

Materia igitur lapidis poteſt eſſe quiuis humor in corpore delatus ad renes, ſiue tenuis, ſiue craſſus fuerit, faciliùs tamen ex craſſo, quàm ex tenui generatur.

Cauſa efficiens eſt calor moderatus, & immoderatus renum: locus eſt corpus, nempe ſubſtantia, & cauitas eorundem; modus eſt, vt ad renes per emulgentes ſimul cum ſero materia transferatur, ibi immoretur vſq; ad nouę materię additamentum; ſic enim pro longiori, & breuiori mora, modò lapis, modò arenulæ generantur, & pro maiori, minoriq; ipſius materiæ glutinoſitate; nam ſi craſſa, & glutinoſa diù remanſerit, generatur lapis, atqui ſi non multum mãſerit, minuſuè glutinoſa fuerit, generantur arenulæ, vt idem Galenus teſtatur libro præcitato cap. eodem.

Huiuſmodi cauſæ efficientes ad cauſas vocatas antecedentes referri poſſũt, nempe ad intemperiem calidam renum,

A & iecoris, tam naturalem, quàm præter naturam, ad habitum corporis, & complexionem calidam, ad ætatem, ad renũ, & vaſorum compoſitionem.

Vnde Galenus lib. citato, dicebat iuuenes, ſeu adultos promptiùs incidere in lithiaſim renum, pueros verò in lithiaſim veſicæ, & rationem affert, quia in pueris actiones naturales omnes ſunt validæ, fuſaq; eſt in eis, & diſſoluta omnis B craſſities ſuccorum.

Contrario modo ſe res habet in his, qui in ætate proceſſerunt; nam debilioribus actionibus redditis coacta eſt ſuccorum craſſities, vbi igitur diffuſa eſt materia, vt deorſum deſcendat à renibus per vreteres ad veſicam, eſt neceſſe, quę ſi non eſt fuſa, retinetur in renibus: ætas igitur poteſt dici cauſa antecedens in ætate florente, aut etiam in ætate decli- C nante, in quibus quidem longè actiones ſiunt debiliores.

Conſtitutio quoq; naturalis in eodem cenſu cauſarum reponi poteſt; nam vbi vaſa abducentia vrinam ſunt anguſtiora, retinetur materia, è contra vbi ſunt latiora, facilius defluit, hinc eſt etiam, quod Galenus dicebat in illis fieri facilius lapides, qui venas meſeraicas latas habent, per quas materiæ crudæ transferri poſſunt citiùs, & promptius, nec D non & emulgentes.

Et hac ratione fortaſſe etiam ventriculi frigiditas impotentis perfectè alimentum concoquere, habet rationem cauſæ antecedentis, quia præbet materiam calculi generandi.

Eodem Galeno docente in pueris facilius lapis generatur in veſica; nam cùm eadem materia craſſa fuſa ſit, & à reni- E bus ad veſicam delata, vbi cauitatem veſicæ ingreſſa fuerit, & egreſſus anguſtus reperiatur, diuque retineatur in cauitate, quia veſica ſuaptè natura eſt frigida, & materia in ea conſiſtit, ad illam craſſitudinem reducit, quæ poteſt promptè lapidem efformare; materia enim cùm natura ſit glutinoſa, credi-

bili-

bilius eſt eam ab innato puerorum calore ſubigi, atq; ideo magis vniri, conſiſtere, & condenſari.

Relinquo alias cauſas generationis calculi veſica in pueris, de quibus ſuo loco; ſatis enim eſt, quod cauſa antecedens eſſe poſſit renum, & veſicæ compoſitio; in adultis enim canalis, per quem à veſicæ exit vrina, latior eſt, hinc in ea non poteſt retineri materia iam dicta. Addo, quòd calor ipſorum non eſt ſufficiens ad ſubigendam materiam, quemadmodum in pueris; & hæc ad cauſas internas ſpectant.

Exteriores verò cauſæ ſunt omnes illæ, quæ humores aptos ad calculorum generationem producere valent, inter quæ ſunt alimenta craſsi ſucci, vnde Galenus dicebat obſeruaſſe eos, qui caſei, lactis, & ſimilium rerum eſu delectabantur, in calculum renum, & veſicæ incidiſſe, quare craſſa alimenta, aut etiam cruditates ſunt cauſæ exteriores, nec non aquæ gelidæ potiones immoderatæ, & id genus alia.

Quod ad motum ſpectat, is intempeſtiuus, & inordinatus non modò augere poteſt efficientem cauſam, nempe calefacere nimium, quàm par ſit, renes, ſed etiam poteſt cruditates cumulare, à quibus lapis generatur tanquam à materia.

Animi quoque immoderatæ affectiones, nimiæ vigiliæ, & (vt ſummatim dicam) omnes res non naturales, ſi excedant, poſſunt eſſe cauſa generationis calculi, inter quas venus etiam effrenis reponitur.

Aer quoq; craſſus, nebuloſus, auſtralis adhæret generationi calculi: nimiæ ad hæc repletiones inter eaſdem exteriores calculi cauſas recenſentur.

DE SIGNIS LAPIDIS Renum.

SEd tempeſtiuum eſt, vt ad ſigna deueniamus, de quibus 3. cap. lib. de cognitione, & curatione renum affectuum

A diffusè agit Galenus, Aetius quoq; libro 11. cap. 5. Alexander Trallianus lib. 9. & Auicennas fen. 19. lib. 3. tract. vltimo cap. 18.

Verum quidem, licet ab Authoribus hiſce, & ab alijs plura afferantur ſigna, nullum tamen repetitur, quod pathognomonicum ſit, hoc eſt, declaratiuum ipſius calculi, quamuis nonnulla afferantur diſtinctiua à dolore colico; nam ſcri-

B pſit Galenus à principio ſymptomata calculi ferè eadem eſſe cum his, quæ eueniunt dolori colico.

Sunt autem hæc dolor in ventre inferiori ad vtrumq; latus, non tamen ſemper, ſed modò in vno, modò in altero, aliquando etiam in vtroque; nauſea, atq; vomitus, vrinæ eiectio, tandem tam iuuantia, quàm nocentia ſunt communia in principio ſaltem.

C Nihilominus nephriticus, & colicus affectus, etſi videātur eundem dolorem inferre; differunt tamen ratione modi, intenſionis, ac remiſsionis, & ratione, ſitus, ſic à iuuantibus, & nocentibus, & ab exercitijs diſcriminantur.

Ratione quidem modi, quia colicus dolor hinc inde, vt dictum ſuo locò fuit, vagatur; renum verò dolor eſt firmus, & ſtabilis, ſiue in ſiniſtro fuerit latere, ſi-

D ue in dextero.

At ſi in loco renum fuerit dolor colicus, vix diſtingui poterit, at quando in ſuperiori parte ſentiatur, nempe ſupra renum regionem, tunc colicus eſt dolor: ſitus ad hunc modum eos diſtinguit.

Quod ad intenſionem ſpectat, dolor renum ex Hippocratis ſententia 6. epid. com. primo tex. com. 6 grauis eſt.

E Sed nomine grauis duo intelligere poſſumus, vt docet Galenus in commentario, nempe dolorem grauatiuum, & dolorem acutiſsimum; fiunt enim dolores acutiſſimi, & vehementiſſimi, quando lapides generantur, & quando permeant, præcipuè à renibus ad vreteres.

Sed animaduertendum eſt, quod quan-

quando lapides retinentur in cauitate renum dolorem grauiſsimum, hoc eſt, acutiſſimum facere poſſunt, quia à Galeno conceditur propter naturam vaſorum vreterum, quæ neruoſa ſunt, dolorem fieri intenſiſsimum, vbi ad ipſos lapillus deſcenderit; nam dolor in neruoſis partibus eſt longè acutior, quàm in reliquis non neruoſis.

Eadem prorſus ratione idem lapillus poteſt inducere dolorem, quia vas illud, antequam è cauitate renis exeat, expāditur per totam renis capacitatem, vt anatome docet, quod tamen à pauciſſimis obſeruatum eſt, vbi igitur lapis cōtineatur ibi, ſi præcipuè angulos habeat, dolorem acutiſsimum infert, quia tunc infigitur aliquo angulo in illam vreteris membranam per totam renis cauitatem extenſam; Galenus enim ſcriptum reliquit dolores hoſce fieri diuerſis temporibus; nempe vehementiſſimum, quando lapis generatur, & poſtquam genitus fuerit, ſi mouetur de loco ad locum per partes maximè ſentientes, vt ſunt neruoſæ.

Dolor verò grauis reliquo tempore fit, tuncq; ægrotantes percipiunt dolorem quendam, inſtar rei cuiuſdam pōdus ad hanc partem afferentis: percipiunt in ſumma ægrotantes, pondus inſigne, & fixum, vel in dextera, aut in ſiniſtra parte.

Sed huiuſmodi dolor in colico dolore non percipitur, cùm ſemper, vt dictū eſt, capite de dolore colico, ſit vehementiſsimus, nec fixus.

Sed dicetis Galenum lib. 2. de locis affectis cap. 2. dolorem acerbiſsimum, vehementiſſimumq; percepiſſe fixum in ea parte, qua vreteres à renibus ad veſicam rectà feruntur, ita vt terebra perforari ſibi videretur; dolor tamen non erat in renibus, ſed in colo inteſtino, & à vitrea materia, cui ratione ſimilitudinis, quam cum vitro ſuſo habet, Praxagoras tale nomen ei indidit.

Reſpondeas, quod dolores facti à materia pituitoſa vitrea, ſi fiant in colo inteſtino ea parte, qua renes colum attingit, proſul omni dubio decipiunt medicos, at ſi fiant à flatu, aut ab alia materia, non ſunt fixi, proinde Galenus rectè dicebat oportere ſitum doloris ſuperiorem conſiderare, ex quo clarum fiet non eſſe in renibus, ſi ſupra eorum regionem fuerit.

Sed quando huiuſmodi dolor ambiguus ſentitur, tunc deueniendum eſt ad iuuantia, & nocentia; nam vt colicus à nephritico, aut nephriticus diſtinguatur à colico, clyſteres inijciendi flatum, & materias, à quibus flatus eleuantur, diſcutientes, aut pituitoſam materiam educentes, quemadmodum contigit Galeno, qui ſtatim poſt pituitæ vitreæ eiectionem liberatus fuit, ex quo agnouit non nephriticum, ſed colicum dolorem fuiſſe.

Addit idem Galenus lib. 6. de locis affectis cap. 3. quod in colico, ſi quid ab aluo deijcitur, id quodammodo flatuoſum eſt, & ſæpè numero aquæ ſupernatat, ſimilemque ſtercori bubulo conſiſtentiam habet. At in nephritico dolore vrinæ à principio dilutæ, & puræ redduntur; deinde ſequentibus diebus aſperi aliquid in ipſis ſubſidere videtur, tandem arenoſæ minguntur.

Deinde colici dolores à laxantibus iuuantur clyſteribus, non ita nephritici. Cæterum vbi materia pituitoſa per ſeceſſum exierit, ceſſat colicus dolor: nephritis verò lapide per vrinam exeunte declaratur, quare exeuntia diſtinguunt dolores ab inuicem. Ab his igitur colicus, & nephriticus dolor diſtingui poſſunt.

Plura autem ſigna, etſi afferantur (vt dictum eſt) diſtinguentia colicum dolorem à nephritico, tamen nullum mea opinione reperiri poteſt pathognomonicum lapillum demonſtrans; nam cùm dolor adſit, in vrina quoque arenulæ apparent, eademq; vrina modò ſanguinea, vt nonnulli ex Hippocrate habent,

6. epid. comm. 1. tex. 6. modò etiam ſanguinem aquoſum præſeferens, vt ex lib. de dignotione, & curatione affectuum præter naturam, apparet.

Aliquando verò eadem vrina eſt aquoſa; nonnumquam pura, non rarò turbida, adeſt cruris ſtupor, & retractio teſtis ad ſuperiora, quorum omnium euentum ſi conſideremus, & diuiſim, & coniunctim, videbimus nullam certam nobis de lapillo in renibus contento ſcientiam tradere.

Vnde rectè Galenus 1. de locis affectis cap. 1. in veſica, & renibus congeſtum lapidem artificio potiùs, quàm demonſtratione conijciendum eſſe ſcripſit: & certè cum ſignum pathognomonicum illud ſit, quod vni ſoli, & ſemper competat, ſi ea omnia rectè conſiderauerimus, videbimus nullum iſtorum, aut non ſemper ineſſe, aut ſaltem non ei ſoli, ita vt dicere valeamus, adeſt dolor in regione dextera, aut ſiniſtra renis, ergo adeſt lapillus, cum vt intellexiſtis, poſſit eſſe colicus affectus.

Deinde dolor fieri poteſt, vel ab inflammatione, aut à materia intus contenta, quemadmodum eſt pus. Memini me vidiſſe quendam Bononienſem, fratrem Epiſcopi cuiuſdam de Diſignis nobilis familiæ, qui per ſpatium quatuordecim annorum paſſus fuerat dolorem, modò grauatiuum, modò etiam acutum, & continuum, cumque à doctiſſimis medicis curaretur pro calculo, multis præſidijs fruſtra factis, aliquando tamen remittebat ab illa ſæuitia, & acutie, ſed omninò nunquam ceſſabat.

Vbi is perijſſet, cadauer, vt diſſecaretur, anatomicis fuit oblatum, in quo totus ren in abſceſſum conuerſus repertus fuit, vretere prorſus indurato, per quem nihil ad veſicam ferri poterat, quare apparet dolorem non eſſe ſignum pathognomonicum lapilli renum.

Nec etiam arena contenta in fundo matulæ eſt huiuſmodi ſignum, quia ea ſi demonſtrat adeſſe materiam lapilli, non

A tamen concludit neceſſariò adeſſe lapillum, cum plerique homines reperiantur mingentes arenulas, qui numquam lapillum paſſi ſunt.

Idem quoque poſſum atteſtari de omnibus alijs ſignis, de quibus (ſi vultis videre vera eſſe, quæ vobis trado) legite controuerſiam 22. apud Ioannem Baptiſtam Syluaticum. Vobis igitur rectè diſcurrentibus per prædicta ſigna mani-

B feſtum quidem fiet renes affectos eſſe, non tamen in ipſis lapidem contineri demonſtrationem aſſequi poteritis.

Hippocrates tamen 6. epid. com. 1. tex. 6. vnica ſententia viſus eſt afferre ea ſigna, quibus lapillum concludi in renibus conijcere valeamus, nempe quando dolor grauis fit à cibo.

Deinde, quando pituitam euomunt

C calculoſi.

Tertiò doloribus magis adauctis ſuluæ arenulæ in vrinis ſubſident.

Quartò ſanguinolentum mingunt.

Quintò in fœmoris, quod è directo eſt ſtupor exurgit.

Nomine cibi ex Galeno in comm. duo intelligi poſſunt, nempe alimenta in ventriculum ingeſta, à quibus generatur ſanguinis copia, nec non excrementa in inteſtinis contenta, quæ ab ali-

D mentis prodeunt.

Iam ab vtroque hoc alimento dolor fieri poteſt, qui igitur nimium repleti ſunt, in his dolor fieri poteſt, in renibus intus calculo exiſtente; non tamen eodem modo; nam excrementa in inteſtinis contenta aggrauant, & comprimunt renes, doloremque faciunt, at vbi venæ corporis repletæ fuerint, ſanguis in renes deponitur, à quo grauantur.

E Sed quemadmodum modus doloris non eſt vnus, & idem, ſic etiam ipſius ſolutio eſt diuerſa; nam vbi fœces euacuatæ fuerint, dolor ceſſat, at ſi ſanguis miſſus fuerit, ex quo ipſius copia diminuatur, non tamen dolor tollitur quia renum ſubſtantia craſſa eſt, per quam diſſolui ſanguis minimè poteſt; quare ex

vtraq;

vtraq; plenitudine efficitur dolor.

Sed huiuſmodi ſigna demonſtrant affectionem, non quidē (vt ſupra dixi) lapillum, qui nihilominus, cum à pluribus materijs fieri ſoleat, poterimus facilè concludere, quæ ſit materia peccans à proprio colore, eorum quæ exeunt per vrinam, & præcipuè arenularum in matula contentarum; nam vt 6. epid. dicebat Galenus, ſi ex ſola pituitoſa materia, & craſſa coagmentatio fiat, color cinereus erit, non modò in arenis, ſed etiam in ipſo lapillo.

B

Cæterùm poroſorum lapillorum colori non abſimilis eſt ille, qui in calidis natura aquis videtur, ferè vbiq; lapidibus adhærentibus, atq; alibi in vaſis, vbi calefit aqua: ſi contingat fieri ex purulenta humiditate, aut ex purulenta, & pituitoſa permixta, talis lapis erit tophaceus, atque ea ratione generabitur, qua lapides in articulis fieri conſueuerunt.

C

Si verò paucus ſanguis pituitæ craſſę, & viſcoſæ permixtus fuerit, ſubſidentium in vrinis color virentem concomitabitur humorem, vt interdum quidem fiat ex pallido albicans, vel ex rubro candidus, vel ex flauo candidans; interdum verò, & fuluus, ad colorum differentiam conferenre ipſius ſanguinis colore, quandoquidem non ſemper ſanguis in hominibus eſt ruber, ſed interdum ad nigriorem, interdum ad flauiorem, interdum ad fuluiorem declinat.

D

Sed hoc loci duæ inſurgunt dubitatiunculæ, vna eſt, quomodo fiat ſtupor in crure eiuſdem renis a calculo affecti? Secunda eſt, cur etiam aliquando contingat teſtem eiuſdem partis ſurſum retrahi?

E

Hæc ſunt duo ſigna à Galeno propoſita, quæ veritatem habere minimè poſſe videntur, quandoquidem ſtupor eſt paſſio neruorū, qui vbi aut compreſſi aut obſtructi fuerint, vel adſtricti, non permittunt ſpiritus animales tranſire ad partes ſentientes, ex quorum priuatione

A

non fit ſenſus, aut fit diminutus, qui nihil aliud eſt, quàm ſtupor?

Vnde Galenus dicebat ſtuporem eſſe ſentiendi, & mouendi difficultatem, cùm autem eodem Galeno docente, nerui exiles admodum ferantur in renes, nullumq; cum crure habentes commercium, non videtur lapidem in illis contentum poſſe prædictum cruris ſtuporem facere.

Reſpondet Galenus, aut alius quiuis Author, qui compoſuit librum de dignotione renum affectuum, & curatione cap. 3. id euenire ratione venæ cuiuſdam deſcendentis ad crura, quæ tunc repletur, quando in rene adeſt lapis, quo repleto neruus quandoq; aut muſculus conſtringitur, & ſic neruus animalem ſpiritum ad crura non tranſmittit, vnde ſenſu crus priuatur.

Vt verò probet venam repletam compreſſionem hanc facere poſſe, inquit à vena, quæ deſcendit, quod eſt dictu, à vena caua deſcendente tres ramos oriri, quorum vnus eſt, qui ſimul cum arterijs ad vaſa ſeminalia, & ad teſticulos vadit, alius ad renes, & tertius demq; ad crura.

Cum igitur omnes iſti rami ſint ſoboles vnius venæ, nempe cauæ, ad huius læſionem opus eſt, vt lædantur cæteri, vnde mirum non eſt, ſi hæc ipſa afficiatur, quia lapis in rene exiſtens lædit venam emulgentem, qua læſa læditur & tertia vena, quæ ad crura deſcendit.

Sed huiuſmodi commercium non videtur ſufficiens eſſe ad faciendum in crure ſtuporem: relinquo, quod vena caua deorſum deſcendens non eſt diſtributa ad prædictum modum; nam primæ ramificationes ſunt emulgentes, & quæ ad renes feruntur, deinde illæ, quæ vaſa ſeminalia ſimul cum arterijs efformant, quæ in vtroque latere non ſemper, & ab eodem trunco venæ cauæ prodeunt, nā vas ſeminale ſiniſtri lateris ortum ducit ab emulgente, non à trunco cauæ.

Deinde tertius ille ramus non repe-

ritur, quia vbi vena caua attigerit oſſis ſacri regionem, in duas inſignes ramificationes diſtribuitur, quarum vna vnum, altera verò aliud crus adit, quæ quamuis accipi poſſint pro tertio ramo ipſius venæ cauæ, non video tamen quomodo rene lapillum habente, vena emulgens ita repleri poſſit, vt repletionem ſuam communicet illi tertiæ venæ.

Niſi velimus dicere lapillum tunc generari in rene, quando omnes venæ ſunt repletæ, quod eſt contra determinationem allatam de materia, à qua lapillus generatur, quæ ſine corporis, & venarum totius plenitudine eſſe poteſt, quare non videtur cauſa ſtuporis cruris referenda in venæ plenitudinem.

De retractione teſtis ſurſum in calculo eandem reddit Galenus rationem plenitudinis, quia cùm teſtes habeant ſuas venas, & arterias, vbi ipſæ repleantur, cõtrahũtur, ſimulq; vaſa ſeminalia, quæ in teſtes terminantur, quã contractionẽ ſucceſſione quadam teſtes ſequuntur.

Sed hæc duo ſigna ratò in praxi animaduertuntur, & fortè id contingit, quando calculus deorſum à rene per vreterem deſcendit, qui ſupra tertium muſculum fœmoris extenditur, in quo plures ſunt neruorum ramificationes, qui à lumborum vertebris oriuntur, & crus ipſum adeunt, quia compreſſi iſti non permittunt ſpiritus ad crus deſcendere, atq; ita ſequitur ſtupor.

DE FVTVRO EVENTV *Lapidis renum.*

QVod ad prognoſtica attinet, difficilem curatu eſſe omnem renum affectionem dicebat Mercurialis ex Ariſtotelis ſententia 3. de part. animal. cap. 9. quòd renes complicati ſunt, & veluti ex pluribus renibus facti, ſed Ariſtoteles deceptus eſt exiſtimans humanos renes ex pluribus renum partibus factos; huiuſmodi enim conſtitutio in ſolis bobus reperitur, humani autem ſunt plani.

A Quare non poſſum ſatis Mercurialem admirari, qui hanc *Ariſtotelis* admittit rationem, ideoque difficile curabilem eſſe renum affectionem dicat. Procul omni dubio, quod calculi curatio in renibus difficilis eſt, quia meatus, per quos exire ij debent, ſunt anguſtiſſimi, nec niſi lapides exigui per eos tranſire poſſunt, magni verò maxima cum difficultate.

B Fateor equidem me quendam nobilem obſeruaſſe habentem in vretere ſiniſtro prope veſicam lapidem quendam à renibus deſcendentem, qui, cùm exire lapis ab eo nunquam potuerit, neque veſicæ cauitatem ingredi, præ dolore perijt.

Arena, cùm fiat ex eadem materia, ex qua calculi, vbi incipit exire, atque in matulis perſeueranter apparet, non C fit calculus; at vbi arenulæ, quæ exire ſolebant, retineantur intus, calculum non modò generant, ſed ampliorem in dies reddunt. & laborem non modò ægrotantibus inferunt, ſed & ipſis medicis, ſi præſertim aſperiores ſint: vixque curantur, vbi hęreditario iure aliquem infeſtant, quin ſæpè ad mortem ducunt, præſertim ſenes.

Renes, qui diù hac affectione, & con- D tinuò laborarunt, aut nunquam, aut rarò curantur.

Qui ſæpè euomunt, aut aluum lubricam habent, ij vel nunquam, aut rarò in lapidem renum incurrunt.

Lithiaſis facilè in podagram tranſmutatur, in ijs præcipuè, qui diureticis vtuntur, & vt vno concludam verbo, calculus recenter factus in iuuene benè diſpoſito facilè curatur: hæc de progno- E ſticis ſufficiant.

DE CVRATIONE LAPIDIS *renum per victus rationem.*

CVm vniuerſa curatio omnium morborum triplici illo medicinæ inſtrumento ſemper inſtituatur; diæta videli-

delicet, pharmacia, & chirurgia, nullus ex authoribus curationem præſentis affectionis magis eleganter, vel (vt melius dicam) tam egregiè, ac breuiſſima ratione docet, ac faciat Hippocrates lib. 6. epid. comm. primo ſect. 6. omnia auxilia declarans ab omnibus medicinæ inſtrumentis accepta, tam vniuerſaliter, quàm particulariter.

Hæc eſt ſententia Hippocratis: quieſcere non confert, ſed exercitari; non repleri iuuenes, elleboro purgare, poplitis venam ſecare, cientibus vrinam purgare, attenuare, & emollire: quibus breuiſſimis verbis omnem amplectitur curationem per omne medicinæ inſtrumentum, vt demonſtrandum mihi eſt.

Cum enim ſcopi, aut indicationes ab effectu, & à cauſis ipſum producentibus accipiantur, primò quidem lapis, cùm ſit quid præter naturam toto genere, indicat ſui ablationem, non poteſt autem auferri, niſi ablata cauſa, quæ eſt non modò materia, ſed & efficiens, vt iam diximus.

Materia autẽ lapidis, vt ſupra fuit determinatum, eſt humor craſſus, ſiue etiam tenuis, cuius partes tenuiores reſolutæ ſint, craſſæ verò induratæ: at hæc auferuntur tam per victus rationem, quàm per pharmaciam; per victum quidem inhibendo ipſius nouam generationem, per pharmaciam euacuando id, quod in corpore iam genitum reperitur, quemadmodum etiam, & per chirurgiam.

Victus regimen conſtat non ſolùm ex alimentis, à quibus tamquam à materia omnes noſtri corporis humores generantur, verùm etiam ex alijs quinque rebus non naturalibus, ex quarum recta adminiſtratione inhibetur materiæ generatio, & cauſę efficientis adauctio, non nihil etiam ipſius, quod genitum eſt, auferendo.

Hæc autem, quæ ad totam victus rationem ſpectant, duobus, aut tribus verbis comprehenduntur ab Hippocrate in hac ſententia, quæ ſunt: quieſcere non

A confert, ſed exercitari, non repleri.

Quemadmodum igitur conſueuit in vniuerſum idem Hippocrates omnem victus ſupellectilem quatuor capitibus amplecti, nempe ijs, quæ à nobis fiunt, tam corpore, quàm animo; quæ retinentur, & euacuantur; quæ à nobis aſſumuntur; & tandem quæ noſtrum corpus alterant exterius: ita nunc præceptum primũ proponit, quod eſt, quod in hac præ- B ſenti affectione non confert quieſcere, ſed exerceri corpus.

Idque fieri oportet ratione, & conſideratione habita ad materiam, quæ (vt inquit Galenus in comment.) eget coctione, attenuatione, & euacuatione, quibus indicationibus ſatisfacere poteſt motus, nempe exercitatio corporis, non quies, quia exercitationes copiam humoris euacuant, & pituitoſum, & cru- C dum omne ad coctionem ducunt & omnes corporis partes roborant; contrarium facit quies, ergo cõmendatur exercitium, non autem quies, quia ignauia corpus hebetat, craſſosq; humores colligit, ac coaceruat, è contrà verò labor firmat, ac materiam diſcutit.

Sed ſtatim dicetis, quantum iuuamẽti afferunt exercitia diſcuſſioni materiæ; tantum è contra augent efficientem cau- D ſam, quæ eſt nimia caliditas renum, & iecoris, quare non rectè in præſenti caſu exercitium ab Hippocrate commendatur.

Huic obiectioni reſpondet Galenus lib. 6. epidem. comm. 1. tex. comm. 7. dicens exercitationes alias eſſe vehementes vt ſunt equitationes, armis concertationes, luctari, in pancratio pugnare, fodere, vel tale quidpiam aliud age- E re; alias verò eſſe moderatas pro corporis habitu ætate, robore, & nephriticis affectionibus conuenientes, à quibus materiæ fiat diſcuſſio, & euacuatio ſine aliqua actionis cauſæ efficientis incommodo.

In hunc ordinem referendæ ſunt leues deambulationes, ante prandium

per

per duas horas, vel vectiones in curru, A in lectica, & quæ ſunt huius generis, & de illis in præſenti loquitur Hippocrates, ita vt præceptum ſit nobis allatum, vt curemus, ne ægrotantes in otio torpeant, ſed moderatè corpus exerceant, animumq; ipſum cauentes ab immoderatis animi paſſionibus, quæ ad iram, aut excandeſcentiam ipſum ducere poſſint.

Sub eodem capite comprehenditur B nimius ſomnus, nimiaq; vigilia, quę corpus noſtrum ea ratione alterant, ac faciat motus vehemens, aut nimia quies.

Sed quoniam quieſcere, aut mouere, ſeu corpus noſtrum exercere minime poſſumus, niſi in aere, aut regione, vel conſtitutione aeris, & cœli præſenti, hoc etiam caput comprehenſum ab Hippocrate eſt ſub quiete, & exercitio, quod idem de immoderata venere eſt C dicendum.

Aer enim debet eſſe proportionatus exercitio, nempe temperatus tam in actiuis, quàm paſſiuis qualitatibus; craſſus enim, aut nubiloſus, humores craſſos generare eſt aptus, quia vt dicebat Galenus lib. 1. epid. comm. 1. tex. com. 2. aer eandem in nobis conſtitutionem parit, qua ipſe eſt præditus.

Quare ex his patet duobus illis ver- D bis: quieſcere, & exerceri: comprehendi omnes res non naturales ijs exceptis, quæ faciunt ad cibum, & potum, quæ ab eodem comprehenduntur verbo hoc: non repleri: cum corpus repleri minimè poſsit niſi alimentis, nempe cibo, & potu; quapropter alimenta ſunt à nobis conſideranda, quoad ſubſtantiam, quantitatem, qualitatem, tempus, & modum. E

Si repletio alimentorum inhibetur ab Hippocrate, etiam ſi fuerint boni ſucci, & facilis coctionis, multò magis cauendum eſt, ne ægrotantes repleantur cibis craſſi, aut glutinoſi ſucci, quare euitanda ſunt illa edulia, quæ duram habent ſubſtantiam, & ægrè coquuntur, vt eſt caſeus potiſsimùm, lac, & quæ ex paſta conſtant; dicebat enim, quod illi, qui caſeo frequenter vtuntur, incidunt in huiuſmodi affectionem, ſimiliter abſtinendum eſt ab omnibus dulcibus, acribus, pinguibus, & tenacibus.

At ptiſana, aut ptiſanæ cremor commendatur, nec non carnes pullorum, & gallinarū elixatæ, & iuſcula ex his carnibus, in quibus panis immergatur. Probantur etiam phaſianorum carnes, ſtarnarum, perdicum, atragenum, merularum, turdorum, & tandem eorum animalium, quorum carnes friabiles ſunt, earumque ſuccus tenuis. Ex his etiam carnibus, ſi virtus non conſtet, contuſa fieri poſſunt.

Olera quædam euitanda, etſi fuerint in pauca quantitate aſſumpta, ne fiat materiæ, ad renes attractio, vt ſunt

Fœniculus,
Apium,
Petroſolinum,

A validis quoque diureticis abſtinendum.

Fructus poſſunt concedi, vt
Paſſulæ,
Piſtachia,
Amygdalæ dulces,
Semina melonum, ac
Melones quandoq;

Pro potu aqua cocta, vel cum aniſo, vel fœniculo ebullita laudatur, ſed in pauca quantitate. Vinum quoq; album, & tenue minimè; dulce, ac craſſum maximè conuenit: & hæc de victus ratione.

DE CVRATIONE LAPIDIS renum per Chirurgiam.

VEnio ad chirurgiam, cuius idem Hippocrates meminit, vbi ſcribit: poplitis venam ſecare: quo in caſu videtur apertiſſimè ſignificare mittendum eſſe ſanguinem ex partibus inferiis, nempe ex poplite, aut ex malleolo,

cum

cum ſecare venam in his locis nullus ſit, qui ſciat: erit igitur ad malleolum deueniendum, venamq; ibi aperire.

Galenus in comm. laudat hanc ſanguinis miſsionem dicens rectè ab Hippocrate inſtitutam fuiſſe ex hoc loco, cùm partes, quæ ſunt ſupra iecur, miſsionem ſanguinis ex cubito poſtulent; quæ verò infra, ex cruribus nempe, vel malleolis, vel poplite.

Verùm indicatio ſanguinis mittendi in hoc caſu à multitudine, aut craſsitie deſumenda videtur, quia Galenus ſcribit, ſanguinem mittimus in his, qui ſanguine abundant, vel craſſum ſanguinem in venis collegerunt, quare & multitudo, & craſsities ſanguinis miſsionem indicat.

Sed Authores, vt inter ſe conueniunt de mittendo ſanguine; ita è contra de loco diſcrepant; nam Aetius lib. 11. cap. 5. ſcribit ex brachij vena, quæ ad cubitum eſt mittendum eſſe ſanguinem lateris illius, in quo lapis eſt.

Hæ contrariæ authorum opiniones conciliantur in libro de affectuum renum dign. & curat. cap. 4. quod etiam adnotauit Altimarus hac ratione, quia materia, ex qua fiunt calculi, craſſa eſt, ſuapte natura deorſum tendens, quare non tam facilè eam poſſumus per ſuperiora reuellere, vnde ſequentes naturalem eius lationem melius eſt ſanguinem per partes infernas euacuare, quàm per ſupernas, quare vel virtus valet, vel minimè valet: primo modo mittendus eſt ſanguis ex poplite, aut malleolo: ſecundo modo mittendus eſt ex brachio.

Ratio huius rei talis ibi affertur, quia ſi virtute debili exiſtente ſanguinem mittimus per infernas partes, facultas imbecillis non retinebit, ſed vniuerſa præceps rapietur ad partem, aſſiduoq; defluxu impetet, ſuccis videlicet perpetuò in locum imbecillem affluentibus.

Altimaro non probatur hæc reſponſio, quia (inquit) venæ ſectio expoſtu-A lat robur virium, propterea virtute exiſtente debili, neq, mittendus eſt ſanguis ex brachio, quare vt concilientur hæc duo loca ad inuicem, dicebat longè melius eſſe recurrere ad ea, quæ Galenus de cur. rat. per ſanguinis miſſionem cap. 18. ſcriptum in hac materia reliquit.

Hoc eſt, renes in corpore ſitum habent ambiguum, cùm vix determinari B. poſsit, an inferiorem, an verò ſuperiorem locum obtineant, quapropter eos affectos ſectio tam venæ per partes ſuperiores, quàm per partes infernas iuuare ſemper ſolet.

Sed quando adeſt copia ſanguinis, & phlegmone recens, vena cubiti ſecanda eſt; cùm verò affectio illa ineſt, quæ nephritis appellatur, poplitis venam ſecare eſt opus, vel potius eam, quæ eſt C ad malleolum. Reuulſionis igitur gratia, vbi adeſt copia ſanguinis, & timor, ne inde fiat inflammatio, mittendus eſt ſanguis ex brachio eiuſdem lateris, vt Aetius dicebat.

At Hippocrates euacuationis, reuulſionis, & deriuationis cauſa, quando ſanguis eſt craſſus, mittit eum ex malleolo; tunc enim, vt ſui moris eſt, ſequitur naturæ motum, & humoris aptitudi-D nem; concluſio eſt, vt quando dolor nephriticus adeſt ſine magna ſanguinis repletione, vt ex talo ſanguinis mittatur.

Cucurbitæ quoque malleolis cum ſectione applicatæ in hoc caſu à Galeno commendantur: hæc de chirurgico inſtrumento.

DE CVRATIONE LAPIDIS renum per Pharmaciam.

E Venio ad Pharmaciam, quæ corpus in primis euacuare apta eſt. Hippocrates inquit: iuuenes elleboro purgare, deinde ad aliā; quæ mouendo vrinam purgat, de qua idem Hippocrates dicebt, & cientibus vrinam purgare, poſtremò ad eam, quæ attenuat, & emol-

emollit, quæ attenuari expedit.

Primò igitur euacuare oportet materias, quæ in toto ſunt corpore tam per vomitum, quàm per ſeceſſum, tam medicamentis per os aſſumptis, quàm per partes infernas immiſſis, videlicet per clyſteres; deinde ad ea, quæ per vrinam ducunt deueniendum eſt.

Galenus in comm. aduertit, quod Hippocrates non ſimpliciter vrinam cientia appellauit, ſed ex adiectione verbi (purgare) modum auxilij, quod ab ipſis fit, demonſtrauit, vt potè quæ expurgant non ſolùm ea, quæ in renibus infarcta ſunt, tum craſſa, tum viſcoſa, ſed vtraquæque, quæ in venas cum ſanguine præter naturam feruntur.

Verùm nec purgantia medicamenta, nec per vrinam ducentia purgando administranda nobis veniunt, niſi primùm attenuemus humores, & renes emolliamus; nam Galenus ſcripſit talem fuiſſe in poſtremis verbis Hippocraticę ſententiæ ſenſum, explicans attenuare dictum fuiſſe de humoribus, emollire verò de partibus ſolidis.

Sed antequam vniuerſalem euacuationem aggrediamur, videndum eſt, an ventriculus, aut inteſtina repleta ſint, adeo vt cogant nos ad euacuationem materierum earum, quæ in illis continentur, quare expedit primò, vt accuratè conſideremus, quid facto opus ſit circa vomitum.

Dicebat Hippocrates primo com. 6. epid. còm. tex. 5. dolores fieri quando cibo opplentur, quando igitur à materia contenta in ventriculo renes grauantur, tunc eandem euacuare nobis licet, cum autem acceſſio adeſt, & ſequatur nauſea, vt fieri ſæpè ſolet, tunc educenda eſt materia; nam quò natura vergit, eò ducere oportet, & per loca conferentia.

Verùm vomitoria, quæ id pręſtare poſſunt, alia ſunt, quibus in acceſſione vti poſſumus, & alia, quæ magis apta ſunt extra acceſſionem.

A Priora ſunt oleum tepidum copioſè ebibitum.

Oleum quoque amygdalarum dulcium.

Aqua mulſa cum oxymelle.

Decoctio chamæmeli tepida.

Validiora ſunt ea, quæ per elleborum ſiunt.

Elaterium,

Agaricum, aut etiam

B Antimonium.

Et huiuſmodi, quæ non niſi validiſſimis corporibus conceduntur.

Poteſt & parari validum vomitorium ad hunc modum.

℞. Sem. anethi,
Raphani, ana drach. ß.
Apij. drach. j.
Rad. bettonicæ, drach. j. ß.
Hyſſopi, manip. ß.

C Coquantur in ſufficienti quantitate aquæ ad tertiam, &

℞. colaturæ, lib. ß.
Oxymell. ſimp. vnc. ij. m.

Sed non modò ventriculus repletus dolorem in calculo auget, ſed etiam colon inteſtinum, vbi excrementis ſcatet; vias enim coarctat, doloremq, exacerbat, & quod magis eſt, renes comprimit.

D Quantam connexionem habeant cũ renibus inteſtina, omnibus notiſſimum eſt, quod etiam vobis declaraui in hiſtoria doloris colici; quare tota illa excrementorum illuuies eſt euitanda clyſteribus, aut ſuppoſitorijs: illi cùm ſint aut lenientes, aut paulò acutiores, à principio dolore vrgente primùm lenientes, deinde paulò acutiores ſunt inijciendi, decoctionibus paratis, vt capite de colico dolore ſatis egimus.

E Lenientes autem fieri poſſunt, ſi addamus.

℞. Sacchari rubei ad vnc. iij. cum
Oleo chamæmeli, vnc. ij.
Vitello oui, & ſale, quantum ſufficit, fiat clyſter.
Validiores fiunt cum
Hiera logadij,

Dia-

Diaphœnici, aut
Diacatholici, vel
Elect. eleſcoph.

Aut ſimile quidpiam addentes pro corporis, & affectionis diuerſitate.

Suppoſitoria quoque mitia, & valida fieri poſſunt, quibus clyſterum loco vtimur, quemadmodum ſunt illa, quæ ex Sapone.

Radice mercurialis,
Melle deſpumato cum ſale fiunt, vel quibus additur.
Colocynthis,
Euphorbium,
Scammonium,
Agaricum,
Hiera, & id genus.

Euacuatis his partibus modò ad ſanguinis, vt diximus, miſſionem, modò ad totius corporis purgationem deueniendam eſt, pro humoris peccantis ratione.

Si corpus plethoricum ſit, aut cum plethora admixta ſit cacochymia, ſemper auſpicanda eſt curatio à ſanguinis miſſione, at vbi ſola adſit cacochymia, ad purgationem citra ſanguinis miſſionem deueniendum eſt.

Ratio verò, cur primò ſanguis ſit mittendus, habetur à Galeno 6. epid. citato, quia medicamentum reperiens venas, & arterias plenas non poteſt in corpus deferri, ideoque nihil efficit, aut ſi quid facit, perperam facit, præmittenda tamen ſunt clyſteria laxantia, & emollientia, quorum placet hæc ſubijcere.

℞. Rad. althææ mund. vnc. j.
Fol. maluæ,
Mercurialis,
Florum chamæmeli,
Summitatum anethi, ana m. j.
Furfuris in nodo ligati, p. ſſ.
Sem. lini, drach. iij.
Aniſi, drach. j. ſſ.
Fiat decoctio in aqua communi, &
℞. Colaturæ huius decocti, lib. j.
Diacatholici,

A Elect. lenitiui,
Benedictæ laxat, ana vnc. ſſ.
Olei chamæmelini,
Anethini,
Amygdalarum dulc. ana vnc. j.
Salis communis, drach. j.
Gemmæ, drach. ſſ.
Miſce, & fiat clyſter ſtatim inijciendus.

Vel

B ℞. Superioris decocti, lib. j.
Diacatholici, vnc. j.
Diaphœnici,
Benedictæ laxatiuæ, ana drach. ij.
Olei amygdalarum dulc.
Anethini,
Chamæmelini, ana vnc. j.
Vitellum oui vnius,
Salis communis, drach. j.
Fiat clyſter.

C Aliud enema.

℞. Fol. althææ,
Borraginis,
Furfurum, ana manip. ſſ.
Ficuum, num. vj.
Sebeſten, num. vij.
Fiat decoctio ſecundum artem, &
℞. huius decocti, lib. j.
Caſsiæ pro clyſtere, vnc. j. ſſ.
Butyri recentis, vnc. ij.
D Olei communis, vnc. ij. ſſ.
Salis parum,
Fiat clyſter.

Huiuſmodi clyſteres præcedere debent ſanguinis miſsionem, & purgationem, qua adminiſtrata, vt ſupra dictum eſt, medicamenta eſſe debent talia, quæ ventriculum, & inteſtina à fœcibus mundare ſint apta, ſiue ſub forma potus, aut boli.

E Poteſtis igitur bolum ad hunc modum præparare.

℞. Floris caſsiæ nuper extracti,
Diacatholici, ana drach. vj.
Pulpæ tamarindorum, drach. j.
Cum ſacchari quantitate ſufficienti, fiat bolus.

Vel poteſtis talem formare bolum.

℞. Terebinthinæ claræ lotæ cum aqua ſaxifragiæ, vnc. ß.
Caſſiæ nouiter extractę, drach. x.
Cum ſaccharo fiat bolus.
Probatur quoq; ſub forma potus medicamentum lenitiuum, vt eſt
Manna, vel
Syrupus roſar. ſolutiuus.
Expurgato igitur vniuerſo corpore, & inteſtinis, ac ventriculo ab excrementis, ita vt amplius non poſſint excrementa ferri in renes, tunc omni arte, ac induſtria tentandum eſt, vt ea, quæ in renibus continentur, expellantur, calculuſque frangatur medicamentis diureticis, quæ per vrinam materias in renibus & veſica contentas extraducant, vt ſunt in primis decoctiones quædam factæ ex
Rad. acori,
Valerianæ,
Graminis,
Nardi,
Calami aromatici,
Aſari,
Dauci,
Petroſelini maced.
Hyperici:
Roſmarini,
Aſparagi,
Eryngij,
Fol. quinquefolij,
Rad. plantaginis.
Ius quoq; cicerum valet ſolum, & cũ rebus prædictis.
Decoctum ad hunc modum factum mirificè prodeſt.
Aliud decoctum.
℞. Sem. maluę,
Althææ, ana drach. iij.
Caricarum pinguium, num. ix.
Hordei mundati, vnc. ij.
Glycyrrhizæ raſæ, drach. vj.
Fiat decoctio in tribus libris aquæ fontis ad medietatem, &
℞. Huius decocti, vnc. vj.
Succi limoniorum, vnc. ij.
In quocunque tempore, & ſymptomate concedi debet; pellit enim omnia,

A quæ in renibus ſunt, vel
℞. Cerofolij,
Maluarum,
Althææ, ana manip. j.
Sem. althææ,
Maluæ, ana drach. j. ß.
Hordei mundati, p. j.
Sebeſten recent. num. ix.
Caricarum, num. v.
Glycyrrhizæ raſæ, vnc. ß.
B Coquantur omnia in tribus libris aquæ fontis puriſſimæ ad conſumpt. medietatis. Vel hoc, quod deſcribitur à Petro Foreſto tamquam arcanum, & ad cœlos vſq; extollit, dicens numquam ipſum fruſtra propoſuiſſe.
℞. Sem. maluæ,
Althææ, ana vnc. iij.
Sem. 4. frigid. ana drach. ij.
Cicerum rubeorum, vnc. iij.
C Hordei mundati, vnc. ij.
Caricarum pinguium, num ix.
Sebeſten num. vij.
Glycyrrhizæ, drach. vj.
Fiat decoctio in iiij. lib. aquæ pluuialis ad medietatis conſumpt.
Adduntur in hac decoct. cicer,
Sem. frigida,
Sebeſten,
Quæ non ſunt in hac: vide obſer. 29.
D lib. 24.
Aliud decoctum laxans, & aperiens, lapidemq; pellens.
℞. Rad. anonidis,
Fœniculi,
Petroſelini,
Glycyrrhizæ raſæ, ana vnc. ß.
Sem. althææ, drach. j. ß.
Maluæ, drach. j. ß.
Cicerum rubeorum, vnc. j. ß.
E Quatuor ſem. frig. ma: ana drach. j.
Granorum alcachengi num. vii.
Fiat decoctio in aqua puriſsima ad medietatem, &
℞. Huius decocti, vnc. vj.
Syr. de ſucco melonum,
de quinq; rad. ana vnc. j.
Miſce pro vnico hauſtu.

Ali-

Aliud valdè aperiens.

℞. Cort. rad. apij,
Fœniculi,
Aſparagi,
Ruſci,
Graminis, ana vnc. j.
Parietariæ,
Cerofolij,
Summitatum ribes, ana m. iij.
Rad. anonidis, vnc. j.
Sem. maluæ,
Althææ, ana drach. iij.
Glycyrrhizæ raſæ, vnc. j.
Caricarum pinguium, num. iij.
Sem. quatuor frig. maior. ana drach ij
Fiat decoctio, vt ſupra.

Aliud decoctum ad idem.

℞. Rad. Althææ mund.
Anonidis,
Petroſelini,
Apij,
Fęniculi,
Lapæ, ana vnc. ß.
Flor. roſmarini,
Chamæmæli, ana p. j.

Aliud decoctum.

℞. Seſelios.
Aniſi,
Carui,
Anethi,
Coriandrorum,
Apij,
Petroſelini,
Libyſtici,
Smyrnij,
Fęniculi,
Dauci, ana partes æquales.
Fiat decoctio ſecundùm artem.

Aliud.

℞. Carui,
Fęniculi,
Petroſelini,
Oxalidis,
Cichorij agreſtis,
Pimpinellæ,
Agrimonij,
Parietariæ,
Cerofolij,

A Capill. veneris,
Polytrici, ana m. j.
Sem. aniſi,
Fęniculi,
Carui,
Amios;
Dauci, ana drach. j. ß.
Sem. petroſelini, drach. j.
Maluæ, drach. ß.
Iuiubarum,
B Sebeſten, ana num. vij.
Gran. alcachengi, num. v.
Fiat decoctio in aqua, & vino, ana.
Doſis ſit ad lib. ß. ſaccharo optimo dulcorata.

Præter decocta ſunt, & alia medicamenta arenulas, & lapidem pellentia, inter quæ primò affero diſtillatum à Petro Foreſto ſępiùs vſurpatum lib. 14. obſer. 23.

C ℞. Rad. anonidis,
Raphani. ſylueſtris ana æquales partes, infundit in vinum generoſum, & exponit balneo Mariæ.
Doſis eſt ad vnc. ij.
Sed ante ipſius aſſumptionem vult, vt aſſumatur pulueris oculorum cancrorum fluuialium ad drach. j. vel ſic.
℞. Spec. Iuſtini ſcrup. ij.
Oculi cancrorum ſ. p. ſcrup. ß. m.

D Aliud.

℞. Spec. Iuſtini,
Lithontribon, ana ſcrup. j. ß.
Oculi cancrorum, ſcrup. ß.
Fiat puluis ſubtiliſſimus.

Valet & iſtud.

℞. Pulu. corticum ouorum vſtorum, drach. j. à quibus nuper exierit pullus.

Ad idem valet.

℞ Sem. dauci Cretici, drach. j.
E Corticum ouorum combuſt. ſubt. p. ſcrup. j.
Aquę raphani, vnc. iij. ß.
Cantharidum, num. j.
Sumat ante prandium per quatuor horas. Foreſtus.

Sunt, & alia quamplura tam ſimplicia, quàm compoſita, quæ tam manife-

ſta, quàm occulta qualitate non modò arenas, & lapillos expellunt, verum etiam eoſdem frangunt. Duo ſunt ſub forma pulueris ab Alexādro Tralliano maximè commendata, quorum primum eſt hoc.

℞. Sem. althææ,
Lini, vnc. ſſ.
Vrticæ, drach. ij.
Spicæ nardi,
Carpo balſami, ana ſcrup. vj.
Paliuri ſeminis, vnc. ſſ.
Vitri, vnc. j.
Fiat puluis ſubtiliſſimus.
Doſis ſit ad drach. j.

Secundum.

℞. Agarici, vnc. j.
Sem. althææ,
Lini,
Vrticæ,
Carpo balſami, ana vnc. ſſ.
Paliuri,
Vitri, ana drach. ij.

Miſce, & fiat puluis ſubtiliſſimus, eo ſæpè vtebatur cum aliquo decocto, & præcipuè facto ex aqua, in qua
Rad. Eryngij,
Graminis,
Sem. cucumeris, &
Attractilis ſecundum artem fuerint ebullita.

Medicamenta lapidem frangentia, & expellentia a Leonello Fauentino deſcripta lib. de med. morbis cap. 69.
Cinis ſcorpionum,
Lapis Iudaicus.
Teſtæ ouorum, à quibus pulli exierunt.
Sanguis hircinus,
Puluis leporis vſti,
Puluis troglodytis,
Sanguis ceruinus.

Lapis exiens à rene, aut veſica puluerizatus cum aqua ſaxifragiæ aſſumptus à drach. ſſ ad drach. j.

Compoſita.

℞. Sem. bazechæ,
Milij ſolis,

A Saxifragiæ, ana drach. j.
Radic. ſcolopendrij,
Bulliant in decoctione, aut expreſſione quatuor ſeminum frigidorum cum aqua apij ad conſumptionem medietatis, coletur, &
℞. Colaturæ quantum ſufficit ad diſſoluendum.
Lithontribon,
Elect. Iuſtini, ana drach. j.
B Syr violati, vnc. j.
Exhibeatur in aurora: expellit mirificè lapidem.

Benedicti Victorij.

℞. Succi melonum immatur. vnc. j.
Vini optimi, vnc. i.j miſce.
Vnica vice detur patienti.

Aliud in ſymptomate.

℞. Olei vitrioli Romani, drach. j.
Vini maluatici, vnc. j.

C Aliud.

℞. Sang. hircini præparati, drach. iij.
Aquæ geniſtæ diſtillatæ, vnc. iij.

Aliud.

℞. Lithontribon, drach. iij.
Elect. Iuſtini, drach. j.

Aliud.

℞. Terebinthinæ lotæ cum aqua ſaxifragiæ, ſ. p.
Rhabarbari elect. ſ. p. ana drach. j.

D Aliud.

℞. Rhabarb maturi, ſ. p.
Cort rad oliuæ, ana drach j.
Aquæ maluarum vnc. iij.

Vel.

℞. Millepedum, vnc iij.
Contundantur in vaſe æteo, infundantur per horā in aqua ardenti, deinde cola, rurſus eaſdem contunde, & infunde in vnc iij aquæ ardentis per horam,
E cola, & vtramq; aquam miſce.
Doſis ab vnc ij ad vnc. iij.

Ex Gattinara.

Pulegium habet facultatem diureticam, aperitiuam, & frangit lapidem.
Calamenthum,
Origanum,
Milium ſolis,

Saxifragia,
Radix graminis,
Ait, quod quidam habent pro magno ſecreto decoctum radicis amygd. amarum, nuclei ceraſorum.
Nuclei perſicorum.
Multa præterea ab hoc authore ſcribuntur cap. de cura lapidis renum.
Aliud.
℞. Terebinthinæ puluerizatæ, drach. j.
Rhabarbari, drach. ß.

A Pulu. cantharidum, ſcrup. ß.
Cum aquæ maluarum vnc. iij.
Vel.
℞. Olei vitrioli, drach. j.
Pul. cantharidum, ſcrup. j.
Vini albi generoſi, vnc. ij.
Miſce pro vnico hauſtu.
His ad hunc modum traditis ad renũ dolorem in ſequentibus (Deo dante) perueniemus.
B

DE RENVM DOLORE.

CAPVT TRIGESIMVM.

Qvamuis dictum ſit à nobis calculum renibus dolorem inferre, nihilominus aliæ ſunt cauſæ, quibus is excitari contingit, quare dolor renum, tamquam affectio quædam à calculo diſtincta, in præſenti conſiderandus venit.

Dolor igitur cùm ſit ſymptoma actionis ſenſitiuæ deprauatæ, opus eſt, vt à morbis quibuſdam proficiſcatur, nam ſymptomata actionum ſemper immediatè à morbis prodeunt; quare ante omnia hi à nobis inquirendi veniunt, à quibus dolor excitatur in renibus.

Animaduertas tamen ex Galeno lib 6. epid. comm. primo tex. 6. duplicem in renibus dari dolorem; vnum grauatiuum, alium acerbum; grauatiuus dolor fit à re quadam, quæ grauare videtur: acerbus verò eſt, qui intenſiſſimus, & vehementiſſimus ſentitur, potiùs à re pungente ortum ducens.

Cum itaque dolores inter ſe ſint diuerſi à morbis, à cauſis diuerſis exoriri eſt neceſſe; at dolores omnes à ſolutione continui prouenire, nec non ab intemperie, ſeiunctim, & coniunctim alias oſtendimus, vehementiores à ſolutione; vehementiſſimi verò proficiſcuntur, tam à ſolutione, quàm ab intem- C perie.

Dolores verò exigui à ſola intemperie tam calida, quàm frigida ortum ducunt, vt alibi diximus: ſed huiuſmodi morbi non eueniunt, niſi à ſuis cauſis.

DE CAVSIS DOLORIS renum.

D Primò exordiamur ab immediata & proxima cauſa, quæ etiam cohiuncta appellatur; quæ duplex eſſe poteſt, vna doloris grauantis; altera acerbi. Dolor grauans poteſt fieri à quacunque cauſa, quæ ſenſum rei grauantis inducat, vt ſunt lapillus, & arenulæ, quæ in cauitate renis quieſcant, nec moueantur.

E Materia quoque pituitoſa, & craſſa, copia flatus craſſioris in hanc cauitatem collecta, ac præterea copia puris cauſa eſſe poſſunt, quemadmodum diximus eueniſſe ei, qui poſt obitum fuit ſectus, & in cuius rene reperta eſt multa copia puris.

Hic recenſenda eſt hiſtoria ſupradicta de illo, qui paſſus eſt dolorem grauatiuum per quatuordecim annos à materia collecta in renis ſubſtantia, tamquam

in crumena quadã larga; ità enim dilatatus erat ren, & puris copia repletus, vt exitum habere non potuerit, ſiue modò hæc materia ibi colligatur, aut aliunde veniat, vt à capite, vel à iecore, vel ab aliqua alia parte proficiſcatur, dummodo hæc ipſa quieſcat ponderis grauantis ſenſum faciens.

Dicitur hæc cauſa doloris grauantis, quamuis copia ſanguinis poſſit etiam grauem facere dolorem, ſi in grumum præſertim redacta ſit.

Doloris autem acerbi cauſa etiam eſſe poteſt calculi generatio, vt dicebat Galenus cap. præcitato, vel quando ipſe calculus deſcendit; nam quamuis renum caro non admodum ſentiat, quia pauciſſimi nerui per eorum ſubſtantiam diſſeminantur, intus tamen illa membrana reperitur neruoſa, à qua vreteres prodeunt, per quam lapilli deſcendentes, eiuſq; continuum ſoluentes, dolorem intolerabilem inducũt, quemadmodum etiam vbi deorſum per vreterem deſcendit.

Denique eſt bilioſus humor, qui intemperiem calidam affert, ſimulq; & mordendo inuehit dolorem; ſanguis quoq; poteſt facere intemperiem calidam, à qua dolor excitatur quidem, ſed moderatus, niſi aduſtus fuerit, aut in bilem, vel melancholiam redactus, quia tunc facit dolorem acerbum, & eo maiorem, ſi in rene putreſcat, in grumum primùm conuerſus. Hæ ſunt cauſæ immediatæ doloris renum tam grauantis, quàm acerbi.

Modò ad cauſas remotiores properandum eſt, quæ deſumuntur à cauſis exterioribus, conferentibus etiam internis naturalibus. Primò quidem victus ratio ſeruata in ſex rebus non naturalibus humores generat ſibi proportionatos, quare qui degunt in aere frigido, & humido, victitantq; ex rebus, atq; edulijs aptis ad generandos craſſos humores, atq; flatus, multam copiam horum in corpus coaceruant, quemadmodum

A ſunt carnes craſſæ, ſuillæ, vel alterius animalis craſſioris.

Leguminum vſus, vel piſcium, aut rerum ex paſta, vel caſeus. quæ omnia accumulant craſſos humores; quemadmodum etiam crapulæ frequentatæ, cõpotationes, ebrietates, aquæ nimię potus, à quibus omnibus tum arenæ, tum quoq; lapilli generari poſſunt, atque renum grauitates, & obſtructiones, in
B corporibus præſertim intemperatis ad frigidum, & humidum, & ijs qui ætatis ſunt declinantis.

E contra verò illi accumulant acrium & mordacium humorum copiam, qui in ętate ſunt florida, habitus bilioſi, macilenti, & ſicci cum venis amplioribus, vtentes alimentis calidis, alſatis, rebuſq; aromaticis pręparatis, vt

C Caryophylis,
Pipere,
Cinnamomo,
Nuce muſcata,
Et huius generis alijs.

Qui vinum bibunt generoſum, vigilant, corpus exercẽt, varijſq; laboribus, Immoderatiſq; ſtudijs ſunt dediti, aut venationibus, vel equitationibus validis, & in aere calido degunt.

D Qui immoderatam venerem exercẽt, & in animi grauibus affectionibus diù permanent, qui etiam non habent alui conſuetum beneficium, accumulant, atque coaceruant copiam humorum acrium, à quibus dolores acuti, & acerbi in renibus fiunt.

Nam huiuſmodi cacochymia, vbi collecta in venis fuerit, renes calidiores fiunt, & huc affluit materia partim à
E renibus tracta, partim cum ſero à venarum virtute expultrice pulſa, quæ cum non poſſit habere ſemper exitum retinetur, doloremq; inducit renibus, ad id conferente mala eorum conſtitutione, vbi pręſertim à iecore calido nimium calefacti fuerint, deinde habeant vaſa non admodum ampla. Iſtę ſunt omnes cauſę tam internæ, quàm externæ dolorum

rum

rum renum, venio ad ſigna, quibus is dignoſci poteſt.

DE SIGNIS DOLORIS *renum*.

Signorum diagnoſticorum alia ſunt, quæ diſtinguunt dolorem renum à dolore inteſtinorum, & muſculorum, tum dorſi, tum lumborum, ſed vt dictum eſt præcedenti capite, à dolore inteſtinorum vix diſcernitur: alia ſigna cauſas dolorum diſtinguunt.

Signa priora non admodum cognitu facilia ſunt, quia ſæpè probatiſsimos medicos decipiunt, vt vix diſtinguere valeant renum dolores à doloribus inteſtinorum, ob varium vrinę ductum, qui propè inteſtina deorſum fertur.

Vnde Galenus fuit aliquando deceptus exiſtimans ſe nephriticum dolorem pati, cum tamen colicus eſſet dolor; in vtroq; enim vrina, & fœces, aut lædi, vel cohiberi conſueuerunt ſimul, & ſemel, & in me ipſo ſæpè expertus ſum ab vtroq; dolore correptus, quare non niſi progreſſu temporis vnus ab alio diſtingui poteſt.

Horum igitur diſtinctio petenda eſt ab exeuntibus; nam vrina in nephriticis ſemper mutata cernitur, & multis quidem modis; ſicut etiam læſis inteſtinis alui deiectio ſolet mutari, ſed præter mutationem vrinæ ſubſtantiæ, quæ ſemper exit cum aliquo dolore, aut ardore, vel exeundi difficultate.

Hippocrates 4. epid. tex. 70. in hiſtoria Apomanti, ait ſæpe turbata vrina, eſt, non rarò tenuis, alba, & cruda exiens, cum aliquo vel dolore, aut mutatione, ex quo diſtinguitur dolor renum à lumborum dolore: deinde lumborum dolor exterior magis eſt, neque ſemper ad latera.

Cauſæ quoq; diſtinguuntur; nam ſi flatus faciant dolorem in renum regione, tantam ægrotantes extenſionem percipiunt, vt vix ambulare, aut ſe mo-

A uere poſſint.

Deinde iuuantia, & nocentia confirmant: ſiquidem à diſcurientibus flatum iuuantur, à flatum generantibus læduntur. Rurſus vbi flatus diſſolutus fuerit, denuò ſtatim regeneratur, & dolor recurrit, ſæpè ad partes propinquas, vel remotiores; & ad eas, quæ cũ illis communicant, extenditur, vt ad veſicam, & teſtes.

B Si verò ſit à materia craſſa, aut arenæ copia, vrinę adeſt ſuppreſsio, abſq; tamen veſicę læſione, pondusq; percipitur determinatum ad renis regionem. Diſtinguitur tamen craſsa materia à copia arenę, quia humoris craſsi copia, non niſi ab iis, qui victus ratione vtuntur, quę poſsit cumulare craſsos humores, colligitur; arena verò in omnibus vtcumq; viuentibus.

C Deinde arenulę exeunt cum vrina, quę in fundo matulę apparent; craſsi verò humores non tam facilè videntur, quamuis, & ipſi ſæpè per vrinam exeant.

Materia verò calida, ac renum intemperies calida à doloris ſpecie, nec non à iuuantibus, & nocentibus cognoſcitur. Cęterùm, & à ſyndrome omnium rerum concurrentium ad generatio-

D nem humorum acrium, habetur; quę deſumitur tam à rebus non naturalibus, quàm à rebus naturalibus iam dictis; hęc de ſignis.

DE FVTVRO EVENTV *doloris renum*.

Svccedunt prognoſtica, quæ ipſa deſumuntur à vehementia doloris,

E à cauſis efficientibus, à ſymptomatibus, à iuuantibus, & nocentibus. Si dolor tenſiuus, aut grauatiuus ſit ortum ducens, vel à flatu, aut à materia craſſa, adſitq; robur virium, in ætate florenti, & à rebus iuuantibus recipiat aliquod beneficium, ita vt & conferentia ſubſequatur cum tolerantia, euentus erit

bo-

omninò bonus.

Verùm non tam citò terminabitur dolor; è contra ſi ab humore acri ſuccedat, neq; à iuuantibus, hoc eſt, ab illis rebus, quæ iuuari conſueuerunt, vllum profictum habeat; lædatur verò à rebus nocentibus, periculum eſt, ne ad inflammationem, aut renum vlcus terminetur..

In ſumma dolor renum non eſt lethalis, niſi fiat à calculo, aut ab arenularum, nec non ingenti puris copia. Niſi enim pus euacuetur, periculum eſt, ne ad mortem hominem ſecum ducat, & eò citius, ſi virtus ſit languida, quare tempus euētus poteſt eſſe, & breue, & longum pro cauſarum diuerſitate, & doloris vehementia, ac ſymptomatum ſuperuenientium ratione.

Modus euentus eſt potius ab arte, quàm à natura, quamuis fieri poſſit, vt dolor à natura terminetur, euacuata materia ipſum faciente: ab arte verò tollitur pharmacia, chirurgia, & victus ratione, de quibus iam agendum eſt.

DE CVRATIONE DOLORIS *Renum per Chirurgiam.*

INdicationes deſumuntur à cauſis dolorem facientibus, quæ ſunt auferendæ, ſi internæ ſunt; externæ verò ita temperandæ veniunt, vt non poſſint amplius humorem noxium generare in corpore.

Interna cauſa antecedens, ſi fuerit bilis, aut pituita, eſt è corpore exturbanda chirurgia, aut pharmacia, victus ratione verò ita agendum eſt, vt humoris peccantis inhibeatur noua generatiò.

Per chirurgiam igitur curabitis cum euacuare humores acres, qui ad renes ferri ſunt parati, ſi adfuerit cum illis ſanguinis copia, idq; per ſectionem venæ, quæ ad cubitum brachij illius lateris, vbi dolor exiſtit, agendum eſt, vt ſimul euacuetis, ac reuellatis, ne materia in renes feratur: at ſi vel menſes, vel hæmor-

A rhoides ſuppreſſæ ſunt, ex talo mittendus eſt ſanguis.

Notat Mercurialis lib. 4. de internorum morborum curatione cap. 7. quod ſi dolor vrget, primò mittamus ſanguinem ex dextero brachio, ex baſilica, deinde ex ſiniſtro brachio, ſi tamē iecur videatur ſe in renes exonerare, vt ex dextro brachio bis mittamus ſanguinē.

Sed hęc arbitrio periti medici remit-
B tuntur, qui agnoſcat dolorem, vehementiam ipſius, & vnde proficiſcatur, quia ſi ex lienis vitio fiat humorum tranſmiſſio ad renem ſiniſtri lateris, ſatius eſt ex ſiniſtro latere ſanguinem mitti.

DE CVRATIONE DOLORIS *renum per Pharmaciam, & Victus rationem.*

C PEr Pharmaciam opus eſt eundē humorem collectum extra corpus trudere, quod fiet medicamentis cholagogis, magis tamen ſub forma potus, quàm pilularum, aut boli. In hoc igitur caſu poteſtis parare id medicamētū.

℞. Trium myrobal vnc. j.
Tamarindorum, vnc. j.
Liquiritiæ raſæ,
Paſſularum, ana vnc. ß.
D Hordei mundati, p. ß.
Fiat decoctio ſecundùm artem, &
℞. Huius decocti, vnc. iv. in quo infunde per 12. horas.
Rhabarb. electi maturi, ſ. p. drach. ij.
Facta forti expreſſione diſſolue
Mannæ fortis, vnc. vj. fiat potus.

Sunt & alia infinita medicamenta, quibus huic intentioni ſatisfacere poteſtis, de quibus ſatis capite antecedente
E dictum eſt.

Sub forma boli.

℞. floris caſſiæ nouiter extracti, vnc. j.
Rhab. ſubt. pulu. drach. j.
Cum ſaccharo fiat bolus.

Sub forma pilularum.

℞. Pil. ſine quibus,
Aggregatiuarum, ana drach. j.

Cum

Cum electuario de ſucco roſarum fiant pilulæ num. 7. & aurentur.

Quod ad victus rationem ſpectat, moderata eſſe debet in omnibus ſex rebus non naturalibus, ſed in ea parte, quæ ad aerem pertinet, vergat ad frigidum, & humidum. In alimentis verò ſit boni ſucci, facilis coctionis, & quæ habeat aliquam facultatem refrigerandi.

Pro potu ſit aqua hordei, vel aqua ſimplex cocta, vel in qua modicum liquiritiæ ebullierit. Sed inter alia aluus lubrica ſeruari debet, ne excrementa retenta ſint cauſa, vt humores bilioſi in renes retrocedant, idque agendum eſt clyſteribus idoneis, de quibus ſatis in præcedenti capite. Tempus eſt, vt cauſam immediatam facientem dolorem expendamus, videamuſque, quibus debellanda, ac profliganda eſt.

DE CVRATIONE DOLORIS *Renum per medicamenta localia.*

SEd antequam ea medicamenta attingamus, quæ dolorem auferre con ſueuerunt, in hoc caſu videtur primò determinandum eſſe, an liceat vti localibus medicamẽtis, antequam corpus expurgetur, an verò ſit tutius medicamentum exhibere ante localium applicationem?

Cauſa dubitationis eſt, quia Mercatus præcitato capite ſcribit, longè melius eſſe applicare topica medicamenta, à quibus ſi nullum profictum habeamus, deueniamus ad medicamentum purgans.

Hęc viri huius propoſitio videtur eadem, ac illa, de qua diximus cap. de pleu ritide, vbi ex mente Auicennæ lib. 1. ſen. 4 cap. 2. dicebamus eſſe prius ſedandum dolorem, antequam deueniamus ad euacuationem.

Sed quomodo ſit hæc propoſitio intelligenda, ſupra oſtẽdimus dicentes eo in loco Auicennam non loqui de doloribus à ſanguine ortum ducentibus, ſed ab alijs cauſis, nempe vel à flatu, aut craſſis humoribus, cum quibus tamen adſit copia ſanguinis, à qua ſumatur ſanguinis mittendi indicatio.

A Sed quia magis vrget dolor, quàm copia ſanguinis, ideò conſulit primò Auicennas, vt tollatur dolor, antequam mittatur ſanguis.

B Sed in hoc loco præſupponit Mercatus dolorem prouenire ex fluxu humorum bilioſorum à iecore in renes, atqui ſi Galeno credimus 4. acut. 76. ex Hippocratis mente, is determinat, quòd in morbis factis ex defluxu ſit deueniẽdum ad medicamentum purgans, quamobrem dico, quòd longè melius eſt cacochymiam bilioſam euacuare, antequam applicentur topica remedia.

C Et ratio eſt, quia ſit reuulſio à renibus ad ventriculum; nam vbi in ventriculum aſſumptum ſit medicamentum, trahit ab omnibus venis materiam peccantem, quæ vbi in ventriculum fuerit attracta, inde ipſius virtute expulſiua ad inteſtina propellitur, hinc etiam ſit, quòd aliunde tracta materia non amplius in renes fluat.

D Hac igitur ratione exiſtimo prius euacuandam eſſe cauſam antecedentem, quàm ad coniunctam deueniamus; vniuerſalia enim præcedere debent particularia præſidia, & primùm cura habenda eſt totius corporis, deinde partis affectæ, nec video quale ſit periculum, ne maior ex medicamento aſſumpto fiat humoris in renes affluxio, cùm à medicamento potiùs fiat reuulſio.

E Medicamenta autem topica, quæ ad renum regionem applicanda ſunt, dicuntur anodina, nempe dolorem ſedantia, hæc autem componuntur ſub forma fomenti, aut emplaſtri, vel embrocationis. Fomentum fieri poteſt ad hunc modum.

℞. Fol. maluarum,
Violarum ana m. j.
Flor. meliloti,
Nenupharis,

Chamæmeli,
Roſarum ana pug. j.
Sem. lini vnc. ſſ.
Cap. papauerum num. v.
Bulliant in quinque lib. aquæ fontis puriſſimæ vſque ad medietatem, coletur, atque intus infundantur ſpongiæ, & regioni renum applicentur.

Vel ex eodem decocto paretur embrocatio, quæ ex alto cadat.

Emplaſtrum poteſt fieri hac ratione.
℞. Cap. papauerum num. x.
Sem. eorundem
Lini,
Fœnu græci ana vnc. ſſ.
Bulliant in ſufficienti quantitate aquæ ad perfectam capitum papauerum coctionem, deinde coletur, & colato adde
Farinæ hordei vnc. iiij.
Pul. ſantalorum,
Roſarum,
Coriand. præp. ana vnc. j.
Miſce, & fiat emplaſtrum ſecundùm artem, quod parti dolenti applicetur.

Non deſunt plura olea anodina, quibus vnctiones fieri poſſunt, vt eſt
Roſaceum,
Nenupharinum,
Violaceum, & huiuſmodi.

Cum quibus etiam embrocationes fieri poſſunt.

Si dolor his non cedat ad narcotica recurrere oportet, vt eſt ſyrupus de papauere primùm, deinde ad philonium, & denique ad requiem Nicolai deueniendum eſt. Et hæc de renum dolore ab humoribus calidis ortum ducente.

DE CVRATIONE DOLORIS
Renum à flatu, & materia frigida producti, per omne medicinæ inſtrumentum.

INter cauſas doloris renum poſuimus non modò materiam frigidam, craſſam, & pituitoſam, ſed etiam flatus, de quibus non eſt, vt longius pertractemus, A quandoquidem ſcimus ex prædictis, & infra dicendis, à quibus rebus fiant. Humoris igitur frigidi, ac pituitoſi nunc tantùm curatio venit declaranda, quæ indicatur à cauſis, & à morbo ipſo.

Conſiderandum primò, vtrum materia pituitoſa ſit in cauitate renum, an verò aliunde proficiſcatur: ſi in renibus, & vaſis ipſorum contineatur, ipſos diſtendens, grauanſque, tum intempe-
B rans, non poſſumus eam auferre, niſi pituitoſam materiam, quæ ad habitum totius corporis eſt, euacuemus.

Quemadmodum vbi ab aliquo membro demandetur, vtpotè à capite, niſi inhibeamus fluxum, nunquam poterimus liberare renes à dolore, opus eſt igitur, vt euacuemus vniuerſum corpus præſidijs phlegmagogis.

Sed ſi dolor vrget, poterimus euacua-
C re quamprimum per vomitum, ſi præſertim ægrotantes fuerint faciles, & prompti ad vomendum; deinde clyſteribus immiſſis: at ſi dolor dat inducias, corpus purgandum eſt hoc medicamento.
℞. Sem. petroſelini,
Dauci,
Carthami ana drach. j.
Rad. apij,
Aſparagi ana vnc. j.
D Agarici albi drach. j. & ſſ.
Fiat decoctio ſecundùm artem, &
℞. Huius decocti vnc. iij. infunde
Agarici trochiſc.
Rhabarbari ana drach. j.
Facta forti expreſſione diſſolue
Mell. roſ. ſolut. vnc. iiij.
Confect. hamech. vnc. ſſ.
Fiat potus.

Vbi primùm alterati ſint, & præpara-
E ti humores cum ſuis idoneis præſidijs; quod idem faciendum, ſi materia à capite in renes fluxerit, tollenda fluxio eſt, vt inde topica remedia tutius applicari poſſint.

Reuellitur, & euacuatur materia ad palatum, & ad nares, maſticatorijs, gargariſmatibus, errhinis, & ſternutatorijs.

Con-

Confert quoque ſanguinis miſſio, ſi A adſint conditiones ſanguinis mittendi, de quibus pluries actum fuit à nobis, primò à brachio, deinde à talo, ſi opus eſt, ſed parciùs, quàm vbi dolor fiat à materia calida. Tandem inſtituta recta victus ratione per omnes res non naturales, ad localia præſidia properandum eſt.

Inter quæ primum locum obtinet irrigatio facta ex aqua thermali ſulphurea; hæc enim tenuium eſt partium facilè B penetrans, & habet facultatem diſcutiendi, ac renes calefaciendi, quæ ſi in promptu non ſit, fiat decoctio ex huiuſmodi rebus.

℞. Flor. chamæmeli,
Meliloti ana m. ß.
Fol. ſerpylli,
Menthæ,
Abrotani,
Maluarum,
Althææ ana m. j.
Sem. lini,
Fœnugræci,
Origani ana drach. ij.
Rad. iridis vnc. j.

Fiat decoctio in x. libris aquæ fontis puriſſimæ ad medietatem vſque.

Facta irrigatione inungatur renis regio cum oleo ſcorpionum, vel illo etiam, quod deſcribitur à Matthiolo.

Probo etiam oleum Magni Ducis Hetruriæ.

Oleum quoque extractum à radice cucumeris aſinini.

Oleum de balſamo.

Oleum de theriaca.

Nec vitupero oleum hyperici, aut laurinum.

Poteſt & emplaſtrum componi ex prædictis rebus concoctis in aqua prædicta, quæ contundantur, iiſque, &

Farinæ ſem. lini,
Fœnugræci ana vnc. ij.
Sapæ vnc. j.

Cum axungia gallinæ fiat emplaſtrum.

Omnibus his factis ad ea, quæ poſſunt renes euacuare à prædictis humoribus, deueniendum eſt quæ diuretica vocantur, inter quæ expreſſiones ſem. 4. calidor. proficiunt cum vnc. ij. ſyr. de bettonica, præterea.

℞. Decoct. aſparagi, &
Petroſelini vnc. iiij.
Sem. carthami drach. iij.
Oxymel ſimpl. vnc. ij.

Fiat potus, & offeratur ægrotanti ſummo mane.

Proficiunt & in hoc caſu omnia, quæ capite de calculo ſcripta à nobis ſunt.

Vſus quoque terebinthinæ ablutæ cum aqua graminis ad vnc. ß. prodeſt, ſi poſt ipſam ſuperbibat æger vnc. iiij. C aquæ extractæ à papauere corniculato: hæc eſt curatio, quæ conuenit renibus dolentibus à materia frigida, & à flatu.

Sed duo relicta ſunt præſidia, quæ conuenire videntur, nempe cauterium, atque hirudines ano appoſitæ, de quibus breuiter dico vtrumque conuenire remedium, ſed alia, & alia ratione.

Cauterium quidem competit, quando à capite materia in renes fluit, quæ vt D inhibeatur ferri in renes, ad lateris renis affecti illud affigendum eſt.

At hirudines conueniunt, quoties materia aliqua ex liene in renem affectum feratur, aut multæ reperiantur cruditates in venis meſeraicis, nam, vt 6. aph. habetur ab Hippocrate, huiuſmodi venę aptæ, natæ ſunt renes expurgare ab humoribus craſſis, & recrementis fœculentis, quæ ſunt tam in vijs ductuum, E quàm in ipſiſmet renibus: & hæc de renum dolore ſufficiant, nunc eorumdem inflammationem examinamus.

DE RENVM INFLAMMATIONE.

CAPVT TRIGESIMVMPRIMVM.

QVamuis in omnibus corporis noſtri partibus organicis inflammatio ſit morbus in mala compoſitione, nempe in magnitudine adaucta; non tamen in omnibus idem retinet phlegmones, ſeu inflammationis nomen.

Quandoquidem ſi cerebro, & ſuis membranis contingit, dicitur phrenitis, in oculis ophthalmia, in larynge angina, ſeu ſynāche, aut cynāche, in pleura pleuritis, in pulmonibus peripneumonia.

In alijs verò partibus, vbi eueniat, nullum ſibi proprium nomen adipiſcitur, vt in iecore dicitur iecoris inflammatio, & ſic de multis alijs partibus dicendū eſt, inter quas renes numerantur, quorum inflammatio à Græcis phlegmone vocatur, de qua agendum proponitur in præſenti.

Eſt ea tumor renum à ſanguine factus, aut à ſanguine ſimul cum bile, & ſi ſanguis in admixtione bilem ſuperauerit, vocabitur phlegmone eryſipelatoſa, ſi è contra bilis habeat dominium, vocabitur eryſipelas phlegmonoſum; de hac quidem re multoties loquuti ſumus, & de cauſis ipſius.

Et quamuis Euſtachius Rudius lib. 2. de renum inflammat. cap. 37 ſcripſerit, hanc rarò euenire renibus, tum quia renes conſtant ex dura, & ſolida ſubſtantia, non facilè admittente fluxionem; tum quia hæc eorum ſubſtantia nutritur ex ſanguine delectiori cum ſero permixto; hæc tamen non prohibent, quin renes poſſint recipere, & ſæpè quidem impetum ſanguinis fluentis à iecore, aut aliunde, non ſecus atque faciat iecur, & aliæ partes ex ſolida, & dura ſubſtantia conſtantes.

Inflammatio igitur eſt morbus cōmunis partibus organicis, ſed quia euenire A poteſt renibus, & de ipſa tractant omnes praxim exercentes, de illa tanquam de morbo ipſarum particulari nos quoque agemus, quæ cùm (vt dictum eſt) fiat à ſanguine ſolo, vel à ſanguine, cui bilis admiſceri ſolet, habemus iam cauſam ipſius immediatam eſſe ſanguinem, vel ſolum, aut bili admixtum.

Hinc duæ ſtatim ipſius inflammationis renum deſumuntur differentiæ à cau- B ſa efficenti, quæ eſt materia; vna eſt, quę à ſanguine, alia, quæ à bile, & ſanguine mixtis generatur.

Sunt & aliæ differentiæ deſumptæ à ſubiecto, nempe à partibus varijs renum inflammatis, vt 6. aphor. 5. docuit Galenus, ſiquidem adeſt ſubſtantia ipſorum carnoſa, quæ inflammari poteſt, eſt & illa membrana neruoſa intus cauitatem exiſtens, à qua ortum ducunt continui- C tate quadam vreteres.

Sunt etiam arteriæ, & venæ ſatis inſignes, quæ diſſeminantur quaſi inſenſibiliter per carnoſam renum ſubſtātiam.

Tandem eſt externa, qua inuoluuntur membrana, à quibus omnibus differentiæ inflammationis deſumi poſſunt.

DE CAVSIS INFLAMMATIONIS RENVM.

D

CAuſæ verò inflammationis ſunt in in duplici differentia; nam aliæ ſunt, quæ accumulant ſanguinem, vel bilem, aut alios humores; aliæ verò ſunt, quæ ſanguinem ad fluendum idoneum reddunt, atque fluere ipſum cogunt.

Priores ſunt deductæ ab ijs rebus, quæ aſſumuntur, vt ſunt alimenta, & potus: quæ fiunt à nobis tum corpore, tum E animo: quæ retinentur immodicè, vt quando in mulieribus menſes retinentur, aut in viris hæmorrhoides.

Tandem ſunt illa, quæ corpus exteri-

us

ùs alterant, præſertim, quæ neceſſatiò occurrunt, vt aer, opem ferentibus rebus naturalibus, ideſt, ætate florida, habitu ſanguineo, complexione calida, & humida, & hepate calido, quæ omnia ſunt, quæ ſanguinem accumulant, de quibus pluries egimus.

Aliæ verò ſunt, quæ ſanguinem fluere faciunt, & ad copiam ſanguinis, aut qualitatem eiuſdem, ad robur partis propellentis, & demandantis, ad conditiones renum ipſorum, demum ad vaſa, per quæ fluit ſanguis, pertinent; ſanguis enim primò copioſior eſt in corpore, quàm poſſit alterari, inde à toto transmittitur, vel à iecore aggrauato, vel ab aliqua parte robuſta, quæ à ſe, quantum poteſt, ſanguinem, aut bilem etiam propellit.

Renes verò ſunt in cauſa fluxionis, cum calidiores ſint, quàm conueniat, aut dolore affecti. Relinquo modò decliuitatem, eorumque debilitatem, quæ non ſunt cauſæ, vt ſanguis fluat, ſed ipſum tantummodo fluentem recipiunt: at renes dolentes, & calidi fluxionis cauſa ſunt ipſum ſanguinem ad ſe trahẽdo, vt alibi declarauimus, namq; dolor per accidens trahit, calor per ſe.

Spatia, hoc eſt, venæ, & arteriæ ſunt & ipſæ cauſa fluxionis, vbi nimium, quã par ſit, dilatatæ exiſtant, quare fluxionis cauſæ ſunt robur partis demandantis, calor, & dolor recipientis; nam vna pars pellit, altera trahit, & hoc modo ſanguis ad fluendum cogitur. Vaſa verò nimium dilatata ſunt cauſæ per accidens: & iſtæ ſunt omnes cauſæ inflammationis renum.

Quod ſi dicat veſtrum quiſpiam, poteſtne fieri inflammatio à congeſtione humorum? Reſpondeo, quod vera inflammatio fit eo modo, quo dictum eſt, ſed vbi congeſti ſint humores aliqui craſſiores cum aliqua ſanguinis copia, cùm conſtipentur meatus, & pori renum, prohibeaturque effluxus; prædicti humores putreſcunt, & dolorem inducentes affectionem quandam ſimilem inflammationi generare poſſunt.

A Qui tandem in pus conuerti ſolent; quandoque minguntur ſimul cum vrina, ſed non faciunt veram inflammationem, vt dictum eſt. Solent quandoque etiam tales humores indurari, ſiue quia eorum partes tenues reſoluantur, ſiue quia à frigiditate condenſentur: & hæc breuiter de cauſis inflammationis renum dixiſſe ſit ſatis. B

DE SIGNIS INFLAMMAtionis renum.

Signorum alia morbi idæam demonſtrant, alia partem renis ab inflammatione affectam deſignant; alia verò cauſam, hoc eſt, humorem, qui inflammationem gignit, circumſcribunt. C

Priora, nempe inflammationem oſtẽdentia, ſunt dolor ad renis regionem circa poſtremam dorſi vertebram, & primam lumborum vſque ad vltimæ, & poſtremæ coſtæ ſitum, qui nonnunquam deorſum ad teſtem, ad initiaque fęmoris extenditur, ſæpè ſurſum ad dorſi mediam partem.

D Galenus 2. de loc. affect. 8. ait, quod non modò grauatiuus cenſeri debet, ſed ita acutus, & cum valida tenſione, vt ægrotantes recti manere nequeant, &, vt inquit Aetius, neque pedibus ingredi: & ſi aliqua ſternutatio, aut etiam leuis conuerſio fiat, vehementiſſimè à dolore affliguntur.

Febris adeſt continua, maior, minorue pro maiori, & minori inflammatione. Mentis quoque alienatio ſubſequitur non tarò. E

Sed cum dolor pulſatiuus ſit proprius inflammationis, vt Galenus pluribus locis ſcriptum reliquit, inquiritur hoc loci, cur idem Galenus 2. de locis affectis cap. 2. & 3. habet pulſatiuum dolorem minimè reperiri in renum inflammatione, Aetius verò e contra ait dolorem in renum inflãmatione eſſe pulſatiuum?

Pro

Pro ſolutione dicendum eſt in inflam- A
matione renum adeſſe dolorem grauati-
uum, acutum, & pulſatiuum pro parti-
um affectarum læſione; nam ſi ſubſtantia
renum inflammatur, cùm tota imbibita
ſit ab humore faciente inflammationẽ,
diſtenditur externa membrana, & gra-
uatiuus inducitur dolor.

At ſi membrana inflammetur, cùm
ſenſu exacto ſit prædita, fit dolor acu-
tus. Hinc dicebat Auicennas, quod quã B
do membrana illa, quæ renem tegit, ſi-
mulque & illæ, quibus partibus circum-
uicinis adnectitur, inflammantur, dum
homo erectus eſt, fit ſenſitiuus, & pon-
deroſus dolor, atque acutus; minus ta-
men ſi ſupini iaceant ægri, quàm proni;
minus etiam in eodem latere, quàm ſi in
oppoſito iaceant.

Pari ratione ſi membrana illa inter-
na neruoſa, à qua vreteres prodeunt; C
inflammetur, fit acutus dolor, vt dice-
bam capite de calculo renum, vbi ex
Galeno aſſeruimus grauatiuum, & acu-
tum fieri dolorem in renibus.

Quod ſpectat ad pulſatiuum dolo-
rem, dico eum eſſe proprium arteria-
rum, ita vt inflammatio, quæ euenit ar-
terijs, aut partibus, in quibus ſunt arte-
riæ notabiles (dummodo partes illæ ſint
ſenſu præditæ) ſit cauſa motus pulſati- D
ui.

In ſubſtantia renum inflammata non
poteſt eſſe dolor pulſatiuus, quia arteriæ
diſſeminatę per ipſius ſubſtantiam ſunt
veluti capillares, quæ à copia humoris
ita obruuntur, vt motũ omninò amittãt.

Imò verò Veſsalius exiſtimauit arte-
rias degenerare in membranas, à qui-
bus fiunt vreteres; vnde nulla arteria in
ſubſtantia renum per Veſſaliũ reperitur. E

Deinde ſubſtantia renum omni caret
ſenſu, ita vt dolor pulſatiuus non ſit ex-
pectandus in eorum ſubſtantia inflam-
mata, neque in membrana, ſed tunc
ſentitur pulſatio, quando inflammatio
magna eſt, ita vt etiam emulgentes ar-
teriæ ſint inflammatæ.

Tunc enim percipitur dolor pulſatiuus, & inſignis, quia cõmunicatur ipſis arterijs, quæ dilatantur ſemper manifeſtiſſimo motu, & illæ ſunt, quæ pulſatiuum dolorem faciunt, quia ſunt magnæ, & longè maiores, quàm in hepate, & alijs partibus, quare percipitur dolor pulſatiuus in inflammatione renum magna, quæ ad emulgentes vſque extenditur, non autem in hepate, vbi minimè percipi poteſt.

In magna igitur inflammatione renũ adeſt dolor, quod Aetius voluiſſe videtur, in alijs verò minimè, & hoc eſt, quod dicebat Galenus dolorem pulſatilem non percipi in renum inflammatione, vbi ſubſtantia renum, aut membrana fuerit inflammata, niſi extendatur ad emulgentes arterias, & venas.

Idæa igitur morbi huius à dolore, & febre (vt dictum eſt) cognoſcitur. Vrina exit nonnunquam cum ardore, & labore, à principio tenuis, cruda, & aquoſa, in qua nihil ſubſidet, inflammatione augeſcente, rubicundior, & craſſior redditur, ſæpè aluus impeditur, pigraque fit: extremorum ſubſequitur frigiditas, manuum videlicet, & pedum.

Adeſt nauſea, vomituſque bilis ſinceræ: hæc omnia, aut aliqua ſolent idæam demonſtrare: partes verò affectas oſtendũt doloris qualitates, vt diximus, nam grauatiuus ſubſtantiam renum læſam eſſe oſtendit, acutus verò membranam, pulſatiuus denique ſimul & alias partes, nimirum venas, & arterias, atque alia vaſa.

At ex quibus humoribus fiat inflammatio, colligitur ex humorum proprijs ſignis, & ex ſyndrome quoque omnium illarum rerum, quæ ad humorum generationem, & collectionem faciunt, vt à calore, ſapore, & motu humoris, ab habitu corporis, ætate, temperamento, & ante acta vita, vt ab aere, & reliquis rebus non naturalibus: à iuuantibus quoq; & nocentibus cognoſci poterunt.

Quę verò ſint cauſæ fluxionis ſangui-

nis, aut bilis, vel alterius humoris facientis inflammationem ſimul cum ſanguine, poſſunt cognoſci; nam ſi fuerit aliqua læſio, aut percuſſio, ab ægrotante habebitis, qui dicit & læſionem, atque læſionis modum.

Copia humoris, quæ irritat partem demandantem, cognoſcitur ex prædictis iam ſignis, quemadmodum ſi fuerit vel dolor, aut calor ipſius renis ab ipſomet ægrotante intelligere poteritis: & hæc de ſignis.

DE FVTVRO EVENTV *inflammationis renum.*

INdicationes ſunt illæ, quas in alijs inflammationibus diximus deſumi à natura ipſius inflammationis, quæ partim eſt in fieri, partim in facto eſſe. Quæ eſt in fieri, debet inhiberi, ne procedat vlterius, quia augeretur inflammatio, quæ verò eſt in facto eſſe, euacuanda venit, tam per ſenſibilem, quàm per inſenſibilem viam, nempe vel per reſolutionem, vel ſuppurationem.

His indicationibus an auxilijs opportunis ſatisfacere poſſimus, eſt diligenter indagandum, quod fiet ex collatione vehementiæ affectionis cum robore virium. Magna inflammatio ex ſymptomatum vehementia, ex duratione, ex difficultate, & facilitate patiendi; ex cauſarumq; vehementia, nec non ex iuuantibus, & nocentibus cognoſci poterit.

Si inflammatio tendit ad reſolutionē virtute bene valente, euentus erit bonus omninò: ſi verò ad ſuppurationem vergat, poterit terminari in aliud genus morbi, nempe vel in aliquod vlcus, aut abſceſſum.

Reſoluitur inflammatio renum, quando ſymptomata, ſcilicet dolor remittitur, febriſque minor in dies redditur. Iuuantia medicamenta pulchrè operantur, ſubſequitur inde facilis tolerantia, omniaque mitiora redduntur.

At ſi in ſuppurationem inflāmatio tendat, tunc dolores, & febres magis augentur, iuxta aph. 47. part. 2. vbi dicitur, quando pus conficitur dolores, & febres; vbi verò iam ſuppurata eſt inflammatio, & iam factus eſt abſceſſus, tunc cognoſcitur ex tenſione, & grauitate illius lateris, in quo adeſt abſceſſus.

Comprehenditur præterea ex tumore circa ilia, & lumbos, dolores quoque cedunt, ac febris remittitur, quod ſi ex B affecta parte ęger in ſanam ſe conuertat, pondus percipit, 6. de loc. affect. cap. 3.

Si igitur reſoluitur, prædicenda eſt omnimoda ſalus, & breui quidem, at ſi ſuppuretur pro diuerſitate variæ affectionis renum; nam ſi renes aſſueti ſint pati nephriticum morbum, nempe calculum, ſi inflammentur, deinde ad ſuppurationem terminentur, periculum eſt, ne æger intereat, vel in abſceſſum curatu diffici- C lem incurrat: hæc de præſagijs.

DE CVRATIONE INFLAMmationis renum per victus rationem.

INdicationibus prędictis ſatisfaciunt auxilia tam à victus ratione, quàm à pharmacia, & chirurgia deſumpta.

Auxilia diætetica talia eſſe debent, D qualia diximus in alijs partium inflammationibus. Quod ad alimentorum quātitatem ſpectat, etſi pauca ea eſſe debent, non tamen diu detinere oportet ægrotantem in inedia, quia ex ea acuuntur humores, & vrinæ acriores redduntur, vt Aetius notat.

Inter alia ptiſanę ſuccus valet, & quę boni ſucci ſunt, ac refrigerandi facultatem habent. Cauendum ab ijs, quæ ad E vrinam ducunt, vnde mulſa non admodum commendatur.

Clyſteribus ad leniendam aluum vtendum eſt, qui emolliendi quidem, & refrigerandi facultatem habeant; ac poſſint humores in inteſtina deducere, & à renibus abducere, quales ſunt plures à nobis deſcripti cap. de calculo renum,

num, & qualis eſt huiuſmodi.

℞. Rad. althææ,
Liliorum ana vnc. j.
Maluæ,
Violariæ ana m. j.
Prunorum num. x.
Paſſularum vnc. j.
Quatuor ſem. frig. maior. ana drach. ij.
Fiat decoctio ſecundùm artem, &
℞. Huius decocti lib. j.
Mell. viol.
Sacchari rubei,
Butyri recentis ana vnc. j.
Olei violati,
Chamæmelini ana vnc. j. miſce.
Fiat clyſter.

In reliquis verò rebus naturalibus procedendum eſt, prout diximus in alijs inflammationibus.

DE CVRATIONE INFLAMmationis renum per chirurgiam.

Quod ad chirurgiam attinet, ex Galeni, Aetij, & aliorum ſententia mittendus eſt ſanguis, vt ſatisfaciamus indicationi illi, quæ oſtendit inhibendum eſſe augmentum inflammationis, ſed ex quo loco ſit extrahendus, non ita clarum eſt, cum alij ex poplite, ſeu talo, alij ex brachio dicant extrahi oportere.

Solutio huius dubitationis à Galeno habetur lib. de curandi ratione per ſanguinis miſſionem cap. 18. vbi conſiderans renum ſitum, an ſint ſuperiores, an inferiores noſtri corporis partes, determinat tandem inflammationem renum eſſe vel recentem, & cum ſanguinis copia, vel minimè recentem.

Si primo modo, decernit eſſe mittendum ſanguinem ex brachio reuulſionis gratia: quod ſi inflammatio non ſit recens, mittendus eſt ſanguis ex talo, aut poplite euacuandi, & deriuandi gratia: & hæc de chirurgia.

A *DE CVRATIONE INFLAMmationis renum per pharmaciam.*

Ex medicamentis à pharmacia acceptis alia ſunt interna, alia externa, & rurſus internorum alia ducunt per ſeceſſum, alia per vrinam.

Priora ſunt in duplici differentia, alia quæ educunt materias, aut educere ſunt apta à ventriculo, & inteſtinis, quæ
B coprotica à Græcis dicuntur, eò quòd non excedant meſeraicarum regionem.

Alia verò a longinquis partibus educunt materias per ſeceſſum, cathartica à Græcis dicta: in præſenti prioribus ſæpè vtimur, vt ſunt
Manna,
Caſſia,
Hiera,
C Tamarindi,
Syr. roſ. ſolut.
Rob violatum,
Et quæ ſunt huius generis.

Secundis verò, nempe catharticis nunquam, aut tarò vtimur.

Per vrinam ducentia euitanda ſunt, quouſque inflammatio ſit reſoluta, aut in declinatione; tunc enim à diureticis leuioribus, & frigidis inchoandum eſt,
D vt tota illa materia, quæ ad renes confluxit, extra ducatur, quemadmodum ſunt expreſſiones ſem. quatuor frig. maior. facta ex aqua capill. Veneris.

Deinde ad ea, quæ maiorem caliditatem habent accedere poſſumus, vt eſt aqua cum vino, & melle cocta
Rad. graminis,
Chamæpytis,
Petroſelinum,
E Polium montanum,
Et quæ ſunt huiuſmodi.

His omnibus auxilijs ſatisfacimus cauſæ antecedenti.

Coniunctam verò cauſam tollimus, præſidijs quidem ad pharmaciā attinentibus, ſed localibus, & topicis vocatis, quorum quædam ſunt, quæ humorem reprimunt, ac prohibent, ne in partem affectam

affectam recipiatur, humoremque fluxum euacuant, quæ ſunt duplicis generis; nam alia reſoluunt, alia ſuppurant.

Quibus non eſt vtendum temere, ſed tempora inflammationis animaduertere oportet, vt dictum eſt pluribus in locis, quandoquidem in principio reprimentibus, in augmento reſoluentibus, & reprimentibus ſimul mixtis agendum eſt.

B Ita tamen fieri debet hæc mixtio, vt reprimentia ſuperiora ſint reſoluentibus: in ſtatu è contra ita admiſcenda ſunt ad inuicem hæc medicamenta, vt reſoluentia præualeant reprimentibus; at in fine ſolis reſoluentibus pugnandum eſt.

A principio igitur poteſtis applicare hoc vnguentum.

℞. Olei roſati,
Infrig. Galeni, ana vnc. j.
Aceti, vnc. ſ. m.

C Aliquando poteritis addere modicũ ceræ, vt ad modum cerati applicetur, ac maneat, vt iſtud eſt.

℞. Olei roſati, vnc. j. ſ.
Succi polygoni,
Portulacæ, ana vnc. j.
Aceti, parum,
Cum modico ceræ fiat vnguentum.

D In augmento vti poteritis hoc fomento.

℞. Fol. maluæ,
Violariæ,
Portulacæ, ana manip. j.
Flor. roſarum,
Nenuph.
Chamæmeli.
Meliloti,
Summit. anethi,
E Parietariæ ſiccæ,
Rad. althea, vnc. j.

Bulliant in ſufficienti quantitate aquę ſecundùm artem: in huiuſmodi decoctum calidum immerge ſpongias, applica parti dolenti, addito modico aceti.

Iſtud præſidium poteſt ita parari, vt in ſtatu etiam proficere poſſit, additis, A quę reſoluunt, ſupra reprimentia, quemadmodum etiam ſequens cataplaſma, tam in augmento, quàm in ſtatu applicari poterit, ſeruata mixtionis ratione.

℞. Florum chamæmeli,
Meliloti,
Roſarum rub. ana p. j.
Fol. maluæ,
Althææ, ana m. j.

Coquantur omnia in aqua chamæmeli ad medietatem, deinde contundantur, & illis adde

Farinæ hordei,
Fabarum,
Sem. lini,
Fœnugræci, ana vnc. ſ.
Olei roſati,
Anethi, ana quantum ſufficit.

Fiat cataplaſma, addendo non nihil olei cotoniorum.

Commendatur multum illud pharmacum, quod Aſclepiadi adſcribitur, id autem eſt.

℞. Nucis ponticæ.
Amygdalarum amararum,
Sem. cucumeris,
Cicutæ,
Maluarum,
Hyoſcyami albi,
Opij, ana drach. j.

Et cum ſaccharo, quantum ſufficit, fiant trochiſci.

Doſis ſit ad drach. j.

Vide Euſtachium Rudium lib. 2. de lapide renum cap. 36.

At ſi in declinationem tendat inflammatio, tunc addenda ſunt prædictis medicamentis ea, quæ maiorem reſoluendi efficaciam habent, vt eſt

Polium,
Abrotanum,
Chamæpytis,
Aſarum,
Flos iunci odorati,
Et huiuſmodi,

Hæc ſunt, quæ inflammationi ad reſolutionem properanti conueniunt.

At ſi ad ſuppurationem vergat, opus

pus eſt ſuppurantia admouere, de quibus pluries diximus, ſub forma emplaſtrorum, vnguentorum, ſed maximè ſub forma embrocationum, quæ poſſunt etiam ea ratione parari ex decoctis dictis, & alijs, quæ & reſoluendi, vbi neceſſe ſit, néc non & ſuppurandi facultatem habent.

Suppurata iam materia curandum A eſt, vt extrahatur, non ſecus atque in omnibus alijs inflammationibus agendum eſſe diximus, idque fieri in hoc caſu debet per medicamenta diuretica, de quibus ſupra. At iſtud probatum eſt.

℞. Aquæ hordei integri, vnc. vj.

Syr. de cichorio Nicol. vnc. iij.

Miſce pro vnico hauſtu. Hæc de inflammatione renum.

DE VLCERE RENVM.

CAPVT TRIGESIMVMSECVNDVM.

QVoniam ab inflammatione ſuppurata ſæpe ſequi ſolet vlcus, rationi conſonum videtur, vt poſt inflammationem ſequatur vlceris renum diſceptatio, quamuis à multis alijs cauſis euenire poſſit. Vlceris igitur conſiderabimus partem diagnoſticam, nec non & therapeuticam.

Quod ad nomen ſpectat ἕλκος à Græcis appellatur communiter, etiam ſi pro partium diuerſitate diuerſa acquirat nomina; nam in carne propriè appellatur vlcus, ſiue à cauſa interna, ſiue ab externa ortum ducat.

Latini verò diſtinctius loquuntur; nam vlcus appellant quamcunque ſolutionem continui à cauſa interna factam; vulnus verò ſi à cauſa exteriori euenerit: in omnibus igitur partibus eueniens ſolutio continui à cauſa interna vocatur vlcus, quemadmodum ſi fiat à cauſa externa vulnus.

Excipe tamen oſſa; nam ſi à cauſa interna horum prouenerit ſolutio continui, appellabitur caries, ſi à cauſa exteriori dicitur fractura, ſi potiſſimum à telo fiat contundenti; nam ſi fiat à ſcindente dici poteſt vulnus, aut (vt ait Hippocrates de vul. cap.) ſedes teli.

Reliqua verò nomina, quibus vtuntur B Græci ad ſignificandam ſolutionem cõtinui in partibus alijs à carne euenientem, non ſpectant ad præſens inſtitutum; ſatis enim eſt nobis ſcire vlcus, de quo agimus euenire carni, ſeu parenchymati ipſorum renum.

Quod ad eſſentiam attinet, procul dubio reponitur inter res præter naturales; referri enim debet vel ad morbũ, aut ad ſymptoma: non ad ſymptoma, vt C ex dictis ſatis patet, neq; ad cauſam; quare ſequitur, quod ſit morbus non proprius, ſed communis tam partium organicarum, quàm ſimplicium; eſt enim ſolutio continui, aut vnitatis partium omnium, quæ indifferenter euenire poteſt tam ſimplicibus, quàm organicis.

In hoc caſu eſt ſolutio continui ſubſtantiæ renis vnius, aut vtriuſq; ita vt af- D fectio ſit ſolutio continui, pars affecta ſit renis ſubſtantia, ſeu parenchyma, quamuis huiuſmodi parenchyma habeat duplicem ſuperficiem, internam nempe, atque externam, interna verò plures continet partes, nimirum carnoſam, membranoſam, venoſam, atque arterioſam.

Fieri igitur poteſt, vt vlcus eueniat omnibus prædictis partibus, aut vni ſoli, videlicet membranoſæ, aut carnoſæ; E ſed cuicunque parti ex prædictis euenerit,

nerit, non propterea euariatur curatio, cuius gratia inſtitutus eſt præſentis affectionis ſermo.

DE CAVSIS VLCERIS *Renum.*

Cauſæ vlceris immediatæ plures eſſe poſſunt, quas ad quatuor capita reducimus, videlicet ad calculum excoriantem tam carnoſam, quàm membranoſam ſubſtantiam in abſceſſum conuerſam, & in humorum acrium copiam, & qualitatem, tandem ad ea omnia, quę exterius vulnerare, & ſolutionem continui inducere ſunt apta nata.

Iſtę ſunt omnes cauſæ vlceris renum, quarum cognitio non eſt admodum difficilis.

DE SIGNIS VLCERIS *Renum.*

Longè difficilius eſt cognoſcere vlcus in renibus; primò quidem, quia quantumuis excreta per vrinam poſſint aliquam cognitionem præbere, quemadmodum eſt pus, quod vlceris certiſſimum eſt indicium, nec non ſanguis; nihilominus Hippocrates 4. aph. 75. ſcriptum reliquit, ſi ſanguinem, aut pus mingat, aut renum, aut veſicæ exulcerationem ſignificat.

Galenus quoq; in comment. addit ab vreteribus exulceratis etiam pus, & ſanguinem per vrinam emitti; quare etſi ex prædictis excretis cum vrina coniiciamus vlcus, non tamen magis in renibus, quàm in veſica, aut vreteribus inde comprehendimus.

Præterea fieri poteſt, vt abſceſſus aliquis diſruptus ſit in aliquo loco renibus ſuperiori, puſque ad renes confluat, inde ad veſicam. Succedit, quod à canali communi non modò pus, ſed ſanguinem ſæpè exire obſeruamus, nec renibus, nec veſica, neq; vreteribus læſis.

Vt igitur diſtinguamus vlcus renum A à cæteris partibus, & ab aliquo abſceſſu diſrupto, opus eſt multa conſiderare, in primis tempus, & quantitatem puris exeuntis, nec non, & particularia quædam exeuntia cum prædictis excretis.

Nam ſi pus ſpatio trium, aut quatuor dierum copioſè effluat per vrinam, deinde ceſſet, ſuſpicabimur illud ex abſceſſu diſrupto prouenire poſſe, non autem à renibus, nec vreteribus, neq; B veſica.

Si verò per multos dies, aut menſes pus exeat, nec admodum copioſè, tunc ab vreteribus aut renibus, aut veſica prouenire eſt iudicandum. Quod doloris regio, & ſitus declarabit; nam ſi in veſica vlcus erit, ad pubis, ac petinęi regionem percipietur dolor: quemadmodum vbi adſit in vreteribus, dolor extenditur à prima vertebra lumborum ad pu- C bem vſque.

Deinde ſi carunculæ paruæ, & veluti capilli vna exeant, eæ à renibus excernūtur, vt præcitato loco ſcripſit Hippocrates, vnde Galenus in comment. dicebat paruas carunculas renum exulceratorum partes eſſe, lapilli autem quamuis non ſint partes renum, generantur tamen in renibus ex craſſis, & lentis humoribus aduſtis.

D Cæterum odor grauis, ac fœtor declarat, ac diſtinguit vlcus renum ab vlcere veſicæ; nam graueolens fętor à veſica; pus verò à renibus prodit, vt 4. aph. 80. ſcriptum eſt ab Hippocrate, quamuis etiam copioſior quantitas puris adſit in renibus, quàm in vlcere veſicæ: ſuccedit, quod pus à renibus profluens vrinæ magis mixtum eſt, quàm illud quod à veſicæ vlcere prouenit.

E Signa cauſarum deſumuntur ab ijs, quæ præceſſerunt; nam ſi calculus præceſſerit, inde ſigna prædicta appareant, concludemus id euenisse ab exulceratione facta à calculo, quod idem dicendum eſt de inflammatione, atq; abſceſſu, ſimiliter ſi aliquæ exteriores cauſæ adfuerint, ſiue medicamentum calidum,

quæ omnia ab ægrotante audiemus.

At ſi nihil horum præceſſerit, concludendum omninò erit ab acribus, & mordacibus humoribus prouenire, cum autem hi bilioſi ſint, aut ex melancholia aduſta, vel ex ſalſa pituita, eos diſtinguemus à doloris qualitate, ab vrinæ exeuntis acredine, à colore, ab habitu, & corporis complexione, ætate, vitæ genere, ac conſuetudine, nec non à iuuantibus, & nocentibus, vt ſæpè dictum fuit à nobis.

DE FVTVRO EVENTV *Vlceris renum*.

PRædictio futuri euentus poterit fieri à cauſis efficientibus, & ab ætate; nam in ſenibus affectiones renum, & veſicæ difficillimè curantur, faciliùs in iuuenibus, ſed quæ ab inflammatione prodeunt difficilem recipiunt curationem, & longè difficiliorem illa vlcera, quę ab acredine humorum proueniunt, à quacunq; corporis parte, ſiue à capite, ſiue à iecore proficiſcantur.

Aliquando renum inueterata vlcera homines ad tabem, & ad hydropem ducunt.

Aegrius curantur vlcera veſicę, quàm illa, quæ renum carnoſæ parti eueniunt, quamuis ad curandum difficilia reddantur, quia ægrè admodum, & cum difficultate medicamentorum vires ad partes tam remotas vehantur, præterquam quod ſubſtantia renum humore ſeroſo ſemper madeat: hæc de parte dignoſcitiua.

DE CVRATIONE VLCERIS *Renum per victus rationem*.

INdicatio vnica eſt, cui ſatisfacere conuenit, nimirum vnio; morbus enim ſuo contrario tollendus eſt, id autem conſequi non poſſumus, niſi medicamentis exiccantibus, ſed antequam manus admoueamus curationi vlceris, A cauſam auferre opus eſt.

Si calculus præſens ſit, qui ſuo contractu, & aſperitate vlcus inducat, extrahendus eſt ijs medijs, quibus ſupra diximus: Si inflammatio, pari ratione de medio tollenda; cum enim morbus dependeat à ſua cauſa, numquam illum poteritis auferre, niſi prius hæc eiecta fuerit.

Acrium igitur humorum collectio in corpore exiſtens, & ad renes confluens B compeſcenda eſt, idque fiet per ipſius è corpore euacuationem; ſi igitur cacochymia ſit bilioſa, ſtatim eſt propellenda, primò inhibentes ipſius generationem, & euacuantes illud, quod in corpore reperitur, ne in renes ferri poſſit.

Quod idem eſt agendum, ſi cacochymia ſit ſalſa pituita, animaduertereque C oportet, an à capite, vt ſæpè fieri ſolet, tranſmittatur, eamque omninò quantum fieri poteſt, compeſcere expedit, aliò ire cogentes tam reuulſione, quàm euacuatione, & deriuatione, quod fieri debet & pharmacia, & chirurgia.

At vbi ablata eſt cauſa quæcumque ea fuerit, iam ad vlcus tollendum omnis medici induſtria flectenda eſt per omne genus medicinæ.

Primò quidem per victus rationem, D quæ inter omnes exceſſus media eſſe debet: eligere igitur oportet alimenta, quæ bonum ſuccum generare poſſunt, & copioſum, qualia ſunt ex auibus gallinarum, & caponum carnes, quæ aſſatæ magis conueniunt.

Non poſſum ſatis mirari eos, qui carnem piſcium proponunt in hoc caſu, & ranarum, cum plus humiditatis habeant, quàm conueniat, niſi dicamus con- E uenire aliquando piſcium paruorum, aut etiam tructarum carnes aſſatas: ranæ autem ſunt ſemper praui ſucci.

Iura prædictarum carnium elixatarum placent, cum quibus fiant fercula

Ex pane, aut

Ex ſucco amygdalarum dulcium, aut

Ex ſucco hordei,

Vel

Vel etiam amyli farina,

Panis etiam in lacte lotus, deinde coctus, vel ad ignem aſſatus commendatur.

Inter fructus amygdalę dulces, nuclei nucis pineæ aqua roſacea macerati, & quaſi reuireſcentes facti præſtant.

Potus conuenit ex aqua decocta, quę pluuialis ſit, & in ciſterna collecta. Aqua etiam hordei; vinum quoq; tenue, & pauciferum tum album, tum ceraſolum hic vocatum confert; cauendumq; eſt à nimio potu.

In reliquis rebus ad victum humanum facientibus moderatus eſſe debet æger. Abſtineat à rebus venereis, ab exercitio, & ab animi immoderatis affectibus.

Aer eligendus eſt calidus, aut ſaltem temperatus in actiuis, in paſſiuis verò qualitatibus ad ſiccum vergere debet.

Quod ad inanitionem ſpectat, curandum eſt omninò, vt ſuccorum prauorum illuuies extra corpus, quantum fieri poteſt, protrudatur. Eorum etiam copia, quæ quotidiè in corpore generatur, non modò per pharmaciam, aut chirurgiam, verùm etiam per ſeceſſum, atq; per vomitum, ex communi medicorum conſenſu profliganda eſt.

Vomendi vſus in renum affectionibus vtilis, & accommodatus eſt, vbi potiſſimùm humores bilioſi atque tenues peccant, quamuis etiam in ſalſuginoſa materia aliquando non ſit inutilis.

Imò non nulli putant vtiliſſimum eſſe ad pręſeruandos renes, vt bis in hebdomada vomitus excitetur.

Clyſterum quoq; adminiſtratio ſummè cõmendatur, quòd non modò à fœcibus inteſtina euacuantur, verùm quia à renibus in inteſtina fit aliqua humoris diuerſio, ſimulq; & leuis abſterſio pro clyſterum diuerſitate, cùm iuxta medici variam intentionem fieri, & ordinari poſſint.

Clyſter.

℞. Fol. Mercurialis,
A Parietariæ, ana m. j.
Roſ. rubearum, p. j.
Hordei cum cortice,
Lentium, ana vnc. j.
Sem. cumini, drach. ij.
Fiat decoctio ſecundùm artem, &
℞. Huius decocti lib. j.
Olei roſati,
Amygd. amar. ana vnc. j. ß.
Caſſiæ pro clyſtere,
B Diacatholici, ana drach. vj.
Vitelli ouorum, num. ij.
Salis, drach. j.
Fiat clyſter.

Et hoc modo per victus rationem curandum eſt vlcus in renibus.

DE CVRATIONE VLCERIS Renum per pharmaciam.

C Nunc ad pharmaciam deueniendū eſt, quæ abſtergendi, & exiccandi, nec non renes corroborandi facultatem habeat. Eaq; adminiſtrari debet tam internis, quàm externis præſidijs, facta primùm totius corporis euacuatione medicamentis educentibus humorem acrem vlceris cauſam, ſiue ſit ſalſa pituita, ſiue bilis.

Pro pituita ſalſa.

D ℞. Rad. Apij,
Petroſelini, ana vnc. ß.
Fol. Maioranæ,
Saluiæ, ana p. j.
Cort. myrobal. chebulorum, vnc. ß.
Agarici albi, drach. ß.
Bulliant in ſufficienti quantitate aquę ſecundùm artem, &
℞. Huius decoct. vnc. iv. infunde,
Agarici trochiſc. drach. j. ß.
E Rhabarb. drach. ß.
Factaq; expreſſione diſſolue,
Mannę fortis, vnc. iv.
Mell. roſ. ſolut. vnc. ij.
Pro vnico hauſtu.

Pro bolo.

℞. Caſſiæ recenter extractæ, drach. vj.
Diaphœnici,

Dia-

Diacarthami, ana drach. ij.
Cum ſaccharo fiat bolus.

Poſt euacuationem humorum acrium è corpore opus eſt vlcus abſtergere, & exiccare.

Inter alia, quæ abſtergere poſſunt vlcus in tenibus, eſt vſus lactis, ſed cum hac conditione; nam vel egemus maiori abſterſione, quàm exiccatione, aut conſolidatione; vel è contra magis exiccandum, atque conſolidandum eſt.

Primo modo vſus lactis aſinini competit magis: ſecundo modo vſus caprilli, & tandem vbi conſolidandum eſt, & corpus reficiendum, lac bubulum, & ouillum eſt magis aptum, ac & multò magis humanum,

Cui lacti autem ſemper aliquid mellis, aut ſacchari admiſcendum eſt; humanum enim, & ouillum, ac bubulum, vbi quidpiam ex dictis admixtum fuerit, facultatem habent tam medicamentoſam, quàm alimentalem quandoquidem parte ſeroſa abſtergunt leuiter, caſeoſa conſolidant, & butyroſa, ac pingui dolorem, ſi adfuerit, mitigant, vireſq; reficiunt. Idque etiam facit ſuapte natura lac, vbi ab vberibus exugatur.

Decoctum quoque hordei cum cortice.

Rad. althææ,
Cicerum rubeorum,
Cum melle mixtum valet ad has intentiones, vt

℞. Hordei cum cortice, vnc. ij.
Rad. althææ, vnc. j.
Cicerum rubeorum vnc. iij.
Bulliant in ſufficienti quãtitate aquæ, coletur, &
℞. Colati huius vnc. iiij.
Syr. de quinq; rad. vnc. ij. m.

Vſus etiam ſeri lactis diſtillati, atque chalybeati commendatur.

Placet quoq; decoctum hordei cum cortice, & ſaccharo, aut ſyrupo roſato, quemadmodum etiam eſt decoctum lentium.

Lac ſem. melonum extractum cum

A aqua hordei, & ſaccharo eodem modo prodeſt.

Saccharum quoq; roſat. ex roſis rubeis cum bolo armenia, aut puluere corallioru m præſtantiſſimum remedium, & facilè paratu eſt, vt

℞. Boli armeniæ orient. drach. ß.
Sacchari roſati, vnc. j.
Lactis bubuli, vnc. viij.

Iſtud præſidium ſæpe ab Alideo pro-
B batum fuit.

Petrus Foreſtus lib. 14 de renum morbis obſer. 38.

Pilulæ quoque multæ probantur, atq; trochiſci, illarum idem Foreſtus ſummus obſeruator has commendat.

℞. Mumiæ,
Terebinth. lotæ cum aqua plantag.
Boli armeniæ veri,
Trochiſ. de alcachengi,
C Tragacanthi, ana drach. ß.
Succi liquiritiæ ſcrup. j. ß.
Terebinthinæ pulueriʒatæ cum aqua equiſeti, fiant pilulæ num. xv.

Pro tabella.

℞. Specierum diarrhod. abb. drach. iß.
Boli armeniæ orient. drach. j.
Terræ ſigillatæ, ſcrup. j.
Sacchari diſſoluti in aqua anonidis vnc. iv.
D Fiat confectio in tabellis.

Singulo mane vna deuoretur, deinde æger ſuperbibat, vel ſerum lactis diſtillatum, aut aliquam ex prædictis decoctionibus potionem.

Proſunt etiam trochiſci de charabe deuorati ad drach. j. ſingulo mane, qui fiunt adhunc modum.

℞. Sem. lini,
Sem. papaueris albi,
E Cucumeris,
Tragacanthi, ana drach. ß.
Amyli, drach iv.
Cum aqua pluuiali, aut plantaginis fiant trochiſci.

Doſis ſit drach. ß. aut drach. j.

His, & ſimilibus vlcus abſtergitur, & exiccatur, & ſimul corroborantur renes.

Quæ

Quæ verò extrinſecus ad renum regionem admouentur, plura quoque ſunt ſub vnguentorum, aut emplaſtrorum forma.

Emplaſtrum fiat ex lentium excoriatarum, & coctarum pulpa, malis, pyris, cidoneis, granis myrti, roſis, & papauere cum aqua myrti.

Vnguentum.

℞. Summit. rhu, num. iij.
Rad. rhamni, drach. j. ſſ.
Prunorum ſylueſtrium, num. x.

A Coquantur in aqua ciſternæ ad conſumptionem duarum partium, coletur, & colaturæ adde,
Tragacanthi,
Gummi,
Pul. balauſtiorum,
Roſarum, &
Amyli, ana drach. ſſ.
Miſce, & fiat vnguentum.

Valet etiam & vnguentum caſta-B nearum: & hæc de curatione vlceris renum.

DE SANGVINIS MICTV A RENIBVS.

CAPVT TRIGESIMVMTERTIVM.

Hactenus conſiderauimus renes quatenus ſunt corporis inſtrumenta à natura fabricata in gratiam receptionis ſeroſi excrementi, lotium appellati, quod per propriam carnem tranſcolant, in cauitatem id deponentes, ac inde per vreteres in veſicam propellentes: non poſſent autem illud recipere, niſi cauitatem haberent, in qua continenetur.

Cumq; renes ſint deſtinati percolationi huius excrementi, contingit, vt eiuſdem culpa incidant in graues affectiones; nam materia aliqua craſſa ſimul cum lotio in renes fertur, quę ſi cum ipſo exitum non habeat, generantur calculi, vt dictum eſt, quare conſiderantes renes quatenus huic excremento famulantur, quatuor morbos culpa eiuſdem excrementi euenientes examinauimus, ideſt calculum, dolorem, inflammationem, & vlcus.

Verùm cum à calculis, & ab alijs materijs cum lotio fluentibus fiant renum dolores; primò de calculis, deinde de

C dolore egimus. Præterea, quia dolorem ſæpé ſequitur inflammatio, neceſſarium fuit tertio loco tractare de renum inflammatione, cumq; poſt inflammationem non rarò ſequatur abſceſſus, & abſceſſum vlcus concomitetur, de vlcere denique poſt inflammationem egimus.

His peractis modo renes conſiderandi ſunt per relationem ad ſuam, quam faciunt, operationem, nempe vrinæ ſecretionem, quæ fit attractione, reten-D tione, & expulſione, quæ omnes lædi poſſunt trifariam, vt de alijs functionibus eſt dictum.

Nam etſi renes canales habeant, per quos fertur lotium, & alios, per quos expellitur, & cauitatem in qua ſerum percolatur, nihilominus non flueret lotium, niſi à renum facultate attraheretur, retineretur, & expelleretur.

E Eſt modò hic notandum, quod ipſi renes, ſimul cum lotio etiam ſanguinem pro eorum nutritione trahunt, & conſequenter quando læditur retentio venarum, euenit, vt ſanguis retineatur in venis, inde vt extra venas feratur, ſimulq; cum lotio mingatur.

Vel

Vel quando attrahitur nimis, quàm A par ſit, vt totus contineri non poſſit, neceſſariò ſequitur, vt extra venas fluat, ſimulq; cum lotio per vreteres, & quandoq; etiam ſolus abſque vrina ad veſicam effluat, & huiuſmodi fluxus appellatur ſanguinis mictio.

Ita enim Galeno magiſtro à natura comparatū eſt, vt per inſtrumenta excrementis deſtinata, quæ vaſa lata habent, ſimul cum excremento fluat ſanguis B pro eorum nutritione, vt de liene dictum eſt, & nunc de renibus dicitur, qui ſerum per venas, & arterias emulgentes trahunt, cum quo ſanguis, & bilis craſſiot fluit.

Sanguis retinetur in renibus, per eorumque ſubſtantiam roris in modum ſparſus conuertitur in alimentum, lotium verò à facultate expultrice carnis in C cauitatem pellitur, & ſimul cum eo bilis, & alij humores, inde ad vreterem, & tandem in veſicam.

Si igitur retentiua renum læditur, ita vt fiat maior, quàm par ſit, ſeri attractio, fit illa ſpecies affectionis, quæ diabetes, ſeu diabetica affectio nominatur.

Atqui ſi expultrix læditur, tunc non expellitur ſerum ad cauitatem, neque ad veſicam, & fit illa læſionis ſpeci- D es, quæ iſchuria impropriè, ſeu non vera appellatur, de quibus tribus ſigillatim agendum proponitur, & primò de ſanguinis mictu.

A Græcis dicitur hic affectus αἱμάτουρησις: à noſtris mictus ſanguinis, vel mictio ſanguinis appellatur, verùm cùm ſanguis exire poſſit duobus modis, nempe vel ſtatutis quibuſdam temporibus, & per certa interualla; vel pro vt à cau- E ſis irritatur, primo modo ſimilitudine quadam appellatur ſanguinis hæmorrhois.

Tum quia ſimili modo exit, quo ab hæmorrhoidibus ani exire ſolet: tum quia ægri à quibuſdam prauis affectibus liberari ſolent per huiuſmodi ſanguinis exitum, non ſecus atque illi, qui veras hæmorrhoidas patiuntur.

Si verò non exeat per interualla, & ſtatutis quibuſdam temporibus, ſed vel per ſe, aut cum vrina, appellatur ſanguinis fluxus naturalis, eo excepto, qui ſtatutis quibuſdam temporibus in mulieribus exit.

DE CAVSIS MICTVS *ſanguinei.*

CVm autem excreta reducantur ad actiones læſas hæ verò ad morbos, atqui iſti ad cauſas, opus eſt, vt videamus, quæ nam actio læſa ſit, quis ſit morbus, & quæ poſſit eſſe cauſa tam interna, quàm externa.

Actio læſa in hoc affectu eſt venarum, quæ in renibus ſunt, abolita, aut diminuta retentio; venæ enim ſunt promptuaria quædam, in quibus continetur ſanguis, qui cùm ſit partium omnium alimentum, à carne ipſa renum attrahitur, vt ex eo nutriri poſſit eo, quo dictum eſt, modo.

Atqui cùm partes, potiſſimùm venæ, operentur per proprium temperamentum, retentio fiet à proprio venarum temperamento, quod vbi recedat à ſua natura, neque poterunt illæ amplius retinere. At temperamentum læditur à varijs intemperiebus, ſed hic magis à frigida, & humida inducta primum in renes, inde in venas transfuſa, lædi contingit, quare eius morbus eſt intemperies.

Sed quoniam venę ſunt corpora quędam excauata facta ex tunica ſimplici; arteriæ verò ex duplici, vna interna, & tenui, altera externa, & craſſa, niſi membranæ iſtæ eſſent continuæ, non poſſent retinere ſanguinem, quare continuitas eſt cauſa ſine qua non poteſt ſanguis contineri in vaſis.

Quo circa hæc eadem vaſa læduntur duplici ratione, tum quia eorum ſoluitur continuum, tum quia pori nimis, quàm par ſit, dilatantur, quare mictus ſan-

ſanguinis cauſa vna eſt intemperies, altera ſolutio continui venarum, vel earumdem raritas.

Intemperiei frigidæ renum cauſa immediatè eſt humor pituitoſus collectus in renibus; ſolutionis verò continui cauſæ plures eſſe poſſunt tam internæ, quàm externæ.

Inter internas capite ſuperiori enumerauimus abſceſſum, calculum, arenulas, humores acres, & mordaces. Externæ verò ſunt quæcunq; exterius corpus noſtrum lædere poſſunt, vulnerando, contundendo, & quouis modo ſolutionem continui inducendo.

De raritate autem, an ſit morbus in via, & ſolutione continui, vt hoc loco ſcribit Mercurialis lib. de aff. infimi ventris cap. 51. & per conſequens an poſſit fieri à cauſis ſoluentibus contiuuum, apud me certè maximum eſt dubium, quandoquidem morbus in via dicitur ille, qui impedit canales, per quos diſtribui ſolent materiæ, quæcunque illæ fuerint in corpore.

Deinde raritas, & denſitas pertinent ad figuram, vt apud Galenum tritum, & diuulgatum eſt; nam ad figuram cauitates, meatus & ſuperficies refert, quare vbi pori nimium dilatati ſunt, dicuntur potius morbus in figura deprauata, quã in via.

Neq; poſſum videre, quomodo pori, qui ſecundùm naturam ſunt facti, vbi dilatentur nimis, fiat aliqua ſolutio continui? Non igitur exiſtimo dilatationem pororum poſſe referri ad ſolutionem continui, aut ad morbos in via, ſed arbitror raritatem induci poſſe à ſola humiditate, & frigiditate.

Vnde in hoc caſu intemperies frigida, & humida retentionem venarum lædit duplici ratione: primò ſubſtantiam venæ laxando, & poros dilatando, ac oſtiola venarum apeiendo; nam ratione languiditatis, & debilitatis inductæ venę nequeunt ora clauſa continere, atque ita effluit primò ſanguis; deinde per
A anaſtomoſin, & per diapedeſin relaxatis poris venarum.

A ſolutione verò cõtinui per anæroſim, ſi cauſa ſit interna; ſi externa per diæreſim, quare poſſumus hunc fluxum ſanguinis reducere ad debilitatem, & ſolutionem continui.

Debilitas fit ab intemperie frigida, & humida, hæc verò ab humoribus frigidis, qui producuntur à ſuis cauſis tam
B naturalibus, quàm non naturalibus, à temperie, habitu, ætate, vitæ genere, ab acri cibo, & potu, & alijs.

Solutio verò continui prodit à multis cauſis tam internis, quàm externis: harum eſſe poſſunt ſiue calculus, ſiue abſceſſus, ſiue humores acres, & mordaces, at cauſa externa multiplex quoque ſe profert. A quibus autem cauſis gignatur calculus, & vnde humores acres
C proficiſcantur, ſatis à nobis declaratum in præcedentibus fuit.

DE SIGNIS MICTVS *ſanguinis.*

EX ſymptomatibus ſignificantibus paſſiones corporis præter naturam alia ſunt, quæ cauſas deſignant, at fluxum ſanguinis inquirere aliunde, quã
D à ſenſu, eſſet hominis prorſus otioſi, quique ea, quæ ab oculis videntur, ſperneret.

Differentiæ verò mictionis cruentæ habentur coniecturis quibuſdam deſumptis à modo, quo exit ſanguis, & tempore, quando exit. Abſq; vrina dicitur ſanguinis fluxus, cum vrina mictus ſanguinis, quando verò paulatim fluit, hæmorrhois appellatur.

E Sic quoque ſi effluat continuò nullo ſeruato temporis ordine, cum vrina, & abſq; vrina, copioſiorq; ſit, quã côueniat, mictus ſanguinis dicendus eſt; at ſi periodicè exeat, in pauca copia, & paulatim, poterit appellari hęmorrhois renis, ſeu vnius, ſeu vtriuſque, ſi præſertim ſit cum conferentia, & tolerantia.

Signa verò cauſarum diligenter ſunt inquirenda; nam cùm ad intemperiem frigidam, & ad ſolutionem continui reducantur, non admodum conſtant, ſi qui dem alia ſunt ſymptomata à debilitate, alia à ſolutione prodeuntia.

Nam ſi à renum debilitate procedat ſanguinis mictus, tunc vrina emittitur ſanguinea ea ratione, qua in hepatis debilitate per ſeceſſum exeunt excrementa; eſt enim veluti aqua, qua nuper caro mactati animalis fuerit abluta, magis tamen in hoc caſu cruenta apparet vrina, quàm appareant excreta hepatis.

Idq; contingit, vbi ratione debilitatis oſtiola venarum aperta ſint; nam ſi per diapedeſim, hoc eſt, per dilatatos meatus venarum exeat, erit paucus, & tenuis quemadmodum in alijs ſanguinis fluxionibus diximus. Cauſę anaſtomoſis ſunt copia ſanguinis, aut eiuſdem acrimonia irritans facultatem venarum ad ſanguinem expellendum.

Ex ſolutæ verò vnitatis cauſis, cùm vna ſit interna, alia externa, huius ſigna ab ægrotantibus ipſis habere poteſtis, qui dicunt, vel ſaltitaſſe, aut cecidiſſe, aut vulneratos fuiſſe, aut pōdus aliquod graue ſuſtinuiſſe; tunc enim ſoluitur venarum continuum, & exit ſanguis, vnde Hippocrates 4. aph. 78. dicebat, quicunq; ſponte ſanguinem mingunt, ijs vena rupta à renibus ſignificatur.

Sed cùm emulgentes venæ, quæ (vt diximus) tamquam canales ferunt ſanguinem in renes, magnæ, & amplæ ſint, vbi earum continuum ſoluitur, neceſſe eſt, vt magna ſanguinis copia effluat.

Cum autem eædem in ſubſtantia renum capillares ſint, ſi diſrumpantur, non poteſt, niſi pauca ſanguinis copia exire: his igitur ſignis diſtinguere poteritis, quando à cauſa externa facta eſt ſolutio continui.

Præterea cantharides per os aſſumptæ ſunt cauſa fluxus ſanguinis. Poteſt etiam eſſe immoderatus coitus, id quod obſeruauimus non ſemel, & Petrus Fo-

A reſtus lib. 24. obſ. 7. ad ſcholium animaduertit.

Sed vnum ſcribit, quod à veritate alienum cenſeo, nempe ſanguinem à renibus per vaſa ſpermatica defluere, quia hæc ortum ducunt à trunco venæ cauæ, & arteriæ, quamuis in ſiniſtro latere arteria vaſis ſeminalis oriatur ex emulgente ſiniſtra ſub renibus.

B Sanguis ea propter à renibus in vaſa ſpermatica fluere minimè poteſt, ſed vbi vaſa illa ex nimia ſeminis profuſione inanita ſunt, & à nimia venere relaxata, à vena caua ſanguinem recipiunt, inde ad communem canalem protrudunt, quare ſanguis, qui per vaſa ſeminalia transfunditur à vena caua, non à renibus proficiſcitur.

C Si verò fiat à calculo nimium acuto, aut ab abſceſſu, à quo vlcus inductum ſit in venis, aut arterijs, cognoſcitur ex ſignis calculi, aut abſceſſus, aut vlceris præcedentis, de quibus ſatis diximus. Sed ſi fiat à cauſa interna, nempe erodente, opus eſt, vt fiat, vel à ſalſa quadam pituita, vel à copia bilis acris, & mordacis.

D Horum ſigna petenda ſunt à proprijs ſignis humorum in corpore latentium, aut à ſyndrome omnium rerum concurrentium ad ipſorum generationem, nempe à calore, ſapore, motu humoris, habitu, temperie corporis, ætate, ſenſu, vitaque anteacta, quæ complectitur modum ſeruatum in ſex rebus non naturalibus, quæ multoties à nobis repetitæ ſunt.

E Sed veſtrum aliquis percontari à me poterit, quomodo diſtinguitur, an ſanguinis mictus proueniat ab vreteribus, an à veſica, an verò ab hepate, quia ab his omnibus partibus emanare poteſt, & ad communem canalem ferri?

Dico, quod ab vreteribus ſanguinem fluere diſtinguetis ratione ſitus doloris, & ſanguinis copia; nam dolor percipitur à renū regione ad inguen vſq; deinde ſanguis exit paucus.

Si

Si verò à veſica, notat Ràſis, quod ſanguis ab ea numquam exit multus; & repente quamuis hæc doctiſſimi viri authoritas apud me ſuſpecta ſit valdè; nã ſi inſpiciamus venas renum, videbimus eas eſſe longè minores, & capillares.

Vnde Veſſalius venit in hanc opinionem, quod venæ, & arteriæ degenerent in membranam illam, quæ facit vreteres, & certè adeo ſunt exiguæ, vt vix conſpici poſſint: venæ verò veſicæ ſunt ampliores, & in multa copia, quare ſi ſoluatur eius continuum, de repente ſanguis exit, & copioſè quidem.

Quare alia ſunt afferenda ſigna diſtinctiua, quorum vnum eſt, quod ſanguis veſicæ craſſior ſit, quàm ille, qui à renibus prodit, & quòd poſtquam effluxerit, in fundo reſidet matulæ. Sed neq; huiuſmodi ſigna ſunt diſtinctiua, quia experientia obſeruatum eſt idem euenire ſanguini à renibus profluenti.

Itaque exiſtimo eſſe diſtinguendum ſanguinem vtriuſq; partis à dolore, qui ſi ſanguis è renibus fluat, erit circa renum regionem; ſi verò à veſica exit, circa veſicæ ſitum: præterea aderunt alia ſigna renum, & veſicæ læſæ, de quibus ſuo loco.

Si ſanguis ab hepate fluxerit, præceſſerunt affectiones ipſius nulla labe exiſtente in renibus, aut veſica, & vt monuit Auicennas, nunquam de repente fluit ſanguis, & copioſe: & hæc de ſignis.

DE FVTVRO EVENTV *Mictus ſanguinis.*

Fluxus ſanguinis, cum ſit à toto genere præter naturam, omnis eſt malus. Immoderatus autem vniuerſum corpus refrigerat, inde hydropẽ, cachexiam, lypothimiam, aut ſyncopem, & tã dem mortem inferre poteſt.

Atqui ſi ſenſim exeat, & per certa interualla, poteſt hominem liberare à multis præſentibus, & imminentibus malis, non ſecus atque faciant hæmorrhoides.

A Sanguinis fluxus ab eroſione proueniens difficilis eſt curatu; at ſi euenerit ex debilitate renum, & vires valeant, cauſaq; debilitatis fuerit externa, curabilis eſt.

Sanguinis mictio in febre eſt periculoſa; in variolis verò lethalis.

Si ab interna procedat cauſa, difficilis eſt, vt curetur, nec ſine maximo mortis metu.

B Si verò contingat ab aliqua cauſa exteriori ſolui venarum continuum, ſanari quidem poterit, ſi ſit in corpore boni habitus, in ætate florente, aut conſiſtente.

A cantharidibus fluxus ſanguinis periculoſus eſt.

Mictus ſanguinis antiquatus conuertitur in puris mictum, quod eſt vlceris ſignum.

C Si curandus eſt, breui quidẽ tempore ab arte potiùs, quàm à natura fiet; ſed iam videamus quibus auxilijs id faciendum veniat.

DE CVRATIONE MICTVS *Sanguinis per victus rationem.*

Duplex curatio competit fluxui sãguinis, vna quæ ſymptoma, alia
D quæ cauſam auferre tentat; fluxus enim ſanguinis eſt ex illis vrgentibus, cui niſi citiſſimè ſuccurratur, hominem de medio tollit.

Sed quoniam in ipſius curatione, eadem ſunt præſidia, quæ effectum ſimul & cauſam tollunt; ideo ab ablatione cauſæ auſpicandum, quæ ſi præſens eſt, indicat ſui ablationem, quæcunque illa fuerit, ſi iam abijt, fluxus compeſcen-
E dus eſt, & quamuis etiam illa ſit præſens, oportet compeſcere ſanguinem.

Cauſa erat multiplex, verùm hoc loco agendum eſt de humoribus acribus, & erodentibus, qui ad ſalſos, & ad bilioſos reducuntur, quiq; è corpore ſunt deturbandi, prohibendo ipſorum generationem, & cauendo ne geniti in

renes ferantur.

Primo ſcopo ſatisfacimus mediante victus ratione, ideo aer debet eligi frigidus in actiuis, aut ſaltem temperatus; in paſſiuis verò verget ad ſiccum.

Alimenta verò boni ſucci, & facilis coctionis conueniunt, quæ calefaciendi facultatem habeant, ac poſſint adſtringere, & corroborare renes, ac ipſorum venas.

Quare inter carnes probantur illæ columbarum, turturum, perdicum, & cuniculorum. Oriza in lacte cocta, panis quoq; benè coctus, aut etiam bis coctus in hoc caſu valet.

Puluis.

℞. Summachiorum,
Myrtillorum,
Balauſtiorum,
Roſarum, ana drach. ß.
Sacchari. vnc. ß. Fiat puluis.

Inſpergatur ſuper alimenta.

Pro potu aqua chalybeata, vinumque ſed rubeum, aut clarettum vna ex prædictis aquis lymphatum concedendum eſt.

Decoctio radicis chinæ cum additione rhu, aut
Myrti fructibus proficit.

A venere abſtinendum, ab exercitio, à nimia vigilia; & aluus ſemper lubrica ſeruari debet, quæ ſi non ſit natura, arte, vt ſiat, procurare oportet.

In hoc caſu, & in omni ſanguinis mictione à renibus clyſteres ſunt immittendi, ſed qui poſſint etiam renes corroborare, & adſtringere, vnde in hoc caſu opus eſt decoctionem parare, hoc modo.

℞. Fol. maluarum,
Althęæ ana m. j.
Roſarum,
Balauſtiorum,
Cytini ana p. j.
Symphiti,
Polygoni, ana p. ß.
Fiat decoctio ſecundum artem, &
℞. Huius decocti, lib. j.
A Syr. ex roſ. rub. vnc. ij.
Diacatholici, vnc. j.
Olei roſati,
Chamæmeli, ana vnc. j. ß.
Succi polygoni, vnc. j.
Cum vitello vnius oui fiat clyſter.

Vel

℞. Fol. caudæ equinæ,
Burſæ paſtoris, ana m. ß.
Violariæ.
B Plantag. ana m. j.
Corticum granatorum,
Glandium quercuum, ana p. j.
Bulliant ſecundùm artem in ſufficienti quantitate aquæ.

℞. Decocti huius lib. j.
Succi conſolidæ maioris,
Polygoni, ideſt ſanguinariæ, ana vnc. ij.
C Olei roſ.
Myrtillorum, ana vnc. j. ß.
Diacathol. vnc. j.
Ouorum cum albuminibus num. ij.
Fiat clyſter.

Cum autem debilitas proueniat à cauſa frigida, opus eſt, vt calefacientibus quibuſdam vtamur, quamuis apta ſint ſymptomata augere, ea tamen ratione, vt cum adſtringentibus temperentur, ne poſſint
D fluxum ſanguinis concitare.

Cauſæ omnes mictus ſanguinis ſuis contrarijs ſunt tollendæ, quamuis ſanguis in omnibus ſit ſemper compeſcendus, renesque corroborandi.

In debilitate igitur per propoſitam victus regulam agendum nobis eſt.

DE CVRATIONE MICTVS ſanguinis per pharmaciam.

E

PEr pharmaciam verò opus eſt internis, & externis pugnare, ſi prius totius corporis curam habueritis; nam ſi ſint humores pituitoſi, frigidiq; alterandi ſunt idoneis præſidijs, deinde educendi, & extra corpus deturbandi, quibus expurgatis ſanguinis fluxus compeſcendus eſt.

In-

Interna erunt huiuſmodi.

℞. Tragacanthi vino nigro diſſoluti, vnc. ſſ.
Succi polygoni,
Conſolidæ maioris, ana vnc. j.
Coriandrorū præpar. ſ. pul. drach. ij.
Coralliorum rubeorum. ſ. p. drach. j. ſſ.
Miſce, & fiat maſſa.
Doſis ſit ad vnc. ſſ.

Trochiſci.

℞. Sem. lactucæ, drach. vj.
Berberorum, vnc. ſſ.

Cum ſucco cotoniorum quantitate ſufficienti fiant trochiſci.

Doſis ſit à drach. j. ad drach. ij.

Præſtat etiam ouum recens abiecto albumine.

Sem. lactucæ, drach. j. ſubt. pulu. ſuperbibe.

Decoctum ſummachiorum, vnc. j.

Non deſunt plura decocta in aqua facta ex Rhu.

Roſis rubeis,
Corallijs,
Terra lemnia,
Sanguinaria,
Balauſtijs,
Cytinis,
Corticibus granatorum,

Et huiuſmodi rebus adſtringentibus, quarum doſis ſit ad vnc. iv. ſimul cum

Syrupo myrtillorum,
Roſarum, ana vnc. j.
Addito puluere
Hæmatitis,
Boli armeniæ,
Terræ ſigillatæ, ana ſcrup. ſſ. fiat puluis.

Exterius ad regionem lumborum applicantur hæc præſidia ſub forma vnguenti, cataplaſmatum, emplaſtrorum, vt.

℞. Olei cotoniorum,
Myrtillorum,
Roſarum, ana vnc. j.

Cum cera quantitate ſufficienti fiat linimentum.

A

Cataplaſma.

℞. Pul. fol. Rubi,
Polygoni,
Myrtillorum,
Quercus, ana vnc. ſſ.
Balauſtiorum,
Malicorij, ana drach. ij.
Farinæ hordei, p. j.
Olei roſ. omphacini, vnc. ij.
Fiat cataplaſma cum poſca.

B

Emplaſtrum.

℞. Succi ſanguinariæ, vnc. ij
Rhu, vnc. j.
Maſtiches chiæ, vnc. iij.
Acaciæ, vnc. ſſ.
Fol. plantaginis. m. j.
Contuſis contundendis, & cum oleo roſato quantū ſufficit, fiat emplaſtrum.

C Si ſanguinis mictio ex ſolutione continui eueniat, & à quacunq; eius ſpecie prouenerit, vnionem, quantum fieri poteſt, curare debemus, quæ etſi in omnibus vna eſt, non tamen modus curationis vnicus exiſtit, quia ſi cauſa eſt interna, nempe humor acris, & mordax, & ſignanter bilioſus, auferendus eſt cholagogis, ſicuti pituita ſalſa phlegmagogis, methodo ſcilicet, & ratione pluries à nobis repetitis; omnia enim in omnibus eodem modo docere nugarionis po-

D tiùs, quàm doctrinæ ſignum eſt.

Inſtituta igitur ea victus ratione, quæ conuenit ijs, qui humoribus huiuſmodi ſcatent, & facta decenti purgatione, ea adhibenda ſunt præſidia, quæ conſolidare venas poſſunt tam interius aſſumpta, quàm exterius admota.

Interius, vbi ab humoribus acribus inducta ſit ſolutio, placet huiuſmodi medicamentsm.

E ℞. Lactis caprilli, & melius erit ouilli, vnc. vj.
Boli armeniæ,
Lapidis hæmatitis, anà ſcrup. j. vel ſic.

℞. Aquæ lotutæ amyli lib. ſſ.
Mucaginis ſem. papauetis, vnc. ſſ.
Miſce pro hauſtu.

Vel

Vel bolus fiat ad hunc modum.
℞ Trochiſc. de Karabe,
Raſuræ eboris ana drach. ſſ.
Sacchari roſ. antiqui, vnc. ij.
Diuidantur in tres partes.
Vel ſic.
℞ Corticis ſuberis ſubt. pulu.
Aquæ fontis calidæ, vnc. iv.
Potentiſſimum eſt ad ſanguinem ſiſtendum à quacunque parte interna effluat, ſi bibatur ieiuno ventriculo.
Galla omphaciris dicta, adusta ſupra carbones, & vino extincta ſiſtit ſanguinem. Vel
℞. Sacchari roſ. antiqui,
Conſer. balauſtiorum, ana vnc. j.
Diaſorborum, vnc. j. ſſ.
Pul. roſarum,
Boli armeniæ, ana ſcrup. j.
Philonij perſici, vnc. ſſ.
Cum ſyrupo ex roſarum ſucco fiat opiata.
Vel fiant tabellæ ad hunc modum.
℞. Lapidis hæmatitis vnc. j.
Boli armeniæ,
Terræ ſigillatæ ana ſcrup. j.
Requiei Nicolai, ſcrup. ij.
Sacchari diſſoluti in aqua plãtaginis, vnc. j.
Fiat confectio in tabellis.
Pro emplaſtro.
℞ Decoct. roſarum,
Myrtillorum,
Caudæ equinæ,
Burſæ paſtoris,
Semperuiui,
Portulacę, in qua bulliant,
Farinæ fabarum,
Lentium, ana vnc. iv.
Granati magni integri, vſq; ad perfectam ipſius coctionem, deinde contundantur omnia in mortario, additis.
Succi plantaginis,
Semperuiui,
Polygoni, ana vnc. ij.
Terræ ſigillatæ,
Pulueris roſarum,
Myrtillorum, ana drach. j.

A Olei roſati, quantum ſufficit, fiat emplaſtrum ſecundùm artem.
Valent etiam lintea madida in
Succo portulacæ, vel
Coroniorum, vel
Semperuiui.
Cum modico aceti, ſi applicentur regioni renum.
Eadem ratione, & methodo incedendum eſt in ſolutione continui, & in rari-
B tate pororum venarum, ſecundùm tamen magis, & minus.

DE CVRATIONE MICTVS ſanguinis per Chirurgiam.

SI verò ex nimia repletione contingat fluxus ſanguinis, aut ex cacochymia, cui ſanguinis copia admiſceatur, mittendus eſt ſanguis: at ſi nullum
C plenitudinis adſit ſignum, reuellendi cauſa extrahi debet à venis cubiti eiuſdem lateris, ſolutione prouenıente à cauſa exteriori, quæcunq; ea fuerit.
Docet id Galenus lib. 4. meth. med. cap. 4 vbi aduerſus Menodotum diſputat, atque alios empiricos exiſtimantes, non niſi in ſyndrome plethorica eſſe mittendum ſanguinem.
Neque vt mittatur ſanguis opus eſt
D plenitudine, quod exemplo eorum, qui ex alto ceciderunt probat, in quibus nullo exiſtente plenitudinis ſigno, empirici ipſi mittunt ſanguinem.
Quare in hoc caſu dicimus, quod quando adeſt plenitudo magna, ſiue ſola ſit, ſiue cum cacochymia, mittendus eſt ſanguis euacuandi cauſa: at ſi nullum adſit plenitudinis ſignum, mittendus quidem eſt non euacuandi cauſa, ſed vt reuellatur, prohibeaturq; ferri in renes:
E hæc de mictu ſanguinis a renibus.
At ſi à veſicà procedat, eadem prorſus methodo curatiua incedendum eſt, niſi quod localia præſidia ſunt regioni veſicæ applicanda, præcauendumq; eſt, ne ſanguis in grumum cogatur.
Vbi verò grumefactus eſt, ſuppurandus,

dus, aut reſoluendus, quod fiet ſuis remedijs proportione correſpondẽtibus, nempe ijs, quæ ſine calefactione attenuandi grumos ſanguinis facultatem habent, nec non & ſuppurantibus, de quibus in præſenti non eſt, quod tractemus.

DE CVRATIONE MICTIONIS *cruentæ ob immoderatum coitum.*

SI ſanguinis mictio prouenerit ex nimio coitu, inſtituta victus ratione conuenienti, habitaque totius corporis prouidentia, tam per ſanguinis miſſionem, quàm per pharmaciam, ad particularia medicamenta tam interna, quàm externa ſanguinem ſupprimentia eſt deueniendum prę cęteris probo huiuſmodi ſyrupum.

℞. Sem. plantaginis,
Portulacæ,
Summit. myrti,
Vitis, ana manip. ß.
Succi glycyrrhizæ, & radicum eius,
Aniſi,
Fœniculi in aceto infuſorum, & torrefactorum, ana drach. ij.
Sem. papaueris,
A Sem. lactucæ, ana drach. iij.

Infundantur omnia in tribus libris aquæ fontis puriſſimæ, coquantur ad tertiæ partis conſumptionem, & cum ſaccharo optimo quantitate ſufficienti fiat ſyrupus. Doſis ſit vnc. j. cum ſcrup. j. boli armeniæ, terræ ſigillatæ, & ſuccini.

Extrinſecus verò adhibeantur iam propoſita localia, quæ adſtringendi, & corroborandi facultatem habent, vel
B confice tale medicamentum.

℞. Boli armeniæ, drach. ß.
Sanguinis draconis,
Terræ ſigillatæ,
Balauſtiorum,
Malicorij, ana drach. ij.
Aluminis integri, drach. j.
Roſarum rubearum,
Baccarum myrti, ana drach. j. ß.

Fiat puluis ſubtiliſſimus, & cum albu-
C mine oui, & aceto excipiantur omnia, & applicentur.

In ſanguinis mictione per viam reſudationis, nempe per diapedeſim, conueniunt incraſſantia, & glutinoſa, quæ poros claudere poſſint: hæc ſint ſatis de ſanguinis mictu, iam tempeſtiuum eſt, vt ad diabetem tradendam accedamus, de qua in ſequenti.

DE DIABETE.

CAPVT TRIGESIMVMQVARTVM.

ADrenum actionis læſionem attinere diximus ſanguinis mictionem, diabetem, & iſchuriam impropriè dictam, de ſanguinis mictione hactenus egimus, nunc de diabete agendum proponimus, ſed quanto frequentius ſanguinis mictio euenit; tanto hæc rarò conſpicitur, ita vt Galenus teſtetur ſe in vita ſemel, aut bis hanc affectionem
D omninò animaduertiſſe, 3. cap. 6. de locis affectis.

Vnde Mercurialis notat ob ſui raritatem non fuiſſe ab Hippocrate obſeruatam.

Pluribus hæc affectio nominibus donatur; Græci eam appellant διαβήτης dicitur etiam ab ijſdem διψακός, ὕδερος εἰς ἀμίδα, διάρροια εἰς οὖρα: dipſacos, ideſt ſitis, quia illi, qui hanc affectionem patiuntur,
E ſunt ſemper ſitibundi; hydrops ad ma-

tu-

tulam, & tandem vrinæ profluuium, quibus nominibus vtuntur etiam Latini.

Quod ad ipſius eſſentiam attinet, Aetius lib. 11. cap. 1. ſcribit, quod ſit affectio diuturna circa renes conſiſtens, multamq; ſitim inducens cum hoc, quod quidquid bibitur, ſimul vt acceptum eſt, reijcitur per vrinas.

Paulus Aegineta lib. 3. cap. 45. dicebat, quod eſt potionis tranſmiſsio protinus, qualis fuerit aſſumpta, & Galenus 6. de locis aff. cap. 3. ſcribit eſſe velocem & copioſam potus non mutati per veſicæ emiſsionem; additq; habere ſimilitudinem cum affectu illo ventriculi, & inteſtinorum, qui leuitas appellatur.

Quocirca nihil aliud eſt diabetes ex grauiſſimorum horum virorum ſententiæ, niſi eiectio potus per vrinam ea ratione, qua fuerat aſſumptus, nec vllo modo mutatus. Iureque, merito aſsimilatur lienteriæ, in qua cibi nullam alterationem accipientes deorſum per ſeceſſum, vt accepti ſunt, deſcendunt.

Sed cum huiuſmodi morbus rarò eueniat, opus non eſt, vt multum circa ipſum laboremus, ſat eſſe ratiſi eſſentiam habeamus, & modũ, quo generatur; nam iam diximus partem affectam eſſe renes.

Modus autem à Galeno declaratur 6. de loc. aff. cap. 3. præcitato, qui eſt talis. Renes primò trahunt ſerum ſanguinis, hinc inde ex vena, & cum totum attraxerint, fueritque ſanguis tali humiditate priuatus; vaſa exiccata humiditatem trahunt ab hepate, hepar verò ex inteſtinis, & ventriculo.

Vbi verò exiccatæ fuerint venæ, quæ in ventriculo ſunt, tunc potum deſiderat homo, vt pote qui diſpoſitionem ipſam ſentiat, exhibitam autem potionem venæ ex hepate ad ventriculum venientes (quod aridæ ſint) totam rapiunt, ab his aliæ venæ, deinceps, & ita fit ab alijs attractio, quouſque ad renes tranſumptio humorum perueniat.

Quare erit ſymptoma in excretis ex-

A cedentibus ſtatum naturalem in quantitate, & in qualitate quia copioſiùs æquo exit ſeroſa humiditas, neque vt decet alterata.

Cum autem ſymptoma iſtud ſit de ſecundo ordine, opus eſt, vt neceſſariò ſequatur illa, quæ ſunt primi ordinis, nempe actionem aliquam læſam: in hoc caſu huiuſmodi vrinæ immoderatus exitus ſequitur duplicem renum actionem læſam, mutuò ſe conſequentem

B Primò enim læditur attractio renum, qua læ a, nimia, & vehementior quàm conueniat, fit ſeri attractio; id enim contingit renibus ſicut diximus euenire ori ſuperiori ventriculi in fame canina, cùm ad tantam intemperantiam venit, vt nunquam poſſit ſatiari cibis; quãuis poſtea differant, quia renes habentes præſens obiectum ipſum trahunt, ventriculus verò eo priuatur, & coactus eſt ipſum extra pellere, vt à diuulſione, quã à ſuctu venarum recipit, liberetur, ſed fruſtra.

C

Renes igitur affecti præter naturam adeo ſunt, vt ſemper appetant, & ſemper trahant ſine ſatietate, & in hoc conueniunt, cum ore ſuperiori ventriculi fame canina affecto. Conueniunt ſecundò, quia cum tantam copiam ventriculus, & inteſtina recipiant, vt eam continere nequeant, deorſum ad ſeceſſum cadere permittunt ſine vlla alteratione. Renes, & ipſi vbi multam copiam ſeri attraxerint, neque poſſint eam retinere, propellunt, deorſumque per vreteres ad veſicam cadere permittunt. Huius etiam ſymptomatis ratione dicuntur conuenire cum inteſtinis lienteriam patientibus.

D

E Meritò igitur Galenus hanc diabeticam affectionem aſſimilauit fami caninæ, & lienteriæ; caninæ quidem fami, quia immoderatè appetunt, vt os ſuperius ventriculi, vnde etiam ſimul trahunt, cum obiectum ſit præſens; lienteriæ verò, quia quemadmodum alimentum aſſumptum inteſtina non poſſunt retine-

tinere, ita & renes tantam copiam ſeri complecti non valent.

An modò vrinæ fluor fiat ſubitò, canina fames, & lienteria fiat tempore longo, ratione facultatis animalis ſenſum habentis, & læſionem ſentientis in ventriculo, & inteſtinis, non eſt, vt in præſenti inquiramus? Qui cupit hanc quæſtionem videre, legat Petrum Garciam ſuper lib. Galeni de locis affectis quæſt. 63. cap. de diabete; hæc enim parum faciunt ad inſtitutum noſtrum, quod eſt docere naturam ipſius diabetis, partem affectam, & cauſas vnde proficiſcitur.

Affectionem diximus eſſe ſymptoma in excretis vrinæ, nempe in quantitate, & qualitate excedente ab actionibus renum læſis, hoc eſt, attractrice immoderata, & retentrice abolita, Galenus 6. de locis aff. cap. 3. an modò alteratrix, & expultrix læſæ ſint, non eſt diù immorandum, quia ſaltem læduntur conſecutione quadam.

Ratio eſt, quia expultrix à nimia vrina in renes attracta irritatur, ita vt cogatur ipſam ſemper expellere; alteratrix verò & ipſa læditur, quod in renibus non continetur vrina, quoad alterari poſsit; ſed tales ſubtilitates non variant curandi indicationes.

Euſtachius etiam Rudius lib. 2. de læſa ſeri ſecretione cap. 39. ſcribit, alteratricem renum non eſſe læſam, ſed venarum.

De parte autem affecta non eſt dubitandum, quin renes, primò ſint læſi, ventriculus verò ſecundatiò, & per accidens, quatenus à nimia renum attractione humiditate priuantur, iecur etiam, & venæ exhauſtæ ſunt à ſua humiditate, quod clariſſimè à Galeno habetur 6. de locis affectis cap. 3.

Non poteſt autem fieri diabetes citra vehementem cupiditatem, quandoquidem abſque ea nihil conſideratione dignum ad renes flueret; ſi verò citra retentricis facultatis imbecillitatem accideret, non tanta celeritate ſequeretur vrinæ profluuium.

Rudius vult ventriculum ſemper læſum eſſe, eiuſque facultatem retentricem.

DE CAVSIS DIABETIS.

Cauſæ læſionis prædictarum actionum nihil aliud ſunt, quàm intemperies, calida potiſſimùm tam cum materia, quàm ſine. Intemperierum verò cauſæ ſunt humores in corpore exiſtentes. Intemperies calida vt plurimum eſt, qua tam vehementer trahunt renes, quandoque etiam frigida.

Cauſæ calidæ renum intemperiei ſunt humores calidi, bilioſi, aduſti, & exurentes tam in renibus, quàm in omnibus venis collecti, qui ortum duxerint ab externis cauſis neceſſariò nobis occurrentibus; vt eſt aer nimium calidus, cibus, & potus, & reliqua.

Poteſt etiam eſſe humor aliquis malignus, & venenatus, quamuis ſint aliquę cauſæ exteriores, neceſſariò occurrentes, quæ diabetem producere poſſunt, vt eſt illius animalis morſus, quod à Galeno dephas fuit appellatum; eſt enim genus ſerpentis, cuius morſus ſitim inextinguibilem inducit.

Omnia etiam, quæ contundendi, ac frangendi facultatem habent, ſiue illa acciderint ſupra renum regionem, ſiue quis ex alto ſupra hæc ceciderit, vt qui v.g. è loco ſublimi ruens lumbos, & dorſum ſupra lapides duros impingat.

An verò poſſit affectio hæc à cauſa frigida fieri, multi ſunt, qui affirmatiuam tenent. Imò notat Mercurialis Aretęum exiſtimaſſe frequentius fieri ab intemperie frigida. Dominicus Leo pariter vult à frigiditate induci; quod tamen mihi in dubium reuocatur; nam ſi intemperie calida augetur renum attractio, nec fieri poteſt diabetes, niſi renes aſſiduè, & immoderatè trahant, non poterit vnquam fieri ab intemperie frigida,

gida, à qua attractio augeri non poteſt, quæ eſt, docente Galeno, ſola conditio requiſita ad diabetem faciendam.

Et quamuis Dominicus Leo dicat frigiditatem ita mortificare calorem, vt retentiua corrumpatur; nam inquit, non ſicut in cauſa calida corrumpitur; Trallianus tamen, & Aegineta à ſola calida intemperie fieri ſcribunt.

Sed ego dico de eſſentia generationis eſſe, vt fiat vehemens attractio, retentio vero læditur ob humoris copiam in renes attracti, vnde ſola retentiua læſa non facit diabetem, cum tamen à ſola attractrice læſa fiat.

Quare à frigida intëperie non cenſeo fieri diabetem. Rabi Moſe 8. aph. ſcribit, in locis frigidis, nunquam, aut rarò obſeruari diabetem, quæ tamen ſæpè fit in locis calidis, vt in AEgypto.

DE SIGNIS DIABETIS

INter alia ſymptomata demonſtrantia diabetē duo ſunt, quæ videntur ipſam declarare, quaſi ſint pathognomonica; vnum eſt aſſidua, & intolerabilis ſitis; nam cùm perpetuò ab immoderata, & vehementi renum attractione vaſa omnia humiditate priuentur, venæ præſertim, quæ ſunt ad ventriculum, ſe conuertunt ad attrahendum ab ipſo ventriculo, cuius os percipiens hanc humiditatis indigentiam ad potū, tanquam ad ſui medelam ſe conuertit.

Succedit, quod intemperies calida renū etiam calefacit ſibi propinquas partes, iecur potiſsimùm, atq; venas, quę inde communicatur ori ventriculi, quare, & ratione inductæ caliditatis, & humiditatis exhauſtæ ſitis fit ingens.

Aliud ſymptoma eſt immoderata quantitas vrinæ exeuntis, quæ longè ſuperat, & ſine proportione aſſumptum potum, nec vllam vrinæ habet alterationem, & mutationem.

Hinc Rudius exiſtimauit retentricem ventriculi læſam in diabete eſſe, quod A ex laniario quodam probat, qui immoderatam vini copiam ingurgitauit, cuius non negligenda portio ad ſeceſſum deſcendit.

Reſpondeo, id non fuiſse ratione læſionis ventriculi, ſed immoderati potus; nam quamuis renes vehementer traherent, nihilominus erat tanta vini copia, vt etiam ad inteſtina aliqua portio deſcenderet, quæ nō potuit tota me- B ſeraicas, inde iecur, & renes ingredi.

Deinde citiſsimè potus quicunque fuerit, ad veſicam deſcendit, inde extra fertur ſtatim. Admonent nonnulli vrinas à principio exire, vt loturā carnis, minus tamen, quàm in iecoris imbecillitate.

Sed hæc videntur commenta, & gratis addita, cùm de natura ipſius diabetis ſit, vt potus inalteratus, copioſior iuſto, & citiſsimè exeat, nec poterunt vrinæ C exire, quemadmodum dixit in hoc loco Dominicus Leo: addatis quod caſus adeò rarus eſt, vt vix vnus videatur in toto vitæ ſtadio vnius hominis, proinde non poſſunt obſeruari iſtæ ſubtilitates.

At quod qualitas corporis mutatur ita, vt ægrotantes percipiant magnam intra viſcera caliditatem, mirum non eſt, cùm intemperies renum calida ſæpè à iecoris nimia caliditate proficiſcatur, D à quo generantur biloſi, & aduſti humores, qui effunduntur per vniuerſum corporis habitum, nimium quàm conueniat, vnde ad renum regionem ægrotantes magnam ſentiunt caliditatem, & ſępè etiam mordacitatem.

A iuuantibus quoque, & nocentibus dignoſcitur hæc in corpus inducta caliditas; nam à refrigerantibus, & bilem temperantibus, eamque extra corpus E educentibus iuuantur ægri, læduntur verò à refrigerantibus.

DE FVTVRO EVENTV *Diabetis*.

SI à principio ſuccuratur diabeti, poterit reddi curabilis, at ſi inueteraſcit,

ſcit, fit incurabilis, ſæpèq; homines inducit ad totius corporis colliquationem, ad maraſmum, & tandem ad mortem. Si ſenibus eueniat, incurabilis eſt, decrepitoſque ad tumulum vſque comitatur.

A

DE CVRATIONE DIABETIS per victus rationem.

INdicationes curatiuæ deſumuntur à morbo, qui eſt intemperies calida, quæ indicat ſui ablationem per contraria, nempe per refrigerantia, & quodammodo humectantia, ſed non poterit auferri niſi ablata ipſius cauſa, quæ nihil aliud eſt, quàm humor calidus, bilioſus, & etiam malignus.

B

Sed omiſſa malignitatè humoris, de qua (Deo dante) anno futuro à nobis in lectionibus de febribus tractabitur, venio ad humorem bilioſum calidum, qui auferendus primùm eſt, inhibendo generationem ipſius, quantum ex arte fieri poteſt, nec non id, quod genitum eſt, prohibendo ad renes ferri, & quod ad renes iam fluxum eſt, euacuando.

C

Et iſti ſunt omnes ſcopi curatiui, inter quos primò reſpiciendus eſt ille, qui generationem humoris inhibet, cui per victus rationem ſatisfaciendum, quæ talis ſit per omnes ſex res non naturales, vt impediat generationem humoris bilioſi.

D

Ideo aer frigidus, & humidus eligendus eſt, aut parandus ita in cubiculo, vt intentioni ſatisfaciat, de qua re pluries.

Alimenta boni ſucci eligantur, & quę non tam facilè deſcendant, nec conuertantur, ſintq; quàm minimè excremētitia, refrigerandi, ac humectandi qualitate prædita, vt ſunt.

E

- Ptiſanæ ſuccus,
- Succus auenæ,
- Oriza,
- Panis poteſt cum ſeminibus papaueris parari.

Inter carnes probantur maximè hepar, teſtes, & criſtæ galliculorum.

Oua recentia, cum ſuccis refrigerantibus, vt eſt,

- Succus aurantiorum,
- Limoniorum,
- Agreſtæ, & ſimilium.

Potus ſit aqua chalybeata, aut aurata.

- Vel acetoſæ.
- Vel hordei,

Aqua etiam frigida pro potu commendatur, non tamen immoderatè frigida, quamuis ſitis ſit vehemens.

In alijs rebus modicè agendum eſt. Caueat ab animi vehementioribus affectibus.

Aluus ſollicitanda eſt clyſteribus quibuſdam lenibus, & qui refrigerandi aliquam facultatem habeant, de quibus in inflammatione renum, & capite de calculo prolixius actum eſt à nobis.

Et hac via ſatisfaciemus primo ſcopo propoſito, qui erat inhibere generationem humoris bilioſi.

DE CVRATIONE DIABETIS per Chirurgiam.

SEcūdus ſcopus propoſitus erat prohibere, ne humor bilioſus in corpore collectus ad renes feratur, cui duplici medicinæ inſtrumento poſſumus ſatisfacere, nempe chirurgia, atq; pharmacia, quibus ſeorſim educere poterimus humorem extra corpus, & inhibere, ne in renes incurrat.

Sed accuratè admodum hac in re procedere eſt opus, obſeruando, an cum huiuſmodi bilioſa cacochymia inſit copia ſanguinis, & virium robur, quę vbi adſint, tutò mittimus ſanguinem, quod ab initio morbi eſt agendum, vno deficiente abſtinendum.

Si tamen indicans adſit, non autem permittens, opus eſt ſanguinem quidem mittere, ſed per vices repetitas, obſeruareq; illa, quæ 5. meth. med. cap. 14.

docuit Galenus, videlicet reficere vires, & poſtea mittere ſanguinem; & ſic procedere quouſque huic ſcopo ſit ſatisfactum. A

Hoc modo per chirurgiam prohibemus ferri humorem bilioſum genitum, & in corpore collectum ad renes.

DE CVRATIONE DIABETIS per Pharmaciam.

Per pharmaciam verò huic ſcopo ſatisfacere duobus mòdis poterimus: per medicamenta euacuantia, quæ extra corpus humorem peccantem deducunt, nec non per alterantia.

Euacuantia rurſus poſſunt in hoc caſu eſſe in duplici differentia; nam alia per ſeceſſum educunt; alia verò per ſudorem: alterantia quoque duplicia ſunt; nam alia intus aſſumuntur, alia extra adhibentur.

Multa ſunt medicamenta, quibus educi poteſt cacochymia bilioſa extra corpus, inter quæ ſub forma boli probatur mihi huiuſmodi.

℞. Flor. caſſiæ nouiter extr. vnc. j.ſſ.
Pulpæ tamarindorum, drach. j.ſſ.
Cum ſaccharo quantum ſufficit, fiat bolus. Vel

℞. Diacatholici, vnc. j.
Myrobal. drach. ij.
Cum ſyr. roſ. ſolut. & modico ſacchari fiat bolus.

Manna quoq; cum decoctione hordei eſt optima.

Vel ſic

℞. Decoct. ſcariolæ,
Endiuiæ,
Portulacæ,
Trium myrobal.
Sem. acetoſæ,
Florum cordialium, vnc iij. infunde.
Rhabarb. acerbi, drach. ij.
Cinnamomi, g. v.
Factaq; forti expreſsione diſſolue
Mannæ fortis,
Syr. roſ. ex neu. infuſ. ana vnc. iij.
Elect roſ. Meſuæ drach. ij.
Fiat potus breuis.

Euacuata hac cacochymia, quod in corpore ipſius relictum eſt, attemperari debet, & incraſſari, vt neque intemperiem augere, neq; mordicationem facere poſsit, quod pluribus auxilijs fieri conſueuit, ſyrupis, conſeruis, & alijs huiuſmodi, vt eſt

Syr. de roſis ſiccis,
B Berberis,
Myrtinus,
De ribe,
Nymphææ,
Agreſtæ,
De ſucco granatorum.

Succus quoq; cotoniorum cum aqua hordei chalybeata, aut aurata valet.

Vſus lactis in hoc caſu, quod chalybeatum ſit, vel ignito ſtomomate, aut lapidibus, maxime prodeſt. C

Non reprobatur caprillum lac potiſſimùm, ante cuius potum concede.

Conſeruæ roſarum,
Nymphææ, ana vnc. j.
Pul. myrtillorum,
Margaritarum,
Corallorum alborũ, ana drach. ß.
Cum ſyrupo de roſis ſiccis fiat conditum. Doſis ſit ad vnc. ß. ante lactis aſ-
D ſumptionem.

Poſt vniuerſalem purgationem, & alterationem videndum eſt, an vires benè valeant, & an poſsit feroſa materia à renibus diuerti per ſudorem, nam tunc ſudorem prouocare, ſed moderatè admodum oportet.

Quibus omnib. peractis iam inſurgit indicatio euacuandi renes ab huiuſmodi humoribus intemperiem inducentibus,
E intemperiem ipſam corrigendi, atq; renes corroborandi, quibus ſcopis ſatisfacimus, & internis, externis præſidijs.

Interna ſunt ſub forma conditorum, vt eſt illud iam propoſitum, aut parari poteſt ad hunc modum, & eſt paſtillus à Raſi commendatus.

℞ Roſarum,

Suc;

Succi glycyrrhizæ,
Gummi arabici,
Tragacanthi, ana drach. ß.
Caphuræ,
Opij ana g. iv.

Cum mucilagine pſyllij reformentur paſtilli, & cum decocto tamarindorum, exhibeantur ad drach. j. aut drach. ij.

Vel iſtud.

℞. Mucaginis pſyllij, vnc. j.
Iulapij, vnc. ß.
Aquæ portulacæ, vnc. iv.

Vel iſtud quod præſtantius eſt.

℞. Conſ. violarum,
Roſarum, ana vnc. j,
Margaritarum ſ. p. drach. j.
Philonij, drach. ij.
Syr. roſat.
Violati, ana vnc. j ß.

Miſce, & exhibe cochleare.

Exterius verò applicantur, lumbis potiſsimùm, aliqua præſidia, quæ à renibus exprimant humores prædictos, reprimant vrinam, intemperiem calidam remittant, ac renes roborent.

In primis placeret irrigatio ex aqua aluminoſa, vel alia thermali, cuius minera eſſet vel ferrum, vel alumen, ſi non adſit aliqua, quemadmodum eſt illa Lucenſis, quæ de villa appellatur.

Paretur etiam fomentum aliquod factum hoc modo.

A ℞. Fol. rubi,
Plantaginis,
Roſarum rubearum,
Balauſtiorum,
Malicorij, ana m. j.

Bulliant in ſufficienti quantitate aquæ ſecundùm artem, &

℞. Huius decocti lib. ij.
Succi agreſtæ aut
Granatorum, vel etiam,
B Conſolidæ maioris, ana vnc. iij.

Infundantur ſpongiæ, & applicentur regioni renum.

Inungatur deinde hoc vnguento.

℞. Infrigidantis Galeni, vnc. j.
Vnguenti roſati, vnc. ß.
Trochiſc. de Karabe,
Roſatum rub. ana drach. j.

Olei roſati quantitate ſufficienti cum
C cum modico ceræ fiat linimentum.

Vel

℞. Vnguenti de comitiſſa, vnc. j.
Caphuræ ſcrup. j.
Olei papaueris,
Mandragoræ, ana vnc. ß.

Miſce inungantur lumbi ad renum regionem.

Deinde accipe plumbi laminam te-
D nuiſsimam pluribus foraminibus donatam, applica renibus: hæc ſatis de Diabete.

DE ISCHVRIA
TAM PROPRIE, QVAM IMPROPRIE DICTA.
CAPVT TRIGESIMVM QVINTVM.

INter actiones renum læſas connumerauimus illam affectionem, in qua nihil penitus vrinæ exire poteſt, quamuis à patientibus fiat omnis diligentia, vt mingere poſsint. Id autem fit vitio renum, vel veſicæ, 3. de cauſis ſympt. cap. 2.

E Si cótingat fieri ratione vitij renum, tunc ſecretio vrinæ dicitur eſſe omninò ablata, & vocatur iſchuria impropriè dicta; at ſi fiat vitio veſicæ, tunc non eſt ablata excretio vrinæ, cum hæc ſit renum

num actio, cui famulatur veſicæ actio.

Nam vt ſupra dictum fuit, ſecernitur vrina à facultate renum inſita, deinde per vreteres in veſicam propellitur, guttatimque & paulatim in ipſa colligitur, quouſque ſit tempus eam proijciendi; expulſio enim vrinæ ad communem canalem eſt actio veſicæ: ex abolitione igitur vtriuſque operationis poteſt fieri ſuppreſſio vrinæ, quæ iſchuria dicitur.

Quando aboletur renum actio iam dicta, & nihil vrinæ in veſica colligitur, quare nec exire extra poteſt, fit vna iſchuriæ differentia.

Cùm autem nulla læſione exiſtente in actione ſecernendi, tota vrina in veſica colligitur, neque extrapellil à veſica poteſt, fit ſecunda iſchuriæ differentia, diciturq; ab omnibus medicis iſchuria propriè dicta.

De vtraq; iſchuria tam propriè, quàm impropriè dicta in præſenti pertractare eſt in animo.

Eſt autem iſchuria in genere morbus communis renum, & veſicæ, vel potiùs ſymptoma excreti retenti.

Sed dicetis, nõne diabetes eſt morbus communis vtriuſq; partis, quemadmodum etiam vitia omnia, quæ verſantur circa huius excrementi impedimentum quoad exitum, quandoquidem ab omnibus partibus, per quas meat, quantum in illis eſt, expellitur, & inter illas primæ ſunt renes, & veſica, vbi igitur vel non pellitur, aut malè pellitur extra corpus, referri debet ad vitia harum partium renum videlicet, atq; veſicæ.

Ita eſt procul dubio, ſed alia ex his vitijs magis ad renes. alia verò magis ad veſicam ſpectant. In diabetica paſſione, etſi renes læſi ſint primò, & maximè, fieri tamen non poteſt, quin etiam veſica aliquo modo patiatur; nam ex copia vrinæ, quam recipit, debilitatur, eiuſq; retentio diminuitur, quemadmodum in abolita actione ſecretionis vrinę læditur & veſica, quatenus fruſtratur ſuo fine, in cuius gratiam eſt facta.

A E contra verò in retentione vrinæ vitio veſicæ renes etiam patiuntur, quia vbi repleta eſt veſica, neque poteſt amplius recipere, retrocedit vrina in renes, & eos magnopere lædit, quare ad affectionem vnius neceſſe eſt, vt altera quoque patiatur, ſed affectio primò eſſe poteſt in vna parte, ſecundariò verò, & per conſenſum in altera.

B Hactenus igitur tractauimus de affectionibus magis proprijs renum, & quæ primò, & per ſe ijs obſunt, opus nunc eſt, vt ea vitia conſideremus, quæ communia ſunt cum veſica excrementi ſeroſi ratione, dicturi poſtea & de vitijs primò ſpectantibus ad veſicam.

Iam verò iſchuria ſe ſe offert declaranda, de qua quidem eſſentiam, & definitionem inueniemus, deinde partes affectas, cauſas, ſigna, prædictiones, & denique curationem afferemus. C

ἰσχουρία à Græcis dicitur, & ab aliquibus etiam ἰσχωρία, ſed magis vſitatum eſt iſtud nomen iſchuria, quæ duplex eſt, 3. de cauſis ſympt. 2. vna quæ fit propter renes, ſed impropriè dicitur iſchuria, altera verò, quæ fit propter veſicam, & iſchuria propriè appellatur, à noſtris ſuppreſſio vrinæ, aut eiuſdem retentio vocatur. D

Eſt autem ſymptoma in vrinæ excretione, quod vrinam cohibet, ita vt nihil prorſus per canalem communem exire permittat, quod vel renum aut veſicę vitio contingit: at primò videamus, quæ ſint cauſæ ex parte renum prohibentes vrinam ad veſicam, tamquam ad propriam cloacam deſcendere.

E

DE CAVSIS ISCHVRIAE *renum vitio euenientis.*

HViuſmodi cauſæ poſſunt referri ad facultatem renum, & ad inſtrumenta; primò enim facultas eorum, & emulgentium venarum, quæ à venæ cauæ trunco in renes deriuant, ita in-

tem;

temperatur quandoque, vt nihil trahere poſſit, quare intemperies frigida, & humida eſt cauſa, ne vrina ad renes trahatur, vnde renes, & venæ patiuntur, vt ſunt partes ſimilares.

Secundò inſtrumenta, & inter illa venæ meſeraicæ ita obſtruuntur, vt tota vrina ad inteſtina feratur. Venæ quoque emulgentes, renes, & vreteres ita læduntur, vt vrinam admittere nequeant: aliquando verò ita ſolutione continui afficiuntur, vt perforetur eorum ſubſtantia, ac vrina ſtatim elabatur.

Caſum hunc ſe animaduertiſſe ſcribit Mercatus lib. 4. de morborum internorum curatione cap. de vrinæ ſuppreſſione, veſica non patiente, vbi narrat hiſtoriam cuiuſdam nobilis, qui poſt multos dolores nephriticos lapillum ſatis notabilem excreuit.

Deinde poſt ſpatium trium annorum alium eiuſdem magnitudinis, & cum iiſdem laboribus lapidem eiecit, alijs tandem ſuborientibus morbis, & ſymptomatibus diem ſuum obijt. Cadauer fuit ſectioni expoſitum, in quo inuenti ſūt ambo renes foramine quodam peruij, per quod exibat vrina.

Sed dato, quod caſus hic verus ſit, eſt de rarò contingentibus, quia ſi vrina per renes mediantibus foraminibus exeat, eſt impoſſibilis talis curatio, neque diu in vita remanere poteſt homo.

Mercatus igitur admonet poſſe quatuor modis veſica non læſa retineri in corpore vrina, vno modo ex Philothei ſententia 7. aph. 46. quando venæ, quæ ſunt ad craſſa inteſtina, obſtruuntur: ſecundò ab emulgentibus, vel obſtructis, vel non ſugentibus: tertiò renibus obſtructis, aut præ imbecillitate non potentibus attrahere: quartò vreteribus adeo obſtructis, vt ne minimum quidem percolari permittant.

Sed huiuſmodi quatuor modi ad duo capita iam propoſita reducuntur, nempe ad facultatem læſam, vel ad eandem impeditam. Si vellem ea omnia per capi-

A ta vobis in medium afferre, quæ à Mercato ſcribuntur, prolixior quidem æquo haberer.

Sed ſingula in pauca contrahentes dicimus facultatem non poſſe lædi, niſi ab intemperie, eaq; frigida, & humida, ſiue renum, ſiue emulgentium venarum fuerit.

Impeditur autem facultas à morbis organicis, & potiſſimùm ab obſtructio-
B ne, aut tumore, ſeu inflammatione. Venæ, quæ ſunt ad inteſtina obſtruuntur humoribus craſſis, lentis, & frigidis ſed talis caſus rarò contingit, qui ſi daretur, eſſet omninò (mea opinione) incurabilis: videte Mercatum.

Venio ad læſionem, quæ fieri contingit in renibus, venis emulgentibus, & vreteribus, quæ poſſunt obſtrui ab inflammatione, (de qua iam diximus),
C vel ab alijs morbis in via, vt ſunt humores craſſi, lentique, arenulæ, lapilli, pus, grumus ſanguinis, flatus craſſus, tubercula, & quæ poſſunt impedire vrinæ tranſitum, ſiue per obſtructionem, ſiue per compreſſionem, hoc eſt, comprimendo vel vreteres, aut renes ipſos, ita vt percolari non poſſit vrina ad veſicam.

Iſti ſunt morbi tam ſimilares, quàm
D organici impedientes, quo minus vrina in veſicam feratur, qui à ſuis cauſis tam internis, quàm externis, tum neceſſariò, tū non neceſſariò contingentibus fiunt.

De quibus quidem eſſet dicendum, ſed quia ab iiſdem morbis, & cauſis veſica læditur, quibus etiam impeditur vrinæ mictio, de his aliquid proponendum eſt, antequam iſchuriæ impropriè dictæ cauſas examinemus.

E Sed hoc loci occurrit dubitatiuncula quædam, an veſica vrinam trahat à renibus per vreteres? & cauſa dubitationis eſt, quia Galenus aliquando defendere negatiuam, aliquando partem affirmatiuam videtur.

Nam. 6. de locis affectis cap. 3. apertè negat, veſicam à renibus trahere,

Nam.

nam neque inteſtina à ventriculo trahunt, ſed renes quidem per vreteres ad veſicam mittunt.

Quintò verò de vſu part. 2. ſcribit, veſicam trahere vrinam ab vreteribus ſeparatam ab ipſo ſanguine, & cap. 11. ſcribit veſicam vtramque tam bilis, quàm vrinæ habere omne fibrarum genus, rectas vt trahere poſſint, orbiculares ad expellendum, & obliquas ad retinendum, ergo, &c

Sed veſica duobus modis poteſt conſiderari, vel vt eſt inſtrumentum dedicatum receptioni vrinæ, & eiuſdem expulſioni; vel vt eſt inſtrumentum nutritionis,

Primo modo nullam habet attrahendi facultatem, ſed vrina per vreteres deorſum à renibus propulſa ſponte in veſicam delabitur, vt 6. de locis affectis 3. ſcripſit Galenus.

Secundo modo habet facultatem attrahendi ſibi proportionatum alimentum.

Sed dicetis, Galenus lib. citato cap. 6. in fine loquens de vtraque veſica, de ea ſcilicet, quæ bili deſtinata eſt, & de ea, quæ vrinæ inſeruit, dicebat, quod illæ partes, quæ per amplas vias ſibi proportionatum ſuccum trahunt, non poſſunt eum non mixtum trahere, & ab alijs ſecretum, cùm attrahunt proprium excrementum.

Iureq; optimo vaſa alia alimentũ ſibi ſuppeditatura flagitarunt, quibus apparet vtramq; veſicam trahere purum, & proprium excrementum.

Nec Leonardi Iacchini valet reſponſio, vbi dicit illud verbum, trahere, intelligendum eſſe de vna veſica, nempe de fellea, non autem de vrinaria; id enim cõmune habent, vt recipiat vtraq; ſuum excrementum, ſed fellea veſica illud trahit, nequaquam veſica vrinaria.

Sed Galeni verba non ſunt ſcripta, vt voluit Iacchinus, quia loquitur is de vtraque veſica, vt ſenſus ſit, vtraq; veſica trahit proprium excrementum, non

A igitur ſola fellea, ſed vrinaria etiam.

Euſtachius Rudius lib. 2. cap. 44. idem dicit, vide Petrum Garciam diſp. 64. cap. 1. circa proprium excrementum, nempe veſica fellea circa bilem; vrinaria verò circa vrinam, quam trahit ſecunda illa attractione, qua vrina delectatur, & circa illam, vt proprium obiectum, verſatur.

Pro ſolutione huius difficultatis dici

B poſſe exiſtimo duplicem dari in partibus attractionem, vnã, quæ eſt in omnibus corporis partibus nutriendis; altera eſt in aliquibus tantùm, propriaque, & particularis alicuius partis.

Prior fit mediantibus fibris, & cum motu aliquo, verſaturq; circa proportionatum alimentum; altera verò eſt attractio, quæ efficitur ſine fibris, & ſine

C motu, fitq; proprietate, & familiaritate quadam, nec verſatur circa alimentum, ſed circa aliquod delectabile, ſimiliſque exiſtit attractrici, quæ magneti inhæret ferrum ad ſe trahenti.

In veſica vtraq; attractio reperitur, vna, quæ fit mediantibus fibris, & verſatur circa alimentum; altera verò circa vrinam.

Quando itaque Galenus ſcribit veſi-

D cam trahere vrinam, loquutus eſt de illa attractione ſimili vi magnetis; & cum dixit non trahere vrinam, nempe in lib. de locis aff. intellexit non trahere prima attractione, quia ex ea non poteſt nutriri.

In libr. verò de vſu partium voluit trahi vrinam ſecunda attractione, quare veſica trahit vrinam ſecunda attractione, non prima, & hoc modo ſunt Galeni loca intelligenda.

E Sed antequam finẽ imponamus morbis renum, inquirere quiſpiam veſtrum poſſet, an ad vitam neceſſarij ſint duo renes?

Reſpondet Galenus vnum potuiſſe quidem ſufficere 5. de vſ. par. c. 6. ſed ob magnam excrementi ſeroſi copiam opus fuiſſe magno rene, quem cum comɉ

mo-

modo in loco non potuerit accommodare natura, voluit ipſum in duos diuidere, ad latuſq; vtrumque ſpinæ apponere, vt in æquilibrio corpus ſeruaretur.

A

At Auicennas lib. 3. fen. 18. cap. 1. dicebat non fuiſſe neceſſarium in medio ſupra ſpinam collocare; nam potuiſſet venã, & arteriam comprimendo multa inconueuientia producere, proinde renem magnum in duos diuiſit, quos tamen non eſſe ad vitam ſimpliciter neceſſarios oſtendit nobis experientia, & ipſa anatome.

Experientia vna eſt illa, cuius ſupra meminimus apud Mercatum; nam poſt primam illam lapidis eiectionem perforatus remanſit ren, per cuius foramen decidebat vrina, & ad alium renem trahebatur, qui, poſtquam perforatus fuit, cùm non poſſet vrinam ſecernere, vitã cum morte commutauit æger.

Equidem agnoui nobilem quendam per 14. annos habuiſſe renem totum abſceſſu corruptum, vretere ex toto calloſo reddito, atq; obſtructo, qui benè tamen mingebat, & reliqua naturæ munia, tanquam ſi ſanus fuiſſet, obibat, niſi quod perpetuo dolore illius lateris grauatiuo cruciabatur, pôſt cuius obitum cadauer fuit ſectione adminiſtratum, repertuſq; eſt ren ea, qua dictum eſt, ratione.

Anatomẽ etiam docet aliquando vnicum reperiri renem; Veſalius enim teſtatus eſt, & Columbus etiam ſe obſeruaſſe in cadaueribus vnicum renem exiſtentem in vno latere, neq; in medio corporis.

Nos quoque alium nobilem vidimus, qui poſt obitum ſectione apertus fuit, & in ipſo ren dexter inuentus eſt; in ſiniſtro verò latere, neque renis, neque vreteris veſtigiũ aliquod apparuit, quare ad vitam ſimpliciter duo renes non ſunt neceſſarij, ſed ad meliorem vitam, hinc eſt, quod vt plurimum duos facit natura.

Petrus Foreſtus lib. 25. ſuarum obſeru. 13. ſcribit obſeruaſſe ſe non eſſe verum, quod vno vretere obſtructo, aut quouis modo impedito poſſit alius vrinam reddere. Sed hoc rarum eſt; nam duo renes facti ſunt à natura, vt vnus poſſit ſupplere alterius vices: & hæc de cauſis iſchuriæ impropriè dictæ ad renes attinentis.

B

DE CAVSIS ISCHVRIAE *Veſica vitio prodeuntis.*

Nunc de iſchuria propriè dicta, & de cauſis ipſius agendum proponitur, quæ eſt ſolius, vt aiunt, veſicæ affectio.

C

Quando igitur vrinæ copia continetur in veſica, neque exire poteſt, quouis conatu, aut preſſura facta; & vt 6. de locis aff. cap. 4. dicebat Galenus, quando corpus veſicæ ita affectum eſt, vt quod in ea continetur, exprimere non poſſit, ſupprimitur vrina, nominaturque hoc accidens veſicæ iſchuria.

Cauſæ huius, non ſecus atque de renum iſchuria diximus, ſunt morbi eſſentiales facultatem lædentes, & morbi inſtrumentales eandem facultatem impedientes.

D

Priores morbi ſunt illi, qui veſicam, vt eſt membrum ſimilare afficiunt; videlicet intemperies tam ſimplices, quàm complicatæ, vt frigida tantum, & humida, & frigida, quibus redditur debilis veſica, vt id vrinæ, quod in ſe continet, non complectatur, neq; circa ipſam ſe ita conſtringat, vt expellere poſſit, deinde ita torpida redditur, vt morſum, & vrinæ qualitatem mordacem nequeat ſentire.

E

Morbi autem inſtrumentales, alij ſũt lædentes os veſicæ, eiuſque canalem, alij neruos ex ſpinali medulla prodeuntes, qui nerui ſunt in duplici differentia, alij ſenſum veſicæ præbentes; quibus ea nocua percipit: alij verò motum muſculo ſygmoidi, (qui ori ipſius præfici-

 tur)

tur) ferentes; & alij tandem ſunt, qui corpus ipſius veſicæ mouent.

Incipiamus à poſterioribus, qui veſicæ quantitatem, nimium quàm par ſit, augent, vt ſunt inflammationes, & alij tumores ab humoribus in membranis imbibitis producti.

Alij verò ſiunt à materia quapiam intra cauitatem contenta, veſicam valide dilatanre, vt in concionibus, vel lectionibus, aut alijs impedimentis contingere ſolet.

Fieri etiam poteſt, vt à flatu craſſo eueniat, vel à nimia vrinæ copia in veſicam collecta, cùm quiſpiam negotijs diù detentus non potuerit vrinam reddere; nam tunc veſica dilatata nequit vrinam expellere, nec (vt ſcribit Galenus 4. cap. de locis affectis) eam amplecti, aut comprehendere amplius valet.

Illi verò morbi inſtrumentales impedientes quo minus à cauitate veſicæ in communem canalem, & inde extra feratur vrina, ſunt vel in via, vel in numero adaucto; in via quidem, quod ſint in canali impedientes curſum vrinę: in numero verò quia aliquid præternaturam adauctũ eſt, quod prius adauctum non erat.

Huiuſmodi in primis eſt lapis in cauitate veſicæ contentus, tuberculum aliquod propè orificium natum, quod obſeruaui aliquando in quodam Bononienſi, qui vrinæ ſuppreſsione obijt.

Huius cadauer fuit ſectioni expoſitum, & in aperta veſica inuentum eſt turberculum quoddam eiuſdem ſubſtantiæ cum ipſa veſica nucis iuglandis magnitudine, quod adeo ori præfectum erat, vt videretur ei adnatum, neq; ſyringæ impoſitę cedebat, ita vt faceret omnimodam vrinæ ſuppreſſionem, diuque vixit cum difficultate vrinæ, vt tandem in iſchuriam huius tuberculi culpa inciderit.

Tumores quoque in alijs partibus nati, qui poſſunt comprimere, vel os veſicæ, vel meatum communem, impedi-

A unt vrinę exitum, ita vt quicunque morbi obſtruentes vias, vel eaſdem comprimentes ſunt cauſæ ſuppreſſionis vrinæ.

In his reponuntur etiam grumus ſanguinis, puris craſſioris copia, arenulæ, & tandem humorum craſſorum, & lentorum farrago.

Scio me vidiſſe nobilem quemdam Gallum qui tantam copiam humoris pi-
B toſi collegit in cauitate veſicæ, vt ſupprimeretur per dies integros vrina, inde tantã vitrei humoris copiam eijciebat, vt matulas magnas repleret, & per multos dies.

Iſti omnes ſunt morbi in via impedientes canalem, ne vrina egredi poſſit à cauitate veſicæ.

Sunt etiam & alij morbi organici im-
C pedientes exitum vrinæ, qui naſcuntur in canali communi, vt carunculæ, turbercula, lapilli, & id genus alia impedimentia ne vrina à veſica delapſa poſſit extrapelli.

Conuulſio quoque muſculi ſigmoidis poteſt eſſe cauſa vrinæ ſuppreſſionis.

Sunt & illa lædentia neruos, vt humores craſſi obſtructionem generantes
D ne ſpiritus in veſicam aut muſculum ferri poſsint, quamuis diuerſimodè id contingat; nam Galeno authore 6. de locis affectis cap. 4. cùm veſica ad vrinam expellendam non moueatur motu voluntario, non poteſt ipſius actio aboleri vitio neruorum, ſed benè poteſt priuari ſenſu ab ipſis delato, quo minus ſentiat læſionem vrinæ.

Sed illi nerui, qui ad muſculum fe-
E runtur, poſſunt ita obſtrui, vt muſculus conuellatur ea ratione, vt non permittat aliquid à veſica exire; quo nomine fiat totalis iſchuria.

E contra canales neruorum ita obſtruuntur aliquando, vt non feratur motiua facultas ad muſculum. Sexto de locis affectis cap. 4. ſcriptum eſt, muſculum paralyſi affectum permittere exi-

tum

tum vrinæ, non ſupprimere ipſam, binc ſuccedit paralyſis, & non poteſt vrina retineri, de qua re ſuo loco.

Et iſti ſunt morbi facientes ſuppreſſionem vrinę tam ex parte renum, quàm ipſius veſicæ, qui à ſuis cauſis, & internis, & externis prodeunt.

Intemperies primùm quę eſt morbus veſicæ, vt eſt corpus ſimilare, frigida ſimplex frigidaue, & humida, ab humoribus pituitoſis in corpore collectis, generatur.

B Hi autem humores colliguntur à victus ratione, quæ apta ſit tales humores producere, vt eſt aer frigidus, & humidus, à quibus etiam generantur morbi inſtrumentales iam dicti, vt tophi, lapides, arenulæ, craſsi, & viſcidi humores, & tubercula.

Medicamenta frigida vrinam ſupprimere poſſunt intus aſſumpta, vt eſt opium; vnde Iacchinus ſuper lib. ix. ad Almanſ. teſtatur ſe puerum vidiſſe, cui ex hoc medicamento aſſumpto torpida reddita fuit veſica, vrinaque ſuppreſſa.

C Alimenta quoque tales producunt humores, vt ſunt carnes craſſæ, piſces, res ex paſta omnes, legumina, olera frigida, fructus, qui ſuccum frigidum generare ſunt apti, aetis nimia frigiditas, potus aquæ immoderatus, & intempeſtiuus.

D Amatus Luſitanus cent. 4. cur. 10. ſcribit, quendam puerum incidiſſe in vrinæ ſuppreſſionem à frigiditate ex cõtactu aquæ frigidæ ad pedes.

Petrus Foreſtus lib. 25. obſer. 17. notat ruſticum quendam per decem dies integros manſiſſe eadem de cauſa in vrinæ ſuppreſsione.

E Poteſt quoq; inducere intemperiem frigidam, & humidam in veſica aliquid, quod neceſſariò non occurrat, ſed ſit in noſtra libertate ipſum euitare, quemadmodum eſt contactus aquæ frigidæ, vt ſæpè piſcatoribus euenit, qui in aqua manentes refrigerant ſibi veſicam, & alias partes circumuicinas.

Lõga etiam ſeſsio ſuper lapidibus frigidis, & alia huiuſmodi, quæ nobis fortuitò occurrere poſſunt, non modò refrigerare ſolent veſicam, ſed etiam ita torpidam reddere, vt non ſentiat vrinæ irritamentum, ſiue à nimia ipſius quantitate, ſiue ab acredine proueniat.

Eſt inter alia contactus piſciculi illius torpedo appellati, qui ſenſum veſicæ ita ſtupefacit, vt ea irritationem ab vrina inductam non ſentiat.

Quamobrẽ cùm nerui ſenſum ferentes veſicæ torpidi redduntur, veſicam quodammodo paralyſi affectam relinquunt.

At ſi nerui ſenſum ferentes muſculo, lædantur hac ratione, vt muſculum ſenſu, vt ſuo motu priuent, tunc non ſupprimitur vrina, ſed potiùs inuoluntariè præterfluit.

Quapropter non rectè inquiritur, an muſculo paralyſim patiente ſupprimatur vrina, cùm idemmet Galenus 6. de locis aff. 4. apertè ſcribat, eo reſoluto non ſupprimi vrinam, ſed fieri exitum illius inuoluntarium.

Quod ratio etiam dictat, quia cùm muſculus veſicæ præfectus ſit, Galeno docente, ad prohibendum exitum inuoluntarium vrinę à veſica, ſi conuellatur fit ſuppreſſio, ſi reſoluatur è contra, efficitur exitus vrinæ inuoluntarius.

Vide Iacchinum, qui ponit hanc quęſtionem, an muſculo paralyſi affecto ſupprimatur vrina? & ex Pauli ſententia ſcribit id fieri poſſe, & ſoluens contradictionem, inter Galenum negantem, & Paulum aſſerentem, refugit ad veſicæ, non ad muſculi paralyſim.

Et quod non videtur admodum rationi conſonum, addit ſe obſeruaſſe quendam ex opij aſſumptione incidiſſe in torporem veſicæ muſculo rectè conſtringente os veſicæ, hoc eſt, nihil læſo.

Sunt etiam cauſæ aliæ exteriores eundem affectum producentes, vt ſunt

vulnera, contuſiones, caſus ab alto, & ſimilia, de quibus eleganter Galenus ſcribit 6. de locis affectis cap. 4. Et hæc de cauſis.

DE SIGNIS ISCHVRIAE.

SVccedũt ſymptomata affectionem, partes affectas, & cauſas deſignantia, & quod ad affectionem ſpectat, non aliunde petenda mea (ſententia) venit, quàm ab ipſo ſenſu.

Nam cum obſeruamus ægrotantem, qui conqueritur, quod per multas horas non potuerit vrinam reddere, quamuis multoties tentauerit, & fruſtra quidem, ſiue id fuerit cum magno deſiderio, vt in vera iſchuria cõtingere ſolet, aut abſque aliquo mingendi deſiderio, vt euenit in his, qui iſchuriam impropriè dictam patiuntur, ſtatim habemus pati hanc ægritudinem.

Quare videtur deſiderium meiendi, atque ipſius impenſa voluntas eſſe proprium veræ, & propriæ iſchuriæ ſymptoma; in alia enim non adeſt illa tam intenſa voluntas, cum vrinæ excretionis deſiderium ſit in veſica, quæ in non vera iſchuria non patitur, niſi quod inanis ſit, & vrina vacua: id autem maximè euenit ijs, quibus cõllecta eſt in veſica vrinæ copia, à qua ſe multum infeſtari percipiunt.

Sed quemadmodum affectus manifeſtus exiſtit, ita è contra difficillimum eſt explorare tam partem affectam, quàm morbum, à quo veſica læditur, ſiquidem, & canalis communis, per quem exit vrina, & veſica ipſa, & vreteres, & renes, nec non venæ emulgentes lædi poſſunt: circa igitur earum partium læſionis diſtinctionem, & morborum à nobis verſandum eſt.

Et primò ſi vrina impeditur ob canalis obſtructionem, aut adſtrictionem, tunc cognoſcitur ex impoſita per chirurgiam intus candela, aut catherere, ſiue ſyringa, quæ percipit adeſſe impe- A dimentum, quia non poteſt intus ad veſicam vſq; penetrare.

Deinde rationali confirmabitur coniectura, quia neq; veſica, neq; vreteres, neq; aliæ partes labem patiuntur, ſed ſanitate fruuntur conſueta.

Ita Bononiæ Foreſtus lib. 25. obſer. 15. ſe iactat, quod ſola fibulæ, aut ſpinteris iniectione in canalem communem puerum liberaſſe ab vrinæ ſuppreſſione, B quaſi deplorata, quam alij medici non potuerant curare.

Veſicam verò læſam eſſe conijciemus, Galeno magiſtro 1. de locis aff. cap. 1. quia ægrotus conqueritur de veſicæ plenitudine cum quadam extenſione & grauitate, quod à medico manus pubi admouenti, tumoremque ipſius percipienti facilè iudicari poteſt, ſi aliquantiſper, & moderatè veſicam com- C preſſerit, ac deinde æger conqueratur de quodam meiendi intolerabili deſiderio, & ſine fructu.

Tertio ſi nullum manifeſtum vitiũ appareat in partibus ſuperioribus, nempe vreteres benè ſe habeant, renes, & venæ emulgentes. Deniq; ſi in canali communi nullum adſit impedimentum, iam clarum eſt iſchuriam hanc eſſe propriam, & à veſicæ læſione prouenire.

D Rurſus partium ſupra veſicam læſarum indicia indaganda eadem methodo veniunt; nam vbi à medico exploratum fuerit, nihil intra veſicam exiſtere, eaq; inani, & vacua exiſtente, ęgrotum vrinam eijcere nõ valere, indicium eſt vreteres, aut renes affectos eſſe, aut venas vocatas emulgentes.

Quarum partiũ læſionem à doloris ſitu, à iuuantibus, & nocentibus inue- E ſtigare oportet; nam dolore in rene, coſſis lateris, aut vtriuſq; exiſtente, deinde ceſſante, & deorſum ad abdomen deſcendente per vreteris regionem, clarum eſt vreterem læſum eſſe.

Deinde ex iuuantibus medicamentis extra appoſitis confirmatur; medicamenta enim, quæ ore aſſumuntur, non

tam

tam citò ad ipſos perueniunt. Tertiò tenſionem, & grauitatem ſæpè ipſi ægrotantes à lumborum regione ad pubem vſque percipiunt.

Renes læſos eſſe cognoſcere poteritis ex cauſis præteritis, quæ potuerunt ipſos lædere, ac ſi à medicamentis extra poſitis, quæ eorum gratia alijs partibus adhibentur, iuuamentum ægrotantes accipiant.

Tandem ſi aliqua ſigna præceſſerint, aut præſentia ſint demoſtrantia ipſorum inflammationem, dolorem, calculum, arenulas, aut alias ipſorum complures læſiones, de quibus ſupra ſatis diximus.

Inuentis partibus læſis, opus eſt conſiderare, an ipſæ patiantur tamquam partes ſimilares, an tanquam organicæ, & inſtrumentales?

Primò canalis communis, licet poſſit pati morbos ſimilares, nempe intemperiem aliquam, ratò tamen contingit ab ipſo, vt pars ſimilaris eſt, vrinam ſupprimi, ſed quaſi ſemper impedimento eſt vrinæ, vt inſtrumentum.

Nam is canalis ſæpè repletur, vel caruncula calloſa, aut, vt obſeruauit Foreſtus, lutoſa quadam ſubſtantia, aut calculo, vel mucoſa materia, quæ ſolo cathetere, aut candelulæ imectione à chirurgo facilè exploratur.

Sed circa canaliculi obſtructionem, aut ſuppreſſionem, non eſt opus pluribus; igitur ad veſicæ morborum cognitionem, & aliarum partium indagandam deueniendum eſt, quæ, docente Galeno 6. de loc. affect. cap. 4. à cauſis prætergreſsis, & à iuuantibus, & nocentibus cognoſci poterit.

Primò enim intemperies frigida, quæ ſolet non ratò veſicam lædere, atque vrinæ compreſsionem facere, ab anteacta vita conijcitur, tam in cibis, & potu, quàm in vſu aliarum rerum. Alimenta frigida, quæ pituitoſos humores generare ſunt apta, iam diù præceſſerunt, ijſque vſus eſt æger.

Aquam multam, & intempeſtiuè bi-

A bens, in otio degens, ſomnoque magis, quàm expediat indulgens, ætate declinante, habitu corporis pituitoſo, ac complexione frigida, & humida, ad id conferente, profert hunc affectum.

Aer quoq; frigidus, & humidus, contactus corporis frigidi, & humidi, declarant huiuſmodi intemperiem veſicæ frigidam: deinde ipſimet ægrotantes dicunt ſe ad illarum partium regionem

B percipere frigus.

Vſus quoque medicamenti frigidi, quemadmodum ſcribit Iacchinus ſe quendam obſeruaſſe, qui ex vſu opij inciderat in iſchuriam. Demum ex frigidorum medicamentorum vſu læduntur, iuuantur è contra à calefacientibus.

Verùm contingit veſicam ab huiuſmodi frigida intemperie bifariam lædi; ſui corporis, aut fibrarum ratione, vel

C ad ipſam ſenſum deferentium neruorum occaſione.

Primo modo ita fibræ, & tota ipſius veſicæ ſubſtantia eneruatur, vt ea vrinam expellere non valeat, quamuis plena ſit.

Deinde quia nerui ipſius tum refrigerantur, tum obſtruuntur, vt ad ipſam ſenſum non ferant, hinc non poteſt ad vrinam contriſtantem, & morſu ſuo lædentem expellendam ſe conuertere,

D cum ſit ſenſu deſtituta.

Sed huiuſmodi diſtinctio, cum ab eadem cauſa proueniat, & eandem etiam curationem requirat, nempe calefacientem, non poteſt niſi à cauſa externa cognoſci, vt apud Luſitanum apparet cent. 4 cur. x.

Idem apud Foreſtum obſ. 17. lib. 25. legere vnuſquiſq; veſtrum poterit, vbi

E videbitis læſionem diſtinxiſſe à cauſa exteriori, nempe ab aqua frigida, in quam pedes diù immerſerunt ægri.

Ab aere etiam frigido Fràciſcus Rao Præſidens huius Regni incidit in vrinæ ſuppreſſionem, quamuis nerui ex obſtructione, & lentorum humorum copia læſi eſſent, vt ex curatione apparuit.

Sed

Sed cum vir Illuſtris ſeptuagenatius, & vltra ſit, ac in meliori valetudine, qua frui ſolet, aliquam vrinæ difficultatem, aut potius ad meiendum impotentiam patiatur, & vix, longoq; tempore matulam tenens vrinam emittat, vbi aerem mutat, nempe quando Panormo Meſſanam proficiſcitur, iterq; facit per mare, tanta vrinæ difficultate premitur, vt tandem ad omnimodam ſuppreſſionem deueniat.

Idq; nulla ratione ei euenire exiſtimo niſi ob maris frigiditatem, ac ſiccitatem; nam cum veſica iam debilitata ſit, & ad frigidam intemperiem mutata, à vaporibus frigidis & ſiccis à mari eleuatis magis refrigeratur, atque ita inepta redditur prorſus ad vrinæ expulſionem.

Succedit etiam, quod nerui deferentes ſenſum comprimuntur ab aeris frigiditate, ſimulq; & obſtruuntur, quibus neminibus ita læditur veſica, vt vrinam reddere nequeat, dum ſupra mare eſt, extra verò mingit calefacta remedijs veſicæ regione.

In hoc caſu iuuantia medicamenta declarant intemperiem frigidam, caloremque naturalem languidiſſimum fuiſſe, neq; potuiſſe ſentire grauamen vrinæ, neque, etiamſi ſenſiſſet, potuiſſe eam expellere.

Deinde quando medicus manum admouet regioni veſicæ, ac deprimit vrinæ multitudinem, qua fuerit dilatata, nimium quàm par ſit, neq; ob id veſica poteſt eam expellere, iam apparebit, ſi nulla alia præceſſerit cauſa vrinæ ſuppreſſionis, eam accidiſſe longa aliqua mora in Senatu, aut concione, aut alibi facta.

At ſi nulla præceſſerit talis neceſſitas, retineaturq; vrina, tunc videndum eſt, an id contigerit corporis frigidi contactus ratione, vel aquæ, vt piſcatoribus non raro euenit, aut ſeſſionis ſuper marmore; aut ob contactum piſculi illius torpedo vocati.

A Per cauſas igitur prætergreſſas procedendo in cognitionem deuenire poſſumus facultatis læſę ipſius veſicæ ab intemperie frigida.

Nam ſi audiamus vel aquam frigidam admotam fuiſſe regioni veſicæ, aut pedes in ipſa diù immerſos tenuiſſe, aut etiam totum corpus, vel aliquando medicamentum nimium refrigerans applicatum fuiſſe, vel percipiat torporem

B ægrotans circa veſicam, iam dicendum eſt eam ad frigidam intemperiem mutatam eſſe.

Quare veſica patitur, vt eſt ſimilare membrum: hac igitur diligentia à medico facta, ſi horum quidpiam nõ animaduertit præceſſiſſe, vrinaque ſuppreſſa ſit, opus eſt, vt vlterius procedat animaduertens, an id contingat ratione malæ compoſitionis.

C Et primò inſpicere debet, an corpus veſicæ tumore aliquo afficiatur, nempe vel inflammatione, ſcirrho, aut œdemate, quod ſenſu tactus conſpicuum fiet; nam durities percipietur ad pubis regionem, ſi enata fuerit inflammatio, aderunt quoque febris, & dolor, & alia inflammationis ſigna.

Atqui ſi aliquid ſit in cauitate ipſius, quo contingat impediri vrinę exitus,

D an lapis, aut grumus ſanguinis, aut pus, vel tuberculum aliquod ori veſicæ præfectum ſit, aut arenulæ, attendere debemus.

Si lapis ſit impediens, quò maior fuerit, eò minus, & quò minor, eò magis vrinæ exitum impedit; nam maior lapis non poteſt tam facilè exitum vrinæ prępedire, de quo ſuo loco.

E Grumus verò ſanguinis cognoſci poterit ab ijs, quæ præceſſerunt, vt ſi quis paſſus antea fuerit fluxum ſanguinis, eieceritq; ſanguinem cum ipſa vrina, vel impoſito intus cathetere effluxerit copia ſanguinis.

Vel præceſſit aliqua cauſa exterior, violenta, vt ictus, caſus ab alto, vulnus, ſubſequuntur tandem praua ſymptomata,

ta, vt ſunt animi deliquium, eiuſdemq; reſolutio.

Vnde Galenus in admirationem venit, cur ſit, quod cùm ſanguis inter humores alios tam benignus habeatur, vbi tamen putreſcat, tam praua producat ſymptomata?

Pus verò eſſe, quod impediat vrinam, cognoſcitur ex eo cum vrina ſæpius exeunte, maximè ſi vel vlcus, aut abſceſſus, aut vulnus aliquod præceſſerit.

B Si verò retineatur vrina à craſſis, & lentis humoribus ab ipſorumq; copia, demõſtrabitur nobis ab eademmet vrina craſſa exiſtente, & à craſſorum, & lentorum humorum exitu, vnde cum vrina exeat turbida, deinde ſupprimatur, facilè eſt conijcere ſuppreſſam eſſe ab huiuſmodi craſſorum, & lentorum humorum copia.

C Idq; maximè ab anteacta vita confirmari poterit, quæ talis fuerit, vt potuerit in corpore collegiſſe tales humores craſſos, viſcoſos, ac lentos.

Iam verò cùm nullum adſit horum ſignum, innoteſcit aliquid genitum eſſe ad orificium veſicæ, quod vrinam fluere non permittat, ſiue callus ſit, ſiue globulus, aut tuberculum, vel etiam caruncula.

D Cognoſcitur tandem à iuuantibus, & nocentibus medicamentis. Hac indagandi ratione comprehenditur læſa veſica per eſſentiam, & quod vera ſit iſchuria.

Quando verò citra veſicæ læſionem vrina ſupprimitur, difficiliùs eſt explorare morbos id facientes; nam quemadmodum diximus in tractatu de morbis renum, & vreterum, eſt opus recurrere ad exeuntia per vrinam, ad cauſas prætergreſſas, ad vitæ genus, ad iuuantia, & nocentia.

E Nullo enim vitio exiſtente in veſica, ſupprimitur tamen vrina, concludendũ eſt, vel renes, aut vreteres malè temperatos eſſe, quo nomine, nec attrahere, neq; vrinam expellere ad ſua loca poſſunt, aut ita obſtructi ſunt ab vna ex prædictis rebus, vt minimè permittant eam permeare.

Sed cum ſatis dixerimus de vitijs ipſarum partium, atque curatione, contrahemus ſermonem noſtrum ad veſicæ læſiones iam dictas.

DE FVTVRO EVENTV Iſchuriæ.

SEd iam videamus, quid ſperare nobis liceat de euentu iſchuriç propriæ productæ à veſicæ læſione, nec non illius, quæ prouenit à læſione renum, & vreterum.

Euentus enim poteſt eſſe ſalubris, & inſalubris ſimpliciter, & ſecundũ quid, idque eueniet ratione cauſarum, & partium læſarum, nec non & temporis diuturni aut recentis, quo effectus magis, & minus inueteratus eſt, tum etiam ſymptomatum emergentium culpa.

Primùm itaque ſi ratione veſicæ læſæ ſupprimatur vrina, idq; contingat ob longam moram, diù retentæ vrinæ in veſica, affectuſq; ſit recens, virtuſq; valeat, ſperare, & prædicere poterimus euentum ſalubrem ſimpliciter.

Idem dicendum, ſi affectio procedat ab intemperie aliqua frigida veſicæ, aut neruorum ei deferentium ſenſum, dummodo non ſit inueterata.

Idemq; præterea ſi à contactu corporis alicuius frigidi contingat, in corporeque robuſto, nec inueterata ſit affectio.

Quemadmodum è contra, ſi contingat ratione luxationis vertebrarum ſpinæ, aut inſignis cuiuſdã læſionis, vulneris nempe, aut ictus validi, ſæpe incurabilis redditur, nonnunquam verò prorſus lethalis.

At vbi à pure vlceris antiquati, aut à grumo ſanguinis cum prauis ſymptomatibus, vt eſt animi defectus, ſyncope, & huiuſmodi, de quibus Galenus 6. de locis aff. cap. 4. ſcriptum reliquit, omninò

nimò res in anguſto eſt; nam vt plurimum ægrotantes moriuntur.

Peſſima omnium iſchuria eſt, quæ ſequitur natiui caloris veſicæ refrigerationem. Tandem (vt vno amplectar verbo) omnes ſuppreſsiones vrinæ, in quibus ea cum multa difficultate prouocatur, & quę medicamentis non cedit, lethalis eſt omninò.

Nam cum diu intra veſicam retinetur vrina, ſequuntur inde dolores, tremores, conuulſiones, ac tandem miſerrimi ægrotantes ad interitum citiſſimè ducuntur.

Quæ ratione canalis obſtructi euenit, difficilis curationis quidem eſt, & facilis pro cauſæ diuerſitate; nam ſi à canuncula in canali, quemadmodum etiam ſi ratione lapilli euenerit, vel mucoſæ materiæ culpa, aut lutoſæ, ex catheteris iniectione ſanatur.

At ſi nullo apparente in veſica, aut canali communi vitio fiat ſuppreſſio, pro grauitate, & vehementia cauſarum, aut pro earumdem debilitate contingente modò ſalubrem, modò inſalubrem eſſe accidit.

Quæ enim ex vreterum, aut renū omnimoda obſtructione prodit, plena eſt periculis, & maximè timenda; nam vbi vrina per ſua vaſa in veſicam fluere minimè poteſt, ſurſum regurgitans omnia viſcera perturbat.

Ibique ſi diù retineatur, homines interficit, neque ſolet diem ſeptimum, aut decimum excedere, quamuis fateatur Gordonius, qui fuit optimus medicus ſe curaſſe quendam, qui per ſeptem dies vrinam retinuerat.

Petrus Foreſtus lib. 25. obſer. 16. ad ſcholium, & obſ. 18. ruſticum quendam ſcribit per decem dies paſſum fuiſſe omnimodam vrinæ ſuppreſſionem.

Denique ſuppreſsio vrinæ totalis, quæ nec internis, nec externis præſidijs cedit, prorſus lethalis eſt.

Si poteſt curari, ſpatio quinque, aut ſeptem, aut ad ſummum decem dierum curatur, nec à natura, ſed ab arte curatio perficitur. A

DE CVRATIONE ISCHVRIAE à lenta, & craſſa pituita producta.

Curatio affectionis huius eſt communis cum omnibus alijs affectibus, in quibus auferenda eſt cauſa facientis morbum. Nihilominus aliquando ita vrget ſymptoma, vt cogatur medicus ſpreta cauſa in quacunque parte reperiatur, ſiue ſit in veſica, ſiue renibus, ſiue vreteribus, vrinam prouocare. B

Quando enim adeſt impedimentum in canali communi, intus inijcienda eſt ſyringa, vt à veſica extrahatur vrina; deinde ablato impedimento ſtudendum eſt cauſæ extirpandę, quod etiam in omni vrinæ ſuppreſſione faciendum eſt, à quacunque cauſa proficiſcatur, ſed quia hæc à varijs producentibus ortum ducit, hinc curatio euariatur pro cauſarum varietate. C

Auſpicemur ab ea, quæ à læſione veſicę gignitur, & primò ab ea, quæ à craſſa, & lenta pituita euenit, qualis fuit ea, cuius in illo ruſtico meminit Foreſtus obſer. 18. lib. iam ſupra citati.

Et nos ſimilem caſum obſeruauimus Lutetiæ Pariſiorum in quodam nobili equite, qui vocabatur della Cappella, qui poſt longam vrinæ ſuppreſsionem, matulas integras humore mucoſo cum vrina effluente replebat: hæc enim tollitur per cauſæ ablationem inſtituta recta victus ratione, qua inhiberi poſsit humoris huius craſsi generatio, deinde aufertur ille, qui genitus eſt in corpore, ne ad veſicam amplius ferri poſsit. D

At primò, ſi opus ſit ſanguinis miſsione, celebranda ea eſt per venę ad cubitum ſectionem, poſtea humor idoneis præſidijs præparandus, atq; phlegmagogis extra corpus eſt educendus. E

Præparantur humores ſyrupis incidentibus, & attenuantibus, vt ſunt

Syr. de bettonica,

Oxy-

Oxymel. ſimpl. & comp.
Syr. de duabus radicibus.
Byzantinus.
Cum decoctionibus etiam, aut aquis eandem intentionem habentibus ad hunc modum.

Syrupus.

℞. Syr. Byzantini,
Oxymel. comp. ana vnc. j.
Decoct. capill. veneris,
Rad. petroſelini,
Aſparagi, vnc. iv.
Miſce, & fiat potus.

Potus phlegmagogus.

℞. Quinq; rad. aperit. drach. ij.
Fol. bettonicæ,
Capill. veneris, ana p. j.
Fiat decoctio ſecundum artem cuius.
℞. vnc iv. infunde.
Agarici trochiſc. drach. j.ſſ.
Fol. ſenæ orient. drach. ij.
Facta expreſſione diſſolue.
Syr. ex ſucco roſarum cum ſena, & agarico vnc. iv.
Bened. laxatiuæ,
Elect. indi maior. ana drach. ij. fiat potus breuis.

Pilulæ.

℞. Pil. aggregat.
Indarum,
Fœtidarum, ana ſcrup. ij.
Cum melle roſato, quantum ſufficit, fiant pilulæ num. vij. aurentur, addendo
Trochiſc. alhandal, ſcrup. j.

Bolus.

℞. Caſſiæ,
Hieræ logadij,
Elect. indi maioris, ana vnc. ſſ.
Fiat bolus cum ſaccharo.
Deinde vtendum eſt hoc medicamento.
℞. Caſſiæ fiſtulæ, drach. x.
Elect. ind. maior. vnc. ſſ.
Vel alio ſimili, vt eſt
Hiera logadij, vel
Pilulæ indarum, vel

A Fœtidarum;
Et huiuſmodi.
Sed maximè attendendum eſt ſuppreſſioni, ideo deuenire expedit ad operationem manualem, nempe ad topica præſidia, proindeque in veſicam iniicere oportet per ſyringam.
Oleum ſcorpionum,
Liliorum alborum,
Aut tale quidpiam, quod attenuare
B valeat craſſos humores.
Extra verò ad pubis regionem hoc fomento vtaris, aut ſimili.
℞. Fol. maluæ,
Parietariæ,
Violariæ, ana m. j.
Sem. cumini, drach. ij.
Lini,
Fœnugræci, ana vnc. ſſ.
Florum meliloti,
C Chamæmeli, ana m. ſſ.
Rad. Althææ,
Brancæ vrſinæ, ana vnc. j. ſſ.
Fiat decoctio in aqua fontis puriſſima, in qua infundantur ſpongiæ, & pectini, hoc eſt regioni pubis adminiſtrentur.
Vel poteſtis accipere herbas iam coctas, & eas cum butyro recenti, aut pinguedine gallinæ contundere in morta-
D rio, & addendo olei amygdalarum amararum efficere emplaſtrum, & parti iam dictæ ipſum applicare.
Vbi iam vrina à veſica exeat ad attenuandos humores, ac facilius ad vrinam prouocandam poteſtis huiuſmodi decoctum parare.
℞. Rad. althææ, vnc. ſſ.
Liquiritiæ, drach. iij.
Paſſularum, vnc. ſſ.
E Sem. petroſelini,
Cumini præp.
Fœniculi,
Geniſtæ, ana drach. j.
Summit. agrimonij,
Althææ,
Centaurij min.
Maluarum, ana m. ſſ.

Sem. 4. frigidorum, ana drach. ij.
Granorum alcachengi, vnc. j.
Hordei cum cortice, vnc. ij.
Fiat decoctio ſecundùm artem, &
℞. Huius decoct. vnc. iv.
Syr. de quinq; rad.
Acetoſi, ſ. ana vnc. ſ.
Miſce pro vnico hauſtu.

DE CVRATIONE ISCHVRIAE *facta ob vrina copiam longa mora collectam.*

IN primis manus admouendæ ſunt veſicæ regioni, quæ comprimenda ſenſim, ſenſim eſt, deinde in canalem communem vel candela, vel catheter inijciendus, ac totam pubis regionem oleo tepido inungere oportet, & etiam locum decocto aliquo fouere, vt ex

Maluis,
Altbæa,
Fœnugræco, &
Similibus,

Deinde inunge (vt dixi) oleo amyg. dulcium.

Sem. lini,
Scorpionum,
Liliorum alborum, vel
Nardino, aut
Coſtino, &
Similibus, cum butyro, aut pinguedine anſeris, aut gallinæ, & huiuſmodi.

Inſeſſiones quoq; in hoc caſu faciendæ, ideo decoquantur in aqua fontis puriſſima huiuſmodi ſimplicia, vt

℞. Fol. maluæ,
Althęæ,
Violarum, ana m. j.
Fœnugræci,
Sem. lini, ana vnc. j.
Florum meliloti,
Chamæmeli, ana m. j.
Summit. anethi,
Rutæ,
Arthe[illegible]ſiæ,
Maioran[illegible] ana m. j.

A Quibus adde
Sem. Althęæ,
Maluæ, ana vnc. j.

Accipiatur magnum vas, in quo ęger poſſit commodè ſedere, ibique maneat per dimidiæ horæ ſpatium, & eo plus, ſi opus fuerit.

At ſi æger inſeſſionem perferre nequeat, accipiatur veſica bouis magna, cuius media pars repleatur aqua, reli-
B quum verò dimidium impleatur oleo oliuarum, vel loco veſicæ ſpongiæ, aut filtra in prædicto decocto immergantur, & pectini applicentur.

Ad hæc intus per ſyringam inijci poteſt aliquid, quod expultricem facultatem veſicæ irritare poſsit, quemadmodum eſt

Oleum cæparum,
Aut etiam porri,

C Vel penis orificio inde medicum ſalis gemmæ, aut nitri, vel ſpumæ ipſiuſmet nitri, vel etiam glandem, & præputium oleis prædictis inunge.

Non deſunt, qui in hoc caſu proponant cimices, alij pulices, alij pediculos, & in canaliculi os apponunt, vt ex ipſorum motu, aut morſu irritetur facultas veſicæ expultrix.

D DE CVRATIONE ISCHVRIAE *ab intemperie frigida veſica, atque renum.*

IN hoc caſu omnes authores conueniunt, vt corpus quamprimum à pituitoſis, & frigidis expurgetur, non ſecus atque ſupra à nobis dictum fuit in curatione ipſius à lentis, & craſſis humoribus, quare in hoc caſu poſſumus vti
E tali præſidio.

℞. Decoct. quinque rad. aperit. vnc. iij.
Fol. ſenæ orient. vnc. ß.
Spec. diacarrhami, drach. iij.
Infunde per xij. horas, factaque decenti expreſsione diſſolue.
Syr. roſ. ex ſucco roſarum, agarico & Sena vnc. vj. fiat potus breuis.

Te-

Terebinthinæ vſus etiam probatur poſt aſſumptum hoc medicamentum, purgato corpore.

Inſtituenda eſt victus ratio, qualem ſupra diximus, quæ habeat rationem calefaciendi, & exiccandi.

Pro potu placet decoctum ligni ſancti, aut ſasfras, vel etiam radicis chinarum, aut ſarſæ parillæ.

Quod attinet ad localia, prædicta fomenta, inſeſsioneſq; maximè conueniunt, inungiq; poteſt vniuerſa veſicæ regio vnguento agrippino.

Vel etiam vnguento comitiſſæ inuentionis Montagnanæ.

Vel componatur aliud hoc modo.

℞. Sagapeni,
Bdellij, ana drach. ſſ.
Olei caſtorei, drach. ij.
Nardini,
Coſtini, ana vnc. j.
Scorpionum, vnc. ſſ.
Maſtiches, drach. j.
Florum ſtœchadis, drach. j.

Diſſolutis prius gummi in vino albo, deinde addito modico ceræ fiat vnguentum.

Prodeſſe ſolent mirum in modum aqua vitis, vel olea ex
Pipere,
Cinnamomo,
Caryophylus,
Benzoino,
Theriaca.

Vel etiam cataplaſma ex
Farina fœnugræci.
Chamæmeli,
Anethi,
Sem. Rutæ,
Lauri,
Stercoris caprini,
Cum melle, & vino factum.

Si ex ſenſus defectu fiat ſuppreſſio, non multum euariat curatio huius ab alijs duabus iam dictis; nam hic calefacere oportet tum prædictis, tum etiam validioribus, ſi vrina excerni nequeat, quemadmodum ſunt decocta ex

A Origano,
Anetho,
Mentha,
Folijs lauri,
Ruta.

Ex his parare etiam clyſteres aliquos poteſtis, quibus addendum eſt aliquod, quo irritari poſsit inteſtinorum facultas expultrix; tanta enim eſt affinitas, & vicinitas recti inteſtini cum veſica, vt ea, B quæ valent irritare facultatem expultricem inteſtinorum, irritent & illam veſicæ, ideo in tribus hiſce caſibus clyſteres facti ex dictis decoctionibus placent ſummopere, vel ad hunc modum paretur.

℞. Decoct. prædictæ, lib. j.
Hieræ logadij, vnc. j.
Olei rutacei, vnc. iij.
Salis gemmæ, drach. j.
C Fiat clyſter.

Deinde cataplaſmata iam dicta, inſeſsiones, inunctiones adminiſtrandæ veniunt. Multo etiam efficaciùs irrigationes ex prædictis decoctionibus, & oleis poſſunt veſicam, & neruos calefacere, ſi ad veſicæ, & oſsis ſacri regionem adminiſtrentur: & hæc de iſchuria ab intemperie veſicę frigida, & neruorum ſatis ſint dicta.

D

DE CVRATIONE ISCHVRIAE facta à grumo ſanguinis, vel à pure.

INter alias cauſas ſuppreſſionis ſanguis grumoſus, & retentus in veſicæ capacitate, curatu eſt difficillimus, quia non ſolùm vrinam impedit, quo minus exire poſſit, ſed praua inducit E ſymptomata, quæ fortè magis vrgent, ac faciat vrinæ ſuppreſsio.

Ideo opus eſt, vt ſimul in veſicam aliquid inijciatur, quod grumum diſſoluat, ac cordialibus medicamentis vtendum venit, vnde, vt pulchrè admonet Mercatus, in ijs, quæ in veſicam iniiciuntur ad grumos diſſoluendos, quæ tenuia eſſe

ſolent, & acria, atq; acida, vt eſt poſca, aut oxymel, oportet aliquid adijcere, quod putredini reſiſtat, & calefaciendi facultatem habeat ſiue per ſyringam in veſicam inijciantur, ſiue per os aſſumantur.

Pro iniectione,

℞. Decoct. arthemiſiæ,
Rubi,
Betæ, vnc. vj.
Oxymel ſimpl. vnc. iij.
Theriacæ optimæ, drach. j.

Intus per ſyringam per multas vices inijciantur, addendo etiam coaguli leporis ſubt. puluer. drach. ſſ.

Intus aſſumi poteſt per os huiuſmodi bolus, vt

℞. Theriacæ optimæ, drach. j.
Conſer. ex toto citrio, vnc. j.
Coaguli leporis, drach. ſſ.
Fiat bolus.

Vel ſic,

℞. Conſer. agredinis citrij, vnc. j.
Lapidis bezoardici, gr. vij.
Elect. de gemmis, drach. j.
Miſce pro vnica vice.

Cordi verò applicentur talia præſidia.

℞. Aquæ roſarum,
Vini albi, ana vnc. iij.
Pulu. diamarg. frigid. drach. ij.
Diamuſci dulcis,
Diambræ, ana drach. j.
Caryophyllorum ſubt. pulu. drach. ſſ.

Deinde inungatur cor vnguento ex floribus aurantiorum, quod vnguentum naphæ appellatur.

Quod ſi iſchuriæ cauſa ſit pus, curatur per medicamenta vniuerſalia primùm, quæ habeant facultatem educendi materiam puris, quemadmodum dictum fuit, vbi egimus de vlcere renum.

Cum verò pus proueniat ab vlcere, iſtud abſtergendum eſt, ideo oportet intus veſicam inijcere, quæ abſtergendi facultate pollent, ſimulq; & attenuandi, de quibus fuſius tractabimus infra capite de vlcere veſicæ.

A *DE CVRATIONE ISCHVRIAE, facta ab aliqua materia adnata veſica, aut eius canali.*

Cum iam de curatione lapidis renũ fuſius tractauerimus, & de veſicę lapide in ſequentibus dicturi ſimus, non conteremus nunc tempus in hac materia denuò recenſenda, ne etiam cogamur eandem rem bis gratis repe-
B tere.

Supereſt ergo curatio ſuppreſsionis factæ ab aliqua materia, quæ adnata ſit orificio veſicæ, aut ſuo canali, ſiue tophus ſit, ſiue caro calloſa, aut aliquid quidpiam tale; cuius ſanè ſuppreſsionis curatio ſolet dare medico inducias, ac tempus cogitandi, & inueniendi medicamenta.

C Nam vbi ſuppreſſa fuerit vrina huiuſmodi cauſis, ſi imponatur in canalem candela, aut ſyringa argentea, aut res ſimilis, qua ſolet impelli, aut ad latus moueri id, quod ad collum veſicæ inhæret, permittitur vrinam exire.

Diſsimilis tamen ratio eſt, quando in canali congeritur aliquid, quod ex toto ipſum obſtruat; tunc enim opus eſt in primis ijs vti localibus, quibus auferatur illud, quod claudit canalem.

D Sed ad materiam contentam in cauitate deueniamus, in cuius quidem curatione oportet vti præſidijs vniuerſalibus primùm, habenda ſiquidem eſt totius corporis cura.

Si egeat ægrotans ſanguinis miſsione, aut purgatione, primò mittendus eſt ſanguis, corpus deinde purgandum à recrementis medicamento, quod humores è corpore peccantes educere
E valeat, quemadmodum a me audiuiſtis faciendum eſſe in alijs aliarum partium affectionibus: ad hæc inſtituenda eſt victus ratio conueniens in omnibus ſex rebus non naturalibus.

Tandem cogimur ad aliquod decoctum deuenire, quod exiccandi facultatem habeat, vt eſt

De-

Decoctum ex ligno ſancto,
Aut ſarſa parilla,
Vel radice chinarum,
Aut ſasfras.

Aut ſimilibus, quibus præſcriptis inſtat curatio particularis, quæ docet auferre impedimentum, ſiue in veſicæ capacitate fuerit, ſiue in canali, ſed cum huiuſmodi operatio ad chirurgiæ opera ſpectat, nolo vos in ea detinere.

Multi ſunt, qui pollicentur ſuis ſcriptis arcana magna, & vnguenta intus immittenda cum candelis, & alijs inſtrumentis, inter quos eſt Mercatus lib. 4. de internorum morborum curatione cap. 12. qui calloſæ carnis curationem ſatis prolixè docet, afferens medicamẽtum quoddam, quo ſumma, vt inquit, ipſe Mercatus, omnium cum admiratione vtebatur.

Huius medicamenti meminit Petrus Foreſtus lib. 25. obſer. 10. cuius talis eſt deſcriptio.

℞. Aeruginis,
Auri pigmenti,
Vitrioli,
Aluminis rupei, ana vnc. ij.

Perfundantur omnia in aceto acerrimo, inter duos marmoreos lapides ducantur accuratiſſimè, redactaque in leuorem tenuiſſimum exponatur ſoli caniculari: exiccatus puluis rurſus aceto affuſus ducendus, ac leuigandus eſt, ſimiliterque ſoli exponendus.

Id quod octo, aut nouem dierum curriculo facere eſt neceſſum, donec partium ſumma tenuitate acquiſita, omnem prorſus acrimoniam, ac mordacitatem amiſerit; namque valida medicamenta ex aceto diebus plurimis contrita, morſu quidem, & acrimonia facilè orbantur, vires tamen non amittunt.

Sed huiuſmodi medicamenti compoſitio, & modus operandi longè clarior apud Amatum Luſitanum haberi poteſt 4. cent. curat. 19. quę eſt, quod parato, & confecto iam præſcripto puluere,

A ℞. Olei roſacei, vnc. iv.
Lythargyrij, vnc. j.
Vel ſic in minori doſi,
℞. Olei roſacei, vnc. ij.
Lythargyrij, vnc. j.
Pul. iam dicti, vnc. j. m.

Ad ignem fiat coctura, quouſq; emplaſtri modo corpulenti acquirat conſiſtentiam, tunc ab igne depoſito, adde

B prædicti pulueris vnc. ij. & radicula, vel ſpathula miſce, & ad ignem omnia tractato, quouſque medicamentum duriuſculum euadat, ita vt candelæ cereæ, vel plumbeæ virgulæ hæreat, nec defluat, etiam ſi digitis tractetur.

Addit Amatus hoc medicamentum Lernæi morbi Herculis claua exiſtit, quod hymnis multis, & laudibus varijs decantari meretur, multoſq; alios morbos huius generis curat, vt ſunt polypi,

C extuberantes carnes tam in aurium cauitatibus, quàm in alijs partibus.

Addit etiam aquam hoc loci Amatus Lanfranci ad cicatricem inducendam poſt caruncularum ablationem, quæ ita componitur.

℞. Aluminis rocchæ,
Viridis æris, ana vnc. j.
Auri pigmenti, drach. j.

Fiat decoctio in duobus lib. aquę fon

D tis puriſſimę, aut plãtaginis ad conſumptionem ſemilibræ, coletur.

Alia cicatrizans.

℞. Ceruſſæ, vnc. j.
Aluminis rocchæ,
Lythargyrij, ana drach. ij.

Fiat decoctio in duobus libris aquæ caudæ equinæ ad medietatem, deinde per manicam coletur.

Poſt igitur ablatam carunculam inijcit Amatus aquam prædictam ad indu-

E cendam cicatricem per multos dies, hancque medendi methodum ſe ab Abdareto quodam medico præceptore habuiſſe teſtatur, non autem fuit Philippi cuiuſdam chirurgi, quod Lacuna imponere ei videtur inuentum.

Mercatus ex prædicto puluere,

Et

Et oleo amygd. dulcium,
Et cera,
Componit medicamentum, quod eidem intentioni ſatisfacit. vt
℞. Pul. iam dicti, drach. j.
Olei, vnc. iv.
Ceræ albiſſimæ, drach. ij. m.
Sed huiuſmodi præſidium habetis de-

A ſcriptum ab Ambroſio Pa̧ræo, quo familiariter vtuntur ad calloſam carnem in canali eradendam, ſub nomine chirurgorum Monſpelienſium. Multa, etiam alia in hunc vſum affert idem lib. 18. de lue venerea cap. 23. Nunc veſicæ lapidem conſiderabimus, mox reliqua in ſequentibus lectionibus.

DE LAPIDE VESICAE.

CAPVT TRIGESIMVMSEXTVM.

INter cauſas iſchuriæ tam propriæ, quàm impropriæ connumerauimus calculos, & renum, & veſicæ, puris craſſioris copiam, inflammationem, atque tumorem.

Cum autem in ſuperioribus verſaremur circa curationem iſchuriæ per eſſentiam à veſica ortum ducentis, attulimus ea præſidia, quibus aduerſus pituitam craſſam, & lentam pugnandum à nobis eſſet, deinde quid facto ſit opus, cum iſchuria prouenit à nimia vrinæ retentione. Poſt hæc, qua ratione, ſi fiat ab intemperie frigidæ renum, & veſicæ, procedendum.

Præterea, quid quando à grumo ſanguinis, ac denique quomodo operandum, ſi ratione alicuius materiæ adnaræ, vel ori veſicæ, vel canali procedat; quæ omnia delucidè pro ipſorum morborum curatione in medium produximus.

Reſtant calculus, pus ab vlcere effluens, inflammatio, atq; tumor veſicæ, de quibus ſigillatim agendum proponimus exorſi primum à lapide, ſeu à calculo veſicæ, de quo quidem breuiter agam, cum potiſſimùm in tractatu de calculo renum multa declarata ſint de modo generationis calculorum in corpore noſtro.

Partes autem, in quibus calculi gene-

B rantur, plures eſſe diximus, & quaſi omnes, in quibus adſunt cauitates, vt eſt ventriculus, iecur, veſica fellea, inteſtina, & cerebrum, in quibus partibus à multis ſcriptoribus obſeruatum eſt generari lapides, ſed frequentius in renibus, & vtraq; veſica, nempè fellea, ac præcipuè vrinaria, de cuius quidem lapide nunc agendum proponitur.

C Eſt enim lapis in veſica, ſeu calculus, morbus in mala compoſitione, nempe in numero partium adaucto (vt de calculo renum diximus) à toto genere præter naturam: vel eſt morbus in via; nam reperitur in cauitate veſicæ ſæpè vrinæ excretionem impediens, 14. meth. med. cap. 13.

DE CAVSIS LAPIDIS Veſicæ.

D SVas cauſas habet, non ſecus atque dictum fuit de calculis renum, tam internas, quàm externas.

Relinquimus nunc calculorum differentias tam à magnitudine, quàm à figura acceptas, cùm aliqui ſint maiores, alij minores, alij aſperi alij lenes alij molles tophi in modum, alij duriores, alij ro-

E tundi, alij angulares, & huiuſmodi; nam hæ differentiæ, nihil ad curationem, aut parum faciunt.

Vnde venio ad locum, in quo gene-
ratur

ratur calculus, nempe ad cauitatem veſicæ; ad materiam, à qua generatur; & ad cauſam efficientem.

Fernelius lib. 6. cap. 13. ſcripſit in veſica non generari lapides, ſed in renibus, inde deorſum per vreteres ad veſicæ cauitatem delabi, veluti rudimentum quoddam ſuæ generationis. qui ſi grandiuſculi ſint, aliquantulum ibi manentes, ac perſiſtentes adhæſu humorum craſſorum congmentantur, & lapides veri fiunt.

Duplici ipſe vtitur coniectura, vna eſt, quia ſemper præcedit dolor renum; deinde quia calculus, qui in veſica reperitur, vbi fractus in medio eſt, in ipſius tanquam centro obſeruatur nucleus quidam variè coloratus.

Hęc opinio non ſemper vera eſt, quia ſine calculorum in renibus generatione, produci poteſt lapis in veſica nullo præcedente dolore renum, tum quia ſi calculus in illa genitus conteratur, non repetitur nucleus ille dſuerſimode coloratus, & diſpoſitus, vt ſcriptum reliquit Fernelius.

Id quod etiam non rarò obſeruatur in adultis, & in ſenioribus etiam; nouimus enim ſenes aliquos, in quibus lapis genitus fuit in veſica, nunquam renum dolores fuiſſe perpeſſos.

Sed de pueris, in quorum veſica generantur lapides, teſtatur Galenus 6. epid. com. 3. tex. 13. abſque renum præcedenti dolore hos genitos fuiſſe.

Hippocrates ſcripſit vrinæ craſſitiem eſſe potiſsimam lapidis veſicæ cauſam, at vrina craſſa poteſt fieri in omnibus tam pueris, quàm aliç ętatis hominibus, quamuis in pueris facilius, & frequentius generetur lapis in veſica, difficilius in ſenibus.

E contra verò facilius in ſenibus generetur lapis in renibus, difficilius, aut nunquam in pueris. Idem ſcribit Auicennas lib. 3. fen. 18. tract. 2. cap. 16.

Quare, quod ad locum attinet, veſicæ cauitas illa eſt, in qua generatur calculus, non ſecus atq; in renibus.

Videbimus modo, quæ ſit cauſa materialis, deinde quæ efficiens, & vnde hæc materia, à qua lapis generatur, ortum habeat.

Dictum fuit à nobis in vniuerſum, dum ſermo eſſet de renum calculo, materiam lapidum in humano corpore ſemper eſſe ſuccum craſſum, & glutinoſum, in quo aliquando maior copia craſsi humoris, nonnunquam verò maior copia glutinoſi reperitur.

Vnde ex Aetio diximus materiam calculi eſſe aſſiduas cruditates, quæ generantur in ventriculo, inde per meſeraicas ad iecur, ad renes per venas emulgentes, inde per vreteres ad veſicam transfuſæ, ibiq; retentæ in lapidem degenerant.

Cauſa efficiens procul omni dubio opus eſt, vt ſit calor, cum vt idem dicebat Galenus lib. 6. de lapidis renum cognitione, & curatione, non detur tanta frigiditas in corpore, à qua poſſit lapis condenſari: deinde, quæ à frigido condenſantur, liquantur à calido, quod non contingit lapidibus.

Sed cùm calor duplex exiſtat, naturalis videlicet, atque præter naturam, inquiſitione dignum eſt, an à calore naturali calculus in veſica fiat, an verò ab excedenti, qui præter naturam etiam appellari poteſt.

Sed iam ſupra in tractatu de renum lapide diximus non eſſe inconueniens, quod ab vtroque calore poſſit fieri lapis, non quidem ratione ipſius caloris, ſed diſpoſitionis materiæ; nam ex materia craſſiori lapis generatur à caliditate moderata, & naturali, vnde Galenus in 6. epid. in pueris ſcriptum reliquit à moderato, hoc eſt naturali calore fieri calculum in veſica.

Si verò materia ſit tenuis, tunc opus eſt maiori caliditate, quia in hac materia maior eſt reſiſtētia, ac proinde calore vehementiori eget, de quo Hippocrates, tanquam de lapidis veſicæ cauſa

vulnera, contuſiones, caſus ab alto, & ſimilia, de quibus eleganter Galenus ſcribit 6. de locis affectis cap. 4. Et hæc de cauſis.

DE SIGNIS ISCHVRIAE.

SVccedūt ſymptomata affectionem, partes affectas, & cauſas deſignantia, & quod ad affectionem ſpectat, non aliunde petenda mea (ſententia) venit, quàm ab ipſo ſenſu.

Nam cum obſeruamus ægrotantem, qui conqueritur, quod per multas horas non potuerit vrinam reddere, quamuis multoties tentauerit, & fruſtra quidem, ſiue id fuerit cum magno deſiderio, vt in vera iſchuria cōtingere ſolet, aut abſque aliquo mingendi deſiderio, vt euenit in his, qui iſchuriam impropriè dictam patiuntur, ſtatim habemus pati hanc ægritudinem.

Quare videtur deſiderium meiendi, atque ipſius impenſa voluntas eſſe proprium veræ, & propriæ iſchuriæ ſymptoma; in alia enim non adeſt illa tam intenſa voluntas, cum vrinæ excretionis deſiderium ſit in veſica, quæ in non vera iſchuria non patitur, niſi quod inanis ſit, & vrina vacua: id autem maximè euenit ijs, quibus cōlecta eſt in veſica vrinæ copia, à qua ſe multum infeſtari percipiunt.

Sed quemadmodum affectus manifeſtus exiſtit, ita è contra difficillimum eſt explorare tam partem affectam, quàm morbum, à quo veſica læditur, ſiquidem, & canalis communis, per quem exit vrina, & veſica ipſa, & vreteres, & renes, nec non venæ emulgentes lædi poſſunt: circa igitur earum partium læſionis diſtinctionem, & morborum à nobis verſandum eſt.

Et primò ſi vrina impeditur ob canalis obſtructionem, aut adſtrictionem, tunc cognoſcitur ex impoſita per chirurgiam intus candela, aut cathetere, ſiue ſyringa, quæ percipit adeſſe impe- A dimentum, quia non poteſt intus ad veſicam vſq; penetrare.

Deinde rationali confirmabitur coniectura, quia neq; veſica, neq; vreteres, neq; aliæ partes labem patiuntur, ſed ſanitate fruuntur conſueta.

Ita Bononiæ Foreſtus lib. 25. obſer. 15. ſe iactat, quod ſola ſibulæ, aut ſpinteris iniectione in canalem communem puerum liberaſſe ab vrinæ ſuppreſſione, B quaſi deplorata, quam alij medici non potuerant curare.

Veſicam verò læſam eſſe conijciemus, Galeno magiſtro 1. de locis aff. cap. 1. quia ægrotus conqueritur de veſicæ plenitudine cum quadam extenſione & grauitate, quod à medico manus pubi admouenti, tumoremque ipſius percipienti facilè iudicari poreſt, ſi aliquantiſper, & moderatè veſicam compreſſerit, C ac deinde æger conqueratur de quodam meiendi intolerabili deſiderio, & ſine fructu.

Tertio ſi nullum manifeſtum vitiū appareat in partibus ſuperioribus, nempe vreteres benè ſe habeant, renes, & venæ emulgentes. Deniq; ſi in canali communi nullum adſit impedimentum, iam clarum eſt Iſchuriam hanc eſſe propriam, & à veſicæ læſione prouenire. D

Rurſus partium ſupra veſicam læſarum indicia indaganda eadem methodo veniunt; nam vbi à medico exploratum fuerit, nihil intra veſicam exiſtere, eaq; inani, & vacua exiſtente, ęgrotum vrinam eijcere nō valere, indicium eſt vreteres, aut renes affectos eſſe, aut venas vocatas emulgentes.

Quarum partiū læſionem à doloris ſitu, à iuuantibus, & nocentibus inue- E ſtigare oportet; nam dolore in rene cuiuſuis lateris, aut vtriuſq; exiſtente, deinde ceſſante, & deorſum ad abdomen deſcendente per vreteris regionem, clarum eſt vreterēm læſum eſſe.

Deinde ex iuuantibus medicamentis extra appoſitis confirmatur; medicamenta enim, quæ ore aſſumuntur, non

tam

tam citò ad ipſos perueniunt. Tertiò tenſionem, & grauitatem ſæpè ipſi ægrotantes à lumborum regione ad pubem vſque percipiunt.

Renes læſos eſſe cognoſcere poteritis ex cauſis præteritis, quæ potuerunt ipſos lædere, ac ſi à medicamentis extra poſitis, quæ eorum gratia alijs partibus adhibentur, iuuamentum ægrotantes accipiant.

Tandem ſi aliqua ſigna præceſſerint, aut præſentia ſint demoſtrantia ipſorum inflammationem, dolorem, calculum, arenulas, aut alias ipſorum complures læſiones, de quibus ſupra ſatis diximus.

Inuentis partibus læſis, opus eſt conſiderare, an ipſæ patiantur tamquam partes ſimilares, an tanquam organicæ, & inſtrumentales?

Primò canalis communis, licet poſſit pati morbos ſimilares, nempe intemperiem aliquam, raròtamen contingit ab ipſo, vt pars ſimilaris eſt, vrinam ſupprimi, ſed quaſi ſemper impedimento eſt vrinæ, vt inſtrumentum.

Nam is canalis ſæpè repletur, vel caruncula calloſa, aut, vt obſeruauit Foreſtus, lutoſa quadam ſubſtantia, aut calculo, vel mucoſa materia, quæ ſolo cathetere, aut candelulæ iniectione à chirurgo facilè exploratur.

Sed circa canaliculi obſtructionem, aut ſuppreſſionem, non eſt opus pluribus; igitur ad veſicæ morborum cognitionem, & aliarum partium indagandam deueniendum eſt, quæ, docente Galeno 6. de loc. affect. cap. 4. à cauſis prætergreſsis, & à iuuantibus, & nocentibus cognoſci poterit.

Primò enim intemperies frigida, quæ ſolet non rarò veſicam lædere, atque vrinæ compreſsionem facere, ab anteacta vita conijcitur, tam in cibis, & potu, quàm in vſu aliarum rerum. Alimenta frigida, quæ pituitoſos humores generare ſunt apta, iam diù præceſſerunt, iiſque vſus eſt æger.

Aquam multam, & intempeſtiuè bibens, in otio degens, ſomnoque magis, quàm expediat indulgens, ætate declinante, habitu corporis pituitoſo, ac complexione frigida, & humida, ad id conferente, profert hunc affectum.

Aer quoq; frigidus, & humidus, contactus corporis frigidi, & humidi, declarant huiuſmodi intemperiem veſicæ frigidam: deinde ipſimet ægrotantes dicunt ſe ad illarum partium regionem percipere frigus.

Vſus quoque medicamenti frigidi, quemadmodum ſcribit Iacchinus ſe quendam obſeruaſſe, qui ex vſu opij inciderat in iſchuriam. Demum ex frigidorum medicamentorum vſu læduntur, iuuantur è contra à calefacientibus.

Verùm contingit veſicam ab huiuſmodi frigida intemperie bifariam lædi; ſui corporis, aut fibrarum ratione, vel ad ipſam ſenſum deferentium neruorum occaſione.

Primo modo ita fibræ, & tota ipſius veſicæ ſubſtantia eneruatur, vt ea vrinam expellere non valeat, quamuis plena ſit.

Deinde quia nerui ipſius tum refrigerantur, tum obſtruuntur, vt ad ipſam ſenſum non ferant, hinc non poteſt ad vrinam contriſtantem, & morſu ſuo lædentem expellendam ſe conuertere, cum ſit ſenſu deſtituta.

Sed huiuſmodi diſtinctio, cum ab eadem cauſa proueniat, & eandem etiam curationem requirat, nempe calefacientem, non poteſt niſi à cauſa externa cognoſci, vt apud Luſitanum apparet cent. 4 cur. x.

Idem apud Foreſtum obſ. 17. lib. 25. legere vnuſquiſq; veſtrum poterit, vbi videbitis læſionem diſtinxiſſe à cauſa exteriori, nempe ab aqua frigida, in quam pedes diù immerſerunt ægri.

Ab aere etiam frigido Fräciſcus Rao Præſidens huius Regni incidit in vrinæ ſuppreſſionem, quamuis nerui ex obſtructione, & lentorum humorum copia læſi eſſent, vt ex curatione apparuit.

Sed

Sed cum vir Illuſtris ſeptuagenari- A
us, & vltra ſit, ac in meliori valetudine, qua frui ſolet, aliquam vrinæ difficultatem, aut potius ad meiendum impotentiam patiatur, & vix, longoq; tempore matulam tenens vrinam emittat, vbi aerem mutat, nempe quando Panormo Meſſanam proficiſcitur, iterq; facit per mare, tanta vrinæ difficultate premitur, vt tandem ad omnimodam ſuppreſſionem deueniat. B

Idq; nulla ratione ei euenire exiſtimo niſi ob maris frigiditatem, ac ſiccitatem; nam cum veſica iam debilitata ſit, & ad frigidam intemperiem mutata, à vaporibus frigidis & ſiccis à mari eleuatis magis refrigeratur, atque ita inepta redditur prorſus ad vrinæ expulſionem.

Succedit etiam, quod nerui deferentes ſenſum comprimuntur ab aeris frigiditate, ſimulq; & obſtruuntur, quibus C
nominibus ita læditur veſica, vt vrinam reddere nequeat, dum ſupra mare eſt, extra verò mingit calefacta remedijs veſicæ regione.

In hoc caſu iuuantia medicamenta declarant intemperiem frigidam, caloremque naturalem languidiſſimum fuiſſe, neq; potuiſſe ſentire grauamen vrinæ, neque, etiamſi ſenſiſſet, potuiſſe D
eam expellere.

Deinde quando medicus manum admouet regioni veſicæ, ac deprimit vrinæ multitudinem, qua fuerit dilatata, nimium quàm par ſit, neq; ob id veſica poteſt eam expellere, iam apparebit, ſi nulla alia præceſſerit cauſa vrinæ ſuppreſſionis, eam accidiſſe longa aliqua mora in Senatu, aut concione, aut alibi facta. E

At ſi nulla præceſſerit talis neceſſitas, retineaturq; vrina, tunc videndum eſt, an id contigerit corporis frigidi contactus ratione, vel aquæ, vt piſcatoribus non raro euenit, aut ſeſſionis ſuper marmore; aut ob contactum piſculi illius torpedo vocati.

Per cauſas igitur prætergreſſas procedendo in cognitionem deuenire poſſumus facultatis læſę ipſius veſicæ ab intemperie frigida.

Nam ſi audiamus vel aquam frigidam admotam fuiſſe regioni veſicæ, aut pedes in ipſa diù immerſos tenuiſſe, aut etiam totum corpus, vel aliquando medicamentum nimium refrigerans applicatum fuiſſe, vel percipiat torporem ægrotans circa veſicam, iam dicendum eſt eam ad frigidam intemperiem mutatam eſſe.

Quare veſica patitur, vt eſt ſimilare membrum: hac igitur diligentia à medico facta, ſi horum quidpiam nõ animaduertit præceſſiſſe, vrinaque ſuppreſſa ſit, opus eſt, vt vlterius procedat animaduertens, an id contingat ratione malæ compoſitionis.

Et primò inſpicere debet, an corpus veſicæ tumore aliquo afficiatur, nempe vel inflammatione, ſcirrho, aut œdemate, quod ſenſu tactus conſpicuum fiet; nam durities percipietur ad pubis regionem; ſi enata fuerit inflammatio, aderunt quoque febris, & dolor, & alia inflammationis ſigna.

Atqui ſi aliquid ſit in cauitate ipſius, quo contingat impediri vrinę exitus, an lapis, aut grumus ſanguinis, aut pus, vel tuberculum aliquod ori veſicæ præfectum ſit, aut arenulæ, attendere debemus.

Si lapis ſit impediens, quò maior fuerit, eò minus, & quò minor, eò magis vrinæ exitum impedit; nam maior lapis non poteſt tam facilè exitum vrinæ prępedire, de quo ſuo loco.

Grumus verò ſanguinis cognoſci poterit ab ijs, quæ præceſſerunt, vt ſi quis paſſus antea fuerit fluxum ſanguinis, eieceritq; ſanguinem cum ipſa vrina, vel impoſito intus cathetere effluxerit copia ſanguinis.

Vel præceſſit aliqua cauſa exterior, violenta, vt ictus, caſus ab alto, vulnus, ſubſequuntur tandem praua ſymptoma-

ta,

ta, vt ſunt animi deliquium, eiuſdemq; reſolutio.

Vnde Galenus in admirationem venit, cur ſit, quod cùm ſanguis inter humores alios tam benignus habeatur, vbi tamen putreſcat, tam praua producat ſymptomata?

Pus verò eſſe, quod impediat vrinam, cognoſcitur ex eo cum vrina ſæpius exeunte, maximè ſi vel vlcus, aut abſceſſus, aut vulnus aliquod præceſſerit.

B Si verò retineatur vrina à craſſis, & lentis humoribus ab ipſorumq; copia, demõſtrabitur nobis ab eademmet vrina craſſa exiſtente, & à craſſorum, & lentorum humorum exitu, vnde cum vrina exeat turbida, deinde ſupprimatur, facilè eſt conijcere ſuppreſſam eſſe ab huiuſmodi craſſorum, & lentorum humorum copia.

C Idq; maximè ab anteacta vita confirmari poterit, quæ talis fuerit, vt potuerit in corpore collegiſſe tales humores craſſos, viſcoſos, ac lentos.

Iam verò cùm nullum adſit horum ſignum, innoteſcit aliquid genitum eſſe ad orificium veſicæ, quod vrinam fluere non permittat, ſiue callus ſit, ſiue globulus, aut tuberculum, vel etiam caruncula.

D Cognoſcitur tandem à iuuantibus, & nocentibus medicamentis. Hac indagandi ratione comprehenditur læſa veſica per eſſentiam, & quod vera ſit iſchuria.

Quando verò citra veſicæ læſionem vrina ſupprimitur, difficiliùs eſt explorare morbos id facientes, nam quemadmodum diximus in tractatu de morbis renum, & vreterum, eſt opus recurrere ad exeuntia per vrinam, ad cauſas præ- E tergreſſas, ad vitæ genus, ad iuuantia, & nocentia.

Nullo enim vitio exiſtente in veſica, ſupprimitur tamen vrina, concludendũ eſt, vel renes, aut vreteres malè temperatos eſſe, quo nomine, nec attrahere, neq; vrinam expellere ad ſua loca poſſunt, aut ita obſtructi ſunt ab vna ex prædictis rebus, vt minimè permittant eam permeare.

Sed cum ſatis dixerimus de vitijs ipſarum partium, atque curatione, contrahemus ſermonem noſtrum ad veſicæ læſiones iam dictas.

DE FVTVRO EVENTV Iſchuriæ.

Sed iam videamus, quid ſperare nobis liceat de euentu iſchurię propriæ productæ à veſicæ læſione, nec non illius, quæ prouenit à læſione renum, & vreterum.

Euentus enim poteſt eſſe ſalubris, & inſalubris ſimpliciter, & ſecundũ quid, idque eueniet ratione cauſarum, & partium læſarum, nec non & temporis diuturni aut recentis, quo effectus magis, & minus inueteratus eſt, tum etiam ſymptomatum emergentium culpa.

Primùm itaque ſi ratione veſicæ læſæ ſupprimatur vrina, idq; contingat ob longam moram, diù retentæ vrinæ in veſica, affectuſq; ſit recens, virtuſq; valeat, ſperare, & prædicere poterimus euentum ſalubrem ſimpliciter.

Idem dicendum, ſi affectio procedat ab intemperie aliqua frigida veſicæ, aut neruorum ei deferentium ſenſum, dummodo non ſit inueterata.

Idemq; præterea ſi à contactu corporis alicuius frigidi contingat, in corporeque robuſto, nec inueterata ſit affectio.

Quemadmodum è contra, ſi contingat ratione luxationis vertebrarum ſpinæ, aut inſignis cuiuſdã læſionis, vulneris nempe, aut ictus validi, ſæpe incurabilis redditur, nonnunquam vero prorſus lethalis.

At vbi à pure vlceris antiquati, aut à grumo ſanguinis cum prauis ſymptomatibus, vt eſt animi defectus, ſyncope, & huiuſmodi, de quibus Galenus 6. de locis aff. cap. 4. ſcriptum reliquit, omninò

ninò res in anguſto eſt; nam vt plurimum ægrotantes moriuntur.

Peſſima omnium iſchuria eſt, quæ ſequitur natiui caloris veſicæ refrigerationem. Tandem (vt vno amplectar verbo) omnes ſuppreſsiones vrinæ, in quibus ea cum multa difficultate prouocatur, & quę medicamētis non cedit, lethalis eſt omninò.

Nam cum diu intra veſicam retinetur vrina, ſequuntur inde dolores, tremores, conuulſiones, ac tandem miſerrimi ægrotantes ad interitum citiſſimè ducuntur.

Quæ ratione canalis obſtructi euenit, difficilis curationis quidem eſt, & facilis pro cauſæ diuerſitate; nam ſi à canuncula in canali, quemadmodum etiam ſi ratione lapilli euenerit, vel mucoſæ materiæ culpa, aut lutoſæ, ex catheteris iniectione ſanatur.

At ſi nullo apparente in veſica, aut canali communi vitio fiat ſuppreſſio, pro grauitate, & vehementia cauſarum, aut pro earumdem debilitate contingente modo ſalubrem, modò inſalubrem eſſe accidit.

Quæ enim ex vreterum, aut renū omnimoda obſtructione prodit, plena eſt periculis, & maximè timenda; nam vbi vrina per ſua vaſa in veſicam fluere minimè poteſt, ſurſum regurgitans omnia viſcera perturbat.

Ibique ſi diù retineatur, homines interficit, neque ſolet diem ſeptimum, aut decimum excedere, quamuis fateatur Gordonius, qui fuit optimus medicus ſe curaſſe quendam, qui per ſeptem dies vrinam retinuerat.

Petrus Foreſtus lib. 25. obſer. 16. ad ſcholium, & obſ. 18. ruſticum quendam ſcribit per decem dies paſſum fuiſſe omnimodam vrinæ ſuppreſſionem.

Denique ſuppreſsio vrinæ totalis, quæ nec internis, nec externis præſidijs cedit, prorſus lethalis eſt.

Si poteſt curari, ſpatio quinque, aut ſeptem, aut ad ſummum decem dierum curatur. nec à natura, ſed ab arte curatio perficitur.

A

DE CVRATIONE ISCHVRIAE à lenta, & craſſa pituita producta.

Curatio affectionis huius eſt communis cum omnibus alijs affectibus, in quibus auferenda eſt cauſa faciens morbum. Nihilominus aliquando ita vrget ſymptoma, vt cogatur medicus ſpreta cauſa in quacunque parte reperiatur, ſiue ſit in veſica, ſiue renibus, ſiue vreteribus, vrinam prouocare.

B

Quando enim adeſt impedimentum in canali communi, intus inijcienda eſt ſyringa, vt à veſica extrahatur vrina; deinde ablato impedimento ſtudendum eſt cauſæ extirpandę, quod etiam in omni vrinæ ſuppreſſione faciendum eſt, à quacunque cauſa proficiſcatur, ſed quia hæc à varijs producentibus ortum ducit, hinc curatio euariatur pro cauſarum varietate.

C

Auſpicemur ab ea, quæ à læſione veſicę gignitur, & primò ab ea, quæ à craſſa, & lenta pituita euenit, qualis fuit ea, cuius in illo ruſtico meminit Foreſtus obſer. 18. lib. iam ſupra citati.

Et nos ſimilem caſum obſeruauimus Lutetiæ Pariſiorum in quodam nobili equite, qui vocabatur della Cappella, qui poſt longam vrinæ ſuppreſsionem, matulas integras humore mucoſo cum vrina effluente replebat: hæc enim tollitur per cauſæ ablationem inſtituta recta victus ratione, qua inhiberi poſsit humoris huius craſsi generatio, deinde aufertur ille, qui genitus eſt in corpore; ne ad veſicam amplius ferri poſsit.

D

At primò, ſi opus ſit ſanguinis miſsione, celebranda ea eſt per venę ad cubitum ſectionem, poſtea humor idoneis præſidijs præparandus, atq; phlegmagogis extra corpus eſt educendus.

E

Præparantur humores ſyrupis incidentibus, & attenuantibus, vt ſunt

Syr. de bettonica,

Oxy-

Oxymel. ſimpl. & comp.
Syr. de duabus radicibus.
Byzantinus.
Cum decoctionibus etiam, aut aquis eandem intentionem habentibus ad hunc modum.
Syrupus.
℞. Syr. Byzantini,
Oxymel. comp. ana vnc. j.
Decoct. capill. veneris,
Rad. petroſelini,
Aſparagi, vnc. iv.
Miſce, & fiat potus.
Potus phlegmagogus.
℞. Quinq; rad. aperit. drach. ij.
Fol. bettonicæ,
Capill. veneris, ana p. j.
Fiat decoctio ſecundum artem cuius.
℞. vnc iv. infunde.
Agarici trochiſc. drach. j. ſſ.
Fol. ſenæ orient. drach. ij.
Facta expreſſione diſſolue.
Syr. ex ſucco roſarum cum ſena, & agarico vnc. iv.
Bened. laxatiuæ,
Elect. indi maior. ana drach. ij. fiat potus breuis.
Pilulæ.
℞. Pil. aggregat.
Indarum,
Fœtidarum, ana ſcrup. ij.
Cum melle roſato, quantum ſufficit, fiant pilulæ num. vij. aurentur, addendo
Trochiſc. alhandal, ſcrup. j.
Bolus.
℞. Caſſiæ,
Hieræ logadij,
Elect. indi maioris, ana vnc. ſſ.
Fiat bolus cum ſaccharo.
Deinde vtendum eſt hoc medicamento.
℞. Caſſiæ fiſtulæ, drach. x.
Elect. ind. maior. vnc. ſſ.
Vel alio ſimili, vt eſt
Hiera logadij, vel
Pilulæ indarum, vel

A Fœtidarum;
Et huiuſmodi.
Sed maximè attendendum eſt ſuppreſſioni, ideo deueuire expedit ad operationem manualem, nempe ad topica præſidia, proindeque in veſicam inijcere oportet per ſyringam.
Oleum ſcorpionum,
Liliorum alborum,
Aut tale quidpiam, quod attenuare
B valeat craſſos humores.
Extra verò ad pubis regionem hoc fomento vtaris, aut ſimili.
℞. Fol. maluæ,
Parietarię,
Violarię, ana m. j.
Sem. cumini, drach. ij.
Lini,
Fœnugræci, ana vnc. ſſ.
Florum meliloti,
C Chamæmeli, ana m. ſſ.
Rad. Althęę,
Brancæ vrſinæ, ana vnc. j. ſſ.
Fiat decoctio in aqua fontis puriſsima, in qua infundantur ſpongiæ, & pectini, hoc eſt regioni pubis adminiſtrentur.
Vel poteſtis accipere herbas iam coctas, & eas cum butyro recenti, aut pinguedine gallinæ contundere in morta-
D rio, & addendo olei amygdalarum amararum efficere emplaſtrum, & parti iam dictæ ipſum applicare.
Vbi iam vrina à veſica exeat ad attenuandos humores, ac facilius ad vrinam prouocandam poteſtis huiuſmodi decoctum parare.
℞. Rad. althęæ, vnc. ſſ.
Liquiritię, drach. iij.
Paſſularum, vnc. ſſ.
E Sem. petroſelini,
Cumini præp.
Fœniculi,
Geniſtæ, ana drach. j.
Summit. agrimonij,
Althææ,
Centaurij min.
Maluarum, ana m. ſſ.

Sem. 4. frigidorum, ana drach. ij.
Granorum alcachengi, vnc. j.
Hordei cum cortice, vnc. ij.
Fiat decoctio ſecundùm artem, &
℞. Huius decoct. vnc. iv.
Syr. de quinq; rad.
Acetoſi, ſ. ana vnc. ſ.
Miſce pro vnico hauſtu.

DE CVRATIONE ISCHVRIAE facta ob vrina copiam longa mora collectam.

IN primis manus admouendæ ſunt veſicæ regioni, quæ comprimenda ſenſim, ſenſim eſt, deinde in canalem communem vel candela, vel catheter inijciendus, ac totam pubis regionem oleo tepido inungere oportet, & etiam locum decocto aliquo fouere, vt ex
Maluis,
Althæa,
Fœnugræco, &
Similibus,
Deinde inunge (vt dixi) oleo amyg. dulcium.
Sem. lini,
Scorpionum,
Liliorum alborum, vel
Nardino, aut
Coſtino, &
Similibus, cum butyro, aut pinguedine anſeris, aut gallinæ, & huiuſmodi.
Inſeſſiones quoq; in hoc caſu faciendæ, ideo decoquantur in aqua fontis puriſſima huiuſmodi ſimplicia, vt
℞. Fol. maluæ,
Althęæ,
Violarum, ana m. j.
Fœnugræci,
Sem. lini, ana vnc. j.
Florum meliloti,
Chamæmeli, ana m. j.
Summit. anethi,
Rutæ,
Artheriſiæ,
Maioran" ana m. j.

A Quibus adde
Sem. Althęæ,
Maluæ, ana vnc. j.
Accipiatur magnum vas, in quo ęger poſſit commodè ſedere, ibique maneat per dimidiæ horæ ſpatium, & eo plus, ſi opus fuerit.
At ſi æger inſeſſionem perferre nequeat, accipiatur veſica bouis magna, cuius media pars repleatur aqua, reli-
B quum verò dimidium impleatur oleo oliuarum, vel loco veſicæ ſpongiæ, aut filtra in prædicto decocto immergantur, & pectini applicentur.
Ad hæc intus per ſyringam inijci poteſt aliquid, quod expultricem facultatem veſicæ irritare poſsit, quemadmodum eſt
Oleum cæparum,
Aut etiam porri,
C Vel penis orificio inde medicum ſalis gemmæ, aut nitri, vel ſpumæ ipſiuſmet nitri, vel etiam glandem, & præputium oleis prædictis inunge.
Non deſunt, qui in hoc caſu proponant cimices, alij pulices, alij pediculos, & in canaliculi os apponunt, vt ex ipſorum motu, aut morſu irritetur facultas veſicæ expultrix.

D *DE CVRATIONE ISCHVRIAE ab intemperie frigida veſicæ, atque renum.*

IN hoc caſu omnes authores conueniunt, vt corpus quamprimum à pituitoſis, & frigidis expurgetur, non ſecus atque ſupra à nobis dictum fuit in curatione ipſius à lentis, & craſſis humoribus, quare in hoc caſu poſſumus vti
E tali præſidio.
℞. Decoct. quinque rad. aperit. vnc. iij.
Fol. ſenæ orient. vnc. ß.
Spec. diacarthami, drach. iij.
Infunde per xij. horas, factaque decenti expreſsione diſſolue.
Syr. roſ. ex ſucco roſarum, agarico & Sena vnc, vj. fiat potus breuis.

Te-

Terebinthinæ vſus etiam probatur poſt aſſumptum hoc medicamentum, purgato corpore.

Inſtituenda eſt victus ratio, qualem ſupra diximus, quæ habeat rationem calefaciendi, & exiccandi.

Pro potu placet decoctum ligni ſancti, aut ſasfras, vel etiam radicis chinarum, aut ſarſæ parillæ.

Quod attinet ad localia, prædicta fomenta, inſeſsioneſq; maximè conueniunt, inungiq; poteſt vniuerſa veſicæ regio vnguento agrippino.

Vel etiam vnguento comitiſſæ inuentionis Montagnanæ.

Vel componatur aliud hoc modo.

℞. Sagapeni,
Bdellij, ana drach. ß.
Olei caſtorei, drach. ij.
Nardini,
Coſtini, ana vnc. j.
Scorpionum, vnc. ß.
Maſtiches, drach. j.
Florum ſtœchadis, drach. j.

Diſſolutis prius gummi in vino albo, deinde addito modico ceræ fiat vnguentum.

Prodeſſe ſolent mirum in modum aqua vitis, vel olea ex
Pipere,
Cinnamomo,
Caryophylis,
Benzoino,
Theriaca.

Vel etiam cataplaſma ex
Farina fœnugræci.
Chamæmeli,
Anethi,
Sem. Rutæ,
Lauri,
Stercoris caprini,
Cum melle, & vino factum.

Si ex ſenſus defectu fiat ſuppreſſio, non multum euariat curatio huius ab alijs duabus iam dictis; nam hic calefacere oportet tum prædictis, tum etiam validioribus, ſi vrina excerni nequeat, quemadmodum ſunt decocta ex

A Origano,
Anetho,
Mentha,
Folijs lauri,
Ruta.

Ex his parare etiam clyſteres aliquos poteſtis, quibus addendum eſt aliquod, quo irritari poſsit inteſtinorum facultas expultrix; tanta enim eſt affinitas, & vicinitas recti inteſtini cum veſica, vt ea, B quæ valent irritare facultatem expultricem inteſtinorum, irritent & illam veſicæ, ideo in tribus hiſce caſibus clyſteres facti ex dictis decoctionibus placent ſummopere, vel ad hunc modum paretur.

℞. Decoct. prædictæ, lib. j.
Hieræ logadij, vnc. j.
Olei rutacei, vnc. iij.
Salis gemmæ, drach. j.
C Fiat clyſter.

Deinde cataplaſmata iam dicta, inſeſsiones, inunctiones adminiſtrandæ veniunt. Multo etiam efficaciùs irrigationes ex prædictis decoctionibus, & oleis poſſunt veſicam, & neruos calefacere, ſi ad veſicæ, & oſsis ſacri regionem adminiſtrentur: & hæc de iſchuria ab intemperie veſicę frigida, & neruorum ſatis ſint dicta.

D

DE CVRATIONE ISCHVRIAE *facta à grumo ſanguinis, vel à pure.*

INter alias cauſas ſuppreſſionis ſanguis grumoſus, & retentus in veſicæ capacitate, curatu eſt difficillimus, quia non ſolùm vrinam impedit, quo minus exire poſſit, ſed praua inducit E ſymptomata, quæ fortè magis vrgent, ac faciat vrinæ ſuppreſsio.

Ideo opus eſt, vt ſimul in veſicam aliquid inijciatur, quod grumum diſſoluat, ac cordialibus medicamentis vtendum venit, vnde, vt pulchrè admonet Mercatus, in ijs, quæ in veſicam inijciuntur ad grumos diſſoluendos, quæ tenuia eſſe

ſolent, & acria, atq; acida, vt eſt poſca, aut oxymel, oportet aliquid adijcere, quod putredini reſiſtat, & calefaciendi facultatem habeat ſiue per ſyringam in veſicam inijciantur, ſiue per os aſſumantur.

Pro iniectione,

℞. Decoct. arthemiſiæ,
Rubi,
Betæ, vnc. vj.
Oxymel ſimpl. vnc. iij.
Theriacæ optimæ, drach j.

Intus per ſyringam per multas vices inijciantur, addendo etiam coaguli leporis ſubt. puluer. drach. ß.

Intus aſſumi poteſt per os huiuſmodi bolus, vt

℞. Theriacæ optimæ, drach. j.
Conſer. ex toto citrio, vnc. j.
Coaguli leporis, drach. ß.
Fiat bolus.

Vel ſic,

℞. Conſer. agredinis citrij, vnc. j.
Lapidis bezoardici, gr. vij.
Elect. de gemmis, drach. j.
Miſce pro vnica vice.

Cordi verò applicentur talia præſidia.

℞. Aquæ roſarum,
Vini albi, ana vnc. iij.
Pulu. diamarg. frigid. drach. ij.
Diamuſci dulcis,
Diambræ, ana drach. j.
Caryophyllorum ſubt. pulu. drach. ß.

Deinde inungatur cor vnguento ex floribus aurantiorum, quod vnguentum naphæ appellatur.

Quod ſi iſchuriæ cauſa ſit pus, curatur per medicamenta vniuerſalia primùm, quæ habeant facultatem educendi materiam puris, quemadmodum dictum fuit, vbi egimus de vlcere renum.

Cum verò pus proueniat ab vlcere, iſtud abſtergendum eſt, ideo oportet intus veſicam inijcere, quæ abſtergendi facultate pollent, ſimulq; & attenuandi, de quibus fuſius tractabimus infra capite de vlcere veſicæ.

A *DE CVRATIONE ISCHVRIAE, facta ab aliqua materia adnata orificio veſicæ, aut eius canali.*

CVm iam de curatione lapidis renū fuſius tractauerimus, & de veſicę lapide in ſequentibus dicturi ſimus, non conteremus nunc tempus in hac materia denuò recenſenda, ne etiam cogamur eandem rem bis gratis repe-
B tere.

Supereſt ergo curatio ſuppreſsionis factæ ab aliqua materia, quæ adnata ſit orificio veſicæ, aut ſuo canali, ſiue tophus ſit, ſiue caro calloſa, aut aliquid quidpiam tale; cuius ſanè ſuppreſsionis curatio ſolet dare medico inducias, ac tempus cogitandi, & inueniendi medicamenta.

C Nam vbi ſuppreſſa fuerit vrina huiuſmodi cauſis, ſi imponatur in canalem candela, aut ſyringa argentea, aut res ſimilis, qua ſolet impelli, aut ad latus moueri id, quod ad collum veſicæ inhæret, permittitur vrinam exire.

Diſsimilis tamen ratio eſt, quando in canali congeritur aliquid, quod ex toto ipſum obſtruat; tunc enim opus eſt in primis ijs vti localibus, quibus auferatur illud, quod claudit canalem.

D Sed ad materiam contentam in cauitate deueniamus, in cuius quidem curatione oportet vti præſidijs vniuerſalibus primum, habenda ſiquidem eſt totius corporis cura.

Si egeat egrotans ſanguinis miſsione, aut purgatione, primò mittendus eſt ſanguis, corpus deinde purgandum à recrementis medicamento, quod humores è corpore peccantes educere
E valeat, quemadmodum a me audiuiſtis faciendum eſſe in alijs aliarum partium affectionibus: ad hæc inſtituenda eſt victus ratio conueniens in omnibus ſex rebus non naturalibus.

Tandem cogimur ad aliquod decoctum deuenire, quod exiccandi facultatem habeat, vt eſt

De-

Decoctum ex ligno ſancto,
Aut ſarſa parilla,
Vel radice chinarum,
Aut ſasfras.

Aut ſimilibus, quibus præſcriptis inſtat curatio particularis, quæ docet auferre impedimentum, ſiue in veſicæ capacitate fuerit, ſiue in canali, ſed cum huiuſmodi operatio ad chirurgiæ opera ſpectat, nolo vos in ea detinere.

Multi ſunt, qui pollicentur ſuis ſcriptis arcana magna, & vnguenta intus immittenda cum candelis, & alijs inſtrumentis, inter quos eſt Mercatus lib. 4. de internorum morborum curatione cap. 12. qui calloſæ carnis curationem ſatis prolixè docet, afferens medicamentum quoddam, quo ſumma, vt inquit, ipſe Mercatus, omnium cum admiratione vtebatur.

Huius medicamenti meminit Petrus Foreſtus lib. 25. obſer. 10. cuius talis eſt deſcriptio.

℞. Aeruginis,
Auri pigmenti,
Vitrioli,
Aluminis rupei, ana vnc. ij.

Perfundantur omnia in aceto acerrimo, inter duos marmoreos lapides ducantur accuratiſſimè, redactaque in leuorem tenuiſſimum exponatur ſoli caniculari: exiccatus puluis rurſus aceto affuſus ducendus, ac leuigandus eſt, ſimiliterque ſoli exponendus.

Id quod octo, aut nouem dierum curriculo facere eſt neceſſum, donec partium ſumma tenuitate acquiſita, omnem prorſus acrimoniam, ac mordacitatem amiſerit; namque valida medicamenta ex aceto diebus plurimis contrita, morſu quidem, & acrimonia facilè orbantur, vires tamen non amittunt.

Sed huiuſmodi medicamenti compoſitio, & modus operandi longè clarior apud Amatum Luſitanum haberi poteſt 4. cent. curat. 19. quę eſt, quod parato, & confecto iam præſcripto puluere,

A ℞. Olei roſacei, vnc. iv.
Lythargyrij, vnc. j.
Vel ſic in minori doſi,
℞. Olei roſacei, vnc. ij.
Lythargyrij, vnc. j.
Pul. iam dicti, vnc. j. m.

Ad ignem fiat coctura, quouſq; emplaſtri modo corpulenti acquirat conſiſtentiam, tunc ab igne depoſito, adde

B prædicti pulueris vnc. ij. & radicula, vel ſpathula miſce, & ad ignem omnia tractato, quouſque medicamentum duriuſculum euadat, ita vt candelæ cereæ, vel plumbeæ virgulæ hæreat, nec defluat, etiam ſi digitis tractetur.

Addit Amatus hoc medicamentum Lernæi morbi Herculis claua exiſtit, quod hymnis multis, & laudibus varijs decantari meretur, multoſq; alios morbos huius generis curat, vt ſunt polypi,

C extuberantes carnes tam in aurium cauitatibus, quàm in alijs partibus.

Addit etiam aquam hoc loci Amatus Lanfranci ad cicatricem inducendam poſt caruncularum ablationem, quæ ita componitur.

℞. Aluminis rocchæ,
Viridis æris, ana vnc. j.
Auri pigmenti, drach. j.

Fiat decoctio in duobus lib. aquę fon-

D tis puriſſimę, aut plãtaginis ad conſumptionem ſemilibræ, coletur.

Alia cicatrizans.

℞. Ceruſſæ, vnc. j.
Aluminis rocchæ,
Lythargyrij, ana drach. ij.

Fiat decoctio in duobus libris aquæ caudæ equinæ ad medietatem, deinde per manicam coletur.

Poſt igitur ablatam carunculam inijcit Amatus aquam prædictam ad indu-

E cendam cicatricem per multos dies, hancque medendi methodum ſe ab Abdareto quodam medico præceptore habuiſſe teſtatur, non autem fuit Philippi cuiuſdam chirurgi, quod Lacuna imponere ei videtur inuentum.

Mercatus ex prædicto puluere,

Et

ratur calculus, nempe ad cauitatem ve-
ſicæ; ad materiam, à qua generatur; &
ad cauſam efficientem.

Fernelius lib. 6. cap. 13. ſcripſit in
veſica non generari lapides; ſed in reni-
bus, inde deorſum per vreteres ad veſi-
cæ cauitatem delabi, veluti rudimen-
tum quoddam ſuæ generationis. qui ſi
grandiuſculi ſint, aliquantulum ibi ma-
nentes, ac perſiſtentes adhæſu humo-
rum craſſorum congmentantur, & lapi-
des veri fiunt.

Duplici ipſe vtitur coniectura, vna
eſt, quia ſemper præcedit dolor renum;
deinde quia calculus, qui in veſica re-
petitur, vbi fractus in medio eſt, in ip-
ſius tanquam centro obſeruatur nucle-
us quidam variè coloratus.

Hęc opinio non ſemper vera eſt, quia
ſine calculorum in renibus generatio-
ne, produci poteſt lapis in veſica nullo
præcedente dolore renum, tum quia ſi
calculus in illa genitus conteratur, non
reperitur nucleus ille diuerſimode co-
loratus, & diſpoſitus, vt ſcriptum reli-
quit Fernelius.

Id quod etiam non rarò obſeruatur
in adultis, & in ſenioribus etiam; noui-
mus enim ſenes aliquos, in quibus lapis
genitus fuit in veſica, nunquam renum
dolores fuiſſe perpeſſos.

Sed de pueris, in quorum veſica ge-
nerantur lapides, teſtatur Galenus 6.
epid. com. 3. tex. 13. abſque renum
præcedenti dolore hos genitos fuiſſe.

Hippocrates ſcripſit vrinæ craſſitiem
eſſe potiſsimam lapidis veſicæ cauſam,
at vrina craſſa poteſt fieri in omnibus
tam pueris, quàm alię ætatis hominibus,
quamuis in pueris facilius, & frequen-
tius generetur lapis in veſica, difficilius
in ſenibus.

E contra verò facilius in ſenibus ge-
neretur lapis in renibus, difficilius, aut
nunquam in pueris. Idem ſcribit Aui-
cennas lib. 3. ſen. 18. tract. 2. cap. 16.

Quare, quod ad locum attinet, veſi-
cæ cauitas illa eſt, in qua generatur cal-
A culus, non ſecus atq; in renibus.

Videbimus modo, quæ ſit cauſa ma-
terialis, deinde quæ efficiens, & vnde
hæc materia, à qua lapis generatur, or-
tum habeat.

Dictum fuit à nobis in vniuerſum,
dum ſermo eſſet de renum calculo, ma-
teriam lapidum in humano corpore
ſemper eſſe ſuccum craſſum, & gluti-
noſum, in quo aliquando maior copia
B craſsi humoris, nonnunquam verò ma-
ior copia glutinoſi reperitur.

Vnde ex Aetio diximus materiam
calculi eſſe aſſiduas cruditates, quæ ge-
nerantur in ventriculo, inde per meſe-
raicas ad iecur, ad renes per venas e-
mulgentes, inde per vreteres ad veſi-
cam transfuſæ, ibiq; retentæ in lapidem
degenerant.

Cauſa efficiens procul omni dubio
C opus eſt, vt ſit calor, cum vt idem dice-
bat Galenus lib. 6. de lapidis renum co-
gnitione, & curatione, non detur tanta
frigiditas in corpore, à qua poſſit lapis
condenſari: deinde, quæ à frigido con-
denſantur, liquantur à calido, quod non
contingit lapidibus.

Sed cùm calor duplex exiſtat, natu-
ralis videlicet, atque præter naturam,
inquiſitione dignum eſt, an à calore na-
D turali calculus in veſica fiat, an verò ab
excedenti, qui præter naturam etiam
appellari poteſt.

Sed iam ſupra in tractatu de renum
lapide diximus non eſſe inconueniens,
quod ab vtroque calore poſſit fieri la-
pis, non quidem ratione ipſius caloris,
ſed diſpoſitionis materiæ; nam ex ma-
teria craſſiori lapis generatur à calidita-
te moderata, & naturali, vnde Galenus
E in 6. epid. in pueris ſcriptum reliquit à
moderato, hoc eſt naturali calore fieri
calculum in veſica.

Si verò materia ſit tenuis, tunc opus
eſt maiori caliditate, quia in hac mate-
ria maior eſt reſiſtẽtia, ac proinde calo-
re vehementiori eget, de quo Hippo-
crates, tanquam de lapidis veſicæ cau-
ſa

ſa efficiente eſt loquutus lib. de aere, aquis, & locis.

Hoc poſſumus transferre Galeni rationem illam, qua probat in pueris frequentius generari lapidem in veſica; in ſenibus è contra frequentius in renibus. Cauſa (inquit Galenus 6.epid.3 I. cap. 25.) eſt, quia pueri plurimùm habent caloris innati, & per conſequens robuſtas actiones naturales.

Vnde fit, vt craſſus humor per renes attenuatus deſcendat, & à forti facultate expultrice à renibus pellatur in veſicam, quæ cùm frigida ſit, pauci ſanguinis, atq; neruoſa, in eaq; ſit cauitas magna vbi humor iterum colligitur, & cogitur, fit, vt concreſcat, ſi diutius commoretur.

Ideo iſti frequentius laborant lapide veſicæ, quam renum; ſenes verò, cùm non ſolùm abundent craſſis humoribus ob incoctionem, quia ratione caloris diminuti materiæ craſſæ non funduntur, ſicut in pueris, ſed ibi concretæ remanent, hinc ad veſicam ferri nequeunt, proinde calculus in ſenibus generatur, non in veſica.

Exemplo rem hanc declarat Galenus deſumpto à pice laboretina, quæ ſi debeat meare per loca anguſta non poteſt, niſi ſit fuſa; ita ſe habent humores craſsi in ſenibus, vt pix iam dicta concreta; in pueris verò humores ſunt fuſi hinc in ijs facilè meant; ſed facultatis expellentis debili actione generatur lapis in renibus potiùs, quia detenta ibi materia anticipat generationem illius in veſica.

Ecce quod calor naturalis in pueris habet rationem cauſæ efficientis, & generationis lapidum, in ſenibus verò calor extraneus in renibus adauctus, quare, & calor naturalis, & extraneus poteſt eſſe calculorum in corpore cauſa efficiens, reſpectu diuerſorum, vt dictum eſt.

At fortaſſe dicetis non videri vobis maiorem rationem, cur in pueris generetur calculus in veſica, atq; in renibus, cùm vtrobique calor naturalis vigeat, à quo facultates ſuum accipiunt robur, & potiſſimum expultrix.

Vnde ſi ſupponitur valida in renibus, debet quoq; & in veſica eſſe valida, quare ſi ab ipſis expellitur materia, poterit quoque, & à veſica etiam expelli materia generationis calculi, quare neque in veſica generabitur lapis.

B Reſpondet Petrus Foreſtus, Garcias Carrerus diſputatione 61. cap. 2. non eſſe parem rationem expulſionis, quæ fit à veſica in pueris, atque illius, quæ fit in renibus; nam in illis expulſio fit à ſola facultate naturali, quæ valida eſt, & extra pellit materiam contentam valide.

At expulſio, quæ efficitur à veſica, fit à facultate naturali, & animali ſimul, quæ in pueris non eſt admodum valida; C nam debet fieri à muſculis abdominis, quæ in pueris eſt debilis, quare non poſſunt totam materiam in veſica contentam euacuare.

Vnde eſt, quod Hippocrates ſcriptum reliquit in pueris poſt mictum fieri lapidem in veſica. Sed hæc non videtur vera cauſa, quia falſum eſt, quod vrinæ expulſio ſit motus mixtus ex facultate naturali, & animali, ſed eſt tantum facul- D tatis naturalis, vt ſexcentis in locis ſcriptum à Galeno habemus.

Verum quidem eſt, quod retentio eſt voluntaria, quia fit à muſculo circumdante os veſicæ, quare Galenus voluit muſculum illum ori veſicæ à natura factum eſſe, ne vrina intempeſtiuè exire poſſet.

Quamuis etiam ſcripſerit eundem muſculum conferre expulſioni illius E portionis vrinæ, quæ poſt mictum in canali remanet: deinde ſi expulſio eſſet motus facultatis voluntariæ, eſſet etiam ipſius retentio voluntaria, quod falſum eſt, & ipſamet rerum euidentia demonſtrat.

Sed ratio, cur in pueris frequentius generetur calculus in veſica, non in reni-

renibus, eſt, quia à calore venarum materia craſſa funditur, & ab expultrice renum ad veſicæ cauitatem propellitur, quæ in ipſa colligitur, atque concreſcit quadruplici ratione.

Primò, quia frigidiuſcula eſt veſica ratione ſuæ ſubſtantiæ neruoſæ, ac pauci ſanguinis.

Deinde, quia in ipſa eſt magna capacitas, in qua colligitur.

Tertiò, quia hic concreſcit, & coagmentatur, quod in eam tranſit craſſum, vbi potiſſimum diutiùs in ipſa permanſerit.

Quartò, quia illud craſſum, quod ad ipſam deſcendit, in pueris eſt magis viſcoſum, quia magis caliditate confectum eſt; nam ea, quæ coquuntur, quandam temporis progreſſu recipiunt viſcoſitatem, quamuis ab initio nullam habuerint.

Vnde inter ea, quæ craſſa ſunt, viſcoſitatem habentia ad calculorum generationem ſunt magis idonea: ſuccedit quod ratio illa, qua probat Garcia non poſſe tam validam in veſica eſſe expulſionem, militat contra ſuam determinationem.

Nam duæ facultates in vna parte validiores eſſe videntur, quàm ſit vnica, ergo magis veſica, & potentius expellere deberet; nam eſto, quod animalis facultas ſit debilis, naturalis tamen valida eſt, cui opitulatur animalis, quamuis inualida.

Quare non ratione expultricis languidæ à facultate animali prodeuntis retinetur materia in puerorum veſica, ſed ob eas, quas Galenus adducit, rationes.

Sed quid eſt, quod vult Galenus com. 15. lib. præcitati, vbi dicit in pueris poſt mictum fieri lapidis concretionem in veſica; è contra in renibus ante mictum?

Vnde eſt etiam, quod ſcribit in pueris generari calculos in veſica, in ſenibus verò in renibus?

Nam ſi ſemel tantùm fieret vrinæ ex-
A cretio, poſſet dici, quod ante, vel poſt fieret generatio lapidis, verùm cùm videamus pluries reddi vrinam in dies, in his potiſſimùm, qui calculo laborant, non video, quomodo ſit intelligenda hæc propoſitio, quod poſt mictum in veſica generetur lapis; in renibus verò ante mictum.

Imò potiùs contrarium videtur; nam antequam fiat mictio, iam vrina collecta
B eſt in veſica, & ſimul cum ea materia apta ad ipſius generationem, in qua ſi debet generari lapis, non ſecus atque Galenus ſcripſit tophos fieri in aqua tepida, dicendum eſt ante ipſum mictum lapidem generari in veſica.

In renibus verò quomodo diſcerni poteſt, quod fiat calculus ante mictionem, cum à facultate renum ſenſim tra-
C hatur ſeroſa materia à vena caua mediantibus venis emulgentibus, inde paulatim per propriam renum ſubſtantiam percoletur, & guttatim, & perpetuò ad renum cauitatem, inde ad vreteres deſcendat, & tandem in veſicam tanquam in proprium conceptaculum recipiatur?

Sed huiuſmodi quæſita nihil ad inſtitutum, aut parum ſaltem faciunt, hinc eſt, quod Galenus rationem non red-
D didit; ſed ſe aliquando de ea tractaturum pollicetur.

Exiſtimo tamen poſſe nos dicere, quod & ante, & poſt mictionem in pueris fiat lapidis generatio, ſed magis, & faciliùs poſt mictionem in veſica, quia ante mictionem colligitur materia paulatim, ſimulq; & id, quod collectum iam eſt, nouam ſuſcipit coagmentationem à materia deorſum cum vrina per vre-
E teres deſcendente, quę vrina procul dubio eſt materiæ illius craſſæ vehiculum.

At poſt vrinæ detruſionem remanet illa materia, quæ à calore veſicæ induratur paulatim, à quo partes aquoſiores, & humidiores reſoluuntur, indurantur craſſiores, & ſic ſenſim appenitur materia ante mictionem, poſt mictionem verò faciliùs concreſcit, quia ab vri-

næ humiditate non impeditur.

Hinc poteſt eſſe, quod Hippocrates ſcripſerit poſt mictum lapidem concreſcere, non tamen addiderit eo in loco, ante mictum in renibus lapide congelari, quod à Galeno tamen fuit ſcriptum, de quibus poteſt dici, quod in ipſis licet ante mictionem fiat concretio calculorũ, non tamen tollitur, quin etiam poſt mictum poſſit concreſcere lapis.

B Sed hæc obiter dicta ſint: dicebamus ad lapidis generationem tria requiri, locum, in quo, materia, ex qua, & cauſam, à qua generetur lapis: determinauimus ex Galeno, & Hippocrate locum idoneum & magis conſuetum eſſe veſicam; materiam eſſe quid craſſum, & glutinoſum; cauſam verò efficientem calorem eſſe, aliquando naturalem; nonnunquã paulò excedentem.

C Reſtat, vt videamus vnde hæc materia ſuam accipiat generationem, quam dicimus non aliunde euenire neque aliam habere cauſam, præter dictas, videlicet, ſex res non naturales de quibus fuſius diximus in tractatu de lapide renum, quem prorſus ab iiſdem cauſis generari ſtatuimus, à quibus alij lapides & alij etiam morbi, ad quos recurrere poteſtis.

DE SIGNIS LAPIDIS *Veſicæ*.

Tempeſtiuum modò eſt, vt ad ea, quæ lapidem in veſica genitum eſſe, & generari demonſtrant, orationem transferamus.

Dum ſermonem de dyſenteria habe- remus, diximus aliquos morbos eſſe habentes certa quædam ſigna, quibus E poſitis ſtatim etiam ponitur affectio, & è contra poſita affectione ſequuntur ſymptomata, quibus ducimur in certam, & determinatam ipſiuſmet affectus cognitionem.

Vnde Galenus ea ſigna appellauit ſcientifica, eo quod certiſſimam ſcientiam A pariant eius, quem ſequuntur, affectus, ac etiam pathognomonica dixit, eo quod cognitionem faciant certiſſimam ſuæ, à qua prodeunt, affectionis; tales autem ſunt dyſenteriæ, nec non pleuritis, quæ euidentia, & pathognomonica ſigna habent.

Vtrum etiam aliæ affectiones ſua certa ſigna haberent, non tam ſæpè, ac facilè medici in cognitione morborum internorum, & ſuarum partium deciperentur.

Vnde Galenus eorundem difficilem cognitionem conſiderans lib. 1. de locis affectis cap. 1. dicebat eam egere medico in operibus medicis, & in anatomicis ſpeculationibus, & adminiſtrationibus maximè exercitato, quare idem 11. meth med cap 7. ſcriptum reliquit non omnium morborum dari certas, & manifeſtas notas.

Inter eas ægritudines, quarum incerta, & difficilis cognitio eſt, hæc, de qua in præſenti tractamus, abſque dubio connumeratur, cuius nullum datur ſignum pathognomonicum, cùm opus ſit ipſum conijcere ex ſyndrome quadam multorum ſignorum ſimul concurrentium: fruſtra igitur mea opinione inquiritur, an detur aliquod lapidis in veſica D ſignum pathognomonicum?

Ad habendam propterea cognitionem lapidis in veſica coniectura quadam nobis vtendum eſt, quæ cum ſit eodem docente Galeno 1. de locis affectis cap. 1. quoddam medium inter certam cognitionem, & omnimodam ignorantiam, oportet, vt verſemur circa ea, quę ſenſibus noſtris ſubijciuntur, quę deſumi poſſunt à ſitu doloris, ab exeuntibus per vrinam, & alijs obſeruationibus.

Quamuis ſi vultis me verum fateri, non poſſum tam determinatè procedere in cognitione habenda lapidis præ exiſtentis in veſica, ſiquidem is, vel eſt in fieri, vel in facto eſſe, hoc eſt vel iam adeptus eſt maiorem perfectionem, & magnitudinem, quam habere poteſt.

Nam

Hinc videtur neceſſarium eſſe afferre, quæ lapidem in fieri oſtendunt, & quæ iam factum eſſe demonſtrant, ſed quia rarò, aut nunquam ægrotantes conqueruntur de lapide, qui ſit in fieri, cum eo tempore parum, aut nihil lædat, cōſequenter eſt difficilis cognitionis, & facilis curationis, quare neq; ipſius cognitio à ſitu doloris inquirenda venit, ſed potiùs ab vrinæ exitu, qui vel impeditur, aut deprauatur vel facilis redditur.

Atqui cum dictum ſit ſuperiùs ab alijs cauſis impediri vrinæ exitum, ideo nihil hoc ſigno concludere valemus, niſi, quod intra cauitatem ſit aliquid, quod orificio ſe applicans eſt impedimento, quo minus vrina exitum habere poſſit.

Proinde vrina exiens conſideranda venit, quæ & ipſa confuſionem magis, quàm certitudinem affert; nam vel alba, ac tenuis eſt, vel ſabuloſa, quædam etiam arenoſa ſecum ducens: vtroque enim modo, ſcriptores omnes dicunt eſſe ſignum lapidis in veſica exiſtentis.

Galenus 1. de locis affectis cap. 1. albam vrinam eſſe ſignum lapidis tradidit. Verum Ludouicus Mercatus videtur ſoluere contradictionem dicens albam, & tenuem, ac crudam exire, quando ex toto factus eſt lapis, quaſi quod materia tota ſit conſumpta in lapidis concretione.

Quando verò vrina eſt ſabuloſa, tunc non ex toto factus eſt lapis, Hippocratiſq; aphoriſmum 79. quartæ particulæ affert vbi ſcribitur, quibus in vrina ſabuloſa ſubſident, ij veſicæ calculo laborant: quem interpretatur ibi, facta prius diſtinctione inter arenam, & ſabuloſum ſedimentum.

Nam arena eſt quid ſimplex, nempe puluis aridus ſimilis ei, qui in varijs locis reperitur; ſedimentum ſabuloſum eſt quid conſtans non ex arenulis, ſed ex fruſtulis, ac laminis, & paruis portiunculis ſemi pituitoſis, & iam ferè concretis, quæ ex lapidibus excidunt ob frequentes motus, & longè magis cum lapis vnus non eſt.

A Stante igitur hac diſtinctione, inquit Mercatus, ad dignoſcendum lapidem opus eſt, vt ſedimentum ſiue arenoſum, ſiue ſabuloſum, quod in vrina obſeruatur, ſemper ſubſiſtat; id enim oſtendit verbum (ſubſident) quod eſt præſentis temporis.

Ita vt ſermo aphoriſticus ſit, quibus in vrina ſabuloſa ſubſident, ſemper indicium certiſſimum eſt, calculum in veſica

B adeſſe, non quidem aliquando ſubſident, aliquando non ſubſident, quare, vt habeamus certam cognitionem lapidis, neceſſum eſt, vt ſedimentum ſemper in fundo matulæ ſubſideat.

Quod verò ſabuloſi ſedimenti nomine intelligi debeat id, quod ab ipſo deſcribitur, probat tali experimento. Exhibeantur remedia certa per os accipienda patientibus lapidem, idq; fiat poſt

C aliquod exercitium validum, ſiue ſit equitatio, aut aliud quoduis; tunc enim maior copia prædicti excrementi, ſeu ſedimenti in vrina apparebit.

Indicium igitur certiſſimum eſt lapidem reperiri, qui vel durior eſt, vel tophaceus; ſi primo modo, laminoſa aderit ſubſtantia: ſi tophus, lapidum fruſtula apparebunt, at ſi nihil horum adfuerit, lapis procul dubio non adeſt, aut

D iam omninò exiccatus ac concretus eſt, ita vt nihil virtute medicamentorum poſſit ab eo extrahi.

Sed ſi vultis me verum fateri, hæc potiùs imaginaria ſunt, quàm rationi conſentanea; nam in primis facit differentiam inter ſedimentum arenoſum, & ſabuloſum, ita vt ſabuloſum conſtet ex varijs ſubſtantijs, non ex arenulis, vt ipſe loquitur, quæ diuiſio minimè ſubſiſtit,

E In textu enim Hippocratis ſcriptum eſt, vt vertunt plerique, arenoſum, quare arenoſum, & ſabuloſum ſedimentum vnum, & idem ſunt, differentes tantummodo craſſitie; nam ſabulum craſſius eſt arena, quam vulgo ſabione appellamus, vel aliquid ſignificat quod tenuiore aſſiori admixtum apparet oculis noſtris.

Deinde nullum reperitur medicamentum,

tum,

tum, quod ore aſſumptum conterat ea ratione lapidem, vt ab ipſo Mercato ſcribitur. Galenus lib. 10. de ſimpl. med. facult. cap. 3. inquit calculum in veſica non cedere medicamentis frangẽtibus, & quod magis eſt, ait, quod nondum inuenta eſt materia auxilij frangentis lapidem in veſica.

Ad hæc motus illi violenti corporis poſſent facilè inducere hominem calculum in veſica habentem ad aliquod inconueniens, videlicet vel ad vrinæ ardorem; aut aliud quidpiam ſymptoma ab ipſo lapide in motu excitatum, vt eſt veſicæ excoriatio.

Quare hæc, quæ adducuntur à Mercato nõ videntur ſubſiſtere poſſe, à Cardano etiam antea adducta in 79. cõ. lib. 4. aph. iam citati, & eleganter à Ioanne Zechio conciue, & præceptore meo ſatis reprobata lib. ſuarum conſul. 58. ad Flaminium Rotam.

Is eo in loco examinat hunc Hippocratis aphoriſmum, admiraturque Galenum, & omnes quotquot hanc ſententiam interpretati ſunt, qui tam negligenter ipſam præterierint, cum Galenus potiſſimùm in commentario ſcribat infinitos eſſe homines ſabuloſa mingentes, abſque tamen calculi ſuſpicione aliqua.

Quare dicit totam difficultatem poſitam eſſe in hac voce ſabulonis, quam omnes interpretati ſunt ſabuloſa, ſeu arenoſa, & ex mente Hippocratis idem vertens ait, quæ ſequuntur.

Summum Hippocratem nihil aliud intelligere voluiſſe, quàm ſabulum craſſum, cui veluti terra pinguis admixta ſit, hoc eſt, lutoſum, ſiue argilloſum quid, veluti narium mucus matulæ fundo tenaciter inhæreſcens. Quod ſignum pathognomonicum lapidis maioris in veſica concreti eſſe exiſtimat.

Verùm ſi experientiam conſulimus, videbimus neque hoc ſignum eſſe perpetuum. Quot enim obſeruamus homines vrinam facientes, cuius ſubſtantia mucoſa, & argilloſa materia in fundo matulæ agglutinata remanet abſque calculi vel minimo ſcandalo? quare in huiuſmodi morbis nihil perpetuum, quod ſcientiam proferat inuenire poſſumus.

A

Vnde ſi dolorem ex ſitu contemplemur, ſæpè calculi vſq; ad vltimam ſui concretionem nullum dolorem inferũt: deinde quantum fallaciæ habeat vrina, iam audiuiſtis.

B Sunt modò aliæ obſeruationes, quæ his addendæ veniunt, vt impoſitio ſyringæ vſque ad fundum, quæ etiam fallax eſt; aliquando enim lapides membrana quadam inuoluuntur, deinde mouētur per veſicam ab vrina ſuſpenſi, qui nulla ratione dignoſci poſſunt.

Eſt impoſitio digiti per inteſtinum rectum; nam cùm veſica ſit ſuper rectum inteſtinum, videtur ex digiti huiuſmodi impoſitione fieri poſſe, vt lapis dignoſcatur, quod etiam valdè fallax eſt ſignum. C

Scio enim aliquos fuiſſe per ſectionem apertos, in quibus lapis in veſica repertus non fuit, factis prædictis obſeruationibus; aliquibus verò ſcio etiã fuiſſe inuentos calculos poſt mortem, in quibus viuentibus nulla fuit eorum ſuſpicio.

D Tandem eſt experientia Gal. 1. de locis aff. cap. 1. quam etiam 9. ad Almanſorem obſeruat Raſis.

Cum aliquis ſit, qui ſuſpicatur de calculo in veſica, iſque procedat ab hæreditate patris, pudendumque manibus ſcalpat ſæpè erigaturq; ſibi penis frequentius, quàm conueniat, & præter occaſionem, quique mingat difficulter, aut ſupprimatur ei vrina, ſupinus is E collocetur, animaduertaturque, an in hoc ſitu vrinam protrudere poſſit; tunc enim ſignum eſſe videtur lapidem in veſica cõtineri, ſi potiſſimùm ab impulſu ſyringæ lapis cedat, & ſtatim ſequi excernatur vrina.

Eſt etiam aliud ſignum, quod lapidem confirmatum oſtendit, illud verò

eſt i

eſt, quod quando æger mouetur ex ſupino in pronum, percipit grauitatem, modò ad anteriora, modò ad poſteriora regionis ipſius veſicæ.

Hæ ſunt poſteriores obſeruationes à vobis diligenter faciendæ, vt poſſitis deuenire in lapidis veſicæ difficillimam cognitionem: nunc ad prædictionem deſcendamus.

DE FVTVRO EVENTV *Lapidis veſicæ.*

HVius deterrimi morbi euentum bonum expectare difficillimum admodum, & omninò incertum eſt; nam ſi abſque curatione relinquas ægrotantes, miſerè moriuntur, aut diu infelicem traducunt vitam.

Si verò eos curare aggrediaris, citiùs ad mortem properant, quamuis aliqui euadant, ideſt maximo cum vitæ periculo, nec ſine multis laboribus, doloribus, nec non incommodis, vix, & cũ difficultate tolerandis.

Obſeruatum eſt aliquos in actu curationis interemptos fuiſſe; euenit tamen vt aliquando nonnulli, qui ſunt corpore robuſti per ſectionem factam in perinæo, vitam retineant, ſi potiſſimum lapis exiguus ſit, aut magnus quidem, ſed friabilis, qui attritu à forcipe facto comminuatur, & in fruſtula definat.

Quare notitia magnitudinis lapidis poteſt afferre aliquod indicium futuri euentus; nam vbi cognoſcitur magnũ eſse, & durum, fruſtra ad ſectionem deuenire cogitamus.

E contra vbi paruus eſt, & circa os veſicæ, in reliquis bene ſe ſe habente homine, aut puero, eoque robuſto, & forti tam animo, quàm corpore, nullaq; alia ſit ſalutis via, niſi per ſectionem, prędicendum eſt lapidem eſse extrahendũ, nec vnquam abſq; vitæ periculo, quia ſola ſectio in hac parte facta non eſt ſine diſcrimine.

A DE CVRATIONE LAPIDIS *Veſicæ.*

CVratio, quæ debetur calculo in veſica exiſtenti, duplex eſſe poteſt, vna præſeruatoria, alia verò curatoria. Prima ſpectat ad Phyſicum, ſecunda ad Chirurgum.

Prior eſt in duplici differentia; alia, quæ vniuerſalia conſiderat habentia B de toto corpore prouidentiam; alia verò eſt, quæ ſolùm materiam reſpicit in veſica exiſtentem, & quæ apta eſt, & proximè quidem ad lapidis auctionem.

In primis igitur Medici curantis conſilium dirigi debet ad inhibitionem generationis humoris, ne ſcilicet humor in corpore generetur, ex quo fieri poſſit lapis; deinde illũ, qui iam genitus eſt in corpore, ne ad veſicam feratur prohi- C bere.

Primæ indicationi ſatisfacere debet per rectam victus rationis inſtitutionẽ, per omnes ſex res non naturales, qualem omninò diximus conuenire calculos renum patientibus.

Secundæ indicationi occurret tam per chirurgiam, hoc eſt per ſanguinis miſſionem, ſi ea opus fuerit, quam per pharmaciam; nam ſi cognoſcet neceſſa- D rium eſſe corpus euacuare, cum ijs vniuerſum corpus expurgabit, quæ humores craſſos educere valent, de quibus ſępius à nobis actum eſt.

De medicamentis etiam præparantibus humores educendos agendum eſt, de quibus in tractatu de renum calculis in genere abundè diximus, & nunc ad particularia medicamenta deuenire eſt animus, quæ particularem materiam ita E attenuant, atq; incidunt, vt à medicis omnibus dicantur frangere lapides tam in renibus, quàm in veſica, de quibus, vel prolixè tractauimus in curatione de renum calculo.

Eſt tamen dignum animaduerſione ſcripſiſſe Auicennam in calculo veſicæ debere eſſe validiora medicamenta, & in

in minori copia aſſumpta, de quorum materia plura eo loci diximus, addentes nunc multa à Galeno ſcribi tam lib. 8. de ſimpl. med. facult. quàm etiam lib. 9 eiuſdem materiæ.

Vt ſunt medicamentum ex anonide paratum.

Paliuri fructus.

Lapis ophitis vſtus.

Vitrum,

Eſt quoque & lapis Iudaicus, in cote præparatus, & in puluerem redactus, deinde tribus aquæ cyathis acceptus, quem multi lapidem frangere dixerunt, cum tamen idem Galenus 8. de comp. medic. loc. cap. 1. ſcribat ſe eo vſum fuiſſe nullo cum profectu in lapide veſicæ, quamuis tamen in calculis renum mirificè profecerit.

Non deſunt plura alia pharmaca tam ſimplicia, quàm compoſita, inter quæ à Galeno ex inuentione Andromachi vnum proponitur ab ſuas operationes maximè celebratum, quod ad hunc modum componitur.

℞. Sem. dauci,
Aniſi,
Fœniculi,
Cucumeris,
Petroſelini,
Myrrhæ,
Caſſiæ, ana drach. vj.
Diaphœnitidis,
Cinnamomi,
Nardi Celticæ, ana vnc. ß.
Electuarium de oue
Vitro,

Terito, & cum aqua ad parui lupini magnitudinem componito, & ieiunis quotidie per dies xxx. ex aqua cyathis tribus præbeto.

Tantum huic medicamento tribuit antiquitas tempore Andromachi, vt exiſtimauerit ita curare, vt frangat, & paulatim expellat à veſica lapidem, donec ipſam mundificet, ac inde æger lotia omninò pellucida reddat.

Et quod magis eſt optatur, vt non A amplius reuertatur vrinæ difficultas: quod quidem medicamentum, licet multa contineat ad veſicam extergendam idonea, nihilominus in ipſius præparatione nonnulla ſuperſtitioſa ſunt, quæ id ſuſpectum reddunt.

Nam opus eſt, vt ligneo piſtillo, in mortarioque ligneo tundantur omnia; deinde is, qui tundit, anulum ferreum habere minimè debet, calceamentaque B clauis ferreis minimè affixa, quæ omnẽ fidem ab hoc medicamento derogare mihi videntur.

Nec ſatis poſſum admirari Euſtachium Rudium hoc ipſum medicamentum tam laudare, vt dicat cum religione eſſe componendum, ſed videtur tantummodo Galeni verba transferre; nec puto ipſum vnquam probaſſe, quemadmodum etiam & catapotia Heraclidis C Terentini.

Dies non ſufficeret, nec fortè menſis integer, ſi vellem medicamenta vobis in medium afferre, quæ ab antiquis, & recentioribus ſcribuntur; nullus ſane morbus eſt, qui frequentiùs miſeros mortales cruciat, ac faciat calculus tam renum, quam veſicæ: neq; aliquem morbum reperire vnquam poteritis, qui tot præſidia habeat à medicis ſcripta, vt D calculus.

Vnde mea opinione Augenius non ineptè ſcripſit lib. 4. ſuarum epiſt. & cõſult. epiſt. 2. tomi primi, multa ab antiquis Galeno potiſſimum, & Aetio ſcripta fuiſſe tam ſuperſtitioſa, quàm falſa, vt difficile admodum ſit vnum reperire, cui confidere valeamus; inter alia tamen ab antiquis celebrantur hæc.

Electuarium de cineribus.

E Virro,
Sanguis hircinus,
Succus anonidis,
Limoniorum,

Et alia non nulla.

Placet mihi tale genus medicamenti præ cæteris.

℞. Sanguinis hirci præparati, drach. iij.

Suc-

Succi ſaxifragiæ, vnc. j. ſſ.
Miſce, & patienti detur.
Vel ſic.
℞. Sang. hirci præparati, drach. iij.
Olei confecti ex nucleis perſicis, vnc. ij.
Sacchari, vnc. ſſ.
Et detur patienti ſingulo mane.
Deinde curate, vt ſuperbibat vnc. vj. huius decocti per xxx. dies.
℞. Glycyrrhizæ mundæ,
Rad. althęæ,
Maluarum, ana vnc. j.
Milij ſolis, drach. j.
Bulliant in ſufficienti quantitate aquę ſaxifragię vſque ad conſumptionem medietatis, coletur.

Hæc ſunt medicamenta, quæ materiam in veſica collectam attenuant, & ita incidunt, vt poſſit per vrinam extra duci, prohibereque generationem lapidis.

An modò medicamenta hæc per os aſſumpta valeant lapidem frangere atq; ipſum comminuere, vt per vrinam, & cum vrina excernatur, nō admodum certum eſt, quandoquidem non deſunt grauiſſimi authores ſcribentes ſe multoties in praxi vſos fuiſſe ijs medicamentis, quorum fama eſt apud antiquos, & recentiores, & tamen non obſeruaſſe vnquam id euenire, quod ſperabant.

Inter alios eſt Mercatus lib. 4. de internorum morborum curatione cap. 1 . necnon Sanctorius lib. meth. vitandorum errorum in adminiſtratione medicamentor. cap. 4. vbi nititur demonſtrare id nunquam fuiſſe obſeruatum ab aliquo, ſed & impoſſibile omninò eſſe.

Nam, inquit, ad hoc vt indicans ab indicato patiatur, opus eſt, vt nec diminutus ſit, nec abundans, aut extraneum; nam vbi in vno ex his peccat, non poterit indicans ab auxilio pati, at indicans vnum tantum indicat, non plura, ſi igitur auxilium ſit inferius virtutę, aut ſuperius, non poterit agere in ipſum indicans, multo minus ſi ſit extraneum.

At quod medicamenta iam dicta non habeant proportionem cum lapide exiſtente in veſica, & ſint extranea, & per cōſequens nequeant frangere lapidem, probat hac ratione.

Si darentur talia medicamenta illius facultatis, quæ poſſent lapidem frangere in veſica, ſequeretur maximum inconueniens, quia prius viſcera examinarent, inteſtina vel icarent, & antequam poſſent ad lapidis ſuperficiem peruenire, partes illas viuentes per quas tranſire ea oportet, dilacerarent.

Idque experientia probat à medico quodam facta, qui cum per multos dies in calculoſo vſus fuiſſet electuario de vitro appel ato ipſum ægrotantem in dyſenteriam adduxit quare medicamēta, quæ dicuntur lapidem frangere, falsò talia dicuntur, quia lapidem comminuire nequeunt.

Deinde cum ex Ariſtotele primo de gener. actio non fiat niſi mediante contactu, medicamenta autem non tangant lapidem, ſi inde non poteſt, vt ſequatur lapidis attritio.

Vlterius, dato, quod lapidem medicamenta tangant, non propterea ſequitur optatus effectus, hoc eſt, concetto, quod hæc iam dicta auxilia per partes, ac viſcera abſque eorum læſione pertranſeant, virtuſq; ipſorum lapidem attingat, nihilominus lapis non diſſoluitur, aut frangitur.

Probat hanc conſequentiam experientia; nam (inquit) accipiatur puluis ſubtiliſſimus vitri, aut adamantis, quod fortius eſt, inuoluaturq; lapis intro, & ita inuolutus permaneat per integrum annum, nunquam obſeruabitur lapis cōminutus, ſed totus integer reperietur, quod cum ita ſit, falſum eſt exiſtimare poſſe medicamenta per os aſſumpta lapidem comminuire.

Hæc ſunt, quæ difficilem ad iudicandum hanc medicamentorum operationem reddunt.

Ex

Ex altera verò parte non deſunt, & noſtri quidem temporis grauiſſimi authores, inter quos Augenius eſt tom. 1. lib. 4. epiſt. 2. vbi medicamentum ex Raſi 9. ad Almanſ. cap. 14. deſcribit, quo ſpatio quadraginta dierum lapidem vetuſtum in veſica exiſtentem expuliſſe inquit, eoq; medicamento tanquam ſecreto, & magno arcano vtebatur.

Friſimelica, qui fuit magnus medicus, etiam multoties feliciſſimo cum ſucceſſu adhibuit.

Ludouicus Augenius pater eiuſdem Horatij expertus hoc idem eſt.

Apponam hic medicamentum, cùm ſit tam rarum.

℞. Carpobalſami,
Sem. raphani,
Oluſatri,
Cort. rad. opopanacis,
Capparis,
Amygd. amararum,
Baccarum lauri,
Cyperi,
Spicæ indicæ,
Caſſiæ ligneæ,
Cetrach.
Sem. rutæ,
Gentianæ,
Ariſtolochiæ rotundæ,
Aſari cordumeni,
Ammoniaci,
Sagapeni,
Bdellij,
Piperis, ana drach. j.

Diſſolutis gummi ſufficienti oleo abietino malaxentur, & ex eo aliæ ſpecies aſpergantur, ex quibus fiant pilulæ, & ſumatur ex eis drach. j. cum apozemate de ſeminibus.

Idem author in eadem pagina aliud medicamentum deſcribit, quod a quodam Patre è Societate Ieſu fuit adminiſtratum Romæ in puero cuiuſdam typographi, cum iam eſſet in actu, vt à Norcino quodam artifice in perinæo ſecaretur, lapidis extrahendi gratia per ſectionem: medicamentum autem tale, A fuit, vt deſcribitur.

℞. Aquæ vitæ, vnc. ß.
Decoct. cicerum rub. vnc. v.
Millepedarum, ſ. p. drach. ß.

Hoc aſſumpſit puer per multos dies, & tandem fuit ſanitati reſtitutus.

Sed his omiſſis, ne plus tẽporis conteramus in afferendis opinionibus eorum, qui ſcribunt poſſe lapidem in veſica, & renibus à medicamentis conteri, ac frangi, hoc vnum addam, quod ſi B verum eſſet illud medicamentum à Ieſuita propoſitum, longè libentius eo vterer, quam ad compoſitionem aliorum medicamentorum tam longam, & laborioſam deuenirem.

Fruſtra enim ſi per vnum, & ſimplex medicamentum habere poſſumus intentum, quærimus compoſitionem, cuius C inuentio ardua eſt admodum, atq; difficilis, vt de illo poſſe dici exiſtimo, quod Ariſtoteles lib. 1. phyſ. de quadratura circuli ſcripſit, quæ, ſcilicet, ſcibilis eſt, ſed non dum ſcita.

Iam verò in hoc affectu indicans eſt lapis qui duobus modis conſiderari poteſt, vel vt eſt friabilis, nondum ad perfectam duritiem redactus; vel vt iam induratus eſt ita vt ab inſtrumentis ferreis vix frangi poſſit.

D Si primo modo, dico, quod à facultate medicamentorum rectè, & vt decet, compoſitorum, fieri poteſt, vt emolliatur, deinde comminuatur, quare medicamenta huic negotio idonea conſtare debent ex baſi, adiuuantibus, & corrigentibus.

Baſis medicamenti eſſe debet indicatum, quod compoſitum ſit ex emollientibus, attenuantibus, atque inciden-E tibus. Adiuuans verò baſim eſſe debet aliquid quod ducat virtutem baſis ad veſicam; & ſi valida nimis ſit operatio ipſiuſmet baſis, aliqua, quæ ipſam corrigant, ſunt apponenda, & aliqua corroborantia addenda, quę defendant viſcera, per quæ medicamentum tranſire oportet, ne huius tranſitu ipſa lædantur.

Cum

Cum itaque tale componatur medicamentum, fieri poterit, vt non ſit indicatum extraneum, vt dicebat Sanctorius, ſed indicanti proportionatũ, quod ab que aliquo viſcerum periculo poterit ad veſicam peruenire.

Vere enim eſt hæc propoſitio, quod ab Altiſſimo creata fuit medicina propter neceſſitatem, neceſſitas autem à morbis deſumitur, medicina verò omnia remedia ad omnes debellandos morbos, vt habeat, neceſſe eſt, alioquin eſſet dicendum Altiſſimum defeciſſe in neceſſarijs, quod abſurdum eſt dictu, atque impium, iam D.O.M. virtutes tribuit omnibus rebus ſalutares.

Virtutes autem ſunt in herbis, lapidibus, ſuccis, terræ gemmibus, animalibus, partibuſque ipſorum, nec non & metallis, quibus medicina vtitur ad morbos profligandos, ad hæc virtutes indidit medicamentis proportionem habentes cum noſtri corporis partibus, vnde experientia apparet quædam medicamenta agere in determinatas aliquas partes, ac tranſire per alias partes abſque ipſarum alteratione.

Hoc ipſum inter alia declarant cãtharides, quæ ſi admiſceantur medicamentis, ſtatim ſuam virtutem veſicæ communicant. Fiat exempli gratia emplaſtrum capiti, quod veſicatorium appellant, in quo adſint cantharides, v[illegible] veſicam breuiſſimo tempore [illegible] cantharidum aff[illegible] [illegible] parer non eſſe verum [illegible] Sanctorius, nempe, quod [illegible] ta lędant alias partes, antequam ad veſicam ferantur.

Et quantum attinet ad id, quod de illo medico [illegible] qui vſu medicamenti ex vitro interfecit hominem, [illegible], vel quia eo non rectè vtebatur, aut ratione malæ compoſitionis medicamẽti.

Ad illam experientiam, quam adducit ex rebus exterius, ſi per annum lapis inuolueretur in puluere vitri, aut adamantis, quod nihil pateretur, dico, A quod medicamenta operari nequeunt, niſi primum a calore naturali attenuentur, quare aliud eſt loqui de medicamentis noſtro corpori applicatis, & aliud de ijſdem, ſi rebus exterioribus admoueantur.

Si ſermo ſit de medicamentis noſtro corpori, & partibus ſuis adminiſtratis, vel ea ſimplicia ſunt, vel compoſita, & vtroq; modo ſumpta, vel proportionata ſunt, vel minimè.

B Primo [illegible]do, ſi rectè, & vt artis eſt, adminiſtrentur, non faciunt illam tam manifeſtam læſionem, quam pręſupponit Sanctorius; id enim debebat probare, quod medicamenta pro veſicæ lapide comminuendo, vt decet compoſita, & apte applicata inducant læſionem [illegible] lijs partibus, [illegible] viſceribus, per quæ tranſeunt; [illegible] gratis [illegible] propoſitionem aſſumpſerit, ſuis dictis in hoc fides minime eſt adhibenda.

C Concludentes igitur dicimus, quando [illegible] non eſt adeo durus, poſſe nos medicamentis idoneis ipſum comminuere, ac confringere, ideoque licere [illegible] & tentare, vt conſequi poſſimus, quod intenditnus.

Verum ſi ſit induratus nimis, vt ſperare non liceat, fore vt a medicamentis

D comminuatur, [illegible] medicamenta, cum potiſſimum [illegible] inueniri ſit aliquod genus [illegible] quod tutò nobis præbeat id, quod deſideramus, vt x. de ſimpl. med. dicebat Galenus.

Quod ſi aliquando audiamus, aut videamus aliquem [illegible] liberarum [illegible] morbo, quemadmodum [illegible] e

E nemine [illegible] Romano [illegible] ti a Sacerdote [illegible] adminiſtrato, dicatis id [illegible] genus, quibus non [illegible] com[illegible] ex ijs conſtet, [illegible], & eodem modo [illegible].

[illegible] per [illegible] aciam, quæ reteramus, [illegible] mus ſaltem, vt lapis extrahatur [illegible]

facta in inte[illegible] fœmineo, ſeu in perinço, qui eſt locus inter anum & teſtes, quæ à perito Chirurgo rite, & vt artis eſt, tutò, citò, & iucunde fieri oportet.

Sed quia ſupra mentionem habuimus de cantharidibus, non iniuria quiſpiam veſtrum à me percontari poterit, quid ſint cantharides? quaue ratione ad vſum medicum reuocentur?

Pro cuius rei intelligentia, dico cantharides dictas eſſe à ſcarabço, qui cantharus appellatur, quare quando nos dicimus cantharidem idem eſt, ac ſi diceremus paruum ſcarabçum.

Sunt autem eæ animulcula quedam apum, aut magnarum muſcarum inſtar, alas habentia vario colore præditas; non nunquam enim cçruleo, aliquando ferrugineo, & etiam cenericio refulgent colore. Solent deferri à partibus longinquis, quamuis Matthiolo authore frequentiſſimè in Italia, & in frumentis reperiantur: ſtabulantur quoque & in fraxinis.

Earum cæteris præſtantiores ſunt, Galeno authore xj. de ſimp. med. facult. quç in frumentis inuentæ, cingula lutea tranſuerſim ducta in alis obtinent, omnium verò deterrimæ habentur illæ, quæ vnius coloris ſunt, ex Dioſcoride lib. 2. cap. 54.

Huiuſmodi cantharides ad varios vſus ſeruantur; nam hydropicis iiſque, qui pſora laborant, nec non lapidem in veſica patientibus cum profictu conceduntur xj. de ſimp. med. facultat. non tamen ſine præparatione in vſum medicũ veniunt, cum ſint valde venenoſa. & maximè corroſiua, quamobrem ad veſicatoria medicamenta ſunt ſingularia præſidia; nam cuticulam exulcerant extra corpus admota.

Accipiantur, vt xj. de ſimpl. med. facult. à Galeno ſcriptum eſt, & in vas fictile inijciantur, cuius ori linteum obductum ſit, verum neceſſe eſt, linteum rarum eſſe: deinde accipitur vas, in quo ſunt cantharides, & ſurſum reuoluitur, ita vt os, quod tectum eſt à linteo raro, deorſum ſit reuolutum hac ratione, vt per linteı raritatem poſſit halitus ab aceto ſubtus poſito eleuatus penetrare, ita vt ab huiuſmodi halitu ab aceto eleuato cantharides moriantur, quæ vbi mortuæ fuerint tunc præparantur.

De præparatione non omnes conueniunt, quandoquidem alij ſequentes Hippocratis opinionem 4. acutorum penultimo textu, ſimulque & Arabum, dicunt eſſe amputandum caput, alas, atque pedes, ſolumq; corpus præparandum.

Alij è contra Galenum ſectati xj. de ſimpl. med. facult. nec non & com. ſupra dicto 4. acutorum, tenent nihil ab ijs auferendum, ſed relinquenda eſſe caput, alas, & pedes, tanquam antidota quædam aduerſus venenum corporis, quamuis Galenus in hoc comment. afferat duos caſus, in quibus dupliciter fuerunt præparatç cantharides.

Vnus modus fuit amputatis capite, alis, & pedibus; alter modus fuit retentis ijs partibus, & abiectis corporibus, trium ſcilicet cantharidum, quæ ſic prçparatæ his duobus modis, datæ fuerunt hydropicis duobus, qui quaſi eodem modo interempti ſunt; nam in vtroque factus eſt tumor in tibijs, & poſt aliquot dies mortem obierunt.

Ex quo quidem Galeni loco apparet, & corpus & prædictas partes eſſe vnius, & eiuſdem venenoſitatis; quare non video, quomodo nos poſſumus inferre alas, & alias partes eſſe antidotum aduerſus venenum corporis cantharidum.

Quare idemmet Galenus de ſimpl. med. facult cum exiſtimaſſet eſſe eiuſdem naturæ corpus cum prædictis partibus, maluit ipſas cantharides integras præparare, non quidem vt ipſi authores exiſtimant, quod caput, alas, & pedes putaſſet eſſe antidotum aduerſum corpus, ſed quia omnia ſunt eiuſdem facultatis. Ideo audacter ſcribit ſe integros prçparaſſe, & in vſum poſuiſſe.

Prop-

Propterea non poſſum probare deter minationem huius difficultatis, quam doctiſſimus Mercurialis in medium adduxit dicens, quando cantharides ſolæ exhibentur, tunc abijciendas eſſe alas, caput, & pedes, & ſolum corpus præparandum; & quando alijs medicamentis admiſcentur, tunc totas eſſe parandas, huius enim determinationis conſi lium abſque ratione ſcriptum ab eo fuiſſe equidem cenſeo.

Ratio ipſſus eſt, quia cum præparantur, non eſt amplius periculum, quia modus præparandi aufert venenum illud, quod poſſet infeſtare naturam, vbi autem ſunt permiſcendæ cum alijs, tunc quidem non præparantur ſemper, ea propter optimum eſt, vt tunc habeant proprium antidotum, & peculiare remedium, quod eſt in capite, pedibus, & alis.

Sed cum ſupponat Mercurialis partes iam dictas eſſe antidotum aduerſus corporis venenoſitatem, longè melius eſſet, quando ſolæ exhibentur, vt ſuo antidoto præpararētur, ne poſſent venenoſitate malum aliquod inferre.

Deinde cum medicamenta compoſita conſtent ex baſi, adiuuantibus, & corrigentibus, cùm admiſcentur cāntharides alijs medicamentis, vel rationem habent baſis, aut adiuuantis, aut corrigentis, ac quocunq; modo, ſemper opus eſt, vt admiſceantur ita alijs, vt nocere minimè poſſint, quare non eſt neceſſarium ſuum correctiuum, vna cum illis admiſcere.

Sed quemadmodum ſupradiximus ex Galeni ſententia, cùm alæ, caput, & pedes ſint eiuſdem naturæ cum toto, non video, cur magis partes, quàm totum ſit eligendum, aut corpus abſque ſuis partibus: igitur ad libitum præparari poterunt.

Modus itaque præparandi eſt, vt accipiantur cantharides, ſiue amputatis partibus, ſiue vna cum ijs, & exiccentur: deinde in puluerem redigantur, & cum aqua, in qua gummi tragacanthi fuerit diſſolutum, reformentur pilulæ: præterea ponantur in vmbra, & egregiè exiccentur, ac rurſus in puluerem redigantur, & cum prædicta aqua reformentur paſtilli, qui adhuc exiccandi ſunt, & denuò in puluerem reducendi, ſicque ter, & quater, & quinquies agendum, quouſque paſtilli fuerint probè exiccati, tunc ad vſum reponendi, ac in vaſe vitreo ſeruandi: & hæc eſt communis cantharidum præparatio.

Sed iam tempus eſt, vt ad penſum redeam, magis quàm exiſtimabam diuagatus propter varietatem medicamentorum, quæ ab authoribus ſcribuntur pro curatione lapidum veſicæ, de quibus neceſſe fuit nobis pro veſtra vtilitate, prædicta in medium adducere.

Nunc opus eſt, vt ad alias iſchuriæ cauſas properemus, inter quas recenſitum fuit pus in veſica contentum; iam verò cum pus non poſſit adeſſe, niſi vt vlceris effectus, ideo pus cauſa eſt, vt in præſenti tractemus de vlcere veſicæ, & per quàm breui oratione.

DE VLCERE VESICAE

CAPVT TRIGESIMVMSEPTIMVM.

QVAMVIS in fine ſuperioris lectionis dictũ ſit pus non poſſe euenire niſi ab vlcere, id tamen ſano modo à vobis intelligendum eſt nempe pus eſſe effectum immediatè ab vlcere productum, quia ab inflammatione, atq; & ab alijs tumoribus, & abſceſſibus prouenit, & in ipſis generatur, ſed exire ab his non poteſt niſi mediante vlcere, de quo quidem agendum proponitur tanquam de cauſa puris, quod eſt ſolutio continui exiſtens, vel in cauitate veſicæ, aut in ceruice, aut denique in collo eiuſdem.

DE CAVSIS VLCERIS veſicæ.

CAuſæ eſſe poſſunt tam internæ, quam externæ. Interiores ſunt humores acres, & mordaces, ſiue bilioſi ſint, ſiue pituitoſi ſalſi, vel calculus acutus, qui cuſpide ſua membranam internam veſicæ lædat vel vrina acris & mordax, vel (vt Hippocrates, & Galenus 4.aph. 77. aiunt) puſtulæ per internam veſicę membranam diſſeminatæ.

Exteriores verò ſunt quæcunque vulnerare, & lædere veſicã apta ſunt, vt cibi aliquot, vinum generoſum in nimia copia epotum, medicamenta diuretica; vel, vt melius dicam, ipſorum nimius, & intempeſtiuus vſus, venena aſſumpta, inter quæ cantharides non infimum obtinent locum, quæ etiam exterius admotæ veſicam exulcerant; calcanthum etiam in hoc cenſu habetur, ac denique medicamentorum complura acrimoniã in ſe ipſis habentia.

A

DE SIGNIS VLCERIS veſicæ.

HVjuſmodi affectionis non ſolum à veſicæ actione læſa, & dolore, aut poſitu, aut ab ijs, quæ excernuntur, petenda eſt cognitio, ſed etiam contemplari ea ſymptomata, quæ præsẽtia ſunt, oportet, & vt 6. de locis affectis docuit Galenus cap. 2. ex ijs, quæ præceſſerunt,
B coniecturam accipere eſt opus.

In primis enim ſolet, vt capite de iſchuria dicebamus, ſupprimi vrina, ſi non ſemper, ſaltem per vices: deinde dolor percipitur ad pubis regionem, ſi vlcus ſit in cauitate ſi vero in collo, ad penis radicem, & circa perinæum, præſertim quando mingere incipiunt, aut deſinunt.

C Symptomata dolorem ad partes iam dictas exiſtentem conſequi ſæpè ſolent, nempe horrores, ac febres.

Ab exeuntibus tandem, & à modo, quę ſeruant, petenda ſunt ſigna; nam primùm exeunt ſquammulæ graui odore affectę, vel corpora furfuracea ſecum: at certiſſime cognoſcitur vlcus eſſe in veſica, quod Galenus declarauit
D 9. de comp. med. cap. ſi rammentum, aut pus vrinæ admixtum cernatur.

Forte quiſpiam dicet poſſe vrinam exire cum pure, & tamen vlcus non eſſe in veſica, ſed in canali communi.

Galenus 6. de locis affectis cap. 2. ſatisfacit dubitationi quod quando vlcus eſt in communi canali, tunc primò exit pus, hoc eſt ante vrinam, quando verò egreditur admixtum vrinæ, vlcus adeſt
E in veſica.

Deinde dolor inter meiendum in pene percipitur, atque ardor; nec adeſt vrinæ ſtillicidium, ſi vlcus occupet cõmunem canalẽ, quod tamen in vlcere ve

ſicæ

ſicæ adeſt. Quo modo verò diſtinguatur vlcus renum, & vreterum ſupra ſatis declarauimus.

Hæc omnia igitur ritè ſunt perpendenda, ſimulque, & cauſæ, quæ præterierunt, à ſex rebus non naturalibus dependentes, vt recta habeatur vlceris veſicæ ab alijs partibus, per quas vrina tranſit, diſtinctio.

Ad cuius maiorem certitudinem, addo, quod illi, qui vlcus in veſica habent, aut aſſiduè decumbere delectantur, aut vix; nec ſine difficultate erecti ſtare queunt, & quod magis eſt, neque reclinati quieſcunt: hæc de ſignis.

DE FVTVRO EVENTV. *vlceris veſicæ.*

EVentus huius morbi nunquam, aut raro ſalubris eſt; nam ab immenſo, & continuo dolore, quo ægri affliguntur, à febribus, & vigilijs, quæ dolorem hunc concomitari conſueuerunt, & à colliquatione ſequenti, ſæpè perimuntur, alij citius, alij tardius: deinde veſicæ ſubſtantia neruea eſt, & exanguis, quæ conſolidari nequit.

Succedit, quod cauſa fouens vlcus, ſemper præſens eſt quæ tolli non poteſt: ad hæc etiam vlcus in veſica ſolet hominem ad cachexiam, ad hydropem, & tandem ad mortē ducere, ſi potiſſimùm antiquatum fuerit, quamuis vlcus in collo veſicæ faciliùs poſſit curari ob muſculum carnoſum ceruicem inuoluentem.

DE CVRATIONE *vlceris veſicæ, per victus rationem.*

INdicatio vnica eſt in curatione vlceris; nam cùm ſit ſolutio continui, indicat vnionem, at vnio non poteſt à medico induci, niſi ſuis inſtrumentis medijs, nempe diæta, pharmacia, & chirurgia: eſt tamen duplex curatio, A quæ vlceri competit, vna particularis, quæ ſolutam continuitatem reſpicit, & circa eam verſatur; alia verò, quæ humorem illum fouētem corrigere debet, atque inhibere, ne in veſicam feratur.

Primò dicendum eſt de humore vlcus faciente, & qua ratione, quoue cōſilio vti debet medicus, vt humoris acredo corrigatur, atque inhibeatur ferri in veſicam: primæ indicationi ſatisface- B re debet per victus rationem; ſecundæ tum per pharmaciam, tum per chirurgiam.

In primis curandum eſt, vt æger maneat in quiete, animumque ſuum inducat ſine moleſtia, medicorum conſilijs morem gerat, & quantum fieri poteſt, hilariter viuat, ac iucundè, ſomno magis indulgeat, quàm vigilijs nocturno C tempore; exturbareque excrementa debet, nempe clyſteribus, aut ſuppoſitorijs vtatur.

Alimenta boni quidem ſucci ſint, opus eſt, ſed quæ medicamentoſam qualitatem adiunctam habeant, nempe exiccandi: omnia dulcia, vt potè, quæ in bilem conuertuntur facilè ſimulque, & omnia ſalſa, quod pituitam ſalſam generare ſint apta, euitanda veniunt.

D Item amara ac etiam aromatibus cōdita, quod nimium calefaciant, fugienda ſunt: idem quoque de craſſis alimentis, & difficilis coctionis dicendum eſt;

Cæterum, & quæ aceto condiuntur, veſicæ vt pote neruoſæ ſolent nocumentum afferre. Quare alimenta boni ſucci, quæ & exiccandi, & agglutinandi facultatem habent, eſſerantur.

Inter carnes illæ gallinarum, & capo- E num ſunt optimæ, aſſatæ potiùs, quàm elixæ, extremitates tamen, vt ſunt alæ in his valent, hepata ipſarum præcellunt, quod incraſſandi facultate pollēt, pedes caſtrati, aut vituli, in hoc caſu commendantur.

Panis eſto benè coctus.

Vinum album pauciferum cōcedēdum eſt quidem, ſed cum cautela, quandoquidem

quidem opus eſt & potus, & alimenti quantitatem longè diminuere, vt parum comedant,& parum bibant ægrotantes.

Conuenit lac chalybeatum,
Aqua hordei,
Serum.
Oriza in lacte cocta,
Milium, &
Panicum coctum in lacte, quod loco fecculi conuenit.

Ex oleribus,
Conſolida maior.
Portulaca.
Plantago,

Et etiam lactuca in iuſculo carnium cocta, in quo extinctum ſit aurum ignitum, aut chalybs.

Quod ad aerem attinet, cauendum eſt a calido, & à frigido, cùm vterque ſit vlceribus mordax, quamuis alia, & alia ratione; nam calidum mordendo, frigidum conuellendo procedit. Hac victus ratione tum prohibebitur humoris acris generatio, tum geniti attemperabitur acrimonia.

DE CVRATIONE vlceris veſicæ per Chirurgiam.

DE chirurgia vniuerſali ea ratione decernendum eſt, qua pluries in affectibus præter naturam aliarum partium dictum eſt, nempe ſi adeſt indicans, & permittens, mittatur ſanguis; raró tamen in huiuſmodi affectu conuenit ſanguinis miſſio.

DE CVRATIONE VLCERIS veſicæ per Pharmaciam.

QVod ſpectat ad pharmaciam, procul omni dubio humor acris, ſiue bilioſus, ſiue pituitoſus ſalſus extra corpus educi debet, atque à veſica deriuari tum per ſeceſſum, tum etiam per vomitum.

In primis igitur, ſi in ventriculo reperiatur prauus aliquis humor, ſtatim is e-A uacuandus eſt per partes ſuperiores, & ſi in inteſtinis, & in habitu corporis fuerit, cathartico aliquo deturbandus.

Verum non ſimpliciter, & eadem ratione in vtroque caſu procedendum venit; nam ſi in inteſtinis humor paratus repetiatur, coprotico aliquo medicamẽto, ſiue per os aſſumpto, ſiue per partes infernas immiſſo.

Inter alia coprotica, ideſt ſtercoraB ria medicamenta, quæ in hoc caſu probantur, ſunt

Manna fortis.
Mucharum roſaceum, aut etiam
Syr. roſ. ſolutiuus.

Sed maximè hiera picra Gal. probatur mihi, quæ ad hunc modũ ſit parata.

℞. hieræ Galeni
Diacatholici ana drach. v.
Terebinthinę claræ vnc. I.
C Cum ſaccharo, quantum ſufficit, fiat bolus.

Hoc enim ſummè valet ad deturbandos humores in inteſtinis contentos, nec non ad diuertendos eos à veſica.

Vbi verò humores ad habitum ſunt corporis, validioribus educantur: ac ſi bilioſi exiſtant non deerunt medicamenta humores bilioſos pellentia, de quibus ſæpius verba fecimus, vt eſt,

D Rhabarbarum inter ſimplicia, &
Electuarium de ſucco roſarum inter compoſita.

Ad humorem verò attemperandum facit.

Syrupus violatus.
Roſatus.
De nymphęa.
De portulaca.
De granatis, & huiuſmodi.

E At ſi humor eſt ſalſus, tunc præparandus erit ea ratione, qua diximus pluribus in locis, præſertim de hepatis obſtructione, quo præparato, idoneis, & appropriatis phlegmagogis, hoc eſt, educentibus pituitam, euacuandus erit.

At ſi per partes infernas medicamenta immittantur, cauendum eſt, ne acria ſint,

fiat, cùm inteſtinum rectum exulceratæ A veſicæ ſubijciatur, & ab acribus medicamentis facilè vlcus exaſperari poſſit, ideo in decoctionibus laxatiuis, & emollientibus apponere conuenit, vel

Diacatholicon, aut
Diaphœ nic. vel
Electuarium lenitiuum

Ad particularem modò vlceris curationem deuenio, quæ fit exiccantibus, & agglutinantibus, ac etiam abſtergentibus, ſi vlcus ſordidum ſit, quod quidem eſſe poteſt ſecundum magis, & minus; & cùm intentio ſit inducere cicatricem, quæ niſi ſordes auferatur, ea induci non poteſt, idcirco abſtergendum venit tam intus aſſumptis per os, quàm per catheterem in veſicam iniectis. B

Quæ intus in hoc caſu aſſumuntur, ſunt in primis lac aſininum, aut etiam aliquod decoctum, quod tum abſtergẽdi, tum exiccandi facultatem habeat, vt C eſt ex ſalſa parilla, aut radice chinarum, aut guaiaco, aut etiam ligno ſasfras, hoc modo.

℞. ſalſæ parillæ
Rad. chinar. ana vnc. ſſ.
Sasfras drach j.
Rad. dulcis drac. j. ſſ.

Infunde in lib. vna ſeri diſtillati ad balneum mariæ, bull. ſecũdum artem, colletur, & diuidatur in duas partes. D

Cui decocto aliquod imponendum, quod diureticam facultatem habeat, & ſit vehiculum baſis medicamenti, vt Galenus docuit lib. 4. meth. med. cap. vlt.

Quantam habeat præ ceteris omnibus lactis generibus abſtergendi facultatem lac aſinum omnibus medicis in confeſſo eſt, Doſis ipſius ſit ad vnc. vj, ſummo mane per quinque horas ante E prandium aſſumptum.

Antequam tamen lac aſſumatur optimum eſſet, ſi æger votaret huiuſmodi confectionis vnc. ij.

℞. ſpecier. elect. iuſtini.
Therebinthinæ in pulu. redactę ana drach. j.
Sacch. diſſ. in aqua apij. vnc. ij. ſſ.
Fiat confectio in tabellis.

Doſis vt ſupra. Video multa propoſita medicamenta à ſcriptoribus per os aſſumenda, quæ in hoc caſu nullius mihi videntur momenti. Si vultis multa, legite Aetium lib. 11. cap. 22. & Rondeletium de methodo curandorum morborum 48.

Proponitur inter alia iſtud à Dominico Leone.

℞. ſem. cucumeris, alij dicunt eſſe id cucumer aſininum, ſeu ſylueſtrem, alij dicunt domeſticum: mihi magis probatur agreſtis, ſeu aſininus, quia validius abſtergit.
Sem. lini.
Tragacanthi ana drach. ij. miſce.

In decocto propoſito vellem ſemper ebibere aliqua diuretica, vt ſunt,

Quatuor ſemina frigida, aut
Radix apij, vel
Eryngij aut etiam
Petroſelini.

Sed huiuſmodi medicamentum ſi rectè conſideretur, nullam abſtergendi virtutem habet.

Quæ verò per ſyringam inijcienda veniũt, ſunt decoctum ex bordeo cum melle, aut ſaccharo, vel aqua lactis, nẽpe ſerum, cui addatur modicum mellis, aut etiã trochiſc. de karabe ad drach. ij.

Vel etiam decoctum ex guaiaco cum modico mellis, aut ſimilibus.

Vbi abſterſum ſit vlcus, iam cogitandum eſt de agglutinatione, quam & per os aſſumptis, & per ſyphonem iniectis, nec non & externis applicatis aſſequi poſſumus.

Per os aſſumi poteſt illud medicamẽtum, quod Galenus deſcribit libello de facile parabil. cap. 21. & lib. x. de comp. med. local. cap. 1. id eſt.

℞. nucleor. pini
Amygdalar. amar. ana num xx.
Palmulæ, vel
Myrobalani loco palmularũ num. xv.
Tragacanthi drach. iij.

Succi

Succi radicis dulcis drach.ij.
Croci
Myrrhæ ana ſcrup.ſſ.

Vinoque optimo diluantur, & in paſtillum redigantur, & hoc medicamentum ex aqua ad cochlearis menſuram exhibeatur.

Ego in hoc caſu proſequerer decoctum per multos dies cui adderem, quæ adſtringendi facultatem habent, vt

Plantago,
Myrtilli,
Roſæ,
Et id genus.

Neque negligerem propoſitum medicamentum ante decocti aſſumptionē, & per ſyphonem etiam ipſius aliquam

A portionem inijcerem, dummodo dolor aut inflammatio non multum infeſtaret, quo caſu lac chalybeatum immitterem: aut decocto ex cõſolida, roſis, & hypociſtide loco ipſius vterer.

Extra vero conſulo, vt tali vnguento vniuerſa pubis, & perinæi regio vngatur.

B ℞. olei maſtichini
myrtillorum
Cotoniorum ana vnc.j.ſſ.
Styracis liquidæ.
Boli armeniæ ana drach.ij.
Cum cera, quantum ſufficit, fiat vn-
C guentum, vt artis eſt.

Fiat inunctio, aut emplaſtrum: & hæc de vlceris veſicæ curatione.

DE INFLAMMATIONE VESICAE.

CAPVT TRIGESIMVMOCTAVVM.

CVM inter iſchuriæ propriè dictæ cauſas inflammatio veſicæ [illegible] à nobis numerata fuerit, & ipſa hoc loci tractandū proponitur, de cuius eſſentia pluries hactenus [illegible] eſt enim ea morbus communis omnibus partibus, ſed quoniam in [illegible] ſu ſolet lædere veſicæ operationem non modò depravatè, ſed etiam abolitè, ideo de ipſa tamquam de morbo veſicæ particulari in præſenti agere decrevimus.

Alibi dicebamus inflammationis nomine duo eſſe intelligenda, nempe intemperiem calidam ſine materia, & intemperiem calidam cum materia. De hac modo tractandum eſt, quæ dicitur eſſe tumor totius veſicæ, & ceruicis, ſeu colli ipſius impediens vrinæ excretionē.

D *DE CAVSIS INFLAMMATIONIS veſicæ.*

IMmediata, & proxima cauſa inflammationis, quam coniunctam dicunt, non poteſt eſſe alia quàm ſanguis, vel bilis, vel ſanguis, cui admixta ſit bilis, aut pituita, vel melancholia.

Si ſanguis [illegible] phlegmon dicitur; ſi bilis, eryſipelas, ſi verò ſanguini vnus ex prædictis [illegible] admiſceatur, pro
E diverſitate humoris diverſum acquiret nomen, vt ſi bilis admiſceatur, dicitur phlegmone eryſipelatodes, ſi pituita œdematoſa, ſi melancholia ſcirrhoſa.

Antecedentes cauſæ plures eſſe poſſunt, quarum aliæ ſunt præter naturam, aliæ naturales.

Præter naturam ſunt humores prædicti in corpore [illegible], qui [illegible] cumulati, ac parati, vt in veſicam afferantur. Poteſt etiam eſſe hepatis intemperies

ries calida, aut renum inflammatio, vel alia pars vicina inflammata, aut malè affecta,

Naturales cauſæ ſunt aptitudines ad hos humores generandos, vt eſt ætas, habitus corporis, vel complexio calida, aut complicata ex his, quæ poſſunt opē ferre generationi humorum prædictorū.

Non naturales cauſæ ſunt acceptæ ab his, quæ ore aſſumuntur, quæ aguntur animo, & corpore; quæ retinentur, aut euacuantur; aut tandem ab his, quæ extra corpus noſtrum alterant, ſiue nobiſcum neceſſariò, vt eſt aer calidus, ſiue contingenter verſentur: aut ſunt percuſſiones, vlcera, caſus ab alto, & id genus alia, & vt vno amplectar verbo, cauſæ internæ ab erroribus contingentibus in ſex rebus non naturalibus.

DE SIGNIS INFLAMMATIONIS VESICÆ.

QVi veſicam inflammatam habent, circa pubis, & inguinum regionem ardorem percipiunt, & calorem; pubiſque regio ad tactum dura eſt, & cum renixu: ac ſæpè ob vrinæ retentionem intumeſcit.

Febris acuta adeſt, & dolor pulſatiuus, nā aſſociata ſemper eſt inflammatio, qūa cūque in parte fuerit, arterijs magnis.

Quod ad excreta attinet, aliqua exeūt præter naturam; alia è contra non exeūt, & quædam vix, & cum maxima difficultate: per vomitum exit bilis ſincera, per aluum nihil effluit; vnde Hippocrates 3. prog. 2. dicebat, quod venter eo tempore nihil reddit, niſi dura quædam, & neceſſitate coactus.

Tunc fæces à caliditate inflammationis aduruntur, & à tumore inflammationis rectum inteſtinum comprimitur, & quod non caret cōſideratione, eſt, quod ægrotantes metu doloris, qui in egreſſu fæcum excitari ſolet, non audent excernere: aliquando extrema frigent, nonnunquam difficultate reſpirandi va-

A lidiſſimè tentantur.

Quæ vix, & cum difficultate exeunt, ſunt vrina; quæ in exeūdo dolorem infert maximum, quin ſæpè delirant ægrotantes, vigilijs non rarò emaciantur, ac cruciantur: hæc de ſignis.

DE FVTVRO EVENTV INFLAMMATIONIS VESICÆ.

B INter alios morbos veſicæ grauiſſimos, ac lethaliſſimos eſt inflammatio, quam præſertim comitantur praua ſymptomata, nimirum dolor acutiſſimus, & febris, quæ vrinam ſupprimit, aliaque excrementa exire non permittit.

Vnde Hippocrates 3. prognoſt. 2. 3. 4. & 5. textu dicebat veſicam dolentē,

C duramque graue periculum portēdere; ſi verò febre infeſtetur æger, huiuſmodi affectum pernicioſiſſimum eſſe, & lethalem.

Si tamen inflammatio ſit in collo veſicæ ad ſuppurationem veniens, & interiùs in cauitatem reſpiciat, minus lethalis eſt: inflammationem verò in pus conuerſam oſtendit doloris, & febris remiſſio, at intus ruptionem demonſtrat vri-

D na ſanici admixta.

Si tamen parua ſit inflammatio, quæ ad reſolutionem tendat, aut ita ſuppuretur, vt inde vrina exiens ſit cum hypoſtaſi alba, & leui, ac æquali, tunc ſalubrem euentum habebit.

DE CVRATIONE INFLAMMATIONIS VESICÆ PER CHIRURGIAM.

E QVæ ſint indicationes in inflammatione curanda ſuperiùs diximus, dum de iecoris inflammatione, & renum eſſet ſermo, quæ tum à cauſa, tum à morbo, & à ſymptomatibus deſumuntur; nam cauſa auferenda primum eſt antecedens, quæ in continuo verſatur motu.

Deinde cauſa coniuncta, quæ iam fa-

cit morbum: ſi verò aliquod ſymptoma fit, quod vrget, id reſpiciendum, ſin minus cauſæ primò incumbere oportet, quæ eſt in motu; quare curantis medici conſilium eo dirigi debet, vt inhibeat auctionem inflammationis, deinde factam reſoluat, aut ſuppuret. A

Quibus indicationibus, conſuetis ſuis inſtrumentis, & operibus ſatisfaciet, & primò quidem conſiderandum eſt, quomodo inſtrumentum chirurgicum adaptari ab eo poſſit, vt habeat id, quod ab indicante propoſito ſuggeritur. B

Omnes ſcriprores, & Galenus potiſſimùm 13. meth. med. cap. 1 . de curandi ratione per ſang. miſſ. cap. 18. 6. aph. 35. paſſim ſcribunt mittendum eſſe ſanguinem in omni inflammatione, & præſertim in inflammatione veſicæ, ſed circa rectum adminiſtrandi modum, non omnes conueniunt.

Nam primò diſcrepant circa vbi, hoc eſt, ex quo loco mittendus ſit ſanguis in inflammatione veſicæ, quandoquidem Arabes, Raſis maximè 9. ad Almanſ. cum lib. continentis x. cui conſentit Auicennas, dicunt eſſe mittendum ſanguinem ex brachio, & ſignanter ex baſilica ſiniſtri lateris. C

Paulus, & Aetius ne locum quidem determinarunt: alij è contra dicunt ex poplite, aut malleolo, nempe ex ſaphena mittendum eſſe. D

Veram autem eſſe Auicennæ ſententiam, & Raſis, quod nimirum debeat mitti ſanguis ex baſilica ſiniſtri lateris, non dexteri communis eſt opinio.

Inflammatio enim, vel eſt in fieri adhuc, hoc eſt, in principio, & recens; vel iam facta, & antiquata: primo modo mittendus eſt ſanguis à partibus ſuperioribus, & tunc ſi mittitur ex dextra baſilica, periculum eſt, ne ſanguis ille, qui retrahitur, ad iecur feratur, ideoque fieri debet à ſiniſtra. E

Deinde quia, inquit Mercurialis, ab ea parte, ſcilicet ſiniſtra, ſanguis videtur eſſe deterior, quia illa eſt imbecillior, propterea cùm ſucci in ea parte non probè concoquantur, fit, vt ſanguis eius ſit deterior, atque ita ille ſit detrahendus.

Sed ſi huiuſmodi rationes ad Anatomes trutinam redigantur, videbuntur eſſe nullius conſiderationis, primò quidem quia vnica eſt vena caua ortum ducens à iecore, quæ in duos inſignes ramos diuiſa eſt.

Ex his ramis vnum ſurſum, alterum deorſum per corpus natura diſtribuit, venæque omnes tam brachij dextri, quã ſiniſtri ab ipſius trunco enaſcuntur, in quo tanquam in radice continetur ſanguis, quare tam ſi mittatur is à dextro, quàm à ſiniſtro latere, ſemper à iecore trahitur per venam cauã: quare prima ratio non concludit.

Quod ad ſecundam, dico, quod partes ſiniſtræ, & dextræ poſſunt duobus modis conſiderari, nempe vel reſpectu motus, vel reſpectu facultatis naturalis ſuccos omnes concoquentis.

Si primo modo accipiantur, duobus item modis ſumi poſſunt, aut reſpectu motus abſoluti, aut conſtitutionis; nam reſpectu motus dici poterit ſiniſtra debilior dextra, non autẽ conſtitutionis, quia homines vt plurimum partes dextras exercent, rationeque exercitij robur acquiritur maius.

Idemque contingeret, ſi exercerent ſiniſtras; nam & ipſæ robuſtæ fierent exercitio, non ſecus atque dexteræ, quod experientia in quibuſdam apparet, qui vel ſola ſiniſtra manu vtuntur, ac in ambidextris, qui non minus dextra, quàm ſiniſtra manu ſunt prompti.

At ſi conſideremus partes ſiniſtras, & præſertim venæ cauæ, in qua ſanguis continetur, videbimus ab vno, eodemque calore generari, & concoqui humores, tam ſiniſtri, quàm dexteri lateris, quare non poſſum admittere, quod in vena caua ſanguis dexteri lateris ſit magis coctus, & perfectus, quàm ille, qui eſt in ſiniſtro latere: & hæc obiter dicta

hac de re dixiſſe ſufficiant.

Reuertor ad cómunem opinionem dicentium, quod in recenti inflammatione ſit mittendus ſanguis ex inferiori bus, in antiquata verò à contrario, quam determinationē Euſtachius Rudius lib. 2. cap. 41. non admittit.

Iſte eandem ex Galeni doctrina infringere tentat, probareque conatur eſſe ſemper mittendum ſanguinem à partibus inferioribus, nam cùm non [illegible] tur diſtantia, quemadmodum [illegible], ſi ſanguis mitteretur à partibus ſuperioribus, remedium vel nullum, vel tardum admodum eſt, ideoque non ex brachijs, ſed partibus inferni [illegible] eſt ſanguis in inflammatione venæ.

Secundò dicit Galeni ſententiam eſſe, quod ex venis poplitis, aut malleoli [illegible] hoc modo, primò ex ea parte, in qua maior eſt dolor, deinde ſi vires vnicam euacuationem non ferant, ex vtriuſque malleoli venis.

Idque præceptum Hippocratis eſſe ait; nam 6. aph. 36. habetur, difficultatem vrinæ vena ſecta iuuat, ſecare verò interiores quem aphoriſmum Galenus interpretans, primò limitat hanc propoſitionem, nempe venæ ſectio iuuat difficultatem [illegible] quæ ortum duxerit à ſanguinis copia.

Deinde [illegible] Hippocratis mentem, quando dicit, ſecare interiores venas, quod propoſitio intelligitur de venis internis [illegible], non autem de internis manus, quia [illegible] qua dicitur mittendum ſanguinem à partibus ſuperioribus, [illegible] vera eſt, nec H[illegible].

Nam Hippocrates [illegible] ſuis libris, [illegible] præcipit [illegible] è manibus, in inferioribus vero [illegible] venas, quæ in poplite, vel talo ſunt, ſecari iubet.

Sed ea reſponſione [illegible] Euſtachij argumentum; nam in principio inflammationis conſiderare oportet locum, à quo fluit materia; copiam [illegible] Galenus 3. meth. cap. 11. [illegible], at totum corpus plenum eſt, & egeat euacuatione [illegible].

Si prima [illegible] partes [illegible] dās ſit iecur, & humor copioſe, & repente fluat, [illegible] incommodis [illegible] inflammationibus, [illegible].

Quæ [illegible] Galenus de cur. rat. per ſang. miſ. cap. 19. docet eſſe ſufficientem directa ſanguinis à ſuaui [illegible] tione, quādo coxendicis adeſt morbus, hoc eſt partes corporis inferiores [illegible] vt ex venis, quæ ad [illegible] ſunt, cùm euacuandi [illegible] cauſa; ita dicimus agendum eſſe in venæ inflammatione ab initio tam euacuandi, quàm reuellendi cauſa.

Falſum autem eſt, quod Euſtachius ſupponit, nempe diſtantiam debitam non ſeruari; eſt enim [illegible], quæ ad ſuperiores partes [illegible] requiſitis ad veram [illegible], quæ ſunt, vt recte obſeruat Schenckius lib. 14. vitandorum [illegible], diſtantia, humorum [illegible] & valuarum [illegible] conditionis.

Quod ad Hippocratis aphoriſmum [illegible] ſuppreſſionem vrinæ excitatam ab inflammatione iam facta in corpore pleno, non repleto, & proinde ſenſus, quem Galenus affert de interioribus venis [illegible] gradus de venis internis, [illegible] ad malleolum [illegible] poplitis, ita vt propoſitio integra ſit, quod ſuppreſſio vrinæ, ab inflammatione [illegible] ſolatur ex ſectione venæ [illegible] narum malleoli.

Sed non repugnaret Hippocraticæ doctrinæ, ſi per venas internas nos intelligeremus venas iecorarias, quæ ad [illegible] ſunt, quas idemmet Galenus

13.meth.med.cap. 11. & de cur.rat.per ſang miſſ.internis appellauit.

Ita vt ... ſit vrinæ ſuppreſſionem, ſeu vt melius dicam, difficultatem venæ ſecta iuuat, ſecare vero internas res, hoc eſt vrinæ ſuppreſſionem iuuat ſecta vena interna cubiti, inflammatione in initio exiſtente, quare non video cur ſit, quod aphoriſmus hoc modo intellectus non habeat aptam ſignificationem.

B Sit igitur huius rei determinatio, quod in inflammationis veſicæ initio reuellendi cauſa mittendus veniat ſanguis è venis internis cubiti, in inflammatione verò in facto eſſe, non amplius fluente à ſuperioribus partibus in veſicam ſanguine, mittendus ſit largiùs è venis internis partium infernarum, ideſt crurum: & hæc de ſanguinis miſſione.

DE CVRATIONE INFLAMmationis veſicæ per Pharmaciam.

C IN hoc medicinæ inſtrumento adminiſtrando, omni induſtria curandum eſt, vt humor fluens inhibeatur, fluxus verò reſoluatur, id quod fiet tam intus aſſumptis, quàm extra admotis.

Quæ intus aſſumuntur, ſunt duplicis generis; alia enim per infernas partes immittuntur, alia per os aſſumuntur. In his, quæ per partes infernas immittuntur, cùm reprimendi, reſoluendi, & leniendi dolorem facultatem habere debeant, expedit diligenter animaduertere methodum curatiuam.

D Partem enim affectam, & affectionem inſpicere debemus, cauendumque propterea eſt à nimio refrigerantium vſu, ne pars neruoſa nimium, quàm par ſit, refrigeretur, aut exiguus calor mortificetur.

E Quamobrem, vt alibi docuimus, ita tempora inflammationis reſpicere oportet, vt refrigerantia, & reſoluentia admiſceantur, prout in omnibus temporibus iuxta rectam ipſorum adminiſtrationem requiritur.

A Vbi aluus non com... ſiue ante, ſiue poſt ſanguinis miſſionem, parare clyſterem ad hunc modum, qui tum fœces extrahere, tum veſicã inflammatam attemperare valeat.

℞. foliorum ...
Violariæ ana man.j.
Hordei,
Piſorum,
Sebeſten ana num. x.
Q ... ana drach.ij.
Aniſorum,
Sem ... ana drach.j.
Fiat decoctio ſecundùm artem,

B ℞ huius decocti lib.j.
... violati,
Mellis violati ana vnc.j ſſ.
Caſſiæ ſuper extractæ, aut
Diaprunis ... vnc.j.fiat enema.

In ... hoc clyſtere videndum eſt, an dolor vrgeat, qui ſi inſtet grauiter, infundenda ... cum ijs aqua ex oleis anodinis, refrigerantibus, corroborantibus, & mitigantibus, vt

C ℞. olei violati vnc.ij.
Succi ſolani vnc.ij.
Lactis ... ce tepidum.
Vel
℞ ... vnc v
Amygd.dulc.vnc.j.
Anet... vnc.j.ſſ.
Lactis vaccini lib.ſſ.m.

Oleum quoque roſaceum iniectum valet cum ſucco ptiſanæ.

D Poteſt etiam & debet parari inſeſſus ex ... cibus.
℞ ...,
F... ana vnc.ſſ.
Rad ... vnc.j.
Fol violariæ ana p.j.
Sem.dulc. drach. j.
... manipul.ij.

E Fiat decoctio ſecundùm artem, in qua ... non ceſſet, tunc ... ſunt addenda.
℞. pinguedinis gallinæ
... ana vnc.j.
Olei violati

viola-

violati ana vnc.iij.
Opij g.iij.
Myrrhæ drach.j.
Tepida intus per ſeceſſum inijciātur.
In balneo vna pars olei eſt admiſcenda, nempe ex prædictis oleis vnum, vel duo, vt fiat œneleum.

Verùm opus eſt animaduertere, quod opiata, cùm ſenſum partis tollāt, in hoc caſu, non niſi maxima vrgente neceſſitate, ſunt adminiſtranda. Inter alia zazenea mihi ſummopere arridet.

Quæ vero per os aſſumuntur, tum alterandi, tum attemperandi facultatem habeant, ſed à principio inflammationis ex Galeni conſilio 13. meth. med. cap. 11. cauendum eſt, ne ducendi per vrinam facultate polleant, ſed ſolum refrigerandi, vt ſunt,

Syrupus violaceus
Roſaceus
Nenupharinus
De cucurbita
De portulaca
Et quæ ſunt huius generis.

Quæ autem per feceſſum ducunt lenitiua eſſe oportet, vnde in hoc caſu caſſia cum therebintina valet, vt,
℞. Terebinthinæ claræ
Caſſiæ ana vnc.j.

Cum ſaccharo fiat bolus: huiuſmodi medicamentum deriuare poteſt ab ipſa veſica, quemadmodum etiam manna, & diaprunum ſimplex, & quæ ſunt huius generis.

Extra admouentur plura, quæ eandē facultatem habent, cuiuſmodi eſt inſeſſus ſupradictus, factus ex herbarum decoctione; vel etiam irrigatio, aut olea in veſica poſita, atque regioni pubis admota, & alia etiam huius generis, ſub forma vnguentorum, emplaſtrorumue.

At ſi vrina ſuppreſſa ſit, vt exire minimè poſſit, cathetere immiſſo cum maxima agilitate curandum eſt, vt prouocetur. Si verò inflammatio ad ſuppurationem tendat, ſuppurantibus medicamentis eſt agendum.

A At ſi ad ſcirrhoſam naturam conuertatur, emollientibus oppugnanda eſt affectio, quare in primis per os medicamentum exhibendum eſt, quod fœces educat, inteſtina laxet & veſicam induratam emollire poſſit, quale eſt iſtud,
℞. Floris caſſię cum oleo amyg. dulcium extractæ ad vnc j.ſſ.

Deinde bibat ius gallinæ pinguis, aut in quo braſſica fuerit perfectè cocta.

Exterius apponantur, quæ emollien-
B di facultatem habent, inter quæ inſeſſus in decocto huiuſmodi probatur.
℞. flor chamæmeli
Violarum ana pug.ij.
Fol. maluarum
Althçæ ana manip.ij.
Cauhum manip.j.

Bulliant vſque ad conſumptionem medietatis in aqua fontis puriſſima, dein
C de immergatur ſpongia, & regioni pubis applicetur.

Irrigationes quoque ſummè valent, & omnia, quę emolliendi facultatem habent: hæc de pharmacia.

DE CVRATIONE INFLAMmationis veſicæ per Victus rationem.

D IN victus ratione abſtinendum eſt, quantum fieri poteſt, in initio inflammationis à potu quocunque, & maxime à vino, & ab his, quæ ad veſicam ducere poſſunt.

Concedi poteſt ſuccus ptiſanæ diſſolutus in iure pulli, in quo ebullierint,
Lactuca,
Portulaca,
E Scariola,
Endiuia,
Sonchus,
Cichorium,

A carnibus cauendum, ſed in tenuiſſimo victu perſiſtant à principio ad declinationem vſque, in qua paulo plenio‑ri victu vtantur ægri, in reliquis pro ratione agendum, pro vt ſupra plu-

ries

ries in inflammationibus aliarum partiũ dictum à nobis fuit. Nunc tempeſtiuum A eſt dyſuriam explicandam arripere, mox ſtranguriam de quibus in ſequenti.

DE DYSVRIA,
SEV VRINAE DIFFICVLTATE.
CAPVT TRIGESIMVMNONVM.

CVM omnes corporis partes actionibus deſtinatæ poſſint, vt alias diximus, trifariam lædi, vel abolitè, vel diminutè, aut deprauatè, ſeu vitiosè, etiã veſica, cum ſit pars dedita vrinæ ex- B cretioni, totidem modis lædi poteſt, cumque iam hactenus de iſchuria (quæ eſt abolita actio veſicæ) egerimus, oportet modò, vt ad alias differentias læſionis properemus, inter quas primò occurrit dyſuria, hoc eſt, vrinæ difficultas. C

Duobus hæc affectio cõtingit modis; vel enim parum, & guttatim exit vrina, vel cum dolore: aliquando etiam ſine dolore, ſed vix, & longo tempore.

Si exit guttatim, appellatur vrinæ ſtillicidium, à Græcis ſtranguria, ſi verò cum difficultate, & dolore, dicitur propriè dyſuria, ideſt difficultas meiendi: at ſi vix, & longo tempore, vocari D poteſt diminuta actio veſicæ.

Verùm cum prẹter has læſionum differentias alia ſit, in qua vrina non poteſt contineri, videtur etiam reponenda inter ſpecies actionis veſicę deprauatę.

Vnde Euſtachius Rudius lib. 2. c. 24. in initio capitis dicebat actionem veſicę E poſſe tripliciter deprauari vel cum vrina citra voluntatem egreditur, & [illegible] in[illegible] vocatur, vel excernitur cum dolore, aut ardore, & vrinæ [illegible]licium.

Sed hic author valdè decipitur, atque [illegible] contra [illegible] ct: dum [illegible], quæ involuntarius exitus vrinæ, non ſpe-

ctat ad actionem veſicæ, vt veſica eſt, ſed ad muſculum, vnde Galenus 5. de par. 25. cap. 5. dicebat veſicam [illegible] factã ad colligẽdam vrinam, eamq; excernendam.

Muſculum verò ſigmoidem addit ori ipſius appoſitum ſimile ad vrinæ exitum B moderandum, prohibendumque, ne intempeſtiuè a veſica pelleretur, quare vbi ceſſat ab actione hic muſculus, vrina exit, ac ideo exitus vrinæ inuoluntarius potius dici debet muſculi abolita, quàm C veſicæ deprauata actio.

Præterea ſibi ipſi aduerſatur dicens inuoluntarium exitum vrinæ ſpectare ad actionem veſicæ deprauatam, nam in hoc præcitato capite, quatuor ipſe met affert rationes, quibus probat veſicam non retinere vrinam, hoc eſt non habere facultatem retentricem, ſed retineri eam à muſculo, retentionemque eſſe D opus animale, non naturale.

Hæc ſunt eius verba: Galenus nonnũquam in [illegible], aut etiam ſtranguriæ [illegible], & labefacta[illegible] veſicæ [illegible] entricem proponit, per co[illegible] m intelligit, quæ non ſi[illegible] ſed [illegible] ope E ſit, quia [illegible] veſicam pro quodam aggregato [illegible] quæ carnoſa & [illegible] culoſa eſt. Si igitur retentio vrinæ [illegible] ſpectat ad veſicam, nec in [illegible] exitus erit referendus [illegible] actio [illegible].

[illegible] accipiatur etiam veſica [illegible] veſicæ, ce[illegible]cis, & [illegible], non tãẽ huiuſmodi

modi exitus vrinæ poterit referri ad depravatam, ſed ad abolitam actionem muſculi; non poterit igitur contineri ſub duabus prædictis differentijs, dyſuriæ, ac ſtranguriæ, de quibus agendum primò proponimus, dicturi poſtea de vrinæ incontinentia.

Quamuis à multis vno capite tractentur dyſuria, & ſtranguria, exiſtimamus tamen vtilius eſſe ad faciliorem tyronũ intelligentiam de vnaquaque affectione ſeorſum pertractare, vt inde clarior res ipſa euadat, nec aliqua earum differentia nos effugere poſſit.

Ad dyſuriam, itaque accedimus, de qua inquirenda eſt natura, ſeu eſſentia, cauſæ, ſymptomata eam ſignificantia, nec non futurus euentus, ac denique curatio per ſingula medicinæ inſtrumenta.

Quod ſpectat ad eſſentiam, cùm dictum ſit nihil aliud eam eſſe, quàm meiendi difficultatem, erit profectò affectio veſicæ præter naturam, in qua vrina mictionis tempore exit cum dolore, aut ardore, nihil, aut parum vrinæ mutata quantitate, ſiue continua, ſiue diſcreta ſit.

Eſt in ſumma impedimentum, quo minus vrina liberè exire poſſit, ſiue modò tota quantitas in cauitate exiſtens exeat, ſiue minimè; percipiunt enim ægrotantes in exeundo dolorem, aut ardorem.

Hoc loci volo vos monitos attuliſſe Arabes aliud caput vrinæ impeditæ, quã paucitatem vrinæ vocant, quæ cum oriri poſſit, vel ratione potus penuriæ, aut paucitatis, vel ratione habitus corporis exiccati, ſiue quod vrina aliunde auertatur, non videtur poſſe reponi inter veſicæ affectus, proinde non erit præſentis inſtituti.

Verùm quia ad ipſam dyſuriam ſpectare videtur illud vrinæ impedimentũ, in quo vix vrina, tardè, & in pauca copia exit in meiendo, ideo ipſum ſub dyſuriæ nomine comprehendemus, cum

A tamen magis ad actionem diminutam veſicæ, quam deprauatam faciat; ſunt etiam aliqui, qui ſcribunt totam dyſuriam ſpectare ad actionem diminutam.

DE CAVSIS DYSVRIAE.

EAdem prorſus cauſę huius affectus eſſe poſſunt, quas diximus capite de iſchuria, nempe vel inflammatio, aut B abſceſſus, vel etiam vlcus veſicæ, aut canalis cõmunis: eſt etiam intemperies aliqua nimium, quàm par ſit, calida; intemperies quoque frigida cum copia pituitoſi humoris, aut etiam valdè ſicca, quemadmodum Galenus ſcribit lib. de vſu partiũ de illo iuuene, cui vrina retinebatur ob inductam in corpore glandoſo exiccationem.

Flatus quoque ponuntur pro cauſis C dyſuriæ: huiuſmodi tamen cauſæ, & ſi communes exiſtãt cum ijs iſchuriæ, ſunt tamen minus vehementes, quàm in illa, quæ etiam immediatæ cum ſint, habent & ipſæ ſuas cauſas exteriores à quibus proficiſcuntur, quæ à ſex rebus non naturalibus petuntur, de quibus ſæpius.

DE SIGNIS DISVRIAE.

D

EX ſymptomatibus quædam hanc affectionem demonſtrant, quædam à morbis prædictis immediatè prodeunt declarantia cauſas potiùs affectionis, quàm affectionem ipſam, de quibus actum eſt ſuperiùs.

Ne igitur nugari videar, illas ſilentio inuoluo, & quæ affectionem ipſam ſignificant, aperio; ſcripſit enim Galenus, vt E alibi dicebam, omnia in omnibus docere eſſe potiùs nugacitatis, quàm doctrinæ ſignum.

Affectio igitur, nempe dyſuria abſq; difficultate deprehenditur à dolore ſæuo, & maximo, qui tempore mictionis vrget, reliquo verò tempore, aut nullus, aut exiguus admodum percipitur, aut à diffi-

difficultate, quam in meiendo ægrotus ſentit; nam vix, & longo tempore vrinam excernit, & hæc minus moleſta eſt altera.

DE FVTVRO EVENTV *Dyſuriæ*.

QVid de euentu dyſuriæ prædicendum veniat ac ſperandum, cauſæ à quibus ipſa prouenit, faciſè declarare poterunt.

Si enim in ſenibus dyſuria ex intemperie frigida prouenit, non ſecus atque alij morbi frigidi, periculo non vacat.

Si verò in malignis, aut ardentiſſimis febribus dyſuria ſuperuenit, malè eſt; nam non modò veſicã affectam eſſe, verùm omnes neruoſas partes arguit.

Tandem difficultas vrinę ſalubris eſſe poteſt, quæ cum paruo dolore fit, ſi potiſſimùm homini robuſto, & iuueni euenerit; omnium minus infenſa eſt, quæ ſine dolore, aut ardore in vrinæ excretione contingit.

DE CVRATIONE DYSVRIAE *per victus rationem*.

IN omni morborum curatione regulari ſemper reſpicienda primò eſt cauſa quam auferre conuenit; nam niſi auferatur, nec poterit tolli morbus.

Iam verò cum plures cauſæ à nobis ſupra allatæ ſint, ſolùm de cauſis dyſuriæ differentes ſecundùm magis, & minus verba faciemus; verùm vna præ cęteris ſolet ſępiùs dyſuriam facere, hæc eſt intemperies frigida cum materiæ pituitoſæ copia, ideo de huius curatione magis ſolliciti eſſe debemus.

Conſilium igitur medici eò dirigi debet, vt ipſa amoueatur intemperies, quod conſequi nunquam poterit, niſi cauſam ipſius fouentem auferat, quæ eſt pituitoſus humor, cuius generatio inhibenda eſt per ordinatam victus rationẽ.

In alimentis quidem opus eſt ſubſtantiam, quantitatem, & qualitatem reſpicere; boni ea propter ſucci eſſe oportet, & facilis coctionis, in pauca etiam quãtitate; quo ad qualitatem debent eſſe aliquantulum calida, & vrinæ ciendæ facultatem habentia, proinde cum his admiſcenda ſunt ea, quæ vrinam mouere poſſunt, vt

B

Petroſelinum,
Apium,
Fœniculum,
Aſparagus,
Daucus,

Cicer rubeum, aut nigrum etiam cõuenit.

Interdum aromatibus cõdienda ſunt, nimirum

C

Caryophyllis,
Maci,
Galanga,
Zingibere,
Aniſo, & huiuſmodi.

Pro potu aqua mulſa cũ aromatibus cocta propinetur: vinum quoque optimum album conuenit.

Sed fortaſſe veſtrum quiſpiam dicet, cur in iſchuria inhibentur diuretica præſidia, & conceduntur in dyſuria, cùm dictum ſupra ſit eaſdem eſſe iſchuriæ, &

D

dyſuriæ cauſas ſecundùm magis, & minus rantummodò differentes?

Reſpondeo, quod non in omni dyſuria diureticis vtendum ſit, ſed in illa, dumtaxat, quæ à frigido ortum ducit, nequaquam autem in ea, quæ ab inflammatione producitur. In iſchuria verò minimè vſurpanda ſunt diuretica, à quacunque cauſa proficiſcatur; at in dyſuria, quæ à frigido fit, poſſunt aſſumi.

E

Et ratio eſt, quia in iſchuria vrina nõ exit, proinde periculum eſſet, ne ex diureticis maior copia humoris duceretur ad veſicam, hinc maior fieret ſuppreſſio, at in dyſuria vrina exit, & ſic adiuuatur diureticis auxilijs.

Aer calidus eligendus eſt: exercitium eſſe debet moderatum, & omnes aliæ res non naturales, ex quarum moderatione

tione humorum frigidorum inhibebitur A prorſus generatio.

DE CVRATIONE DYSVRIAE per Pharmaciam.

QVi verò humores iam geniti ſunt in corpore, educendi extra veniunt, ne in veſicam dilabantur, verùm cùm craſſi, & frigidi ij exiſtant, prius præparari poſſunt hoc ſyrupo.

℞. ſyr. de bettonica,
Capilli veneris ana vnc. j.
Decoct. bettonicæ,
Pulegij,
Fœniculi,
Origani vnc. iiij.

Poſt præparationem extra corpus deturbandi veniunt tali, aut ſimili medicamento.

℞. decoct. ſcordij,
Arthemiſiæ ana m. j.
Pulegij,
Origani;
Hyſſopi, ana manip. ſſ.
Citrij, vnc. ſſ.
Cinnamomi, drach. ij.
℞. huius decocti vnc. iiij.
Et infunde
Agarici trochiſcati drach. ij.
Salis gemmæ drach. ſſ.
Facta expreſſione diſſolue.
Syr. Magiſtri Auguſtini,
Mell. roſ. ſol. ana vnc. iij.
Elect. indi maioris vnc. ſſ. fiat potus.

Purgato corpore ad calefacientia, & reſoluentia humorem frigidum deueniendum eſt, tam intus aſſumptis, quàm extra admotis medicamentis.

Intus aſſumuntur.
Diagalanga,
Diacinnamomum;
Diaciminum, doſis eſt à drach. j. ad drach. ij.
Diacalaminthes,
Dianiſum,
Theriaca,
Mithridatium: doſis eſt drach. j.
Cum modico vini albi, aut mulſæ.

Exteriùs verò applicantur circa pubis regionem olea calida, vt

Caſtorei,
Liliorum alborum,
Anethi,
B Scorpionum,
Rutæ,

Ex quibus fiunt inunctiones, vel fomenta, aut irrigationes, aut in veſicis ponuntur, & parti iam dictæ applicantur.

Proficiunt etiam, & decocta facta ex
Origano,
Pulegio,
Ruta,
Maiorana,
Bettonica,
C Arthemiſia,
Abrotano.

Ex quibus decoctis, & inſeſſus & irrigationes ſupra regionem pubis fieri con ſueuerunt.

Nonnunquam verò ſimul cum decocto hoc prædicta olea loco clyſteris immittantur per ſedem.

Si autem à flatu oriatur dyſuria, diſcutientibus flatum tam per interna, quàm per externa vtendum eſt.

D Si a febre ardenti, aut maligna fiat; pugnandum eſt aduerſus febrem ſuis auxilijs, vt anno elapſo dictum fuit, dum de febrium curatione agebamus, & quod de febre dicitur, id intelligendum eſt de alijs cauſis, ſicut etiam in cauſis iſchuriæ dictum fuit: & hęc de curatione dyſuriæ: tempeſtiuum eſt, vt ad ſtrā-E guriæ tractatum deueniamus.

DE STRANGVRIA; SEV VRINAE STILLICIDIO.

CAPVT QVADRAGESIMVM.

QVAMVIS aliqui ſint, qui ſcribant dyſuriam pertinere ad veſicæ diminutam actionem, exiſtimamus tamen nos eam eſſe in duplici differentia, vt ſupra dictum eſt, vna in qua vrina exit cum dolore, & ardore, & labore, ſiue tota affatim, ſiue paulatim exeat, altera verò, in qua vix, & cum longo tempore, & difficultate quidem exit, ſed abſque aliquo dolore.

Harum prima refertur ad actionem deprauatam; ſecunda poteſt referri ad veſicæ diminutam excernēdi actionem, ſtante hac diuiſione dicimus ſtrāguriam eſſe de genere dyſuriæ; nam vrina cum difficultate, dolore, & aliquando etiam ardore exit.

De ſtranguria igitur in præſenti agendum proponitur, quæ à noſtris vrinæ ſtillicidium appellatur, aliqui verò ſubſtillum vrinæ dicunt; ita appellata eſt hæc affectio, quòd vrina ſtillatim excernatur, vt docet Galenus 7.aph.45.

Cùm igitur vrina ſtillatim, guttatimque reddatur, poteſt & ipſa duobus modis exire, vel cum conatu, & vehementi irritatione, & dolore; vel cum conatu quidem, ſed abſque dolore.

Primo modo, tum dyſuriæ, tum iſchuriæ permiſtas cauſas habet; nam quia guttatim ſtillat, iſchuriæ effigiem repræſentat; quod vt ardeat, ac ſtimulet, ad dyſuriam referri videtur. Secundo modo eaſdem cauſas cum iſchuria obtinet, ſed leuiores, inde videtur diminuta iſchuria.

Nam ſi quæ à Fernelio doctè admodū dicuntur, ſpeculemur, facilè dignoſcemus ſtranguriam eſſe affectionem quandam mediā inter iſchuriam, & dyſuriam.

A Stranguria igitur, quo ad propriam eſſentiam ſpectat, eſt quando vrina guttatim, & frequenter exit; nam ſi exeat guttatim, & non frequenter ad dyſuriā, aut ad diminutam iſchuriam referri poterit.

Character itaque ſtranguriæ eſt, vt vrina, & guttatim, & frequenter exeat, quare ſymptoma erit dicenda in genere actionis, nempe excretionis vrinæ de-
B prauatæ, 6. de locis aff. 2. ideoque locus affectus in ipſa ſtranguria non poteſt eſſe alius, quàm veſica.

DE CAVSIS STRANGVRIAE.

SYmptomata in actionibus læſis ſequuntur proprios morbos, qui eſſe alij nequeunt, quàm proprij partium ſi-
C milarium, vt intemperies, vel partium organicarum, vt mala compoſitio, vt eſt tumor, inflammatio, lapis in veſica, aut pus, aut ſanguinis grumus, vel tale quidpiam, vt in iſchuria dictum fuit, vel ſolutio continui, quæ eſt morbus cōmunis tam partibus organicis, quam ſimilaribus.

Intemperies igitur inducit ſtranguriā
D duobus modis per ſe, & per accidens; primò quidem, quia cùm ſint inæquales, inducunt dolorem; per accidens verò, & ſecundariò quia, vt Galenus docet 5. aph.58. imbecillitas fit propter intemperaturam, ſi immoderata fuerit.

Per accidens igitur intemperies inducunt ſtranguriam, quia veſicam debilitant, vt idem Galenus ſcriptum reliquit 3.epid.com.1.tex.4.6. de locis aff. cap.
E 4. quod vbi ab intemperie veſica fit imbecillior, læditur propria eius actio, quæ eſt vrinæ excretio: at intemperies, vel calida, & ſicca; vel frigida, & humida; aut

aut calida, & humida; præterea intemperies calida tam ſimplex, quàm aſſociata ſiccitati conſiderati poteſt reſpectu veſicæ, aut vrinæ ad ipſam confluentis.

Primo modo, inducere poteſt dolòrem in veſica; at ſecundo modo, quia nimium calefacit, vrinam acrem, & mordacem reddit, & hoc eſt, quod Galenus 58. aph. 5. particulæ dicebat, nempe ſtanguriam fieri ab imbecillitate potentiæ retentricis in veſica, nonnunquã verò ex acredine vrinæ, & 3. aph. 16.

Verùm quando ex intemperie, & acritudine lotij fit ſtranguria, non eſt propria veſicæ affectio, ſed per accidens ipſa læditur. Vnde idemmet Galenus dicebat acritudinem fieri, aut propter renũ paſſionem, vel quia talis ad ipſos venit ex venis ſuperfluitas ſeroſa percolata.

Quare intemperies calida eſſe poteſt in renibus, aut hepate, à qua lotium acrimoniã acquirit, quod inde ad veſicã delatum eam mordet, & ad excernendum irritat, 3. aph 16. citato.

Verùm frigida intemperies, tam ſimplex, quàm humiditati ſociata ſtranguriam inducit veſicam debilitando.

Sed hoc loci non negligenda oritur dubitatio, quæ eſt, quod Galenus 3 aph. 16. cum ſcripſerit octo eſſe intemperantias, aut immoderantias, in ſingulis earum debilis veſica erit, idcirco ad eas vrinæ ſtillicidia conſequuntur.

Iam verò, & vrinarum acrimoniæ à quibuſdam fiunt intemperaturis, ſed potiſſimùm ab ea, quæ eſt ſecundùm caliditatem; deinde ab ea, quæ eſt ſecundùm caliditatem, & humiditate, tertiò ab ea, quæ eſt ſecundùm humiditatem.

Altimarus, Mercurialis, Foreſtus dicunt textum Galeni eſſe hoc loci depravatum, tam in codice græco, quàm in latino, quia à calida, & humida intemperie non poteſt fieri acredo in vrina, multo minùs ab humida ſolùm.

Quare legendus eſt textus heri primũ ab ea, quæ eſt ſecundùm caliditatem.

A Deinde ab ea, quæ eſt ſecundùm caliditatem, & ſiccitatem.

Tertiò ab ea, quæ eſt ſecundùm ſiccitatem.

Sed doctiſſimi hi authores decipiuntur quàm maximè, aliud enim eſt loqui de intẽperiebus partium corporis; & aliud eſt loqui de aeris intemperiebus.

Si primo modo conſideremus intemperies, vera eſt horum authorum ſentẽ-
B tia, quia ad inducendam acrimoniam in vrina, eſt opus, vt intemperies ſit calida, vel calida, & ſicca, vel ſicca, vt in hepate, in renibus, aut venis.

At ſi ſermo ſit de aeris intemperiebus, de quibus hoc loci loquitur Galenus dico, quod ab aeris calida, & humida intẽperie poteſt induci acredo in vrina, quia ex huiuſmodi intemperiebus multiplica-
C tur putredo, à qua fit in vrina acrimonia.

De his igitur intemperiebus loquitur Galenus, vt ſua ipſius teſtantur verba; nam cùm attuliſſet morbos veſicæ, à quibus fit ſtrãguria ſubiungit; nũc enim non de his ſermo exiſtit ſed ſolùm de illis, qui ex malo victu habent occaſionem.

Quare non eſt opus textum corrigere, quod etiam Euſtachius Rudius adnotauit lib. 2. de humani corporis morbis
D medendis cap. 44.

Morbi in compoſitione ſunt humores præter naturam, tam in veſica euenientes, quàm in partibus circumuicinis, vt est inflammatio in recto inteſtino, aut in vtero in mulieribus, aut etiam in renibus, quare veſica poteſt pati ſtranguriam per ſe, & per conſenſum.

Per ſe quidem, quando inflammata eſt, aut alio morbo, ſiue ſimilari, ſiue
E organico affecta: per conſenſum verò à partibus circumuicinis, idque contingit duobus modis; vel enim renes affecti ſunt, aut vterus, aut inteſtinum rectum.

Si primo modo renibus conſentit, id patitur veſicæ, ratione lotij male ſe habentis, ad ſe atque fluentis: ſi verò ſit conſenſus ab inteſtino, aut vtero inflammato, id contingit veſicæ ratione

vicinitatis, quia tum intemperiẽ, tũ inflammationem percipit, tum quia à tumoribus comprimitur, & coarctatur.

Morbi igitur, ob quos actio veſicæ excretrix in ſtranguria læditur, ſunt iam dicti, nec non, & illi, qui in via appellantur, de quibus in iſchuria dictum eſt: ad hæc etiam, & vlcus veſicæ, qui morbi ſuas habent cauſas tam internas, quã externas, quæ petuntur à rebus naturalibus, præter naturam, & non naturalibus.

Cumque de his à nobis ſæpè actum ſit, ne videar velle fruſtra tempus contere in iiſdem rebus, eas ſilentio inuoluo, & ad ſymptomata naturam præſentis affectionis declarantia accedò.

DE SIGNIS STRANGVRIAE.

ALia ſunt ſymptomata, quæ ſequũtur eſſentiam ſtranguriæ; alia vero, quæ à morbis eam facientibus proficiſcuntur: quæ à ſtranguria prodeunt ſunt deſumpta à modo exitus vrinæ, quæ vt dictum eſt, guttatim, & frequẽter manat, ſæpè cum dolore, nonnunquam cum ardore.

Cognoſcitur autem eam prouenire ab vrinæ acredine, quando in veſicæ ſubſtantia nulla ſit labes, neque vlcus, aut inflammatio, vel aliquid a [illegible] ipſius cauitate contineatur, quod ab ante acta vita confirmari licet, ex qua potuit multa copia humoris bilioſi generari; ex habitu corporis bilioſo; ex complexione calida: ab ætate etiã [illegible] vel à mala rerum diſpoſitione [illegible] inflammatione præſenti, aut p[illegible]ta.

Iiſdem notis co[illegible] calida: f[illegible]da autem habe[illegible]r ex ardoris priuatione, ex vrina exe[illegible]te, quæ cruda eſt; a[illegible] ætate declinante: a c[illegible]e x one frig[illegible], & [illegible], & ab habitu corporis p[illegible], denique, & à v[illegible] ætate [illegible].

Re[illegible]s digno ſcuntur, vt [illegible] & alii tumo-

A res. Iuuantia quoque, & nocentia non minimam cognitionis ſignificationem afferunt, vt ſæpe dictum eſt a nobis.

DE FVTVRO EVENTV *ſtranguriæ.*

FVturus euentus huius affectionis nõ eſt ſemper inſalubris, ſed quandoque ſalubris: ideo ad ipſius rectam, & ſe-

B curam prædictionem faciendam cauſas, ipſarumque cauſarum vehementiam, & benignitatem reſpicere oportet, deinde ægrotantis tolerantiam, medicamentorumque applicationem, nimirum inſpiciendum eſt, an quæ iuuare ſoleant, iuuent, aut nihil iuuent, aut noceant.

Tandem ſymptomata, & ipſorum vehementiam, & benignitatem contem-

C plari eſt neceſſe, à quibus poſtea, quid ſperare poſſit medicus, faciliimè inferendum erit.

Si ab vrinæ acrimonia affectio fiat, poterit ablata acrimonia curari: at ſi ab intemperie frigida, in corpore ſenili, quæ idoneis non cedat medicamentis, ſuccedantque praua aliqua ſymptomata, vt febris, conuulſio, & alia huiuſmodi, euentus erit malus.

Quemadmodum ſi ab inflammatio-

D ne veſicæ, aut inteſtini recti, vel in mulieribus vteri, difficilis admodum erit iudicium, & magis timendum eſt, quàm ſperandum: hæc de præſagijs.

DE CVRATIONE STRANguriæ per victus rationem.

CVratio huius affectionis ab indica-

E [illegible]us proficiſcitur, quæ à cauſis, & à morbo ſunt petendæ, ſiue cauſa ſit vrinæ acredo, ſiue aliquid aliud ad veſicam ſpectans, vt intemperies aliqua, aut morbus in compoſitione, aut in ipſius ſoluta vnitate.

Si ab vrinæ acrimonia, aut ab intemperie calida, cauſa auferenda, nempe humor acris, & mordax, deinde morbus

bus: igitur refrigerare eſt opus vtrobique, atque humoris acrimoniam attemperare: ſi intemperies eſt frigida, calefaciendum eſt; ſi vlcus, vniendum, quemadmodum diximus capite de iſchuria ex ſuis cauſis, & ſic de alijs morbis.

Sed quoniam de ardore ortum ducente ab vrinæ acrimonia dicturi poſt hunc tractatum ſumus, cui eadem prorſus debetur curatio, in hoc præſenti affectu attingam tantum eam curationẽ, quæ competit intemperiei frigidæ, quæ calefactionem, tanquam proprium, vt dixi, auxilium requirit.

Quamobrem ſiue a victus ratione accipiantur auxilia ſiue à pharmacia, opus eſt, vt calefaciendi facultate polleant.

Quare in primis victus ratio debet eſſe talis, quæ generare bonum ſanguinem ſit apta, deinde medicamentoſam qualitatem adiunctam habeat.

Aer igitur calidus, & ſiccus eligendus eſt, qui ſi non ſit talis à natura, compareturigne, ſuffumigijs, & alijs calefacientibus ambientem.

Inter alimenta panis cinnamomo, aut aniſo præparatus eſt optimus.

Carnes perdicum,
Attagenum,
Turdorum,
Turturum,

Et huiuſmodi generis volatilium con ueniunt aſſatæ vino maluatico, & cũ rebus aromaticis paratæ, vt

Cinnamomo,
Caryophyllis,
Nuce muſcata,
Zingibere,
Et huiuſmodi.

Si tamen aliquando omnes ſit vti carnibus elixis cum illis bulliant,

Sem. dauci,
Apij folia, & radix,
Maiorana,
Et huiuſmodi.

Vinum album, odoriferum, ſed moderatè ſumptum pro potu conuenit, vel aqua cinnamomi, vel in qua modicum

A radicis coſti ebullierit.

Somnus procurandus eſt, quantum fieri poteſt.

Exercitiũ moderatũ etiam proficit.

Animi pathemata vehementia ſunt euitanda.

Aluus lubrica ſeruanda, aut clyſteribus irritanda, qui ſubducendi facultatem habeant, vt inde à veſica ad inteſtinum humores frigidi retrahantur, ſimulque,

B que, & calefiat veſica refrigerata.

DE CVRATIONE STRANguriæ per Pharmaciam.

PHarmacia corpus purgandum eſt, ſi opus fuerit, tum cacochymiam pituitoſam euacuando, tum quoque eam deriuando. quæ ad veſicam confluit.

Plures ſyrupi ſunt ad pituitoſam materiam præparandam, vt eſt,

C Oxymel compoſitus,
Syrupus byzantinus,
Rhodomel,

Et alij huius generis, de quibus pluries dictum fuit.

Præparati humores iam educendi veniunt præſidijs idoneis, quorum præcipuè placet.

Rhodomel ſolutiuum,
Syrupus Magiſtri Auguſtini,
D Ex ſucco roſarum, ſena, & agarico.

Adhiber etiam, cum libuerit,

Caſſiam cum electuando, ad hunc modum.

℞. Caſſiæ recenter extractæ,
Elect. Indi maior. ana vnc. ſſ.
Terebinthinæ claræ drach. vj.
Cum ſaccharo, quantum ſufficit, fiat bolus.

E Huiuſmodi medicamentum à veſica diuertit, & à toto corpore euacuat humores iam dictos.

Corpore euacuato ad veſicam temperatam deueniendum eſt, quæ tam internis, quam externis præſidiis eſt calefacienda, atque exiccanda. Idonea medicamenta ſunt aliquod decoctum ex guaia-

guaiaco potiſſimùm, cui addenda eſt aliqua portio,

A

Sarſæ, aut
Chinæ,

Pro vt videbitis eſſe opportunũ, quo vtatur ægrotus per dies multos.

Vſus theriacæ,
Diambræ,
Mithridatij,
Aureæ Alexandrinæ,

Diagalangæ cum vino etiam probatur.

Exterius oleo roſaceo calido vniuerſã pubis regionẽ fouere conuenit & alijs huiuſmodi.

Prodeſt quoque per ſedem inijcere tum olea, tum decoctiones calefaciendi facultatem habentes.

Sunt, qui emplaſtrum proponant tale.

℞. maſtiches,
Styracis calamitæ,
Ambaris,
Thuris,
Cinnamomi,
Caryophyllorum,
Cumini aſſati,
Rutæ,
Abſynthij,
Menthæ,
Origani,

B

Contuſis contundendis in mortario, & cum oleo prædicto, aut ſimili fiat emplaſtrum, & applicetur regioni pubis: & hæc de ſtranguria & ipſius curatione. Iam verò cum ſermonem in duabus præcedentibus aff[illegible]ctionibus de ardore vri-

C

næ habuerimus, rationi conſonum videtur, vt de hoc affectu perrractemus, dicturi poſtea de inuoluntaria mictione, finem imponendo de morbis particularibus partium nutritioni famulantium tractationi.

DE VRINAE ARDORE.

CAPVT QVADRAGESIMVMPRIMVM.

Stranguria ſæpe complicata eſt cum ardore vrinæ, ita vt à pleriſque docentibus medicinam practicam confuſim vno capite & ſtrang[illegible] & vrinæ ardor comprehendantur, quaſi vno poſito affectu, alter ſequatur.

Nos tamen exiſtimamus poſſe ardorẽ vrinæ fieri abſque aliquo ex prædictis affectionibus; & doctiſſimi a[illegible]ot vi[illegible] caput proprium de ardore in[illegible]ueiũt, vt videre eſt apud Dominicum Leonem olim præceptorem meum, nec non apud Petrum Foreſtum, qui plures obſeruationes tradidit de ſolo ardore, quod ab Auic[illegible]na, Raſi, & al[illegible]s etiam Arabibus l[illegible]gè ante ob[illegible]erua[illegible]m fuit.

E[illegible] propter vtilit[illegible] v[illegible] conſulens decre[illegible] [illegible]xta horum g[illegible] [illegible]orũ ſcriptorum d[illegible]inam & ipſe ardorem pro-

D

pr[illegible] c[illegible]mplecti, & de illo ea in-ueſt[illegible]gare, q[illegible] æ de alijs veſicæ affectionibus, & aliarum partium ad vrinam attinentium ſum hactenus ſcrutatus, nempe eſſentiam, ſeu naturam, cauſas, ſymptomata tam dignoſcitiua, quàm prognoſ[illegible]ca, nec non tandem ipſius curati[illegible].

Ardor vrinę ita dictus eſt ob effectum, q[illegible] p[illegible]ducit, & ſentiunt ægrotantes,

E

q[illegible] vrina per collum veſicæ, & ca[illegible] [illegible]em præterfluit, quid vald[illegible] mol[illegible] m pertranſire putant quaſi ignis, a[illegible]t rei ignitæ tranſitus, tantoque ardore premuntur, vt partes illæ vere ar[illegible] [illegible] videantur.

Q[illegible] ad eſſentiam ardoris at[illegible]net, nihil al[illegible]d e[illegible]e videtur niſi ſymptoma actionis [illegible] [illegible]uæ deprauatæ; eſt enim

triſtis

triſtis, ſeu grauis ſenſatio ab obiecto ſenſibili facta.

Quò faciliùs id habeatur, notandum eſt, quod vt fiat ſenſus proportionatus, tria (vt aliàs ex Ariſtotele demonſtraui) requiruntur: obiectum ſcilicet proportionatum; inſtrumentum benè diſpoſitum; ac deniquè medium probè ſe habens.

In hoc caſu medium nullum reperitur, aut ſi detur, coniunctum cum inſtrumento eſt, proportioneque cuticulæ correſpondet, quæ eſt membranula interna canalem, & veſicæ collum inueſtiens.

Inſtrumentum ſentiendi eſt canalis ipſe communis, per quem tranſit vrina, qui membranoſus eſt, & ſenſui tactus proportionatus; obiectum autem eſt vrina exiens. Quo ſtante quemadmodum res ſe habet in cute, quæ eſt verum ſenſus inſtrumentum, ita ſe habet in canali vrinæ, & ſemini dicato; ſed ſenſatio per cutem facienda, tunc recta, iucunda, & naturalis fit, quando & cutis, & cuticula bene ſe habent, eiſque obiectũ moderatum offeratur, videlicet tangibilis qualitas ſiue prima ſit, ſiue ſecũda.

E contra verò, ſi aut cuticula remoueatur, aut cutis intemperetur, aut his benè ſe habentibus, improportionatum obiectum illis offeratur, tunc fit triſtis, & doloroſa ſenſatio; excedens enim ſenſibile corrumpit ſenſum.

Si exempli gratia cuticula à cute excoriata ſit, ſi cutis tangatur etiam à panno lineo, aut goſsypio tenuiſſimo, dolor ſtatim excitatur; ita prorſus fit in canali, per quem præterfluit vrina, quæ ſi temperata ſit, & canalis nulla labe afficiatur, tunc iucundè cum ipſo canali verſatur nullam faciẽs triſtem ſenſationem.

At ſi leui quadam excoriatione, aut vlcere canalis afficiatur, aut intemperetur, in exeundo vrina dolorem facit, quemadmodum vbi hæc ipſa acris, & mordax ſit, inducit dolorem, continuum

A canalis ſoluendo; tunc enim rationem habet excedentis ſenſibilis, quæ corrumpat ſenſationem, atque etiam intemperiem calidam inducendo.

Itaque ardor vrinæ dicitur actio ſenſitiua deprauata; nam cum omnis actio tripliciter lædatur, hæc non eſt actio ſentiendi abolita, non diminuta, ergo deprauata, vt dictum eſt, quæ nihil aliud exiſtit, triſtis quàm ſenſatio.

B Ardor vrinæ igitur eſt ſymptoma in genere actionis ſenſitiuæ deprauatæ; at ſymptoma in actione læſa à morbo aliquo prodit neceſſariò. At in hoc caſu dicet fortaſsè aliquis, non ita facile eſt reperire, qualis ſit morbus, à quo tale ſymptoma proficiſcatur, quandoquidẽ obſeruamus ſæpè ardorem vrinæ fieri, & vehementer quidem, nullo morbo in canali communi præexiſtente.

C Cui ita reſponſum eſſe volo, quod vrina acris adeo eſt, & mordax, vt habeat rationem corrumpentis temperiem ipſius canalis, ſimulque, & inducentis aliquam continui ſolutionem, quæ deinde magis augetur, hinc eſt, quod ardor eſt ſymptoma in actione ſenſitiua deprauata, quia non ſit proportionata, ſed dolorifica, quare concludimus morbũ,

D quẽ ardor vrinæ ſequitur, eſſe intemperiem, vel continui ſolutionẽ, aut vtramque ſimul.

DE CAVSIS ARDORIS vrinæ.

Cauſæ aliæ ſunt, quæ morbum, aut morbos prædictos faciunt; aliæ vero ſunt, quæ producunt illas cauſas

E morbos prædictos facientes, nempe intemperiem, & ſolutionem in canali cõmuni, per quem vrina profluit.

Priores tam antecedentes, quàm cõiunctæ, humores ſunt acres, & mordaces; ſiue bilioſus, aut ſalſus, vel melancholicus aduſtus, qui admiſcetur vrinæ, & ad veſicã cum illa ſimul delatus ardorem producit.

A Sæpè in ardentiſſimis febribus obſeruatum eſt bilem à renibus cum vrina protruſam induxiſſe ardorem.

Idem quoque accidit, ſi ſalſa fuerit pituita, & ad renes depoſita, lotioque admixta in veſicam feratur, & ad canalem communem; præterfluens enim ardorē facit.

Eſt inflammatio, aut vlcus, aut pus diù retentum excorians, vel etiam ſemē corruptum, acre, & mordax.

B Alij addunt exiccationem illius corporis, quod glandoſum paraſtatā appellant, cuius Galenus 1. de vſ. part. meminit: eſt etiam lapis in veſica contentus.

Has cauſas interiores producunt aliæ exteriores, quamplures, vt ſunt alimenta calida, multo ſale, vel pipere, aut ſpeciebus aromaticis condita.

C Vini generoſi nimius, & frequentatus potus; nimia vigilia, ſtudia, cogitationes, ac meditationes profundæ, ac vehementes.

Nimius motus, vt valida equitatio, ambulatio ad ſolem, excrementa retenta nimium quàm conueniat.

DE SIGNIS ARDORIS *vrinæ*.

D Ex ſymptomatibus alia ſunt, quæ ardorem manifeſtum reddunt, alia, quæ cauſas ardoris ſequuntur.

Ardorem vrinæ manifeſtum reddunt clamores, & lamentationes ipſius ægrotantis dicentis, ſe, dum vrina excernitur, percipere veluti ignem, aut aquā feruentem, & ardentem per canalem, aut collum veſicæ præterfluentem.

E Ex cauſis verò aliquas coniecturis aſſequimur, alias verò cum maxima difficultate: humor blioſus, ſalſus, & melancholicus ex proprijs, & communibus colligitur, nempe colore, ſapore, motu, tam diurno, quàm periodico, victus ratione, iuuantibus, & nocentibus; vt ſæpè vobis oſtendi.

Inflammatio verò ſuis certis indicijs habebitur, at vlcus in veſica, aut in canali non niſi à pure exeunte per vrinam, ab ipſius ergo copia, à modo, quo matulæ cum vrina accōmodatur, hoc eſt, an admiſceatur, vel in fundo reſideat, quemadmodum diximus de vlcere veſicæ; ſed an vlcus fiat à lapide, hoc eſt, quod difficillimam habet cognitionem.

Humores verò iam dicti à qualitate, & calore vrinæ decerni poterunt, præter alia, quæ attulimus, pituita etiam albam reddit vrinam, bilis flauam, & croceam ſecundùm magis, & minus, quemadmodum vbi aduſta fuerit melancholia ad nigredinem declinat.

DE FVTVRO EVENTV *ardoris vrinæ*.

Futurus euentus huius ſalubris eſſe poteſt, & inſalubris pro diuerſitate cauſarum, ac ſymptomatum ſuperuenientium ratione, ætatis, facilis, & difficilis tolerantiæ, iuuantiū, & nocentium, medicamentorumque occaſione.

Si in iuuene contingat robuſto facilè tolerante, in quo medicamenta iuuant, qui victus rationi obtemperet, cauſa ſit humor bilioſus, acris, abſque vlcere, aut inflammatione, etiam ſi à lue venerea proficiſcatur, euentus eſſe poteſt ſalubris.

Si verò in ſene, & à pituita ſalſa prouenit cum vlcere veſicæ, aut calculo angulóſo in veſica exiſtēte, cū potiſſimùm medicamenta iuuantia nihil proficiant, euentus ſemper malus iudicandus eſt, ſic igitur diſcurrentes per prædicta capita, non decipiemini circa euentum futurum, non modò præſentis affectionis, ſed omnium aliarum.

DE CVRATIONE ARDORIS *vrinæ per victus rationem*.

In curatione ardoris vrinæ indicationes deſumuntur à cauſa, nec non eſt

à morbo, quamuis aliquando ſymptoma ira vrgeat, vt medicus coactus ſit à cura regulari deſcendere ad curationem coactã, & ſymptomati ſtudere primùm, quamuis nunquam debeat ſpernere cauſas, à quibus ardor proficiſcitur.

A

In primis igitur opus eſt cognoſcere, quæ ſit cauſa ardoris, & eam auferre, deinde morbum curare, & tandem ardorem lenire, atque ex toto extinguere.

B

Plures propoſitæ ſunt cauſæ, vt inflammatio, calculus, vlcus in veſica, de quibus cum ſuprà ſatis à nobis actum ſit in proprijs capitibus, præſentem curationem ad duas cauſas reuocabo, nempe ad vrinæ acrimoniam, & vlcus in canali, aut veſicæ collo contentum.

Et primò vrinæ acrimoniam, deinde vlcus curabo. Acredo indicat ſui ablationem, & attemperationem per refrigerantia, attemperantia, atque lenientia; vlcus verò, ſi non eſt ſordidum, abſterſionem per ea, quæ abſtergendi facultate pollent.

C

Per victus igitur rationem bilioſus humor, aut pituitoſus, acris, & mordax non modò attemperari poteſt, ſed etiã euacuari, inhibendo ipſius nouam generationem, quamobrem alimenta boni ſucci eſſe debent, & quæ refrigerandi, ac acrimoniam remittendi virtute ſint prædita.

D

Quo circa cauendum ab omnibus dulcibus, acribus, ſalſis, & amaris edulijs, necnon à piſcibus, ſaxatilibus paruis exceptis.

Oua recentia conueniunt: carnes gallinarum, caponum, ſed gallicuſorum potiſſimùm, quod ſuo egregio lentore temperare humores valeant: in iuſculis ipſorum ebulliat hordeum cum alijs ſimplicibus refrigerandi facultatem habentibus, vt eſt

E

Scariola,
Endiuia,
Lupulus,
Plantago,
Borrago,

Et quæcunque iecur attemperare poſſunt, de quibus capite de iecoris inflammatione, eiuſdemque intemperie calida dictum eſt ſatis.

A vini generoſi potu abſtinendum eſt imo à quocumque vino, niſi aliquid ſit, quod contra indicet.

Aer frigidus eligendus, aut ſaltem in æſtiuis temperatus: in reliquis etiam moderatè agendum, ſtudendumque eſt, vt aluus, quantum fieri poteſt, lubrica ſeruetur clyſteribus quibuſdam, partim lenientibus, partim refrigerantibus, vt exempli gratia.

℞. foliorum violariæ,
Maluæ,
Mercurialis ana manip. j.
Hordei excoriati vnc. ij.

Fiat decoctio ſecundum artem, & huius decocti

℞. lib. j.
Diacatholici vnc. j.
Terebinthinę claræ vnc. ſſ.
Olei violari vnc. iij.
Ouorum lutea num. ij.

Cum ſalis modico fiat clyſter, hoc modo non generabitur humor in corpore, genitus verò attemperabitur

DE CVRATIONE ARDORIS vrinæ per Pharmaciam.

Circa humorem genitum per pharmaciam, & chirurgiam ita procedendum eſt, ne ad veſicam, & ad canalem feratur, quod fiet, ſi extra corpus educatur, aut aliò auertatur, per chirurgiam educitur, ſi adſint indicantia ſanguinis mittendi, atque permittentia, de quibus multoties.

Per pharmaciam duci quoque poteſt extra corpus aliquo cathartico reſpiciẽte humorem peccantẽ, quare ſi bilis fuerit, ſtatim aliquo cholagogo pellendus eſt, atque à veſica diuertendus, verùm vt appoſitè animaduertit Gallerius in ſua praxi de morbis internis cap. 47. o-

pus eſt conſiderare, an ſolùm leniendum A fit, an verò ſimul abſtergendum; nam ſi primo modo, aderit ſola acredo, ſi ſecundo modo, aderit vlcus.

Caſſia igitur ſola leniendi facultate pollet, terebinthina verò abſtergendi, quocirca vbi humor bilioſus ardorem faciens ſit euacuandus, neque adſit vlcus in canali, hoc modo præſcribendum eſt medicamentum.

℞. floris caſſiæ nouiter extractę vnc.j. B
Rhabarb. electi maturi ſubt. puluerizati drach.iij.
Cum ſaccharo fiat bolus,
Vel diſſolue,
Mannam cum decoctione,
Iuiubarum,
Sebeſten,
Prunorum,
Paſſularum,
Hordei excoriati,
Florum violarum,
Nenupharis,
Aut etiam loco mannæ diſſolue ſyr. roſ. ſol. & præbe ægrotanti.
Pro lenitione, & abſterſione,
℞. Caſſiæ extractæ vnc.j.
Terebinthinæ claræ vnc.ſſ.
Cum ſaccharo fiat bolus.
Vbi magis eſt abſtergendum.
℞. Terebinthinæ claræ,
Caſſiæ ana drach.vj.
Cum ſaccharo, quantum ſufficit, fiat bolus.

At ſi ſalſa ſit pituita, idoneis præſidijs valentibus ipſam attenuare atque incidere, ac quoque extra corpus educere, & à veſica diuertere procedendũ eſt.

Habita totius corporis prouidentia, iam ad ardorem, quantum fieri poteſt, E leniendum deuenire oportet, quod tam internis, quàm externis præſidijs perficitur.

Iam verò interna ſunt in duplici differentia; alia quæ per os aſſumuntur, alia, quæ per ſyphonem, aut ſyringam in canalem inijciuntur.

Quæ intus per os aſſumi debent, ſunt decoctiones, & ſyrupi lenientes, ſi ſolus ardor abſque vlcere ſit, ſi cum vlcere, abſtergendum eſt aliquo modo, & conſolidandum.

Decoctum fiat ex
Glycyrrhiza,
Paſſulis,
Hordeo mundato,
Iuiubis,
Prunis,
Sebeſten,
Quatuor ſem. frigidorum
Pſyllio,
Cydonijs:
Cuius doſis ſit ad vnc.iiij.
Deinde
℞. ſyr. iuiubar.
Iuleb. violati ana vnc.j.
Miſce pro vnico hauſtu, C
Vbi verò detergendum ſit.
℞. Syr. iuiubarum,
De nenuphare ana vnc.j.
Loco ſyr. violati, & iuleb. violati.

Plurimum in hoc caſu commendatur medicamentum ex,
Trochiſc. alcachengi ad drach.j.
Iuleb. violati vnc.iij.
Aqua hordei vnc.vj.
Aut melius erit, ſi magis abſtergendũ D veniat, aqua lactis ad lib.1.
℞. glycyrrhizæ vnc.j.
Paſſularum,
Hordei mundati ana vnc.j.
Iuiubarum,
Prunorum ana num.x.
Sebeſten,
Sem. frigid. maior ana vnc.j.
Sem. pſyllij,
Cotoniorum ana drach.ſſ.
Fiat decoctio ſecundùm artem,
℞. huius decoct. vnc.iiij.
Syr. violati,
Iuleb. violati ana vnc.j.

Paſtilli à Raſi deſcripti caliditatem, quam maximè attemperant, & ardorem ab vrinæ acrimonia natum tollunt: ſunt hoc modo.

℞. ſem.

℞. ſem.cucumeris,
Portulacæ,
Amyg.dulcium,
Hyoſciami,
Papaueris ana drach.i.

Si vehemẽs ſit dolor, adde opij drach. ß. cum mucilagine pſyllij paſtilli conficiantur, quorum doſis ſit ad drach. j. & drach. ij. cum lacte bubulo, aut ouino, ſi ardor abſque vlcere ſit, ſi verò cum vlcere lac aſininum, aut caprillum magis probatur.

Multa alia ſunt ab Authoribus ſcripta, quæ aduerſus tum ardorem, tum vlcus pugnant, quæ per vos legere poteſtis. Vnum tamen addam, quod eſt ſummæ efficaciæ, idque componitur ad hũc modum.

℞. pſyllij, hoc eſt corticis (quia medulla eſt acris, & mordax) drach. vj.
Sem.cotoniorum drach. v.
Quatuor ſem.maior.frig.ana drach.ij.
Papauer.albi drach.j.ß.

Agitentur & cum aqua hordei multæ coctionis fiat mucilago, vel potiùs cum ſero lactis benè depurato, diuidaturque in duas partes: vna per os ſumatur, altera verò per canalem inijciatur.

Vſus continuus ſeri non modò depurati, ſed etiam diſtillati ſummè valet ad ardorem compeſcendum, verum quidẽ eſt, quod poteſt duobus modis aſſumi, primo modo ad doſim libræ vnius. Sed ante illius aſſumptionem, exhibendi ſunt trochiſci iam dicti de alcachengi: vel conficere alios trochiſcos ad hunc modum poteritis.

℞. ſucci glycyrrhizæ,
Mucilaginis pſyllij ana drach.x.
Nucleorum pini,
Alcacheng.ana drach.iij.
Quatuor ſem. frig.comm.
Papaueris,
Amygd.dulc.
Amyli ana ſcrup.ij.

A Tragacanthi,
Portulacæ,

Cum lacte aſinino, quantũ ſufficit, fiant paſtilli: doſis ſit à drach. j. ad drach. iij.

Sed quia dolor plerunque ſentitur ad collum veſicæ, & extremitatem virgæ, ſeu glandis, proinde non modo iniectiones in canalem, ſed etiam in foramen virgæ turundæ immitti ſolent.

B Inijcitur lac, ſi abſtergẽdum eſt, aſininum, aut caprillum, ſi leniendum ouillum, aut etiam muliebre. Liquor quoque oui agitatus modò cum aqua roſacea, modò cum lacte, aut cum oleo roſaceo, & ſimilibus prodeſt.

Pro turundæ vctione.

℞. olei roſ. drach. vj. lauetur multoties cum aqua roſarum; deinde cum drach. ij. ceræ fiat ceratum liquidum.

C Vel adde etiam ſucci plantaginis: aliquando, ſi dolor maximè viget, ad opiata deueniendum eſt, propterea huic cerato addere poteſtis opij gr. ij. aut. iij.

Vel intus cum aliquo genere lactis inijcere poſſumus.
Requiem Nicolai, aut
Philonium, vel
Athanaſiam, vel etiam
Zizeneam,

D Idque in maximis, & qui non poſſunt tolerari, doloribus.

Tandem ſi opus ſit vlcus conſolidare, ſyphonem inijcere debemus in colem.

℞. ſucci burſæ paſtoris depurati,
Plantaginis ana vnc. j.
Boli armeniæ,
Terræ ſigillatæ ana drach.ß. m.

Vel

℞. Trochiſc.de ſpodio,
E De karabe ana drach. j.

Diſſoluantur in aqua plantaginis, & intus inijciantur: hæc de curatione ardoris vrinæ, iam ad vrinæ exitum inuoluntarium properandum eſt.

DE INVOLVNTARIO EXITV VRINAE.

CAPVT QVADRAGESIMVMSECVNDVM.

INter alias mictiones læ-
ſas, inuoluntaria eſt,
in qua homines inuiti v-
rinā emittere ſunt coa-
cti, omnium fortè deter
rima, quandoquidē na-
tura pa t.bus llis, quas excretioni excre
mentorum deſtinauit, tam diligenter
prouidit, vt ne minimum quidem ab il-
lis exire poſſet citra voluntatem ipſius
animalis.

Orificijs enim ipſarum quoſdam iani-
tores appoſuit, ne aliquid illis inuitis e-
xire queat, quod ſanè maximè con-
ueniens erat prudentiſſimo omnium
animali, quod negotijs tam contempla-
tiuis, quàm actiuis perpetuò deditum
eſſe oportebat.

Niſi orificijs per quæ exeunt fœces,
& vrina, præfuiſſent illi ianitores, quos
ſphičteres appellant, homines nunquam
potuiſſent contemplationibus, aut acti-
onibus incumbere, ſed coacti fuiſſent
perpetuò verſari in vrinæ, aut ſtercoris
excretione, vnde propter incommodi-
tatem, ac etiā infelicitatem, & muſis, ac
philoſophiæ cōmodè vacare non potuiſ
ſent.

Prohibent igitur hi ianitores, qui ſunt
muſculi quidam tum recto inteſtino, tum
ori veſicæ appoſiti, ne intempeſtiuè fœ-
ces, & vrina exire poſſent, quos ſi con-
tingat lædi, neceſſariò in infeliciſſimam,
& fortaſſe omnium miſerrimam calami-
tatem incidunt, quia ſocietate, lectione,
contemplatione omni priuantur; triſte
enim (vt Mercatus dicebat,) ac miſe-
rabile eſſet, animal vrbanis, & intelle-
ctualibus negotijs dicatum, in actu ex-
cernendi perpetuò verſari.

De hac igitur affectione in præſenti
tam dignoſcitiuè, quàm therapeuticè a-
A gendum proponitur, & diligēter quidē.
Sed opus eſt, vt primò intelligatis mu-
nus veſicæ eſſe vrinam colligere, retine-
re ad tempus, atque ipſam excernere.

Verùm maximè apud authores con-
trouerſum eſt, qua facultate id ab ipſa
fiat, naturali, an animali? Sed vt breuis ſī
in hanc venio ſententiam, vt exiſti-
mem vtramque actionem eſſe naturalē,
& animalem, nempe tam retentionem,
B quàm excretionem; ſed retentio magis
animalis, quam naturalis eſt, expulſio
verò magis naturalis, quàm animalis.

Veſica enim conſtat ex omni fibrarū
genere per ſuam ſubſtantiam membra-
noſam diſtributarum, ac mediantibus lō-
gis trahit, mediantibus tranſuerſis ex-
pellit, & mediantibus obliquis retinet.

Iam verò cum fibræ ſint naturæ
C opera, hinc retentio eſt naturalis actio
veſicæ, ſed cùm ad excretionem ſe ac-
cingit, omnes fibræ ſe ſe contrahentes
expellunt quia tunc temporis tota ve-
ſica amplectitur vrinam, quam in ſua ca-
uitate habet, vt inde tota expelli ab ea
poſſit.

Quod facilè euenit, vbi ſphičter, ſeu
muſculus, qui ob figuram, ſygmoides
D appellatur, à ſua operatione deſiſtit, &
operari deſinit; nam, vt dictum eſt, hu-
iuſmodi muſculus hac ratione, & condi-
tione à natura ori, & colli ipſius veſicæ
præfectus fuit.

Quamuis Galenus 5 de vſ. part. cap.
16. ſcriptum reliquerit hunc muſculum
à natura factum eſſe ob alios vſus, nem-
pe, vt citiùs expellatur vrina, quæ eſt
in canali, & ne aliquid in meatu vrinario
E retineatur, quem vſum dicit eſſe prima-
rium.

Præterea, vt prohibeat, ne vrina in-
tempeſtiuè, & præter voluntatem exire
poſſit.

poſſit. Tandem propria, & vera actio huius muſculi eſt claudere os veſicæ, & per conſequens continere vrinam in veſica, ne intempeſtiuè exeat.

Sed cum dictum ſit ipſam etiam retinere, ſeu continere vrinam per ſuas obliquas fibras, hinc dicere poſſumus id, quod Mercatus animaduertit, fieri poſſe duplicem vrinæ incontinentiam; vnam propriam, alteram impropriam, ſeu, vt ait ipſe, ſpuriam.

Impropria eſt, quæ ad proprium veſicæ corpus attinet; eius enim facultas, dum languet, ſtillicidium frequentius, vel aliud ſymptoma concitat; propria verò ad prædictum muſculum attinet.

Ex quo diſcurſu clarè colligere poteſtis incontinentiam nihil aliud eſſe, quã inuoluntarium vrinæ exitum, quem cõpeſcere nequeunt homines eam patientes; nec non & partem affectam eſſe muſculum ori veſicæ prefectum ſygmoidem vocatum.

Eſt enim ſymptoma in genere actionis motricis (nempe muſculi) ablatæ, quamuis huiuſmodi ſymptoma aliquando ſit in actione abolita, & nonnunquã diminuta: abolita quidem, vt in incontinentia totali vrinæ; diminuta verò, vt in illis, qui in lecto ſe mingunt, idque tantum dormiendo; vnde Arabes videntur duplicem afferre inuolũtariæ mictionis ſpeciem, vna quæ ſit interdiũ, altera quæ fit tempore nocturno.

DE CAVSIS MICTIONIS *inuoluntariæ*.

Dictum eſt incontinentiam duplicẽ eſſe, vnam impropriam; aliam vero magis propriam, ſed cum impropria reducatur ad continentiam à corpore veſicæ factam, & per conſequens ad dyſuriam, non eſt, vt in præſenti ipſius cauſas inquiramus, cum iam de dyſuria, & ſuis cauſis à nobis tractatum ſit.

Rurſus propria incontinentia vna eſt, quæ nocturno tempore fit, in ſomnis po-

A tiſſimùm, ab imaginatione decepta, & ab vrinę copia, aut qualitate irritante muſculum, qui dilatatus permittit vrinam exire, videtur propterea eſſe quaſi naturalis, proinde non ſequitur ad morbum.

Altera eſt præter naturam, quæ ab aliquo morbo fieri neceſſe eſt, qui in intẽperie eſſe poteſt nonnunquam, imò ſæpiùs à mala compoſitione, quam paralyſis ſequitur, fit nempe ab obſtructione
B in neruis muſculo famulantibus.

Internæ cauſæ facientes intemperiem ſunt humores frigidi, pituiroſi, qui muſculum conſtringentem os veſicæ madefaciunt, atque robur operationis ipſius eneruant; hinc coactus eſt à ſua actione recedere, quod ſenibus ſæpe euenire conſueuit.

C Idem etiam facere poſſunt cauſæ externæ, atque inter eas maximè aer frigidus, aut contactus corporis frigidi, aut aquę, vel ſeſſio ſuper marmore, aut glacie.

Primo modo piſcatoribus in aqua diù immorantibus contingit 4. cap. lib. 6. de locis affectis apud Galenum.

Humores autem frigidi in corpore ab alimentis, & alijs externis cauſis or-
D tum ducunt opem ferentibus ętate declinante, habitu pituiroſo, complexione frigida, & humida, tum totius corporis, tum partium ipſius, nempe ventriculi, & iecoris.

Ab ijs quoque humoribus, qui à iam dicta victus ratione produci ſolent, fieri poteſt mala compoſitio, nempe neruorũ motum deferentium muſculo, qui ab ijſdem humoribus obſtruãtur, indeq; ſub-
E ſequatur paralyſis muſculi, ſeu reſolutio.

Cæterum ijdem nerui 6. de locis aff. cap. 4 comprimi poſſunt, quemadmodũ cuidam contigiſſe ſcribit Galenus, cui ex laxatis vertebris ſpinæ è regione veſicæ neruus ferens huic muſculo motum comprimebatur.

Pôteſt etiã eſſe, quod ex vulnere, aut laceratione muſculus ita afficiatur tranſuer-

uerſim, vt non amplius poſſit ſuam conſtringendi operarionem moliri: poteſt etiam neruus in muliere comprimi ab vtero male affecto.

DE SIGNIS MICTIONIS *inuoluntariæ.*

INcontinentia vrinæ clara adeo eſt, vt nullo egeat verborum apparatu, quãdoquidem ægrotantes dicunt ſe non poſſe vrinam continere, & ſponte eam exire continuò obſeruant.

Ex cauſis aliæ ſunt petendæ à rebus præſentibus, & ab ijs, quæ iam præteriere; nam humorum collectio frigidorum facientium intemperiem frigidam cognoſcitur in primis à toto corporis habitu pituitoſo, à complexione frigida, & humida, ab ætate declinante, & multo magis à decrepita, aut ab ætate puerili; victuſq; ratio præceſſit, quæ potuit tales collegiſſe humores, aer quoque frigidus, & humidus; tandem ſi præter hæc audiatis ægrotantem ſediſſe diù ſupra aliquod corpus frigidum, vel diù immoratum fuiſſe in aqua; præterea ſi à calidis iuuatur, & à frigidis nocetur.

Paralyſim nerui etiam poteritis detegere eadem prorſus via, diſcurrentes circa humores craſſos in corpore genitos, an à capite in ſpinalem medullam, inde ad neruos ad colon tendentes deſcendãt, quod etiam à iuuantibus, & nocentibus confirmari poterit.

Tandem exteriores cauſas nempe vel caſum ex alto, aut ictum, aut læſionem aliquam circa ſpinæ vertebras, & os ſacrum ab ipſiſmet ægrotantibus facilè intelligetis, quibus cognitis, quid prædicendum veniat, ab ijſdem cauſis elicere facilè poteritis, & à robore virium.

DE FVTVRO EVENTV. *mictionis inuoluntariæ.*

PRimò ſi pueris incontinentia vrinæ euenerit, adoleſcentibuſque boni

A habitus, & complexionis, eaque à contactu alicuius corporis frigidi ortum duxerit optima ſeruata victus ratione, calorificiſque præſidijs appoſitis facillimo negotio curatur.

In muliere prægnãte facillima omniũ eſt curatio, non debet tamen, neque poteſt curari, niſi poſtquam enixa fuerit, ne in medicamentorum adminiſtratione fœtus in diſcrimen cadat.

B Inconrinentia vrinæ ex vertebrarũ luxatione, vel à læſione exteriori, quę trãſuerſim vulneret muſculum, incurabilis redditur.

Et illa, quæ ſenibus euenit, à quacũque cauſa proficiſcarur, incurabilis etiã habetur, multoque magis in decrepitis, tum quia facultates ipſorum debiles, ac languidæ ſunt, tum quia ab affinibus, &

C à filijs ob morbi turpitudinem, & ob ſenectutem ſuapte naturam deteſtabilẽ negliguntur, & tandem miſerè commoriuntur.

DE CVRATIONE MICTIONIS *inuoluntariæ per victus rationem.*

DIctum fuit incontinentiam vrinæ oriri poſſe ab interna, & ab ex-

D terna cauſa. Rurſus interna alia eſt, quæ intemperiem frigidam iu muſculo inducit; alia verò quæ facit paralyſim; at externa alia eſt à contactu corporis frigidi, alia à vertebrarum luxatione, & alterius corporis comprimentis neruum, alia ab ictu, aut vulnere, vel læſione muſculum tranſuerſim ſcindẽte.

Quibus ita ſtantibus cum in præſentiarum verſemur circa lectiones, quę vo-

E ce, non ſcriptis fiunt, non amplectemur omnium cauſarum curationem, ſed earum, quæ curabiles ſunt, inter quas accipimus, tum internas, quàm externas, quæ & intemperiem in muſculo producunt, atque ipſius muſculi reſolutionem.

Alijs itaque relictis, tum quia tarò contingunt, tum etiam quia incurabiles ſunt

ſunt, aut ſaltem maxima cum difficultate curabiles, quas tamen cum præ manibus curandas habueriris, poteritis legere libros, qui de illis tractant; nunc ea, quæ circa curationem aliarum cauſarū verſantur, dicemus.

Harum indicationes deſumuntur à cauſis, quæ ſunt humores frigidi, nempe pituitoſi, partim intemperiem producentes frigidam, & humidam, partim neruos in colem delatos obſtruentes, & paralyſim facientes.

Cauſæ è corpore euacuandæ ſunt, deobſtruendique nerui, & intemperies frigida, ac paralyſis abigēda eſt calefacientibus, attenuantibus, & reſoluentibus.

Humores frigidi victus ratione primò euacuantur, quæ boni ſucci ſit, inhibens craſſorum humorum generationem, nec non & facultatem habens calefaciendi, & exiccandi, quales ſunt

Paſſulæ,
Panis biſcoctus,
Caro pullorum.
Caponum,
Perdicum,
Turturum,
Cuniculorum,
Quæ aſſatæ ſint, aut elixæ quidem, ſed cum
Dauco,
Cinnamomo,
Aniſo,
Coriandro præparato,
Caryophyllis,
Potus ſit vinum albū, aut decoctū ex
Radice chinarum,
Saſfras,
Sarſa parilla,
Et cinnamomo,

Parca ſit cęna, quę ouis ſorbilibus cum modico cinnamomi, & ſale, aut pyris aſſis, & huiuſmodi terminetur.

In reliquis alijs rebus moderatè agendum venit, curandumque, quantum fieri poteſt, vt aluus lubrica ſit, vſu potiſſimùm clyſterum, qui, & reuellendi materiam, & muſculum calefaciendi, & roborandi habeant facultatem.

Inter omnes valet hoc pręſidium.
℞. herbæ paralyſis,
Chamæpityos,
Saluiæ ana vnc.j.
Chamęmeli,
Stœchadis,
Foliorum, & fructorum cupreſſi,
Myrrhæ, vnc.j.
Fiat decoctio ſecundum artem, &
℞. huius decocti lib.j.
Olei de caſtoreo,
De been,
Thuris pulueriṡati ana drach ij.
Fiat clyſter, vel vbi non eſt opus tam calidis oleis, poteſtis accipere
Oleum laurinum,
Vulpinum, vel etiam
Amygdalarum amararum.

DE CVRATIONE MICTIONIS *inuoluntariæ per Chirurgiam.*

QVia humor pituitoſus ad corporis habitum paratus eſt, vt feratur ad veſicæ muſculum, aut ad neruos ortū ducentes à ſpinali medulla, vel ad eū, qui à capite in veſicam, eiuſq; muſculum deſcendit, euacuandus, atque reuellendus eſt, tum per ſanguinis miſſionem, tum per medicamentum purgans.

Ac primùm opus eſt conſiderare, an ex menſium ſuppreſſione in muliere; aut ex hęmorrhoidarum retentione in viris, affectio contigerit, & tunc ex talo mittendus eſt ſanguis, quemadmodum è contra ex brachio faciēda eſt ſanguinis miſſio, indicāte præſente, & virtute permittente. At ſi materia à capite deſcendat, expurgato corpore, diuertenda eſt per cauterium in brachio factum.

DE CVRATIONE MICTIONIS *inuoluntariæ per Pharmaciam.*

PRocul omni dubio materia collecta ad vniuerſum corporis habitum eſt eua-

euacuanda ſyrupis quibuſdam ad hanc A intentionem idoneis; In hoc caſu.

℞. Syr. de ſtoechade,
Oxymel. ſimpl. ana vnc. j.
Decoct. ſasfras vnc. iiij. miſce

Vel

℞. Syr. de mentha,
Abſynthio ana vnc. j.
Decoct. ſasfras vnc. iiij.

His, aut ſimilibus ſyrupis præparatus humor pituitoſus extra corpus educendus eſt huiuſmodi medicamento. B

℞. decoct. ſasfras.
Florum cordial. vnc. iiij.
Infunde agarici trochiſcati drach. ij.
Sem. carthami drach. j.
Per duodecim horas, facta forti expreſſione diſſolue
Syr. roſ. ex nouem infuſ. vnc. vj.

Valent etiam pilulæ aggregatiuæ, alephanginę, de agarico, & illę factæ ex rhabarbaro, agarico, aloe, & maſtiche. C

His medicamentis purgato corpore iam partem affectam reſpicere oportet ijs auxilijs, quæ calefaciendi, diſcutiendi, ac roborandi facultatem habent.

Horum quędam intus aſſumi poſſunt, nonnulla verò extra admoueri.

Intus per os aſſumenda veniunt, theriaca, mithridatium, triphera magna ſine opio, & confectio anacardina. D

Poteſt parari decoctum ex guaiaco, ſasfras, radice chinarũ, aut ſarſa parilla, cuius doſis sũmo mane offerenda ægrotanti ad vnc. vj. deinde iubere, vt ſuperdormiat per horã, & ſudor prouocetur ad corporis habitum, ſiue per ſtuphas, ſiue alio ingenio, dum in lecto adhuc decumbit.

Non deſunt alia medicamenta, quæ dicuntur valere aduerſus vrinæ incontinentiam qualitate occulta, vt eſt leporis cerebellum ſiccum ex vino epotum.

Sunt nonnulli, qui cerebrum leporis in veſicam ſuillam coniectum, & aſſatum vna cum veſica edendum præbent.

Alij dicunt veſicam porcinam per ſe vſtam, & in potu exhibitam ſummè iuuare, quæ ſi vera ſunt, maximè placent.

Caro herinacei,
Cerebrum leporis exiccati, & in puluerem redacti drach. ij.
Anethi drach. ij.
Pyrethri,
Sem. apij ana drach. ß.
Veſica capræ in puluerem redacta.
Veſica tauri, aut apri in aceto cocta.
Apium ponitur, vt ſit medicamẽti totius vehiculum.

Hæc ſunt medicamenta intus aſſumẽda facultate tam manifeſta, quàm occulta operantia: at plura adhuc huius generis apud varios ſcriptores reperiuntur.

Extrinſeca ſunt, quibus fiũt vnctiones, fotus, inſeſſiones, & huiuſmodi, vt oleũ de caſtoreo, euphorbio, been, vel à ieſmino extractum, quod Arabes oleum zambachinum appellant.

Proficiunt quam maximè aquæ thermales, ſulphureæ tam pro potu, quàm pro inſeſſione facienda.

Diaciminum in forma emplaſtri appoſitum prodeſſe ſolet.

Vel ſic

℞. Ladani,
Maſtiches ana vnc. ij.
Conorum cupreſſi,
Olibani ana drach. ij.
Ligni aloes,
Styracis calamitæ,
Galangæ,
Cinnamomi,
Terebinthinę ana drach. j.
Succi rutæ, quantum ſufficit, fiat emplaſtrum, applicetur regioni pubis, & perinæi abraſis primùm pilis.

E Et hæc ſunt, quæ pro fine omnium morborum particularium partium conſeruationi indiuidui dicatarum dicenda ſunt viſa, ad laudem indiuiduæ, ſantiſſimęque Trinitatis, & Beatæ Virginis MARIAE.

FINIS SECVNDAE PARTIS.

INDEX
RERVM NOTABILIVM
IN HAC SECVNDA PARTE

Contentarum.

A

ABdomen quid ſit.fol.1.col.1.

Actio mediante contactu ſit ex Ariſtotele. fol. 423. col. 2. lit.C.

Abſynthium iecori tale eſt, qualis eſt cortex capparis lieni. fol 166.col.2. l.D.

Abſynthij vſus vſus duobus modis commẽdatur, vno ſi totum ebulliat in oleo, alio modo ſi eius accipiantur comata, eaque tuſa in emplaſtrum ponamus. f.199.col.1.lit.D.

Actiones partium fiunt à proprio ipſarum temperamento. fol. 70.col. 2. lit. B.

Affectiones ſigna ſcientifica non habentes in operibus medicis exercitato egent medico. fol. 418. col.2.lib. B.

Affectuum curatio vno ſcopo, & vna indicatione perficitur ex Galeno. fol. 236. col.1. lit. C.

Alauda colicis à proprietate iuuat. ibidem 328. lit. E.

Alexandri de Benedictis obſeru. cuiuſdam mulieris, quæ potabat vinum aquæ mixtum, & aquam ſolum euomebat intus remanente vino. fol. 97. col.1.lit.C.

Alexander Maſſarias ab Auctore notatur circa choleræ definitionem. f. 145.col.2. lit.E.

Alexander Maſſarias ſcribit Galenum ſolitũ fuiſſe medicamenta admiſcere alimentis duplici modo. fol.204.col.1.lit. D.

Allij vſu, et zonæ ligaturæ ad abdomen à colico ruſticus quidam liberatur. fol. 328.col. 2. lit. B.

Amati Luſitani obſeruatio cuiuſdam puellæ, quæ non poterat niſi vinum deglutire, & quare, eiuſdem quæſiti Amati ratio ab Auctore confutatur. fol. 10. col. 2.lit.B·C.

Amuleta medicamenta, quædam habent medicam rationem, quædam occulte operantur, quæ aut ſunt naturalia, aut artificialia. fol. 331. lib. B.

Anaſarcæ curandæ hiera ſimplex Gal. maximè commendatur. fol. 256.lit. B.

Anaſarcæ curatio per pharmaciam. fol. 256. col.1.lit.B. & infra.

Anaſarcam rhabarbarum aduerſus Maſſariam curat, & in iecoris obſtructione in infuſione; in eductione verò materiæ craſſæ in ſubſtantia exhibendum eſt. ibidem col. 2. lit.C.D.E.

Anaſarcam patienti ſyrupi ſine decoctione, &. ad vncias tres ad minus porrigi debent. fol. 257.col.1.lit.C.

Anaſarca vnica purgatione curari non poteſt. fol.257 col.2.lit. D.

Anaſarcæ cauſa coniuncta educitur, vel ſenſibiliter per vrinam, & per ſudores; vel inſenſibiliter per poros cutis. fol.258.col.1.lit.A.

Anaſarca ab humore pituitoſo vniuerſam corporis molem in tumorem laxum eleuante fit. fol.245.col.1.lit. B.

Anaſtomoſis, nempe coniuntio venæ portæ cũ oſculis venarum cauæ in medio iecoris imaginaria eſt, nec vera, de qua Galenus ſcriptum reliquit, quod cognitionem nequimus habere. fol. 170. col. 2.lit.B.

Ani vitia cur difficilis ſint curationis. folio 346. col. 2. lit. C.

Ani procedentia quæ ſit, & eius curatio. ibidem 338. lit.E.

Anodina medicamenta, alia auferunt dolorẽ proprie, alia verò per accidens, vt narcotica. fol. 323. lit.D.

Anodinum celebre pro colico dolore. fol.325. lit.C.

Anorexia quid ſit. fol. 27. col.1.lis. B.

Apepſia quid ſit. fol.68. col.2. lit.D.

Apepſiæ ſigna propria. fol.76.col. 1. lit. E.

Aphrogala ſpecies alimenti, & quid apud nos ſit. fol. 79.col.2.lit.E.

Apoſitis quid ſit. fol.27.col.1.lit. B.

Appetitus duplex naturalis, & animalis, & qualis ſit, & eius differentia. fol. 26.col. 1.lit:

1. *lit. B.*
Appetitus naturalis cauſa ab aliquibus Autoribus ex Auicenna accepta eſt humor melancholicus à liene ſuperfluus pro nutritione eiuſdem ad os ventriculi delatus. fol. 29. col. 2. lit. B.
Appetitus naturalis cauſa ex humore melancholico ex Galeni ſententia nõ verificatur. fol. 30. col. 1. lit. B.
Aqua vnico hauſtu accepta non poteſt iuuare ſitim à pulmone natam ex Galeno contra Plutarchum defendentem Platonem. fol. 64. col. 2. lit. A. B.
Contra verò ſi paulatim bibitur, fol. 64. col. 2. lit. C.
Aquæ gelidiſſimæ potiones dolorem ventriculi excitante ſed diuerſa ratione ac faciat humor calidus, & quæ nam ſit ratio medicamenta ſolutiua acria, & calida ac etiam edulia calida di efficere. fol. 17. col. 1. & 2. lit. A. B. C. D. E.
Aquæ, quæ in Meſſanenſi agro reperiuntur fluentes non modò à minera ſulphuris, ſed auri ventriculum maximopere corroborant. fol. 82.
Aquæ thermales tum pro balneis, tum in potu in colico dolore laudantur. fol. 330. col. 2. lit. C.
Aquæ thermales, & aliarum mineralium plures hydropicis conueniunt: hiſtoria aquæ Spadanæ, & illius, quæ reperitur in campo Niuers. fol. 265. lit. E. & infra.
Arenulæ ſi diu retineantur lapidem, amplum generant. fol. 356. lit. C.
Argenterius renū canaliculos exiccatos fuiſſe teſtatur, & nos mulierem ipſis carere exanatome cognouimus. fol. 216. columna 1. littera D.
Aſcites ab aquoſo humore cum exiguo ſpiritu inter peritonæum, & partes ſibi ſubiectas coaceruato. fol. 245. col. 1. lit. A.
Aſciti, & tympaniti non conuenit ſanguinis miſſio, in anaſarca ex retentis menſibus, & hæmorrhoidibus competit. fol. 255. col. 2. litt. E.
Aſcitis curatio per pharmaciam. fol. 263. col. 1. lit. B. & infra.
Aſciti bolus egregius Alidei. ibidem 263. littera D.
Aſcite laboranti ebuli ſuccus condenſatus ad ad drach. iij. exhibetur. fol. 264. columna 1. littera. B.
Aſcitem patientibus quæ à Petro Foreſto proponuntur, ibidem lit. E. & col. 2. lit. A & infra.
Aſcitem curans medicamentum Matthioli. fol. 264. col. 1. litt. E.
Aſciti lactis vſus non niſi cum elaterio conuenit. ibidem lit. B.
Aſcitis quid ſit. fol. 27. col. 1. lit. B.
Attractio, quædam mediantibus fibris fit, & cum motu, eſtque circa proportionatum alimentum: quædam ſine fibris fit, & ſine motu, & eſt circa aliquod delectabile. fol. 400. col. 2. lit. C.
Auctoris methodus in morbis omnibus explicandis quænam ſit. fol. 4. col. 1. lit. A.
Auctor cognouit puellam comedentem calices, cimices, terram, carbones, à quibus dicebat ſe recreari valde. fol. 56. col. 2. lit. B.
Auctoris vera expoſitio circa cauſas ſingultus ſecundum Hippocratem, & Galenum. fol. 118. col. 2. lit. E.
Augeny obſeruatio cuiuſdam iuuenis, qui famem caninam patiebatur, cuius cauſam inter alios medicos vermibus ipſe ſolus attribuit, ex quo per ſeceſſum excreuit vermem longitudine vnius, & viginti cubitorum. fol. 42. col. 1. lit. D.
Auicenna, & alij confutantur ab Auctore circa cauſam naturalis appetitus prouenientem ab humore melancholico, & impugnantur ab anatome, & alijs rationibus. fol. 29. col. 2. lit. D.
Auicennæ ſententia ab Auctore impugnatur, quod ventriculus nõ habeat ſenſum indigentiæ, reliquæ autem partes habeant. folio 49. col. 1. lit. E.
Auicennæ contradictio in ſanguinis miſſione circa locum in curatione vomitus ſanguinei ab Auctore conciliatur. fol. 144. col. 2. littera B.

B

Bilioſum excrementum ad duodenum inteſtinum protuſum facultatem inteſtinorum expultricem irritat, & craſſis excrementis abſtergit. fol. 226. col. 1. lit. D.
Bononienſis quidam nobilis cum per quatuordecim annos continuò renum dolorem paſſus fuiſſet, eius ren totus in abſceſſum mutatus repertus fuit. ibidem 354.
Boulimi etymologia. fol. 48. col. 1. lit. A. B.
Boulimus ex Auctore ingentem famem ſignificat, non autem famem bouinam, vt alij ſenſerunt. fol. 48. col. 1. lit. D.
Boulimus quid ſit apud Hippocratem, Galenū, Paulum Æginetam, Tralianum, & Plutarchum, & in quo inter ſe diſcrepat, ab Auctore tum conciliantur. fol. 48. col. 2. lit. A. B. C. D. E.

Bon-

Boulimus quomodo conuenit cum fame canina, & quomodo differt. fol.49. columna.1. lit. B. C. D.

Boulimi cauſæ variæ apud diuerſos Authores, qui ab Auctore conciliantur. fol. 49.col.2. lit.D.E.

Boulimi cauſæ ab Auctore, vt plurimum fiunt à frigiditate condenſante os ventriculi contra Mercurialem. fol. 50.columna 1. lit. C. E.

Boulimi ſigna,et prognoſis.fol. 50.col.2. lit.D.

Boulimi curationi confert præcipue panis ex Plutarcho, & odoramenta aceti, & aliarũ rerum optimum odorem præſeferentia. fol.51. col.2. lit.B.C.

Boulimus curatur per aſſumptionem aquæ ardentis cum ſcammonio ab vnc.ß. ad vnc. i. fol. 52. col. 2. lit.E.

Bradipepſia quid ſit fol. 68.col. 2.lit.D.

Brutus ab aſſumptione panis à boulimo fuit liber,in quem non ratione frigiditatis niuis, ſed ab exhalatione quadam ſubtiliſſima inciderat. fol. 50. col. 1. littera B.

C

Cachexia hydropis cauſa eſt, eiuſque præuia quædam diſpoſitio. fol.244.col. 1. littera B.

Calculus veſicæ:lege veſica lapis.

Calor præter naturam refrigerat iecur abſumendo eius humidum radicale, & calorem naturalem extinguendo. fol. 247. columna 1. littera B.

Cantharides quid ſint. fol.426. col. 1.lit.B.

Cantharides eæ ſunt cæteris præſtantiores,quæ in frumentis reperiuntur. ibid. lit.C.

Cantharides vnius caloris deterrimæ ſunt ex Dioſcoride. ibid.

Cantharidum præparatarum ad varios morbos vſus, ibid. lit..D.

Cantharides ad veſicatoria medicamenta ſunt ſingularia. ibid.

Cantharides quomodo interfici debent. ibid. lit. E.

Cantharidum præparatio. fol. 427. columna 2. lit. A.

Cantharides admiſtæ medicamentis ſtatim veſicæ ſ: am virtutem communicant. fol. 425.col. 1. lit.D.

Capiti affecto medicamenta ſub forma ſolida magis proſunt, è contra inferiori ventre affecto magis ſub forma fluida ex Galeno fol. 292. lit. E.

Capiua: error in aſſignandi cauſa quare in deglutitione læſa ægrotantes facilius deglutiunt res ſolidas, quàm humidas, & è contra. fol. 9. col. 2. litt. D.

Cardialgia, cardiogmon, vel cardiaca eſt nomen compoſitum ex cardia.quod cor ſignificat, & algia, quod dolorem ſignificat, & cum huiuſmodi pars ventriculi non ſit verè cor,veteres autem hanc partem (ob ſymptomata ſimillima cordi ei eueniẽtia) cardiam appellitabant. fol.16. col.1. lit. A.

Cordiaca, & cardialgia differunt ſecundum magis, & minus. fol.16. col.1. lit.B.

Cardialgia eſt ſine febre,cardiaca autem ſemper eſt cum febre. fol.16. col.1. lit. D.

Cardialgia eſt dolor oris ſuperioris ventriculi, qui ſecundum magis, & minus hominem offendit fol.16 col.2.lit.A.

Cardialgia,cardiogmos.& cardiaca,vnam & eandem rem ſignificant ſecundum Authoris opinionem,quamuis ex Galeno differant. fol. 16. col. 1. lit.E.

Cardialgiæ cauſæ poſſunt eſſe intemperies calida, & frigida,humor bilioſus acris, & mordax venenata qualitate præditus, vermes ipſum ventriculum mordentes, humores acidi à liene in ventriculum regurgitantes. fol.17.

Cardialgiæ ſigna, eiuſque cauſarum. fol. 18. col.1. lit.B.

Cardialgiæ prognoſis. fol.19.col.1 lit.A.

Cardialgiæ curatio fol.19.col.2.lit.A.

Cardialgia mulieribus prægnantibus eueniens abortum, & præfocationem minatur. fol.19.col.1.lit.D.

Cardialgiæ circa prognoſim duo ex Auicenna notatione digna habentur. fol.19.col.1 littera E.

Cardialgiæ curationi poſt corporis expurgationem maximè confert ex Auicenna ſyrupus acetoſus ſimplex cum aceto, in quo infuſum,ac diu maceratũ ſit abſynthium: valet etiam ſyrupus de abſynthio cum ſyrupo acetoſo. fol. 21. col.2.lit.A.

Cardialgiæ in curatione remedium præſtantiſſimum. fol.21. col 2. lit.E.

Cardialgia in maligna non eſt expectanda humorum concoctio, ſed ſtatim ſunt expurgandi ægri. fol.23.col.1. lit.C.

Cardialgiæ ad curationem valet ex Auicenna radix ariſtolochiæ longæ,& caſtorcum cum aceto temperatum,cum prouenit ex materia frigida, & flatulenta. fol.24. col.1. littera B.

Cardialgiæ curationi emplaſtrum Authoris tanquam remedium præſtantiſſimum probatur ex cauſa frigida. fol. 24.col.2. littera B.

I N D E X

Cardialgiæ curationem præſtat electuarium Authoris: probatur in materia frigida, & flatulenta: valet etiam cucurbitula ex Auicenna ad regionem vmbilici tempore acceſſionis appoſita. fol. 24, col, 1. lit. C. E.

Cardialgiæ curationem Azarauÿ præſtat remedium, & ab Authore probatum. fol. 25. col. 1. lit. C.

Cardialgiæ curationem præſtat puluis ex interna membrana ventriculi gallinæ cum puluere coralliorum. fol. 25. col. 2. lit. C.

Cordialgiæ inueteratæ, & incurabilis à Medicis omnibus probantur cauteria actualia, & locus deſignatur. fol. 25. col. 2. lit D.

Caries, & fractura quid ſint, fol. 378. col. 1. lit. D.

Cataputia duplex, maior quæ ricinus dicitur, minor quæ lathyris appellatur: ad vomendi vſum valent. fol. 256. col. 2. lit. A.

Choleræ etymologia. fol. 145. col. 1. litter. C. D.

Cholera quid ſit ſecundùm Auctorem. fol. 146. col. 1. lit. E.

Choleræ cauſæ. fol. 146. col. 1. lit. B.

Cholera æſtate, vt plurimum generatur, & quare. fol. 146. col. 2. lit. G.

Choleræ curatio in communi. fol. 146. col. 2. lit. E.

Choleræ cauſa eſt medicamentum purgans in magna quantitate ſumptum. fol. 147. col. 1. lit. D.

Choleræ ſigna. fol. 147. col. 1. lit. E.

Cholera laborantibus quare partes externæ refrigerantur, cum nulla ſit febris acceſſio. fol. 147. col. 2 lit. D.

Cholera ſicca, & à flatibus dependens à paucis cognita, & delibata, & eius cauſa. fol. 148. col. 1. lit. A. B.

Cholera ſicca, ideſt à flatibus laborati aluus penè adſtringitur, et alÿs cognoſcitur ſignis. fol. 148. col. 1. lit. C.

Choleræ prognoſis. fol 148. col. 2. lit. A.

Choleræ gradus tres, et quales ſint, quorum cognitio confert ad curationem. fol. 149. col. 1. lit. D.

Choleræ curatio per victus rationem. fol. 150. col. 1. lit. B.

Choleræ curatio per pharmaciam. fol. 151. col. 2. lit. D.

Choleræ à cauſa calida confert clyſter ex deſcriptione Aetÿ. fol. 152. col. 2. lit. C.

Cholericæ paſſionis curatio ad mentem Rhaſis 9. ad Almanſ. cap. 20. fol. 154. col. 2. lit. B.

Circuli quadratura ſcibilis eſt, ſed nondum ſcita ex Ariſtotele, fol. 425. col. 2. lit. C.

Citta. vide Pica. fol. 53. col. 1. lit. C.

Concoctio quid ſit, quomodo fiat, et differat à cruditate ſecundum Ariſt. fol. 68. col. 2. lit. D. fol. 69. lit. A.

Concoctionis efficiens, et cauſa immediata eſt temperies partis, mediata eſt calor: cruditatis è contra. fol. 69. col. 2. lit. D.

Coctionis læſæ cauſæ ſumuntur à ſubſtantia, à quantitate, et qualitate ciborum, eorundē varietate, intempeſtiuitate, ordine non ſeruato. fol. 71. col. 2. lit. D.

Coctionis læſæ ſigna. fol. 75. col. 1. lit. A.

Coctionis læſæ prognoſis: cruditas eſt origo, et cauſa ægritudinum chronicarum. fol. 78. col. 1. lit. E.

Coctionis læſæ curatio propter frigidam intemperiem. fol. 81. col. 2. lit. A.

Coctionis læſæ curatio ob humidam, vel ſiccā intemperiem. fol. 83. col. 2. lit. E.

Coctionis læſæ curatio propter intemperies cōplicatas. fol. 84. col. 1. lit. E.

Coctioni læſæ ventriculi curatio ob intemperies cum materia per victus rationem, fol. 90. col. 1 lit. D.

Coctionis læſæ ventriculi ab intemperie calida victus debet eſſe craſſus, et difficilis coctionis, et quare. fol. 90 col. 1. lit. E.

Coctionis læſæ ventriculi ob intemperiem cū materia, curatio per pharmaciam. fol. 91. col. 2. lit. C.

Coctionis læſæ curatio propter calidam intemperiem. fol. 79. col, 1. lit. C.

Coeliaca. lege Lienteria fol. 94.

Colicus dolor tum coli inteſtini, tum recti communis paſſio eſt, fol. 319 col. 1. lit. D.

Colicum dolorem quidam ſufferre non valentes ſibi mortem intulerunt. ibid. col. 2. littera C.

Colicus dolor vnde nomen acceperit, et an antiqua ſit affectio. ibid. C. et D.

Colicus dolor eſt ſymptoma in actione ſenſitiua læſa, et in excretis retentis. fol. 319. col. 2. lib. E,

Colicus dolor prout ſymptoma in actione læſa ſenſitiua, vel à ſolutione continui, vel ab intemperie, vel ab vtraque excitatur. fol. 320. col. 1. lit. A.

Colicus dolor, pro vt ſymptoma in excretis retentis, vel ab obiecto, aut facultate læſa vel impedita gignitur. ibid.

Colici doloris cauſæ internæ, et externæ quæ ſint. ibid. col. et infra.

Colici doloris cauſæ ſunt quandoque vermes, et lapides, et Friſimelics Medici hiſtoria,

qua

qui lapidem per ſeceſſum eiecit. folio 320. *litt.C.*

*Colicus dolor communiter ſic dictus ab humoribus bilioſis,quibusſit.fol.*321.*columna* 1. *litt.* C,

Colicus dolor aut eſt per eſſentiã, aut per conſenſum aliarum partium. ibid. lit.D.

Colicum dolorem frequenter propè ignem artes ſuas exercentes incurrunt . ibid. col. 2. *lit.* A

Colicum dolorem aqua frigida, et vinum niue refrigeratum inducunt. ibid.lit.B.

Colicus, et nephriticus dolor à principio eadẽ ſymptomata inducunt,ita vt peritiſſimi Medici quandoque decipiantur . ibid. lit. D.

Colici doloris ſigna præſentia quæ ſint.ibidem litt. E.

*Coli inteſtini ortus,et per quas abdominis partes circumferatur. fol.*322.*col.*1. *litt.*A.

Colicus dolor intenſior fit, cum pituitæ flatus admiſcentur . ibid. lit.E.

*Colici doloris à bile ſigna . ibid. col.*2.*lit.* A.

Colici doloris à flatu,vermibus,et lapide ſigna ibid. lit.C.et D.

*Colico in dolore ſi anhelitus fœtat,et ſudor adſit frequens,et frigidus cum animi deliquio, lethale eſt. fol.*322.*col.*2.*lit.*E *et infra.*

*Colico dolore ab inflammatione puella quædã duodecim horarum ſpatio interijt. fol.*323. *col,*1.*litt.* A.

Colicus dolor quandoque in epilepſiam quandoque in paralyſim , quandoque in hydropem tranſit. ibid.

Colico dolore ab humore calido,vel flatuum copia facto, et vrgente neceſſitate ad narcotica deueniendum eſt . ibid. 323.*lit.E.*

Colici doloris cura à clyſteribus ex anodinis propriè dictis primò incoanda eſt, quæ vbi non iuuent,ad narcotica confugiendum eſt. ibid. col. 2. *lit.*A.

Colici doloris curatio per anodina . ibid. litt. B. et infra .

Colico in dolore à principio clyſteres ex oleo, et vino ab Auctore reprobantur ; ſicut et ea quæ nimis calida ſunt à Galeno . fol. 324. *col.*1.*lit. B.C.*

*Colici doloris per anodina tum exterius applicanda, tum per os aſſumenda curatio. ibid. col.*2.*lit. B. et infra .*

Colico dolori medicamentum tamquam arcanum Benedictus Victorius proponit.folio 325. *col.*2.*litt. B.*

Colico dolori medicamentum ab Auctore etiam expertum adducitur. ibid.lit.C.

Colici doloris curatio per narcotica . ibidem littera D.

*Colico dolori tum per clyſteres, vel ſuppoſitoria, tum per os narcotica medicamenta applicari poſſunt. fol.*326.*col.*2.*lit. A.*

*Colici doloris à flatu, et pituita per victus rationem curatio . fol.*327.*lit. D.*

*Colico dolori clyſteres primò emollientes,deinde abſtergentes eſſe debent. ibid.col.*2.*lit. D.*

*Colico in dolore inter clyſterem,et clyſterem,ac ſuppoſitorium, et ſuppoſitorium trium horarum,aut quatuor ſpatium intercedat, et fiãt ventriculo vacuo.fol.*328. *col.*1. *lit.*C.

*Colici doloris à pituita,et flatu per pharmaciã curatio . ibid.*328. *lit. E.*

*Colico in dolore à pituita,et flatu ſyrupi abſq; aquis,vel decoctione adminiſtrari debent . fol.*329.*col.*1. *lit. B.*

*Colico in dolore ex ventriculi cruditatibus vomitus,ſi æger facilè vomat,probantur. ibi d. col.*2. *lit.B.*

Colico dolori à flatu medicamenta aliqua particularia traduntur . ibid. 331.*lit.E.*

Colico in dolore euacuatis humoribus reſoluentia medicamenta,et corroborantia tam interius,quàm exterius conueniunt. ibidem. littera C.

*Concoctio in ventriculi fundo fit . fol.*70. *lit. B.C.*

Concreta à frigido aquæ ſunt naturæ.ibidem 350.

*Confectionis chalybeatæ deſcriptio . fol.*241. *col.* 1. *lit. E.*

*Confectiõ chalybeata naturis frigidis magis conuenit , quàm calidis ; et in calidis naturis loco melius apponuntur ſyrupus acetoſus et conſerua roſacea . fol.*242.*col.*1.*lit.*A.

*Coprotica, et cathartica medicamenta quæ dicantur . fol.*376.*col.*2.*lit.B.*

*Coriandrorum ſemina valent ad cibum retinendum . fol.*98.*col.*1. *lit.*C.

Coriandri controuerſia,an ſit calidum,aut frigidum, ſoluitur ab Auctore. fol. 98. *col.* 1. *litt. D.*

Cruditas in conualeſcentibus cum aceto ſitate coniuncta morbi recidiuam prænuntiat.fol. 78.*col.* 2. *lit.*A.

*Cucurbitula magna cuicunq; ventris parti flatibus contentæ applicita tanquam incantamentum eos diſcutit. fol.*111.*col.*2.*lit.E.*

*Cucurbita dolori colico in parte dolenti applicata velut incantamentum iuuat . fol.*331. *lit. D.*

*Cura in coacta vrgenti prius attendendũ cauſa non neglecta ; at in cura regulari prius cauſæ incũbendũ eſt.fol.*290.*col.*2.*lit.* A.B.

Cu

Curatio tribus perficitur medicina inſtrumentis, fol.221.col.2. lit.E.
Cutis eſt verum ſenſus inſtrumentum. folio 447.col.1.lit.E.

D

DEcoctiones diureticæ pro quacunque vice debent eſſe ad vncias x. fol. 258. litera D.
Deglutitio læſa eſt ſymptoma læſæ actionis. fol.4.col.1.lit.A.
Deglutitio quid, & quomodo fiat. fol.4.col.1. lit. D.
Deglutitio læſa varios morbos ſequitur, vt eſt ſolutio continui, materia illapſa in gulæ cauitatem deforis, vermes in gula retenti, aut hirudo, aut tumor muſculorum gulæ. fol. 6.col.2. lit.C.D.E.
Deglutitionis læſæ cauſa. fol.7. col.1. lit B.
Deglutitionis læſæ cauſarum ſigna. fol.8. col. 1. et 2.
Deglutitionis deprauatæ ſigna, cum ægrotantes deglutiunt res ſolidas, humidas minimè, & contra. fol.5.col.2. lit.C.
Deglutitione in læſa ſiue à tumore muſculorū gulæ ſiue à luxata vertebra facti, inter comendendum ægroti multoties emittunt per nares potum. fol.9.col.1. lit.C.
Deglutitionis læſæ, in qua facilius deglutiuntur res ſolidæ, quam humidæ, & è contra ſolutio vera ab Auctore oſtenditur deſumpta cum à facultate naturali ipſius ventriculi, & etiam œſophagi, tum ab Anatome. fol.11.col.1. lit.D. E.
Deglutiendi difficultas ſi contingat ex vertebra ceruicis, aut thoracis luxata, rē eſſe in anguſto eſt prædicendum; ſic de alijs cauſis. fol. 12. col. 1.
Deglutitionis læſæ curatio. fol. 12. columna 2. lit. A.
Deglutitionis læſæ medicamenta, quæ in ore detinentur, debent eſſe craſſa, & gulæ adhærentia, non autem liquida, & quare. fol.13. col. 1. lit. A.
Deglutitionis læſæ medicamenta localia debēt extra applicari ad partem poſteriorem ceruicis, & dorſi. fol.13.col.2.lit.A.
Deglutitione in læſa tripbera minor ex Phœnone, et Saracenica probatur magis ab Auctore. fol.14.col.1.lit.C.
Deglutitioni læſæ globulus plumbeus perforatus, filoq; traiectus, et in gulā immiſſus maximè prodeſt. fol. 14. col. 2. lit. D. Idem facit ſpongia filo arctè ligata, oleo amygd. dulc. illita, et in gulam tranſmiſſa. ibid.
Deglutitionis læſæ deprecatio ex Actio. fol. 15. columna 1. litt. A.
Diabetes raro contingit. fol 391. col.1. lit.D.
Diabetem ſemel Galenus obſeruauit, aut bis. Hippocrates vero nunquam. ibid. B.et col. 2. lit. D.
Diabetes quid ſit. fol. 392. col.1. lit. A.B.
Diabetes ſimilitudinem cum ventriculi, et inteſtinorum leuitate habet. ibid. lit. B.
Diabetes quomodo generatur. ibid.lit.D.
Diabeti renum attractio læditur, et retentrix aboletur. ibid. col.2. lit. B. et fol.393. col.1.lit. B.
Diabetes, in quo cum fame canina, et lienteria conuenit, et differt. fol. 392. col.2.lit.B. et infra.
Diabetes eſt ſymptoma in excretis. fol. 393. col.1. lit. B.
Diabeti renes ſunt læſi primariò, ſecundariò aliæ partes. ibid. lit. D.
Diabetis cauſa, ibid.col.2.lit.A.
Diabetem dipſas animal per morſum facit. ibid. lit.C.
Diabetes ab intemperie frigida non fit aduerſus Aretæm, et Dominicum Leonem. ibid. lit.E.
Diabetem duo ſunt ſigna pathognomonica declarantia. fol.394.col.1.lit.C.
Diabeti vrina non excernitur vt lotura carnis. ibid.col.2.lit.B.
Diabetes inueterata ad totius corporis colliquationem, ad maraſmum, et mortem perducit homines. fol. 395. col.1.lit.A.
Diabetis per victus rationem curatio. ibidem lit. B.
Diabeti ſi adſit ſanguinis copia, et viriū robur ſanguinis miſſio conuenit. ibid. colomna 2. lit. E.
Diabetis per pharmaciam curatio. fol. 396. col.1.lit.B.
Diabeti euacuantia ſunt in duplici differentia, vt et alterantia. ibid.
Diabeti lactis chalybeati vſus, aut lapide ignito præparati prodeſt. ibid.col.2. lit.B.
Diabeti poſt purgationem ſoporifica conueniunt. fol.396.col.2.lit D.
Diabeti poſt purgationem attemperantia, et corroborantia renes competunt. ibidem litt. E.
Diabeti irrigationes ex aqua aluminoſa, vel aliâ thermali pro[illegible]ns. fol. 397. col. 1.
Diabeti plumbi lamina tenuiſſima perforata renibus applicata [illegible]. ibidem col. 2. lit. D.
Diarrhæa quid ſit. fol.267. col.1. lit. A.
Diarrhæa, dyſenteria, et vermium affectio

om-

omnium inteſtinorum morbi communes ſunt. fol. 267. lit. D.
Diarrhæa eſt ſymptoma exeuntis mutati, aut tota ſubſtantia, aut quantitate, aut qualitate. fol. 268. col. 2. lit. A.
Diarrhæa, ſeu alui fluxus quandoque eſt criticus, quandoque ſymptomaticus. fol. 268. lit, D.
Diarrhæa in ſymptomatica vel humores, vel chylus, vel ſtercora excernuntur. fol. 268. lit. E.
Diarrhææ variæ ſunt differentiæ pro exeuntium. & partium, vnde exeuntia mouentur diuerſitate. fol. 269. col. 1 lit. A. et infra.
Diarrhææ cauſæ tam internæ quam externæ; tam mediatæ, quam immediatæ; tam naturales, quàm præter naturales quæ ſint. ibidem col 2. lit. B. et infra.
Diarrhæa critica, quia morbum tollit, aut lenit, et quia in diebus iudicatoryis cum ſignis coctionis apparet, cognoſcitur, è contra ſymptomatica fol. 270. col. 1. lit. E.
Diarrhæa, ſeu alui fluxus duplex eſt, ſcilicet colliquatiuus, et non colliquatiuus. ibdem col. 2. lit. A.
Diarrhææ bilioſæ diuerſitas ex ſymptomatibus, et exeuntium colore dignoſcitur. ibidem lit. B. et C.
Diarrhæa pituitoſa, et melancholica propriis, et communibus indicyis cognoſcuntur. fol. 270. col. 2. lit. D. et E.
Diarrhææ colliquatiuæ ſigna. fol. 271. col. 1. lit. A.
Diarrhææ à toto tam à facultate expultrice, quam retentrice læſa dignotio. ibidem lit. B. C. et D.
Diarrhæa à vetriculo, et à cerebro per propria ſymptomata, et ſigna cognoſcitur, et quæ ſint ſigna. ibidem col. 2. lit. A. et infra.
Deiectionis ſpumoſæ, quod à cerebro procedant, ſpumæ ſignum fallax eſt fol. 271. lit. D.
Diarrhæa hepatica, lienoſa, et inteſtinalis quibus indicyis comprehendatur. ibid. lit. E. et fol. 272. col. 1. lit. A. et B.
Diarrhæa vnius diei, et plurium etiam abſq; febre, et infra ſeptimum diem conquieſcens ſalubris eſt. fol. 272. col. 2. lit. A.
Diarrhæa antiqua ex ventriculo male affecto in hydropem, vel atrophiam degenerat, ex iecore verò in dyſenteriam. ibid. lit. B.
Diarrhæa, ſeu alui fluxus glutinoſus, candidus, et ſubcroceus malus; niger vero, liuidus, aut opimus, aut fœtens, non apparente coctione, exitialis eſt. ibid.
Diarrhæa à peripneumonia, phthiſi, et pleuritide lethalis, ab hydrope, et atrophia mala eſt. ibid. lit. D.
Diarrhæa ſiue critica, ſiue ſymptomatica, vbi vitæ hominis periculum affert, compeſcenda eſt. fol. 273. col. 1. lit. A.
Diarrhæa in calida, & frigida victus ratio boni ſit ſucci, et adſtrictionis alicuius particeps. fol. 274. col 1. lit. B.
Diarrhæa antiqua mixta ex bile, et pituita vſu ſolo meſpilorum curata fuit. ibidem lit, D.
Diarhææ in principio ſanguinis miſſio reuellendi cauſa conuenit. ibid. col. 2. lit. D. et fol. 275. col. 1. lit. B.
Diarrhææ curatio per pharmaciam. ibidem lit. D. et infra.
Dies ſeptima inter omnes dies decretorios principatum, et potentiam habet. fol. 221. col. 2. lit. A.
Differentia inter animalia, et plantas, circa alimentum, qualis ſit. fol. 15. col. 2. lit D.
Diſpepſia quid ſit. fol. 681. col. 2. lit. D.
Diſpepſiæ ſigna. fol. 76. col. 2. lit. E.
Diuretica medicamenta alia ſunt calida, alia frigida. fol. 194. col. 1. lit. B.
Dolor in pleuritide eſt pungitiuus in iecinoris inflammatione tenſiuus, & grauatiuus. col. 189. col. 2. lit. D.
Dolor exiguus à ſola intemperie tam calida, quàm frigida proficiſcitur, vehementior à ſolutione, vehementiſſimus tam à ſolutione quàm ab intemperie fol. 365. lit. E.
Dolor per accidens trahit, calor per ſe. folio 373. col. 1. lit. C.
Dolor pulſatiuus arteriarum affectionem ſignificat. fol. 374. col. 1. lit. C.
Ducciæ, lege embrocationes. fol. 83. columna 1. litt. D.
Dulcia in inflammatione iocineris ſuſpecta ſunt, melius tuſcuiis, aut decoctionibus vti, quàm iſtis diuulgatis ſyrupis fol. 195. col. 1. lit. A.
Dyſenteria eſt alui fluxus cum dolore, mordicatione, et ſanguinis excretione, cuius quatuor dantur differentiæ à Galeno. fol. 277. col. 1. lit. C.
Dyſenteria proprie tunc eſt, quando cruenta materia ex inteſtinorum vlcere paulatim, et breuibus interuallis deycitur. ibidem lit. E.
Dyſenteria hepatica quæ dicatur. ibid.
Dyſenteria eſt ſymptoma in exeretis toto genere præternaturam. fol. 278. col. 1. lit. A.
Dyſenteriæ quandoque vicerant inteſtina tam craſſa, quam tenuia, quandoque tenuia tan-

tantum, ſepius craſſa tantum. ibidem littera C.

Dyſenteriæ variæ differentiæ pro exeuntis materiæ diuerſitate. ibid. lit.D

Dyſenteriæ tres gradus pro partium læſarum diuerſitate à Galeno dantur. ibidem col.2. lit.C.

Dyſenteriæ primus gradus tunc dicitur cùm pinguia excernuntur, ſecundus quando ramenta inteſtinorum, tertius quando portiones inteſtinorum ſeu membranarum eÿeiuntur. ibidem lit D.

Dyſenteriæ differentiæ ex vlceris malignitate, magnitudine, & paruitate deſumuntur. ibidem lit.E.

Dyſenteria, & pleuritis comparatione cæterorum morborum ſigno ſcientifica habent. fol. 280. col.2. lit.C.

Dyſenteria in peſtilenti quidam hebræi miſere interierunt. fol.279. col.1 lit.B.

Dyſenteriæ cauſæ tam internæ, quàm externæ, tam immediatæ, quam mediatæ, quæ ſint. ibid. lit. E. et infra.

Dyſenteriæ, & gradus eius, ac partis affectæ, ſigna demonſtratiua quæ ſint. fol. 280. col. 2. lit.D.E. et 281. col. 1 lit. A. et infra.

Dyſenteriæ cauſarum ſigna. ibid. lit.E.

Dyſenteriæ ſecundus gradus difficulter curatur, tertius verò exitialis affectis tenuibus inteſtinis eſt, & præcipuè ieiuno. fol. 282. col.1. lit.D.E.

Dyſenteriæ primus gradus podagricis inueteratis ſuperueniens liberat eos à morbo. ibidem col.2. lit C.

Dyſenteriæ in curatione indicatio ab vlcere deſumitur. fol.283. col.1. lit. A.

Dyſenteriæ quæ victus ratio conueniat. ibid. lit.C. & infra.

Dyſentericum ex vnico cum muliere coitu ſanatum fuiſſe refert Amatus. ibid. lit.D.

Dyſenteria ab Alexandro ptiſana cum pedibus vituli vſque ad vnguium ſeparationem laudatur. fol.284 col.1 lit.B.

Dyſenteriæ lumbi porcini, & hoedini in aceto macerati; carnes, & oua poſca elixata conceduntur. ibid. col.2. lit.C.D.

Dyſenteriæ lac coctum, & alteratum, & ſtercori canino admiſtum à Galeno, Alexandro & Aetio commendatur; febricitantibus verò admiſtum cum quarta aquæ parte probatur. fol.285. col.1 lit.B.C.D.E.

Dyſenteriæ in principio ſanguinis miſſio à vena humeraria ex multorum opinione probatur. fol.286. col.1. lit. B.C.D.

Dyſenteria per eſſentiam non debet mitti ſanguis; in dyſenteria verò per conſenſum tum reuellendi, tum euacuandi cauſa mitti debet. ibid. col.2. lit.D.

Dyſentericus quidam poſt multa adhibita medicamenta ſanguinis miſſione ex vena brachy dextri ſanitati fuit reſtitutus. fol. 287. col.1. lit. A.

Dyſenteria tum propter naturæ ſuæ malitiam, tum propter docentium varias opiniones difficilis eſt curationis. ibid. lit. E.

Dyſenteriæ, a Maſſaria, Syluatico, Auicenna, Galeno, Aetio, Paulo, Actuario, Cornelio Celſo, & Halsabbate purgans medicamentum reprobatur, & argumenta adducuntur. fol. ibid. col.2. lit. B. et infra.

Dyſenteriæ medicamentum purgans, cautela tamen & conſideratione ſeruatis ex Auctoris mente conuenit. fol.288. col.1. lit.B.

Dyſenteriæ purgatio conuenit quando humores praui, & copioſi ſunt, vt à benignis, & temperatis medicamentis non vincantur, et ſigna cognoſcendorum humorum prauorũ, & copioſorum à Iacchino, & Augenio traduntur. fol 288. col. 2. lit. E. et infra.

Dyſenteria tam a principio, quam vlcere iam facto, viribus valentibus, medicamentum purgans propinandum eſt, ex Galeno, Auicenna, & alys, & ad contrarias rationes reſpondetur. fol.289. col.1 lit C. et infra.

Dyſenteriæ cum ſolutiuis medicamentis ea, quæ adſtringunt partem vlceratam periti practicantes admiſcent. ibid. lit. E.

Dyſenteria ex Hippocratis mente bis, et ter purgandum eſt. fol. 290.

Dyſenteriæ vlcus non ſemper habet vrgentem rationem. fol 291. col.1. lit. A.

Dyſenteria rhabarbarum torrefactum contra Amati calumnias conuenit. fol 292. lit. A.

Dyſenteriæ agaricum torrefactum, & myrobalani torrefacti ad humorem pituitoſum ſalſum educendum conferunt. fol.292. col. 2. lit. D.

Dyſenteriæ medicamenta ſub potionis forma magis, quàm boli aduerſus Mercurialem probantur. fol. 292 lit. D.

Dyſenteriæ, & præcipue inteſtinorum craſſorum præter clyſteres abſtergentes, et aſtringentes, quandoque lenientes conueniunt. fol. 296. col.2. lit. A.

Dyſenteriæ in vlcere depaſcente medicamentũ cruſtam inducens per clyſterem inÿcitur à Græcis. ibid. lit.B

Dyſenteriæ, quando dolor vrget ad narcotica recurrendum eſt tam per os, quàm per clyſteres. ibidem lit.C.

Dyſenteria ex veneno proprio antidoto ſuccurritur. fol.297.col.1.lit.B.
Dyſuria quid ſit, & quot contingat modis. fol.438.col.1. lit.C.
Dyſuria eſt vrinæ exitus cum difficultate, dolore, et ardore. fol.439 col.1. lit.C.
Dyſuria ad actionem veſicæ deprauatam refertur. ibid.
Dyſuriæ cauſa. fol.439. col.2. lit. A.
Dyſuriæ ſigna. fol. 439.
Dyſieria in ſenibus ex intemperie frigida periculo non vacat; ſicut ſi malignis, et ardentiſſimis febribus ſuperueniat. fol. 440. col. 1. lit. B.
Dyſuriæ per victus rationem curatio. ibidem lit. D.
Dyſuria ſæpe ex intemperie frigida cum materia ortum ducit. ibid
Dyſuriæ ortum ducenti à frigido diuretica medicamenta conueniunt. ibid. col.2. littera D.
Dyſuriæ per pharmaciam curatio. fol. 441. col. 1. lit. A.
Dyſuria à flatu, et febre quomodo curanda. ibid.col.2. lit.D.
Dyſuriæ duæ ſunt differentiæ. fol.442. col. 1. lit. A.
Dyſuria, in qua cum difficultate exit vrina, & ſine dolore, ad diminutam veſicæ actionem refertur. ibid. lit. B.

E

EFfectus omnes prodeuntes à facultatibus corpus noſtrum regentibus conſiderandi ſunt fol.162. col.2.lit.E.
Elaterij vſus, et doſis in aſcite fol.265.littera C.
Ellebori nigri præparatio. fol.241 col.1 littera B.
Endiuia, cichorium, condrilla, et ſonchus; et ſi aliquam amaritudinem habeant, non ſunt propterea calidæ, ſed temperatæ naturæ fol. 164.col.2.lit.B.
Epigaſtrium. Lege Abdomen.
Eſſentia oppilationis ſeu obſtructionis continetur ſub morbis malæ compoſitionis, cuius quatuor ſunt differentiæ. fol. 171. col. 1. lit. D.
Eſſentia rerum nomine proprio declaratur. fol.298.col.1.lit. A.
Eſſentia rei eſt eiuſdem cognitionis principium fol.339.col.1.lit.C
Eudemo philoſopho [illegible] lex erat canalis deferens bilem. fol.28[illegible] col.1 lit.B.
Eupatorium eſt tale iecori, quale eſt ſcolopendrium lieni. fol. 166.col.2.lit.D.
Excrementorũ ad illuuiem è corpore educendam commodior locus, quàm is per ſeceſſum, non datur. fol.289. col. 1. lit.C.
Exemplar, ſiue paradigma Auctoris in curandis morbis complicatis. fol.89.col.1.lit.D.
Explanantur nonnulla quæſita circa cauſas læſæ concoctionis ventriculi. fol. 73. col.1. lit. C.
Extra iecur nulla venarum reperitur perforata ſed earum tunica vndique continua eſt. folio 170. col.2. lit.D.

F

FAbrorum canes liene carent. fol.236. col. 2.lit. D.
Facultas læditur eſſentialiter ab intemperiebus, accidentaliter à morbis in compoſitione. fol.312.col.2.lit.C.
Facultas ab intemperiebus læditur, à morbis verò in compoſitione impeditur. fol. 348. col. 1.lit.E.
Fames quid ſit, & quomodo fiat. fol.26. col. 2. lit. B.
Fames tripliciter læditur abolitè, diminutè, et deprauatè, fol.27.col 1.lit.A.
Fames canina quid ſit. fol. 27.
Fames bouina quid ſit ibid.
Fames canina vtrum ſit actio oris ſuperioris ventriculi deprauata. fol.38 col. 1 lit E. Argenterij opinio, quæ à Mercuriali refellitur. fol.39.col.1. Mercurialis ab Auctore impugnatur circa ſolutionem quæſiti. folio 39 col.1.lit.E. Auctoris ſolutio quæſiti fol. 39. col.2.lit C.
Fames canina eſt fames adaucta, in qua deſiderium inſatiabile capiendi cibi reperitur, et cum auiditate ingeritur. fol. 40. col.1. littera D.
Fames canina quomodo conuenit cum fame naturali, et differt. fol.40.col.2.lit A.
Fame canina qui poſſunt laborare. fol. 40. col. 2.lit. E.
Famis caninæ cauſæ ex Galeno ad duo capita rediguntur, ad vitioſum humorem mordentem ventriculum, et ad corporis totius inopiam. fol 41.col.1.lit. A.
Famis caninæ cauſæ tres numerantur ab Alexãdro Traliano, intemperies frigida, calida, et virtutis retentricis imbecillitas, cuius ſententiam ſequuntur Gordonius, et Dominicus Leo. fol. 41.col.2 lit.A.
Famis caninæ cauſa à Traliano aſſignata Galeno aduerſatur fol.41.col.2 lit.B.
Famis caninæ cauſæ conc[illegible] b. [illegible] inter Auicennam, Tralianum, Gordonium. Dominicum Leonem cum Galeno. fol. 41,

columna 2. littera C.

Famis caninæ cauſæ aliquando poſſunt eſſe vermes. fol.42.col.1.lit.B.

Famis caninæ ſigna præcipuè ex Galeno ab excretis cognoſcuntur. fol 43.col.1.

Famis caninæ prognoſis, et poteſt transmutari in dyſenteriam coeclicam, et hydropem fol.44.col.1.lit.A.

Famis caninæ curatio. fol.44.col.1.lit.B.

Febris acuta, et vehemens mortem minatur. fol.190.col.1.lit.D.

Felium commercium diſponit hominem ad phthiſim. fol.85. col.1.lit D.

Fernelij hiſtoria cuiuſdam nobilis, qui deuorauit glebam calcis viuæ pugni magnitudine ſine læſione. fol.56.col.1.lit E.

Fæx ſanguinis ſcirrhum generat, atra bilis cancrum, et ſi mordax eſt, cancrum vlceratum facit, fol.234.

Filum crudum in lixiuio coctum non eſt à principio in colico dolore applicandum, vt et quamplurima huiuſmodi. fol. 325. col. 1.lit.B. et infra.

Flatus generatur à cauſa frigida, et calida, & quomodo. fol.105.col.1.lit.A.

Flatus materia quænam ſit. fol. 105. col. 2. lit. E.

Flatus quare non generatur, quando alimentum eſt in ventriculo, etiam ſi adſit cruda humiditas fol.105.col.2.lit.E.

Flatus quare generatur vacuo ventriculo. fol. 106.col.1.lit.A.

Flatuli cauſarum proponitur. et ſoluitur quædam difficultas. fol.106.col.2.lit.A.

Fluxionis cauſæ quæ ſint. fol.373. col. 1. littera D.

Follis fabrilis per ſeceſſum immiſſus, vt venter, et inteſtina inflentur, clyſtere ex hydreleo, et modico nitri deinde iniecto in colico dolore à Tralliano, et Amato, et Hippocrate mirabiliter laudatur. fol. 332. columna 1.lit.E.

Frigida applicata iuuant, calida nocent medicamenta, quæ ſolent bilem expurgare maximeq; conferunt. fol. 162.col.2. lit.A.

Frigiditas in corpore duplex, vna priuatiua, altera poſitiua dicitur. fol.247.lit.D.

G

GAleni, Auicennæ, & Plutarchi de vini potione in curanda fame canina controuerſia ab Auctore dirimitur, & ſoluitur. fol.44.col.2 lit.D.

Galeni experimentum in cognoſcenda mala, et vitiata coctione. fol.77. col.2. lit.C.

Galeni controuerſia in curanda intemperie calida, & frigida facilius frigida, & humida; è contra a[illegible] loc[illegible] contrarium videtur ſentire, quæ contro[illegible]erſia ab Auctore tantum fuit obſeruata, & [illegible]nciliata. fol. 86. col.1. lit.E.

Galenus non reprehendit H[illegible]pocratem circa ſinguttus cauſam, vt voluit Mercurialis. fol.117.col.2. lit.C.

Galenus ſcribit duo m[illegible]camenta libro 8. de compoſitione med[illegible]am. [illegible]alium 6. et 8. capit., quæ omnibus h.pa[illegible] intemperiebus opitulantur tam ca[illegible] qu[illegible]m frigidis, ſed à propria ſubſtantia. fol. [illegible]68. columna 2. lit. C.

Galenus ſcriptum r[illegible]l.q[illegible]it. quod ſi diutius ſanguis [illegible] trahe[illegible] [illegible]n ven[illegible], albedinem, non rubedinem a[illegible]quirere[illegible] fol. 171. col. 2. lit. B.

Galenus doc[illegible]ſigna d[illegible]clarantia iecoris inflammationē, q[illegible]a[illegible]un[illegible] grauitas in dextero hypochondrio. deind[illegible] dolor [illegible] di[illegible]o[illegible]nunquā ſolet ad claui.u.am [illegible] u[illegible], quamuis non ſemper. fol.185.col.1 lit.C.

Galenus retinuit ſe ab interrogatione extenſionis doloris ad iugulum vſq; fol.185. col. 1. lit.D.

Galenus 3. epidemior. 2 tex. 5. ſcriptum reliquit, quod ſenes graciles, & bilioſi, ſi corripiantur inflammatione iecoris, pereunt, aut tabidi fiunt. fol.190 col.1.lit.C.

Galenus admonet ſecundò ad Glauconem cauendum eſſe, ne in principio curationis hepaticæ inflammationis fiant errores. folio 190.co.2.lit.C.

Galeni conſilium noluit intelligere Attalus inde Theagenem interfecit. fol.197.col.2. littera E

Galenus ſcribit quod in abſynthio pōtico amaritudo a ſtypticitate ſuperatur. fol.198.col. 2. lit.D.

Galenus lib.1. de alimentor. facultatibus. cap. 1. ſcripſit quædam eſſe alimenta medicamentoſa, ad quorum ſimilitudinem ars eadem parare poteſt. fol. 202. col.2. lit.C.

Galenus apertè ſcripſit medicamentum ad iecoris cauum minimè ferri, vt expurget corpus. fol.203.col.1 lit.A.

Galenus an methodice, ac rationali via tradiderit medicamenta permiſcenda eſſe alimentis. fol.203.col.2.lit.D.

Galenus an in eundem errorem inciderit, de quo Hippocratem ipſe reprehenderit, nempe de obſcuritate. fol.203. col.2.lit.E.

Galenus vtrum conſtituerit ſorbitiones attractiuas, quas ipſe aduerſus Hippocratem nega-

ga-

generat. fol. 204. col. 1. lit. E.
Galenus pluribus in locis expreſſè ſcribit ſcirrhum eſſe morbum partium inſtrumentalium. fol.206 col.2. lit.E.
Galenus contraria aſſerere videtur libro de differ. morbor. cap. 6. & de cauſis morbor. vltimo, vbi dicit tumores eſſe morbos partium ſimilarium. fol.206.col.2. lit.E.
Galenus, & Actius multa ſcribunt medicamenta ſuperſtitioſa, & falſa, vt difficulter vnum ſit, cui confidere valeamus. fol.422. col.2. lit.D.
Galeni tex.lib. 3. aph. deprauatè Altimarus, Mercurialis, & Foreſtus interpretantur. ibidem lit. E.
Auctoris interpretatio. fol.443.col.2.lit.A.
Generatio inflammationis in hepate, & in alijs partibus videtur diuerſa, quia ſanguinis iecur eſt opifex, neque aliunde ſanguis in ipſum deriuare poteſt. fol.183.col.1. l.B.
Gentilis obſeruatio cuiuſdā militis, qui ſolida deglutiebat, liquida minimè. f.10.c.2.l.A.
Glaucus Philoſophus Galeni doctrinā maximè admiratus fuit cum obſeruaſſet eum ad vnguem enarrare illa ſymptomata, quæ medicus ille patiebatur. fol.9.col.1.lit.B.
Gula, ſeu oeſophagus eſt præditus facultate ſentiendi. fol.9.col.1.lit.E.
Gula in affectione ex dorſi dolore percipitur, & quare. fol.2.lit.A.

H

Hæmorrhois ſerpens peſtifer eſt, ex cuius morſu vniuerſus ſanguis è corpore effluit. fol.339.lit D.
Hæmorrhoides ſunt venæ ad anum terminantes, quæ quinque ſunt numero. ibidē litt.B.
Hæmorrhois de ſanguinis fluxu ex venis in anum terminatis propriè dicitur, vnde nomen deductum eſt. ibid col.2. lit. A.
Hæmorrhoides in plures diuiduntur differentias. fol 339.col.2. lit.B.
Hæmorrhoidum omnes differentiæ ad coecas, & fluentes reducuntur. ibid.lit.E.
Hæmorrhoides ſi fluant periodice cum conferentia, & tolerantia, naturales dicuntur. fol.340.col.1. lit.B.
Hæmorrhoides naturales à multis morbis imminentibus liberant. ibid. lit.C.
Hæmorrhoides præter naturales ad tumores præter naturam, & ad ſymptomata in excretis à toto genere reducuntur. ibidem lit. D. E.
Hæmorrhoides ex ſanguine copioſo, et craſſo fiunt, et ex ſanguine pituitoſo. ibid. col. 2. lit.A.
Hæmorrhoides primo à ſanguine craſſo fiunt, deinde & alij per has vias purgantur humores. ibid. lit. C.
Hæmorrhoides propriè ex venis miſeraicis ortum ducunt. ibid. lit. E.
Hæmorrhoides minus proprie ex vena caua diuertio in muſculos retinentes inteſtinum in ſua ſede, & in ſphyncterem terminantur. ibid. et infra.
Hæmorrhoides minus proprie primario liberant à multis imminentibus morbis, ſecundario ab iiſdem magis propriè liberant. fol. 341.col.1.lit.A.
Hæmorrhoidum cauſa. fol.341.lit.C.
Hæmorrhoidum exteriorum ſigna à ſenſu petuntur, interiorum verò ex ægrorum relatione. ibid.col.2.lit.D.
Hæmorrhoides coecæ quomodo cognoſcuntur. fol. 342.
Hæmorrhoidibus coecis qui tentitur, miſerā vitā ducunt, & difficulter curātur. ibid.lit.D.
Hæmorrhoides immoderate fluentes quæ mala inducunt fol.342.col.1. et infra.
Hæmorrhoidum per victus rationem curatio. ibid.col.2.lit.C.
Hæmorrhoidum diuerſæ indicationes ſunt pro affectionum diuerſitate, quibus complicantur. ibid. lit.D.
Hæmorrhoidum tumoribus ſiue internis, ſiue externis à principio conſtantibus viribus ex vena iecoraria cubiti ſanguis mittēdus eſt, in antiquatis verò à poplite, vel ſaphena. fol.343.col.1.lit.B.C.
Hæmorrhoidum curatio per pharmaciā ibid.
Hæmorrhoidibus raro medicamenta purgantia conueniunt. ibid. lit.D.
Hæmorrhoides coecæ, et turgidæ aperiendæ ſunt aduerſus Maſſariam, & alios, ſi corpus ſit purū. fol.344. col.2. lit C. et infra.
Ad hæmorrhoidas euocandas à partibus inferioribus mitti debet ſanguis, ad ipſas ſiſtendas ex ſuperioribus. fol.345.col.1.lit.A.
Hæmorrhoides quando, et quomodo aperiri poſſunt. fol.345.lit.B.et infra.
Hæmorrhoides longo tempore fluentes non ſunt omnes cohibendæ, ſed ſaltem vna relinquenda eſt aduerſus Actiū.ibid.col.2.l.D.E.
Hæmorrhoidibus nimis dolentibus ipſi dolori tamquam vrgenti prius incumbendum. fol 346.col.1.lit.B.
Hippocratis tex.6. ſec. 1. 6. epidem. à Galeno explicatur. fol.3(0.col.1. lit.B.
Hirudines extra inteſtinum applicatæ ex vena caua attrahunt, intra vero ex hæmorrhoidibus. fol. 341.lit.B.

Hirudinum ex antiquis nullus fecit mentionem. fol.345.lit.C.

Humores ex corpore auferuntur tum per inhibitionem generationis ipſorum, tum per euacuationem eorundē extra corpus, quod per victus rationem, pharmaciam, & chirurgiam fit. fol 220. col.2. lit.D

Humoris vniuſcuiuſq; propria ſunt color, ſapor, motus tam diurnus, quam periodicus. fol.162.col.1. lit.D.

Humores peccantes in corpore cognoſcuntur ex proprÿs ſignis. fol.162.col.1. lit.D.

Humores acres, & mordaces, quia in ventriculo diu non retinentur, ideo ipſum non corrodunt, & vlcerant. fol.279.

Humores tenues à principio expurgari poſſunt nulla facta præparatione. fol.290.lit.D.

Hydropis nomen, & definitio, & conditiones materiæ hydropem facientes. fol.244.col.1. lit.E.et col.2.lit. A.B. et C.

Hydropis tres differentiæ ſunt, vna aſcites, altera tympanites, tertia anaſarca, vel hypoſarca, vel leucophlegmatia appellata. ibid. lit.B.

Hydropi pituita aquoſa eſt, et diluitur obiectio, quomodo hydrops aquoſus tumor dicatur à Galeno, cum fiat à flatu, et pituita. fol.245.col.1.lit.E. ibid.lit.D.et E.

Hydrops inter morbos magnitudinis aucte ponitur. ibid.col.2.lit.C.

Hydrops ratione iecoris primo affecti ſymptoma actionis læſæ dicitur. ibid. lit. E.

Hydropis cauſæ aliæ ſunt internæ, aliæ externæ; vel aliæ ſunt materiales, & aliæ efficientes. fol.248.col.1. lit. A.

Hydropici plures fiunt autumni tempore. fol. 248. lit. D.

Hydropi omentum, & quandoque inteſtina, et omnia viſcera in aqua innatant. et in ipſa immerſa ſunt, fol.248.col.2. lit.B.

Hydropis ſigna tam fientis, quàm factæ. ibid. lit.E. et infra.

Hydropis vrina ideo rubicunda eſt, quia à ſanguine ſeparari non poteſt propter iecoris virtutem debilem, et in anaſarca vrina alba, et lactea eſt. fol.249.col.1.lit.C.et D.

Hydropes omnes difficilis ſunt curationis, & ſæpe ad mortem vſque comitantur, ſed cæteris omnibus curatu difficilior aſcites, 2. anaſarca, 3. tympanites. fol.250,col.1. littera B.

Hydropicus quidã vt apud Celſum legitur, propter nimiam ſitim, cum nihil haberet, quo ſe ſatiaret, vrinam, & fœces liquidas bibit. ibid. lit.D.

Hydropica quedã mulier Bononienſis ex Auctoris obſeruatione, cum per integrum annum aquam non guſtaſſet, ab aſcite liberata fuit. ibid. lit.E.

Hydrops ex læſo iecore per eſſentiam, aut ex ſcirrho affecto nullo medicinæ ingenio curari poteſt. fol.250. col.2. lit.B.

Hydrope iā facto aſcites dicto, alui fluxus fortis mortem proximam prænuntiat, in leucophlegmatia verò ſanitatem. fol. 250. littera D.

Hydropi aqua generatur in ventriculo, & ſimul cum chylo ad iecur per venas meſeraicas fertur, ex Auicennæ opinione. fol. 251. col.2.lit.B.

Hydropi aqua ex iecore in abdomen per vaſa vmbilicalia non fertur aduerſus Maſſariam, et Mercurialem. fol.251. lit.D.

Hydropi aqua in iecoris parenchymate loco ſanguinis generatur. fol.252. lit.B.

Hydropi aqua genita in parenchymate iecoris partim cum ſanguine in venam cauam transfunditur, partim per poros carnis ad membranam tranſmittitur, indeque in abdomen percolatur. fol.252. col. 2.lit. C.D. E.

Hydropis curatio in genere fit per euacuationem materiæ in abdomine, & in cæteris partibus contentæ tam ſenſibiliter, quàm inſenſibiliter. fol.253.col.1.lit.B.

Hydropis omnes differentiæ iecoris frigidam intemperiem habent pro communiſſima cauſa, & communiſſimum illis competit remedium, quod cauſam tollat. ibidem col. 2. lit.B.

Hydropicis maxime nocet aer frigidus, & craſſus. ibid.lit.D.

Hydropi ſi aluus nimis fluat, ſupprimatur. fol 254.col.1. lit.B.

Hydropicis carnes volatilium recenter mactatæ, nec aeri expoſitæ conueniunt, pedeſq; ſuum, aliorumque quadrupedum, macilentæ carnes non probantur. ibid.col.2.lit. A. & B.

Hydropi aqua ſambuci, & ebuli feliciter prodeſt. fol.258. col.2. lit. A.

Hydrope liberantur nonnulli, qui in tritici aceruum deuoluti fuerunt. fol.258.lit.B.

I

ICterus fit à veneno: ac Galeni, & Auenzoaris ex veneno facti icteritiæ obſeruatio. fol.216.col.2.lit.E.

Icterum generant allium, cæpe, aromata, omnia dulcia, nimius vini potus, & vehementes animi paſſiones. ibid. lit E.

Icte-

Icteritiæ ſigna. fol.217.lit. B.

Icteritia ex colore cutis flauo, vel viridi, & ex oculorum albo ad hos colores, & praſſinum mutato cognoſcitur fol.217.col.2. lit. B. et C.

Icteritiæ vrina craſſa, et flaua eſt, cui ſi pannus lineus aut charta immergatur, eodem colore tingitur. ibid. lit.C.

Icterici alui ſtipticitate opprimuntur, foeceſq; albas, & ſiccas excernunt. ibid. lit. D.

Icteritiæ cauſarum ſigna, & ſuper eis Auicenna citatur. fol.218. col.1.lit. A.

Icterici nullam ex Auicen. dextri hypochōdrij tenſionem, aut grauitatem percipiunt, nec excernunt alba per ſeceſſum, ſitim, et inappetentiam patiuntur, vniuerſum corpus tabeſcit, vrina rubeſcit. ibid.lit B.et C.

Icteritia rarò fit ſubito à caliditate iecoris, quia hac ſenſim gignitur. ibidem.

Icteritia ex intemperie iecoris frigida, quomodo cognoſcatur. fol. 218.col.2.lit. A.

Icteritia fit ab intemperie calida, & inflammatione veſicæ felleæ ex Auic. fol. 218.col. 1. lit. D.

Icteritiæ totius corporis color citrinus aſſidue augetur, & facies nigra apparet, & lingua alba. ibid. lit. E.

Icteritiæ vrina in principio alba, & tenuis, deinde nigra, et craſſa, tandem vehementer foetida mingitur. ibid.col.2.lit.A.& B.

Icteritiæ cur facies fit nigra, et lingua alba: cauſæ ab Auctore traduntur. ibid. lit. C. et D.

Icteritiæ ſigna ex folliculi bilis debilitate traduntur. ibid. lit. E.

Icteritiæ ex debilitate folliculi cum iecoris validitate, vrina omninò naturalis excernitur, quod etſi rationi conſonet, impoſſibile tamen Auicennæ videtur id contingere poſſe, et Auctoris ſententia. fol.219. col.1. lit.A.et B. et E.

Icteritiæ ex venarum obſtructione ſigna. fol. 219.lit.B. et C.

Icteritiæ ex obſtructione folliculi, & eius meatus, iecur temporis progreſſu læditur, & quandoque dolor colicus percipitur. fol. 219.col.2.lit.C. et D.

Icteritiæ pertinacia ex callo, vel exiccatione canaliculi proficiſcitur. ibidem.

Icteritia quandoque ex intemperie calida totius corporis gignitur, quæ ex totius pruritu, & vitiata appetentia cognoſcitur. ibid. lit. E.

Icteritiæ futurus euentus. fol. 220. col. 1. lit. B.

Icteritia, vbi ex iecoris frigiditate, et imbecillitate oritur, lethalis eſt. fol. 220.

Icteritia mediocris, et exigua, etiam ex folliculo facile curatur. ibid. lit. E.

Icteritiæ curatio in genere. ibidem col.2. littera A.

Icteritiæ non omni differentia eadem medicamenta applicanda ſunt, ſed propria pro cauſarum diuerſitate. ibid. lit. B.

Icteritia ex veneno per vomitum veneni curatur, et per antidota propria. fol.222.col. 1.lit.A.

Icteritiæ Aetius ſanguinem mittit ex brachio dextro ex vena communi, aut hepatica. ibid. lit.C.

Icteritiæ Galenus ex Archigenis mente, et Auicennas ex aliorum opinione ex venis ſub lingua ſanguinem mittunt. quibus aſſentitur Dominicus Leo. fol.222.col.1.lit. D. et infra.

Icteritia ſanguinis miſſio ex venis ſub lingua ab Auctore non probatur. fol.223. col. 1. lit. A.

Icteritiæ curatio per victus rationem attenuantem, incidentem, et detergentem proficiſcitur. ibid.lit.C.

Icteritiæ Auerrhoes calidum, et ſiccum cibum probat ibid. lit. D.

Icteritia laborare, ſudare, panem edere, non multum bibere, et caput lauare ex Hipp. proſunt. ibid.

Icteritiæ conuenit vinum album, tenue, et odoriferum ibid. lit. E.

Icteritiæ pharmacia præſtantiſſimum auxilium ex Gal.9 de comp.med.per loca cap.1 ibid. col.2. lit. A.

Icteritiæ cauſæ antecedentes humores pituitoſi potius, quàm bilioſi ſunt. ibid. lit. B.

Icteritia medicamenta purgantia trahunt humores, qui feruntur ad cutem; in cute verò impacti per localia diſſoluuntur. ibidem lit.D.

Icteritiæ humores exiſtentes in vijs deferentium, & in cute per multa præſidia diſſipantur. fol 224.col.2. et fol.225.col.1.et 2.

Icterus niger, vel propter inſtrumenti purgantis debilitatem, vel propter viarum, per quas purgatur melancholicum excrementum, obſtructionem. vel propter eiuſdem excrementi quantitatem fit. fol.227. col. 2. lit.B.

Icterus eſt ſymptoma in qualitatibus corporis mutatis præcedens à ſymptomate in excretis, & à ſymptomate in actionibus læſis. ibid. lit. E.

Icte-

I N D E X

Icterus niger ſequitur vel intemperiem, vel malam compoſitionem lienis. fol.227.col.2. lit. E.

Ictero nigro vrina nigra, & craſſa, & ſtercora dura & ſicca, & chalcanthi in modũ colorata ſunt. fol.229.col.2. lit.B.

Ictero nigro Auic. primo ex vena cubiti ſiniſtri lateris, deinde à ſaluatella eiuſdem lateris ſanguinem mittit, fol.231.col 1. lit. B.

Ictericia nigra medicamenta præter attenuandi, abſtergendi, & aperiendi facultatem, etiam et conſeruandi lienẽ per adſtrictionẽ facultatem habere debent. ibid. lit.D.

Ictericiæ nigræ potentiora requiruntur medicamenta, ac in ictericia flaua. fol.231.col. 2.lit.E.

Iecoris actiones naturales, ſi ſeorſim lædantur, non efficiunt proprios morbos, vt in ventriculo euenit. fol.157. col 1.lit. A.

Iecoris affectio eſt ægritudinum omnium origo, quæ ab omnibus eiuſdem facultatibus ſeu comunctim, ſeu diuiſim læſis oriri poteſt. fol.157.col. 1.lit.B.

Iecur aliquid patitur, quod vomitui proportione quodammodo reſpondet; nam alimentum per venas meſeraicas, vbi attraxerit, rurſus per eaſdem ſemicoctum ablegat. fol. 157.col.1.lit.C.

Iecoris debilitatem ſequi ſolent multi morbi, videlicet obſtructio, cachexia, inflammatio, ſcirrhus, atque hydrops. fol. 157.col. 2.lit.B.

Iecur multarum ægritudinum eſt principiũ, & qui in illud incurrunt, appellantur iecinoroſi, ſeu hepatici. fol.157. col.2.lit.B.

Iecoris debilitas propria eſt, quando læditur alteratio, ſeu ſanguificatio; impropria verò, quando vna ex reliquis actionibus læditur. fol.158.col.2.lit.D.

Iecoris debilitas conſiſtit in parenchymate, tanquam in parte affecta. fol. 159. col. 1. lit. A.

Intemperies calida eſt cauſa, cur humores tam in iecore, quàm in venis meſeraicis ad ipſum delatis adurantur. fol. 159. col. 1. lit. E.

Iecur deprehenditur debile eſſe in coquendo & in purgando ſanguinem à fœcibus, & ichore. fol.160.col.1.lit.C.

Iecoris in debilitate attractiuæ læſæ cognitio non habetur ab exeunte per ſeceſſũ; nam iecur attrahit, aut languidè ſaltem. fol. 161. col.1.lit.E.

Iecoris attractio læſa non ex paruitate, vt dicebat Auerroes, colligitur. fol.161. col.2. lit. B.

Iecoris vis alteratrix læſa demonſtratur illa lotura carnis, aut vt dicebat Galenus ex ſanguine aquæ admiſto per ſeceſſum exeunte. fol.162.col.1.lit.C.

Iecori abſynthium tale eſt, quale eſt cortex capparis lieni. fol.166.col.2.lit.D.

Iecoris in debilitate Alexander Trallianus braſſicam laudat bis, aut ter coctam, interdum cum vino conditam, aut coctam cum troximo. fol.167. col.1. lit.E.

Iecoris in frigida intemperie Alex. Trallianus proponit tanquam cibum conuenientem iſitium vocatum, quod eſt genus edulij ex hepate, & alijs carnibus ſuis factum. fol.167.col.2.lit D.

Alex. inter præſidia interna, comendat illud electuarium cyphoides, quod ad ſimilitudinem factum ſit eorum, quæ ad ſuffimigia antiquitus parabantur. fol.168.col.2. lit A.

Iecur primum obtinet locum in abdomine, et omnes aliæ particulæ nutritioni famulantes ei inſeruiunt fol. 170.col.1. lit. A.

Iecoris officium, ſeu præcipua operatio eſt ſanguificatio. fol.170.col.1.lit.A.

Iecoris facultas non continetur in venis illis, quæ ſunt in caua regione; nam ibi chylus non rubicundus, ſed albus fieret. folio 171 col.1. lit. A.

Iecoris ſolius proprium eſt vt cumulum tumoris circumſcriptum habeat. fol. 188. col.2. lit C.

Iecoris in inflammatione Aetius ſcribit, quod abdominis cutis nullam habet labem, ſed naturalis exiſtit. fol.189.col.1. lit.B.

Iecoris Auicennas dicebat inflammationem longo tempore perſeuerantem ducere hominem ad hydropem. fol.190.col.1. lit.E.

Iecoris inflammationis ſumma curationis poſita eſt in euacuatione. fol.190.col.2. lit. A.

Iecoris tumor ſenſu tactus dignoſcitur. folio 219.col.2 lit.B.

Iecur eſt omnium humorum officina, & opifex & prout varie diſpoſitum eſt, varios generat humores. fol.229.col.1. lit.D.

Iecur eſt membrum, in quo humores generantur, huiuſque actio ſanguificandi eſt, quando læſum non eſt. fol.246.col.1. lit. C.

Iecoris intemperies frigida, vel aquam, vel pituitam, vel flatum generat ibid. lit.D.

Iecur duobus modis læditur, vel primario ſeu per ſe; vel ſecundario, ſeu per conſenſum aliarum partium. ibid. col.2. lit.D.

Iecoris inflammatio, vel partium vicinarum,

apoſtema, ſcirrhus, & obſtructio hydropem inducere poſſunt . fol.248. lit.B.
Ieiunum inteſtinum raro exulceratur . fol. 280.lit.E.
Ignari decipiuntur in cognoſcendis ani cutis excreſcentijs, exiſtimantes eas eſſe hæmorrhoides . fol.342.col.1. lit.A.
Ileos, colica affectio, & teneſmus inteſtinorum ilij, coli, & recti affectiones propriè ſunt . fol.268.col.1.lit.A.
Ileos unde deducatur, eiuſque alia nomina. fol.311.col.1. lit.C.D.
Ileos morbus peracutus eſt, & lethalem infert dolorem . ibid.col.2. lit.A.
Ileos excitatur in gracilibus inteſtinis . ibid. lit. D.
Ileos per ſe, & primario gracilium inteſtinorum affectio eſt; ſecundario, & per accidens etiam & craſſorum . fol.312.col.1. lit.D.
Ilei doloris eſſentia, & natura ad morbum potius, quàm ad ſymptoma refertur . ibidem col.2.lit.B.
Ileos eſt ſymptoma facultatis naturalis abolitè, & animalis deprauatè læſæ . fol. 312. col.2. lit.C.
Iliacum dolorem tum intemperies, tum continui ſolutio excitant . fol.312.col.2. lit.D.
Ileos ut morbus in compoſitione materiæ exitum per inferiora impedit . ibid.lit.B.
Ileos ſequitur intemperiem, continui ſolutionem, obſtructionem, & inflammationem . ibidem .
Ilei cauſa tam interna, quam externa . folio 313. col.1.lit.B. & infra .
Ileos ex carnis portione in inteſtino colo adnata ex Auctoris obſeruatione . ibid.lit.D.
Ileos ex inflammatione, & obſtructione indurati ſtercoris, ex quibus via intercluditur, frequentius generatur . ibid.
Ileos quandoque ex inteſtinorum exiccatione ita ut ſubſideant; quandoque ex iecore inflammato, ita ut comprimantur, quandoq; ex lapſu inteſtini tenuis in ſcrotum excitatur . ibid. col.2.lit. A.
Ileos per contagium ex Auicenna communicari poteſt . ibid.lit.D.
Ileos ex retentrice nimis valida ex Auic. fieri poteſt . ibid. lit.B.
Ileos ſequitur multum aquæ potum, & carnium pinguium eſum fol.314 col.1. lit.A.
Ilei ſignum pathognomonicum ſunt foeces per os eiecta . ibid.lit.C.
Ileos, quando ex inflammatione procedit, quomodo cognoſcatur . ibid. lit.D.
Ilei ex induratis foecibus ſigna . ibid. lit.E.
Ileos exquiſitus plerumq; læthalis eſt. ibid.col. 2. lit.B.
Ileos ex inflammatione cum virium imbecillitate, vomitu aſſiduo, ſingultu, delirio, & ſyncope citiſſimam mortem affert. ibidem lit.C.
Ileo ſanguis ex vena cubiti moderate, & per plures vices mitti debet . fol. 315. columna 1.lit.C.
Ileo aluum ſtatim ſoluere expedit, & per clyſteres prius . ibid. lit. D.
Ileo, qui procedit ex inflammatione, non debet, data prius mulſa, vomitus excitari, ſed in eo, qui ex obſtructione à craſſis humoribus fit. fol.315.col.1.lit.E.
Ileo ex retentis foecibus via ſecurior eſt per inferiora foeces attrahere, quàm vomitum excitare . ibid. col.2. lit.B.
Ileo validis medicamentis aliquid tentandum non eſt, ſed lenientibus, inter quæ oleum amygdalarum dulcium primas habet partes . fol.316. col. 1. lit.C.
Ileo propter dolorem ad narcotica confugiendum eſt . ibid. lit.D.
Ileos ex induratis foecibus per foecum emollitionem, & facultas inteſtinorum expulſiua irritatione curatur . ibid.
Ileo ius galli inter cætera medicamenta præcipuum præſidium eſt, & eius præparatio . ibid.col.2.lit.A. & infra .
Ileo mulier, cui aluus aſtricta fuerat per menſem iure galli ab Auctore liberatur . folio 316. col. 2.
Ileo medicamentorum acrium uſus per os ab Auctore aduerſus Hippocratem, & Auicennam reprobatur; per clyſteres verò permittitur . fol.318.col.1.lit.A.
Ileo, ubi adſint in ventriculo cruditates, medicamenta vomitum pronocantia lauantur . ibid. lit. C.
Ilei à veneno curatio . ibid. col.2. lit.D.
Ileo deplorato argentum viuum, & globus plumbeus deuoratus permittitur . folio 319. col.1. lit.A.
Ileo medicamenta, quæ à proprietate operantur, proponuntur . ibid. lit.B.
Ileo pubis perforatio damnatur . ibid. col. 2. lit.A.
Imbecillitas iecoris inueterata à frigiditate nunquam, aut raro curatur . fol.164.col.1. lit. D.
Inappetentia quid ſit, & quomodo differat à deiectione appetitus . fol.27. col.2. lit.D.
Inappetentiæ cauſæ principales ad tria reducuntur, ad ſenſum ſuctus amiſſum, ad langui-

I N D E X

Icterus niger ſequitur vel intemperiem, vel malam compoſitionem lienis. fol.227.col.2. lit. E.

Ictero nigro vrina nigra, & craſſa, & ſtercora dura & ſicca, & chaicanthi in modū colorata ſunt. fol.229.col.2. lit.B.

Ictero nigro Auic. primo ex vena cubiti ſiniſtri lateris, deinde à ſaluatella eiuſdem lateris ſanguinem mittit, fol.231.col 1. lit. B.

Ictéritia nigra medicamenta præter attenuandi, abſtergendi, & aperiendi facultatem, etiam et conſeruandi Iecorē per adſtrictionē facultatem habere debent. ibid. lit. D.

Icteritiæ nigræ potentiora requiruntur medicamenta, ac in icteritia flaua. fol.231.col. 2.lit.E.

Iecoris actiones naturales, ſi ſeorſim lędantur, non efficiunt proprios morbos, vt in ventriculo euenit. fol.157. col 1.lit. A.

Iecoris affectio eſt ægritudinum omnium origo, quæ ab omnibus eiuſdem facultatibus ſeu coniunctim, ſeu diuiſim læſis oriri poteſt. fol.157.col. 1.lit.B.

Iecur aliquid patitur, quod vomitui proportione quodammodo reſpondet; nam alimentum per venas meſeraicas, vbi attraxerit, rurſus per eaſdem ſemicoctum ablegat. fol. 157.col.1.lit.C.

Iecoris debilitatem ſequi ſolent multi morbi, videlicet obſtructio, cachexia, inflammatio, ſcirrhus, atque hydrops. fol. 157. col. 2.lit.B.

Iecur multarum ægritudinum eſt principiū, & qui in illud incurrunt, appellantur iecinoroſi, ſeu hepatici. fol.157. col.2.lit.B.

Iecoris debilitas propria eſt, quando læditur alteratio, ſeu ſanguificatio; impropria verò, quando vna ex reliquis actionibus læditur. fol. 58 col.2.lit.D.

Iecoris debilitas conſiſtit in parenchymate, tanquam in parte affecta. fol. 159. col. 1. lit. A.

Intemperies calida eſt cauſa, cur humores tam in iecore, quàm in venis meſeraicis ad ipſum delatis adurantur. fol. 159. col. 1. lit. E.

Iecur deprehenditur debile eſſe in coquendo & in purgando ſanguinem à fecibus, & ichore. fol.160.col.1.lit.C.

Iecoris in debilitate attractiuæ læſæ cognitio non habetur ab exeunte per ſeceſſū; nam iecur attrahit, aut languidè ſaltem. fol. 161. col.1.lit.E.

Iecoris attractio læſa non ex paruitate, vt dicebat Auerrois, colligitur. fol.161. col.2. lit. B.

Iecoris vis alteratrix læſa demonſtratur illa lotura carnis, aut vt dicebat Galenus ex ſanguine aquæ admiſto per ſeceſſum exeunte. fol.162.col.1.lit.C.

Iecori abſynthium tale eſt, quale eſt cortex capparis lieni. fol 166.col.2.lit.D.

Iecoris in debilitate Alexander Trallianus braſſicam laudat bis, aut ter coctam, interdum cum vino conditam, aut coctam cum troxinio. fol.167. col.1. lit.E.

Iecoris in frigida intemperie Alex. Trallianus proponit tanquam cibum conuenientem ſiticum vocatum, quod eſt genus edulij ex hepate, & alijs carnibus ſuis factum. fol.167.col.2.lit D.

Alex. inter præſidia interna, comendat illud electuarium cyphoides, quod ad ſimilitudinem factum ſit eorum, quæ ad ſuffimigia antiquitus parabantur. fol.168.col.2. lit A.

Iecur primum obtinet locum in abdomine, et omnes aliæ particulæ nutritioni famulantes ei inſeruiunt. fol. 170,col.1. lit. A.

Iecoris officium, ſeu præcipua operatio eſt ſanguificatio. fol.170.col.1.lit.A.

Iecoris facultas non continetur in venis illis, quæ ſunt in caua regione; nam ibi chylus non rubicundus, ſed albus fieret. folio 171 col.1. lit. A.

Iecoris ſolius proprium eſt vt cumulum tumoris circumſcriptum habeat. fol. 188. col.2. lit C.

Iecoris in inflammatione Aetius ſcribit, quod abdominis cutis nullam habet labem, ſed naturalis exiſtit. fol.189.col.1. lit.B.

Iecoris Auicennas dicebat inflammationem longo tempore perſeuerantem ducere hominem ad hydropem fol.190.col.1. lit.B.

Iecoris inflammationis ſumma curationis poſita eſt in euacuatione. fol.190.col.2. lit.A.

Iecoris tumor ſenſu tactus dignoſcitur. folio 219.col.2 lit.B.

Iecur eſt omnium humorum officina, & opifex, & prout varie diſpoſitum eſt, varios generat humores. fol.229.col.1. lit.D.

Iecur eſt membrum, in quo humores generantur, huiuſque actio ſanguificandi eſt, quando læſum non eſt. fol.246.col.1. lit. C.

Iecoris intemperies frigida, vel aquam, vel pituitam, vel flatum generat ibid. lit.D.

Iecur duobus modis læditur, vel primario ſeu per ſe; vel ſecundario, ſeu per conſenſum aliarum partium. ibid. col.2. lit.D.

Iecoris inflammatio, vel partium vicinarum,

apoſtema, ſcirrhus, & obſtructio hydropem inducere poſſunt. fol.248. lit.B.

Ieiunum inteſtinum raro exulceratur. fol. 280.lit.E.

Ignari decipiuntur in cognoſcendis ani cutis excreſcentijs, exiſtimantes eas eſſe hæmorrhoides. fol.342.col.1. lit.A.

Ileos, colica affectio, & teneſmus inteſtinorum ilij, coli, & recti affectiones propriè ſunt. fol.268.col.1.lit.A.

Ileos vnde deducatur, eiuſque alia nomina. fol.311.col.1. lit.C.D.

Ileos morbus peracutus eſt, & lethalem infert dolorem. ibid.col.2. lit.A.

Ileos excitatur in gracilibus inteſtinis. ibid. lit. D.

Ileos per ſe, & primario gracilium inteſtinorum affectio eſt; ſecundario, & per accidens etiam & craſſorum. fol.312.col.1. lit.D.

Ilei doloris eſſentia, & natura ad morbum potius, quàm ad ſymptoma refertur. ibidem col.2.lit.B.

Ileos eſt ſymptoma facultatis naturalis abolitè, & animalis deprauatè læſæ. fol. 312. col.2. lit.C.

Iliacum dolorem tum intemperies, tum continui ſolutio excitant. fol.312.col.2. lit.D.

Ileos vt morbus in compoſitione materiæ exitum per inferiora impedit. ibid.lit.E.

Ileos ſequitur intemperiem, continui ſolutionem, obſtructionem, & inflammationem. ibidem.

Ilei cauſæ tam internæ, quam externæ. folio 313. col.1.lit.B. & infra.

Ileos ex carnis portione in inteſtino colo adnata ex Auctoris obſeruatione. ibid.lit.D.

Ileos ex inflammatione, & obſtructione indurati ſtercoris, ex quibus via intercluditur, frequentius generatur. ibid.

Ileos quandoque ex inteſtinorum exiccatione ita vt ſubſideant; quandoque ex iecore inflammato, ita vt comprimantur, quandoq; ex lapſu inteſtini tenuis in ſcrotum excitatur. ibid. col.2.lit. A.

Ileos per contagium ex Auicenna communicari poteſt. ibid.lit.D.

Ileos ex retentrice nimis valida ex Auic. fieri poteſt. ibid. lit.B.

Ileos ſequitur multum aquæ potum, & carnium pinguium eſum fol.314 col.1. lit.A.

Ilei ſignum pathognomon cum ſunt fœces per os eiectæ. ibid.lit.C.

Ileos, quando ex inflammatione procedit, quomodo cognoſcatur. ibid. lit.D.

Ilei ex induratis fœcibus ſigna. ibid. lit.E.

Ileos exquiſitus plerumq; lethalis eſt. ibid.col. 2. lit.B.

Ileos ex inflammatione cum virium imbecillitate, vomitu aſſiduo, ſingultu, delirio, & ſyncope citiſſimam mortem affert. ibidem lit.C.

Ileo ſanguis ex vena cubiti moderate, & per plures vices mitti debet. fol. 315. columna 1.lit.C.

Ileo aluum ſtatim ſoluere expedit, & per clyſteres prius. ibid. lit. D.

Ileo, qui procedit ex inflammatione, non debet, data prius mulſa, vomitus excitari, ſed in eo, qui ex obſtructione à craſſis humoribus fit. fol.315.col.1.lit.E.

Ileo ex retentis fœcibus via ſecurior eſt per inferiora fœces attrahere, quàm vomitum excitare. ibid. col.2. lit.B.

Ileo validis medicamentis aliquid tentandum non eſt, ſed lenientibus, inter quæ oleum amygdalarum dulcium primas habet partes. fol.316. col. 1. lit.C.

Ileo propter dolorem ad narcotica confugiendum eſt. ibid. lit.D.

Ileos ex induratis fœcibus per fœcum emollitionem, & facultas inteſtinorum expulſiua irritatione curatur. ibid.

Ileo ius galli inter cætera medicamenta præcipuum præſidium eſt, & eius præparatio. ibid.col.2.lit.A. & infra.

Ileo mulier, cui aluus aſtricta fuerat per menſem iure galli ab Auctore liberatur. folio 316. col. 2.

Ileo medicamentorum acrium vſus per os ab Auctore aduerſus Hippocratem, & Auicennam reprobatur; per clyſteres verò permittitur. fol.318.col.1.lit.A.

Ileo, vbi adſint in ventriculo cruditates, medicamenta vomitum prouocantia laudantur. ibid. lit. C.

Ilei à veneno curatio. ibid. col.2. lit.D.

Ileo deplorato argentum viuum, & globus plumbeus deuoratus permittitur. folio 319. col.1. lit.A.

Ileo medicamenta, quæ à proprietate operantur, proponuntur. ibid. lit.B.

Ileo pubis perforatio damnatur. ibid. col. 2. lit.A.

Imbecillitas iecoris inueterata à frigiditate nunquam, aut raro curatur. fol.164.col.1. lit. D.

Inappetentia quid ſit, & quomodo differat à deiectione appetitus. fol.27. col.2. lit.D.

Inappetentiæ cauſæ principales ad tria reducuntur, ad ſenſum ſuctus amiſſum, ad ſangui-

guiditatem ipſius ſuctus, & ad corpus, quod non euacuatur. fol. 28. col. 1. lit. B. quomodo fiant. fol. 29. col. 1. lit. A.

Inappetentiæ cauſa eſt caliditas cum materia, & ſine: poteſt etiam eſſe frigiditas, & quomodo. fol. 30 col. 1. lit. D.

Inappetentiæ ſigna præcipue ſumuntur ex tumefactione lienis. fol. 31. col. 2. lit. B.

Inappetentiæ prognoſis. fol. 32. col. 1. lit. B.

Inappetentiæ curatio. fol. 32. col. 2. lit. B.

Inappetentiæ curationi maxime confert ciborum varietas. fol. 33. col. 2. lit. A.

Inappetentiæ curationē à cauſa calida plurimum iuuat Auctoris medicamentum expurgans pluries probatum. fol. 34. co. 2. littera B.

Inappetentiæ curationi conuenit cibus, etiam ſi non ſit laudabilis, dummodo gratus ſit ægrotanti ex Hippocratis ſententia. folio 35. col. 2. lit. B.

Inappetentiæ medicamentum pulcherrimum ex Galeno, & Aetio. fol. 36. col. 1. lit. C. D.

In corpore viuente non datur tanta frigiditas, quæ cogat humores. fol. 350. col. 2. lit. B.

Indicationes à cauſis efficientibus internis deſumuntur. fol. 220. col. 1. lit. B.

Indicationibus illis, quæ à canaliculi calloſitate, aut exiccatione, & quæ à iecoris tumore deſumuntur, difficulter ſatisfit. ibidem.

Indicans ab indicato tunc patitur, cum nec diminutum, nec extraneum, nec abundans eſt. fol. 423. col. 1. lit. E.

Indicans vnum tantum indicat, non plura. ibidem.

Induratum corpus à medicamento, quod auxilio futurum eſt ſimile quid patitur ijs, quæ ſub ſole funduntur fol. 212. col. 1. lit. C.

Inflammatio non ſemper idem retinet inflammationis nomen fol. 372. col. 1. lit. A.

Inflammatio eſt morbus communis partibus organicis. fol. 372. col. 1. lit. E.

Inflammatio iecoris à principio non habet febrem acutam, ſed iam quando facta eſt. fol. 388. col. 1. lit. E.

Inflammatio magna hepatis, ſi euenerit, ijs qui calido, & ſicco ſunt temperamento breui moriuntur tempore. fol. 190. col. 1. lit. B.

Inflammatio duo denotat, nempe intemperiem calidam ſine materia, & intemperiem calidam cum materia. fol. 432. col. 1. littera E.

Intemperies frigida tutius, & ſecurius curari poteſt, quam calida, & quare. fol. 81. col. 2. lit. A.

Intemperies frigida humorem frigidum, & pituitoſum in iecore reſidentem, craſſum, et difficilem ad motum reddit, & eum, qui per meſeraicas ad iecur vadit, ſemicoctum relinquit. fol. 159. col. 2. lit. A.

Intemperies omnes in iecore, vel per eſſentiam, vel per conſenſum aliquibus partibus inducuntur, vt à ventriculo, liene, folliculo bilis, & in mulieribus ab vtero. fol. 159. col. 2. lit. C.

Intemperies humida nullum dolorem excitat, ſicca verò exiguum facit fol 320. lit. B.

Inteſtino colo, aut recto ſi aliquid continetur, quod inhibet per inferiora expurgationem, opus eſt vt primum clyſterem inijcias ex vino oleo, & melle, æquis ſumptis portionibus. fol. 21. col. 2. lit. C.

Inteſtina diuiduntur in tenuia, & craſſa. fol. 267. col. 1. lit. B.

Inteſtina tenuia iecori, mediantibus venis meſeraicis, chyloſam materiam diſtribuunt. fol 267. col. 1. lit. C.

Inteſtina craſſa, quod à chyloſa materia inutile remanſit, recipiunt, retinent, extra pellunt. fol. 267.

Inteſtina ſunt communis via, & veluti cloaca ad recipiendas omnes totius corporis, & præcipuarum partium excrementa. ibidem col. 2. lit. B.

Inteſtina licet vnctuoſitatem quandam habeant, propter tamen membranas ipſorum multas plicas, & circumuolutiones diu humores acres retinent, & vlcerantur. folio 279. lit. E.

Inteſtini tantum recti affectionem dolor ſub vmbilico demonſtrat. fol. 281. col. 2. lit. C.

Inteſtinorum inflammationi non conuenit medicamentum purgans ex Galeno. fol. 290. col. 1.

Iridis ſucci vſus, & doſis in aſcite. fol. 265. col. 1. lit. A.

Iſchuria quid ſit fol. 397. col. 2. lit. E.

Iſchuriæ differentiæ. ibid. lit. B.

Iſchuria morbus communis tam renum, quàm veſicæ eſt ibid. lit. C.

Iſchuria eſt ſymptoma in excretis. ibid. col. 2. lit. D.

Iſchuriæ cauſæ renum vitio euenientis. ibid. lit. E.

Iſchuriæ ex ſenſus defectu curatio. fol. 411. col. 1 lit. E.

Iſchuria à ſanguinis grumo, & pure curatio. ibid. col. 2. lit. D.

Iſchuria ex ſanguinis grumo præter diſſoluentia grumum in veſicam iniecta, cordialibus

vtem-

vtendum eſt. ibid. lit. E.

Iſchuria veſicæ vitio euenientis cauſæ. folio 403. col. 2. lit. B.

Iſchuriæ cauſæ ſunt morbi eſſentiales veſicæ facultatem lædentes, et morbi inſtrumentales eam impedientes. ibid. lit. C.

Iſchuriæ ex veſicæ tumore ſigna. fol. 406. col. 2. lit. C.

Iſchuria ex lapide, & grumo in veſica retentis ſigna. ibid. lit. D.

Iſchuriæ ex pure in veſica retento ſigna. fol. 407. col. 1. lit. A.

Iſchuriæ ex craſſis humoribus ſigna. ibidem lit. B.

Iſchuria citra veſicæ læſionem difficulter cognoſcitur. ibid. lit. D.

Iſchuriæ prædictiones. ibid. col. 2. lit. B.

Iſchuria ex vertebrarum ſpinæ luxatione, vulnere, aut ictu valido incurabilis eſt, & quandoque lethalis. ibid. lit. D.

Iſchuria ex vlcere antiquo, aut à ſanguinis grumo cum prauis ſymptomatibus, vt plurimum lethalis eſt. ibid. lit. E.

Iſchuria medicamentis non cedens lethalis eſt. fol. 408. col. 1. lit. A.

Iſchuria ſeptem dierum quendam Gordonius liberauit, & Foreſtus alium ab iſchuria decem dierum. ibid. lit. D E.

Iſchuria ſi curari poteſt, quinque, aut ſeptem, aut ad ſummum decem dierum ſpatio curatur. ibid.

Iſchuriæ à lenta, & craſſa pituita curatio. ibid. col. 2. lit. A.

Iſchuriæ vrgente, ſpreta eius cauſa, incumbendum eſt à medico. ibid. lit. B.

Iſchuriæ ex pituita, ſi ſanguinis miſſione opus eſt, ex cubito mittatur; craſſus humor præparetur, & extra corpus educatur. ibid. lit. E.

Iſchuriæ topica præſidia. fol. 409. col. 2. littera A.

Iſchuriæ ex vrinæ copia curatio. fol. 410. col. 1. lit. B.

Iſchuriæ ab intemperie frigida veſicæ, & renum poſt corporis purgationem terebẽthinæ vſus probatur. fol. 411. col. 1. A.

Iſchuriæ ex frigida intemperie localia medicamenta. ibid. lit. B.

Iſchuriæ ex aliqua materia ori veſicæ, aut eius canali adnata curatio, quæ per localia perficitur. ibid. col. 2. lit. A. & C.

Iſchuriæ ex materia in cauitate veſicæ contenta primus ſanguis mittendus, præſente indicante, deinde corpus purgandum. ibid. lit. D.

Iſchuriæ ex carne calloſa Mercati medicamẽtum admirantur fol. 413. col. 1. lit C.

Iſchuriæ poſt carunculæ ablationem ad cicatrices inducendas aquæ, inter quas ea Lanfranci præponitur. ibid. col 2. lit. C.

Iuris galli duæ ſunt partes, quarum quæ ſupernatat per os aſſumitur, quæ reſidet per clyſteres inijcitur. fol. 316. col. 2.

L

LAc camelinum, & aſininum in lienis tumore conuenit. fol. 236. col. 2. lit. D.

Lapidis affectus in podagram facilè tranſmutatur in ijs, qui diureticis vtuntur. folio 356.

Lapidis affectus renum affectio magis propriè eſt. fol. 347. col. 1. lit. C.

Lapides in partibus, quibus cauitates inſunt, generantur. fol. 414.

Laryngis motus in deglutitione quare ſurſum, cum muſculi eiuſdem ſint contiguè cum linguæ baſi, & oſſis hyoidis. fol. 5. col. 1. lit. D.

Leonardus Iacchinus libro ad Almanſorem falſo Galenum taxat, quod in declaranda malacticorum, ſeu emollientium natura varius ſit. fol. 211. col. 1. lit. D.

Lien propter ſui parenchymatis raritatem, & laxitatem excrementa craſſa, & humida facile recipit. fol. 228. col. 1. lit. B.

Lien ab Hippocrate aquæ locus appellatur, & Ariſtoteles lienoſorum ſanguinem aquoſum eſſe ſcripſit. ibidem.

Lieni cortex capparis, & cetrach ex Galeno maximè conferunt. fol. 231.

Lienibus affectibus irrigationes ex alto cadentes ſuper lienis regionem conferunt. folio 232. col. 1 lit. A.

Lienis durities non ſolum ratione laxæ & raræ eius ſubſtantiæ euenit, ſed etiam ratione alimenti proprij, quod craſſum, terreſtre, & lutoſum eſt. fol 233. col. 1. lit. C.

Lienis tumori, alui fluor ſi ſuperuenerit, bonum. fol. 236. col. 1. lit. E.

Lienis in tumore omnia alimẽta dulcia vitanda ſunt. ibid col. 1. lit. A.

Lienis in tumore ſanguis ex baſilica mittendus eſt ex Auctoris ſententia. fol 237. c. 1. lit. C.

Lienteriæ etymologia quid ſit, & quomodo fiat, & quomodo differat a cœliaca. fol. 94. col. 1. lit. A. col. 2. lit. B.

Lienteriæ nomen falſo ſumitur pro leuitate inteſtinorum. fol. 94. col. 1. lit. B.

Dubia circa lienteriam, & ſolutiones ab Auctore. fol. 95. col. 1. lit. A.

Lienteriam excitare quandam herbam comeſtam

ſtam Avenzoar ſcribit . fol.96 col.1. lit.B.

Lienteria, & cæliaca quando fit per eſſentiam ab Auctore cognoſcitur, quando ventriculus amplectitur cibum cum quodam tremore . fol.97.col.1. lit.A.

Lienteria, & cæliaca prognoſis : lienteria ructus acidus ſuperuenientes bonum ſcribit Hippocrates, & quomodo ſit intelligendus . 97. col.2. lit.A.

Lienteriæ, & cæliacæ curatio per victus rationem . fol.97.col.2.lit.E.

Lienteria, et cæliaca curatio à frigiditate producta per pharmaciam . fol.99.col.2. lit E.

Lienteria, et cæliaca curatio à materia calida per pharmaciam . fol.103.col.1 .lit.A.

Lithiaſis: lege lapis, et quid ſit . fol.347.lit.B.

Lotium non fluit niſi à renum facultate attrahatur, retineatur , et expellatur . fol. 383. col.2. lit.D.

Lumbrici in cauitate omnium inteſtinorum contineri conſueuerunt . fol.297. col.2. littera D.

Lumbricorum tres dantur differentiæ . folio 298.col.1.lit.C.

Lumbrici rotundi in tenuioribus inteſtinis generantur , et frequenter in febricitantibus reperiuntur . ibid.lit.D.

Lumbrici tenues , et exigui, ideſt , aſcarides in inferiori parte craſſioris inteſtini enaſcuntur . ibid.lit.E.

Lumbricus latus inteſtino adhærens, qui lata tenia à quibuſdam dicitur, quia non viuit, eſt materia muco à putrida, ex qua vermes cucurbitini gignuntur aduerſus nonnullos , fol.299.col.2. lit.B.

Lumbrici rotundi fœtant ex Hipp. fol. 299. col.1.lit.C.

Lumbrici generantur à materia putrida , et à calore tamquam ab efficienti . fol. 300. col. 2.lit.C.

Lumbrici inter morbos inſtrumentales in numero aucto toto genere præter naturam reponuntur . ibid.lit.E.

Lumbrici inter ſymptomata in excretis poſſunt reponi . ibid lit.D.

Lumbrici rotundi in ventriculo non poſſunt generari aduerſus Conciliatorem , et Amatum Luſitanum . fol 301.lit.C. et infra .

Lumbricorum cauſa ſunt materiæ pituitoſæ incaleſcentes , et putreſcentes , raro melancholicæ, et billioſæ . fol.302.col 1.lit.A.

Lumbricorum cauſæ tam externæ , quam internæ immediatæ, et coniunctæ, mediatæ, et antecedentes . fol.301.col.2. lit. C. et infra.

Lumbricorum ſigna communia . fol.302. col. 2. lit.C. et infra .

Lumbricorum ſigna particularia non omnia ex doctoribus traduntur, nec in vno indiui duo reperiuntur, ſed aliqua ex ijs . fol. 303. col. 2. lit.D.

Lumbrici magni famem caninam excitare ſolent . ibid.

Lumbricorum teretium ſigna. folio 303.col.1. lit.A. et infra .

Lumbricorum latorum ſigna, inter quæ vnū infallibile . ibid. col. 2. lit. D.E.

Lumbricorum aſcaridum ſigna . fol. 304.col. 1. lit. A.

Lumbrici teretes in acutorum morborum initijs, ſi viui eijciuntur, ex quorundam opinione peſtilentes morbos indicant; ſi verò mortui, ingentem putredinem. ibid. lit. E.

Lumbrici aſcarides cæteris omnibus minus periculoſi ſunt ; lati verò omnium peſſimi . ibid. col.2. lit.D.

Lumbricorum curatio per victus rationem. ibid.lit.E. et infra .

Lumbricorum alimenta medicamentoſam adiunctam habere debent qualitatem , nempe exiccantem. fol.305.col 1.lit.D.

Lumbricis in vniuerſum abſtinentia prodeſt . ibid.lit.E.

Lumbricis nimis infeſtantibus cibus parum, & ſæpe eſt offerendus ibid.

Lumbricorum curationi clyſteres ſunt in triplici differentia , alij allicientes, et alij partim allicientes, partim necantes, alij necantes lumbricos ſunt . fol.3?5.col.2. lit.B.

Lumbricis raro ſanguis mittitur propter viribus tamen valentibus, et præſente indicante, ſanguis educitur . fol.307. col. 1. littera C.

Lumbricorum medicamenta, alia materiam ex qua verm. fiunt, reſ[illegible] i iunt , alia ipſos vermes, ſeu lumbricos, quæ aut ſunt expellentia, aut necantia . ibid. lit.D.

Lumbrici teretes leuioribus tractandi ſunt medicamentis, lati verò, & aſcarides fortioribus . ibid.col.2. lit.E.

Lumbricorū medicamenta ſi per os offeruntur, admiſceri debent acidis , & acribus , ſi per inferiora immittuntur, vnctuoſis, et dulcibus . fol 308.col.1. lit.A.

Lumbrici rotundi abſynthio necantur, lati vero filice ex Galeno ibid. lit.B.

Lumbricos interficit varia medicamenta tam calida quàm frigida. ibid. lit.C.et infra .

Lumbricos interficit ſtercus murium cum aqua ſcabioſæ, & pro ſecreto habetur . fol. 309.col.1 lit. A.

Lum-

INDEX

Lumbricis ex Auicenna prodeſt acetum tempore ſomni ebibitum, ac cæteris medicamentis frigidis anteponitur . ibid. lit. B.

Lumbricos mirabiliter necat corallina, quæ ſimul cum corallis reperitur ex Matthiolo . ibid. col. 2. lit. D.

Lumbricis cum fluxu , & in febre maligna plantago arida, eiuſque ſuccus mirifice prodeſt . fol. 310. col. 1. lit. A.

Lumbricos necans , & expellens medicamentũ admirandum Euſtachij Rudij. ibid. col. 2. lit A.

Lupini hepatis conciliatur controuerſia in verbis Galeni circa vſum huius medicamenti . fol. 168. col. 2. lit. E.

Lupinum ſtercus à proprietate aduerſus colicum dolorem operatur , ex Galeno , qui & quorundam hiſtorias refert . fol. 330. littera D.

Lupinum inteſtinum exiccatum , et puluerizatum in colico dolore ſtercori eiuſdem Auicennas anteponit. ibid. lit. E.

M

MAlacia. vide pica. fol. 53. col. 1. lit. C.

Maſſariàs in rebus Anatomicis ab Auctore reprehenditur .

Maſſarias nimis ſcrupuloſus eſt in exhibendis in dyſenteria ſyrupis melle, aut ſaccharo, & cum aceto paratis , & ſuccis denſatis vtitur . fol. 293. col. 2 lit. A. et infra .

Materia pituitoſa in inteſtinorum membranis collecta, adeo lædit, vt homines terebra perforari ſibi videantur. fol. 320 col. 2. littera A.

Medicamentum purgans in educendis humoribus melancholicis. & pituitoſis ventriculi ab Auctore expertum facilis præparationis, & guſtui delectabile . fol. 52. col. 1. littera E.

Medicamentum expurgans debet prius expectari , vt operetur , deinde ægrotans alimentum aſſumere debet , et quare . fol. 92. col. 1. lit. D.

Medicamenta, quæ hepatis ſubſtantiam contingunt, alia ſunt, quæ conueniunt gibboſæ, alia concauæ ipſius regioni, & rurſus alia ſunt membranæ exteriori, alia vero venis atque arterijs conuenientia . fol. 182. col. 2. lit. D.

Medicamentum ſolutiuum, vt operetur, ſatis eſt vt à ventriculo ad inteſtina deſcendat, nec ad iecur feratur . fol. 202. col 1. lit. D.

Medicamentoſa alimenta, quamuis aluum ducere valeant, non tamen ad iecoris regionem ſiue cauam, ſiue gibbã peruenire debẽt. fol. 202: col. 2. lit. D.

Medicamentum pro ſcirrho lienis , quod ex Galeno de ſententia Aſclepiadis aſſumptum fuit a porcello per triduum , ſectione que deinde apertum , ſine liene inuentum fuit, & eius deſcriptio . fol. 242. col. 1. lit. C. et D.

Medicamenta diuretica cum exhibentur, in puluerem redigi debent, ſub forma piluiari, vt boli, at ſi ſint nimium calida cum iuſculis pinguioribus adminiſtrentur . fol. 263. col. 2. lit. B. et C.

Medicamenta temperantia vel ratione virtutis , et quantitatis exuperant humorum acrimoniam, vel ratione exigua virtutis , et quantitatis ab ijſdem humoribus acribus vincuntur ex Galeno , quem Amatus male interpetratur . fol. 188. col. 2. lit B. C.

Medicamentorum narcoticorum compoſitorũ vſus ſecurior eſt ſimplicibus in materia frigida, non in materia calida, et non debet niſi poſt annũ, aut ſex menſes adminiſtrari. fol. 326. col. 2. lit. D. E.

Medicamenta aliqua in determinatas aliquas partes agunt, & per alias tranſeunt abſque ipſarum alteratione . fol. 425. col. 1. littera C.

Medici adulatores ſunt , qui ægrorum voluptati , et non ſanitati incumbunt, qui vero plus æquo animoſi, cruciant. fol. 325. lit B. et infra .

Medicina ab Altiſſimo propter neceſſitatem creata fuit . fol. 425. col. 1 lit. A

D. O. M. virtutes tribuit omnibus rebus ſalutares fol 425 col. 1. lit. B.

Mel in corpore frigido magis expetendum, è contra in calido ex Galeno . fol. 84. col. 2. lit. B.

Melancholicus humor excrementitius in liene colligitur, et retinetur , et ab eo attrahitur . fol. 226 col. 1. lit. A. & fol. 227 col. 1. lit. C.

Melancholici excrementi meliori parte lien pro alimento vtitur , eiuſdem lienis virtute attenuata , & præparata . fol. 226. col. 2. lit. C. et D.

Bilis folliculus habet venam propriam qua nutritur . fol. 227. col. 1. lit. B.

Melancholicus humor per vniuerſum corpus ſparſus facit ſclerum nigrum . fol. 227. col. 1. lit. C.

Melancholia ſpecies duæ ſunt , vna quæ faex ſanguinis, altera quæ atra b[ili]s dicitur. fol. 234. col. 1. lit. B.

Melancholicus humor vni non cedit euacuationi . fol. 240. col 2. lit. A.

Mellis animaduerſio ex Galeno . f. 84. c. 2. l. C.

e   Mel-

Melcha ſpecies alimenti, et quid apud nos ſit. fol.80.col.1.lit.A.

Membrana interſepientis iuglandis nucis pulueriza ad drach. i. cum modico vini; & ex bbaſi cornu cerui uſtum in colico dolore laudantur. fol.331.col.1.lit.A.

Mercurialis eos reprehendit, qui febrientibus hepata gallinarum concedunt, quia ſunt difficilis coctionis, craſſos humoreſq; faciunt inde obſtructiones. fol.173.col.2.lit.D.

Mercurialis citatur ſuper quæſito, an ſanguis, & pituita icterum generare poſſint, & quomodo bilis per cutem effuſa eam non corrodat. fol.215.col.2.lit.A.

Mercurialis ratio circa ſingultus cauſas in exponendo Hippocrate, & Galeno non videtur conſona Auctori. fol.118.col.2.lit.C.

Mercurialis admonet duplex nomen in doctrina Galeni reperiri, nempe ſcirrhon, & ſcirrhoſis. fol.20[illegible].col.1.lit.B.

Mercurialis circa quantitatem clyſterum maiorem in mulieribus, ac in viris improbatur. fol.260.col.2.lit.A.

Mercurialis citatur ſuper aphoriſmum (2. 4. aphor. ubi ſcribitur, febricitantibus icteritia ſuperueniens ante ſeptimum, lethale; qui ex Plinij, Auerrhois, & Auenzoaris auctoritatibus contrarium aſſerit. fol.221. col. 1 lit. A. et B.

Mercurialis ſuper com. [illegible] 4. aph. impugnatur, & aliorum adducuntur ſuper eundem aph. reſponſiones, & Auctoris ſententia ibid. lit.C. [illegible] infra.

Mi[illegible] inuoluntaria lege vrina incontinentia.

Mora acerba ad ſolem exiccata. & trita, & cum aqua aut iuſculo bibita antiquatum fluxum, & dyſentericum curant; maiorem tamen [illegible] mora [illegible] ſic preparata in huiuſmodi caſibus poſſiunt. fol.276.col.2.littera C.

Morbus Regius non infeſtat eos, quibus exſiccati ſunt [illegible], aut vt, dicebat Auenzoar, quibus calloſi redditi ſunt folio 216. col.[illegible] lit. E.

Morbor[illegible] de[illegible]nitionē ſpectant nomen, eſſentia, ſeu natura, differentiæ, cauſa, [illegible], ſymptomata, & ea quæ preterierunt, ac futura ſunt. fol.2[illegible].col.1.lit.E.

Morbus eſt aut facultatem lædens, aut ipſam impediens. fol.348.col.1.lit E.

Mulieres vtero gerentes vt plurimum malaciam, & picam, ſolent pati vſq; ad ſecundū & tertium menſem, et quare. fol.57. col.2. lit. A.

Muſculi ſygmoidis, ſeu ſphincteris vſus primarius eſt vrinam, & quidquid in meatu vrinario eſt, citius expellere, eamque in veſica continere, eius os claudendo. fol.452. col.2. lit.E.

Myrobalani diuerſi diuerſos educunt humores. fol.293.col.1 lit.E.

N

NAtura probibet, quantum poteſt, ne bilis ſanguini admiſceatur, fol. 219.

Natura à partibus excretioni deſtinatis nihil citra voluntatem animalis exire permittit illis ianitores inſerens ſphincteres dictos. folio 452.col.1 lit. A. B.

Nauſea lege vomitus. fol. 126.

Nauſea, & vomitus etymologia: quid ſint, quomodo conueniant, & quomodo differant inter ſe. fol.126.col.2. lit.E. fol.127.col.1. & 2. lit. A.B C.D.

Nauſeæ, & vomitus cauſa. folio 128 col. 2. lit. B.

Nauſeam, & vomitum nauigantes plurimum percipiunt, et quare. fol.129. col. 2 lit. B. Authoris vera reſponſio. fol. 130.col.1 littera B.

Nauſea, et vomitus prognoſis. fol.132. col.1. lit.B.

Nauſea nunquam eſt bona, vomitus aliquando bonus. fol.132 col.1. lit.B.

Nauſeæ [illegible] vomitus curatio per victus rationem. fol.134.col.2 lit.B.

Nauſea, et vomitui ſomnus confert, et quare. fol.134.col.2. lit.D.

Nauſeæ curatio in ſpecie. fol.137. col. 2. littera B.

Nauta ex nimio ſanguinis fluxu, cum in aſcitem incidiſſet, obijt fo. 2[illegible]8.lit.B.

Nerui ex ſpinali medulla prodeuntes alij ſenſum, alij motum muſculo ſygmoidi; [illegible] [illegible] ar, alij motum ipſi veſicæ præbent fol.401. col.2. lit.E.

Nicolai Florentini [illegible] de quadam muliere fame [illegible] fo[illegible]. col.1. littera D.

Nicolai Florentini [illegible] cuiuſdam mulieris, quæ [illegible] retinebat. fol.97.col.1.lit.C.

Nu[illegible] eſt tempus in [illegible] inflammatione, in quo liceat vti puris repercutientibus. fol. 197.col.2.lit.B.

O

OBſtructio inueterata longe, & difficilis curationis, & longè difficilior, quæ per eſſentiam fit, quam quæ à [illegible] a fol [illegible] euenit. fol.175. col.2. lit. E.

Ob-

Obſtructio eſt prædictarum viarum occluſio, quæ non permittit diſtributionem fieri vel chyloſæ materiæ, vel ſanguinis, vel vtriuſq; fol.17.col.1. lit.D.

Oeſophagus, vt eſt via, et vt inſtrumentum deglutitionis duplicem præbet vſum. fol.4. col.2. lit. A.

Oeſophagi, et ventriculi tunica interna fibris rectis eſt prædita, externa autem circularibus, & quare. fol.5. col.1. lit. A.

Olei balneum in dolore colico præſtantiſſimum, & ſecuriſſimum præſidium eſt. fol.325. littera E.

Omnia in omnibus docere nugacitatis potius, quam doctrinæ ſignum eſt. fol. 439. col. 2. lit. E.

Opium, aut hyoſquiamum, aut aliquod ex refrigerantibus apponitur in cypboide. fol.165. col.2 lit.E.

Opus omnino eſt, vt à ventriculo per aliquos canales chylus transferatur ad hepar. folio 170. col.1. lit. B.

Vena porta ita dicta eſt, quod per ipſam tanquam per portam quandam ciuitatis ad concauam iecoris tranſducitur materia chyloſa. fol.170. col.1. lit.C.

Oſculæ venarum cauæ in medio iecoris eſſe ſita, [illegible] eſt, de qua re Galenus ſcriptum reliquit nos cognitionem non habere. fol. 70. col. 2. lit.B.

Os ſuperius ventriculi eſt veluti ſenſorium quoddam non ſolum percipiens alimentorum [illegible] ſed etiam ipſius ventriculi indigentiam. fol 2. col.2. lit.A.

P

Arenchyma hepatis eſt pars læſa in dyſenteria hepatica. fol.159. col.1 lit. A.

Partes multæ ſunt a natura excremento bilioſo deſtinatæ: alia generat ipſum vt iecur, alia retinet, et conſeruat vt folliculus bilis, & alia ipſum abducit vt meatus bilis. fol. 215. col.2. lit E.

Partes, ac potiſſimum venæ per proprium temperamentum operantur. fol.384. col.2. lit. C.

Partes per amplas vias ſibi alimentum trahentes, illud cum excremento trahunt. fol.400. col.1. lit.D.

Partibus corporis duplex ineſt attractio. ibid. col.2. lit.B.

Pars ſiniſtra reſpectu motus abſoluti dextera debilior eſt, non autem reſpectu conſtitutionis. fol 4[illegible]. lit.C.

Pars ſiniſtra quia non exercetur vt dextera, imbecillior eſt. ibid. lit.D.

Partis ſiniſtræ ſanguis non eſt minus coctus, et perfectius eo, qui in dextera repetitur par te aduerſus Mercurialem. ibid. lit E.

Pedes ſuum in ptiſanam elixam iniectos optimos eſſe ad meliorem reddendam ptiſanam, et quia ipſi molliores redduntur, et ad coctionem faciliores. fol.177. col.1. lit.C.

Perdices, et turtures friabilitatem continere, ſed duriorem habere ſubſtantiam. ideo opus eſt, vt vno die exponantur aeri Galeno Authore. fol.176. col.2. lit.C.

Petrus Aponenſis ab Auctore ſuper expoſitionem 5. problemat s lib.9. Ariſtotelis reijcitur. fol.228. col.2. lit. A.

Petrus Paulus Pereda de curandis morbis lib. 1. cap.43 aer etiam calidus inquit, et ſiccus facit icterum producendo multam bilis copiam. fol.217. col.1. lit.D.

Philonium perſicum in ſputo ſanguinis præſtantiſſimum medicamentum eſt. fol. 327. col.1 lit.B.

Pica. vide Citta. fol.53. col.1. lit.C.

Picæ etymologia, et quid ea ſit. fol.53. col.2. lit. C.D.

Picæ quænam ſit pars læſa: Galeni controuerſia, et ab Auctore conciliatur. fol.53. col.1. lit. A.

Picæ cauſæ variæ ſecundum Galenum referentem in prauum humorem ex [illegible] in membranis ventriculi, [illegible] ſe ſint imbibitæ, ſecundum Auicennam dicentem fieri hanc diſpoſitionem, quando in ſtomacho aggregatur humor malus diuerſus à conſueto in qualitate. fol.54. col.1. lit.D.

Pica differt à malacia ſecundum Saxoniam, et quomodo. fol.54. col.1 lit.B.

Picæ variæ hiſtoriæ, et obſeruationes. fol. 56. col.2. lit. A.

Picæ ſigna ſumuntur ex appetitu rerum terreſtrium, [illegible] fol. [illegible]8 col. [illegible] lit.C.

Pica progreſſis ſolet tranſmutari in cachexiá, et hydropem. fol 58 col 2. lit A

Picæ curatio ex Amato Luſitano, qui mulierem curauit [illegible] et quidoq; [illegible] Auicenna nil præſtantius medicamentum eſt quam ægros cibare pullis columbarum aſſatis [illegible] in ventre, et etiam in ſecunda menſa. fol. 59. col.1. lit C.D.

Picæ vinum medicatum ex Auicenna, et eius doſis maxime confert. fol.60. col.2. lit.A.

Picæ electuarium Auctoris maxime commodum. fol.60. col. lit.E.

Picatio ſuper abdomen extenſa à Galeno laudatur, et quid ea inſeruit. fol.85. col. 1 lit.B.

Pituita vitrea à ſimilitudine vitri fuſi nomen habet. fol.353.col.1.lit.E.

Pleura omnibus viſceribus thoracis, & omnibus coſtis eſt coniuncta. fol. 189.colum. 1. lit.E.

Plutarchi quæſitum cur ſit, quod illi, qui fame laborant, ex potione liberantur ſtatim, qui vero è contra ſitiunt, ex aſſumpto cibo non modò non liberantur, imò ijs augetur ſitis. fol.44.col 2.lit.C. Auctoris reſponſio. fol. 45. col.1.lit.C.

Plutarchi ſententia quomodo ſit intelligenda, quod illi, qui non bene concoquunt, antequã dormitũ eant, ſorbeant cyathum aquæ frigidæ. fol.91.col 1. lit.A.

Præmittuntur nonnulla circa curationem læſæ coctionis ob intemperiem cum materia. fol 87. col.1. lit.A.

Prognoſticum ad hoc vt rectè fiat, opus eſt vehementiam morbi cum virium robore comparare. fol. 12.col.1. lit.A.

Puellulos boni habitus, catellos, pullos caninos accubantes ſuper abdomen illius, cuius ventriculus imbecillis eſt, laudat Galenus, & Hieronymus Cardanus, quomodo, et quare. fol.85.col.1. lit.C.D.

Puluinar repletum ex plumis anſeris è collo excerptis, & ori ventriculi impoſitum flatus diſcutit. fol 111.

Q

Q*Valitates faciei valdè mutatæ robur virium languere oſtendunt, præſertim ſi ad viriditatem aut liuiditatem tendant. fol.163.col.2.lit.C.*

Quæcunque continentur in venis quatuor modis ex Galeno exire poſſunt, per anaſtomoſin, ideſt apertionem vaſorum, per diapedeſim, ideſt tranſcolationem, per diæreſim, ſiue à cauſa interna, quæ anaurosis dicitur, ſiue à cauſa externa, quæ ſectio vocatur. fol. 251.col.1.lit.C. & D.

R

R*Aritas eſt morbus in via, & ſolutione continui ex Mercuriali. fol.385.col.1. lit.B.*

Raritas. & denſitas ad figuram pertinent ex Galeno. ibid.lit C.

Raritas pororum non ad ſolutam continuitatem, aut morbum in via refertur. ibidem lit. D.

Renum, & vteri inflammationibus nec diuretica, nec aperientia conueniunt. fol.250. col. 1.

Renum lapis eſt morbus in via, aut numero adaucto. fol.348.col.1. lit.A.

Renum lapis non eſt morbi cauſa aduerſus Mercurialem ibid. lit.B.

Renes a natura habẽt, quod lotium ſecernant, illudque excreant. ibid.lit.D.

Renum lapis prout dolorem inducit, morbi cauſa dicitur. ibid.col.2. lit.A.

Renum lapis eſt ſymptoma in excretis mutatis. ibid lit B.

Renum lapidis differentiæ à magnitudine, & figura deſumuntur. ibid lit E.

Renum lapidis cauſæ. fol. 349.col.1. lit.B. Lapidis affectus inter alios morbos habetur hæreditarius. fol 349. col.1. lit.C.

Renum lapidis cruditates quomodo cauſa ſint. ibid col.2 lit.C.

Renum lapis quomodo generetur, et in qua parte renum. fol.350. col.1. lit. A. & infra.

Renum partes duæ ſunt, ſubſtantia nempe, & cauitas. ibid. lit. E.

Renum lapidis efficiens cauſa caliditas eſt tam moderata, quam immoderata. fol.350 col. 2 lit.D.

Renum lapidis materia duplex eſt, craſſa ſcilicet et tenuis. ibid. lit.E.

Renum arenulæ cauſa. fol.351. col.1 lit.B.

Renũ in lapidem promptius adulti incidunt, pueri verò in lapidem veſicæ. ibid. col. 2. lit. A.

Renum, & veſicæ conſtitutio lapidis cauſa eſſe poteſt, ibid.lit.C.

Renum lapidis ſymptomata, & colici doloris à principio eadem ſunt, ac ipſorum ſigna diſtinctiua. fol.352. col.2.littera D.& infra.

Renum dolor grauis ex Hippocrate, quod grauis nomen duo ſignificat. ibidem lit E.

Renum lapidis quo ad ipſorum partes ſigna diſtinctiua. 353.col 1 lit A.

Renum lapidis ſignum pathognomonicum non datur, ſed artificio potius cognoſcitur. fol.354 col 1. lit B.

Renum lapidis dolor non eſt ſignum pathognomonicum, ſicut nec arena in matulæ fundo contenta, & vnde dolor proficiſcatur. fol. 354.col 1.lit.C & infra.

Renum lapidis ſigna ex Hippocrate. folio 354.col.2. lit.B.

Renum lapide duo ſigna à Galeno propoſita, de cruris nempe ſtupore, & teſticuli ſurſum retractione. non habent locum. fol. 355. col.1. lit.F.et infra.

Renes in hominibus non ſunt ex pluribus renibus complicati, vt in bobus, ſed plani

ſunt ;

I N D E X

ſunt, aduerſus Ariſtotelem, et Mercurialem. fol.356.col.1.lit.B.

Renes nullum cum crure commercium habent; ac exilis in illos neruus defertur. fol. 355.col.2. lit.A.

Renes diù lapide affecti, aut nunquam, aut rarò curantur. fol.356.lit.D.

Renum lapidem rarò incurrunt, qui ſæpe euomunt, aut aluum lumbricam habent. ibidem.

Renum lapis, inter cæteros, ab Hippocrate egregie, ac breuiter curatur. fol.357.col.1. lit. A.

Renum lapidis per victus rationem curatio. fol.356.col.2 lit.E.

Exercitium, ſeu motus, & quies quid in corpore operentur. fol.357.col.2. lit.B.

Renum in lapide exercitium mediocre confert. fol.357.col.2.lit.D.

Renum in lapide à validis diureticis abſtinendum eſt. fol.358.col.2. lit.C.

Renum in lapide à poplite, vel malleolo ſanguinis miſſio ex Hippocrate conuenit à brachy vena, quæ ad cubitum eſt, ex Aetio; & Auctorum conciliatio. ibid. lit. E. & infra.

Renum in lapide ſine magna ſanguinis plenitudine a malleolo ſanguis mittendus eſt ex Auctoris opinione. fol. 359. col. 2. littera C.

Renum lapidis per pharmaciam curatio. ibidem lit.E.

Renum dolor ex lapide à ventriculo, & inteſtino colon repletis augetur. fol.360.col.2. lit. C.

Renum in lapide, ſi ventriculus ſit repletus, prius vomitus ciendus eſt. fol. 360. col. 1. lit.E.

Renum in lapide ex inteſtinis excrementorum illuuies clyſteribus, aut ſuppoſitorijs educenda eſt, quæ tum ſanguinis miſſionem, tum purgationem præcedere debent. ibid. col.2.lit.D. & infra.

Renum in lapide poſt corporis purgationem diuretica conueniunt. folio 362. col.1. littera B.

Renum in lapide medicamentum tamquam arcanum à Foreſto proponitur. ibid.col.2. lit. B.

Renum in lapide medicamenta à tota ſubſtantia operantia à Tralliano proponuntur, & à Leonello Fauentino fol.364.col. 1. lit. A. & à Benedicto Victorio. ibid. col.2. lit. B. à Gattinara. ibid.lit.E.

Renum dolor. fol.365 col.1.lit.C.

Renibus duplex ex Galeno datur dolor. fol. 365.lit.D.

Renum doloris grauatiui cauſa. fol.365. col. 1. lit.D.

Renum doloris acerbi cauſa. fol. 366. col. 1. lit.B.

Renum caro quare pauci ſenſus ſit. fol. 366. col.1 lit.B.

Renum dolor à ſanguine moderatus eſt. folio 366.col.1. lit.D.

Renum doloris cauſæ remotiores. ibidem lit. E.

Renum in doloribus cognoſcendis ſæpe probatiſſimi medici decipiuntur, inter quos Galenus fuit. fol.367. col.1. lit.B.

Renum doloris ſigna. ibid. lit. A.

Renum doloris ſigna cauſarum. ibid.lit.E.

Renum dolor lethalis non eſt niſi à lapide, vel ab arenulis, vel puris ingenti copia proueniat. fol.368.col.1.lit.B.

Renū in dolore præſente ſanguinis quantitate ex brachio lateris dolentis ſanguis mittendus. ibid.lit.E. & in menſium, aut hæmorrhoidum ſuppreſſione ex talo. ibid. col. 2. lit. A.

Renum doloris ab humoribus calidis per pharmaciam, & victus rationem curatio. ibid. lit.C.

Renum dolori medicamenta ſub forma potus magis, quam pilularum, aut boli, conueniunt. ibid.

Renum in dolore ex defluxu ad medicamentū purgans prius deueniendum eſt, et deinde ad localia aduerſus Mercatum. fol. 369. col.2.lit.B.

Renum dolori medicamenta topica, ſeu localia. ibid.lit.E.

Renum doloris à flatu, et materia frigida per omnem medicinæ inſtrumentum curatio fol.370.col.1. lit.E.

Renum dolore vrgente, vomitu quamprimū ciendi ſunt humores, ſi ægri fuerint faciles, deinde clyſteribus. ibid.col 2.lit.C.

Renum dolore non vrgente, præparatis prius humoribus, cum idoneis præſidijs ſunt educendi. ibid.lit.E.

Renum dolore à materia frigida, aut flatu ſanguis mittendus eſt primò a brachio, deinde à talo, præſentibus indicationibus parcius, quam vbi ab humoribus calidis. fol. 371. col.1.lit.A.

Renum dolore à materia pituitoſa, et flatu localia medicamenta. ibid. lit. A.

Renum dolori diuretica medicamenta. folio 371.col.2. lit.A.

Re-

Renum dolori terebinthina cum aqua graminis abluta probatur . ibid.lit.B.
Renum dolore quando, & vbi cauterium, & hirudines conueniunt . ibid. lit.D.
Renum inflammatio per congeſtionem non generatur . fol.371.col.1. lit.E.
Renum inflammationis ſigna . ibid.col.2. littera C.
Renum inflammationis differentia . fol. 372. col.2. lit.B.
Renum inflammationis cauſa . ibidem littera D.
Renum inflammatio quid ſit . fol. 372. col. 1. lit.C.
Renum ſubſtantia inflammata quare dolor pulſatiuus non ſit . folio 374. col. 1. littera D.
Renũ in ſubſtantia nulla arteria diſſeminatur per Veſſalium . ibid.lit.D.
Renum ſubſtantia omni caret ſenſu. ibidem lit.E.
Renũ in inflammatione non ſit pulſatiuus dolor, niſi inflammatio ad ementientes arterias, & venas diſtendatur . ibid. col. 2. littera B.
Renũ in inflammatione vrina qualis, & quomodo redditur . ibid.lit.C.
Renum partes affectas ſigna demonſtrantia. ibid.lit.D.
Renum inflammatorum ſigna cauſarum . ibid.
Renum inflammationis prædictiones.fol.375. col.1 lit.B.
Renum inflammationis per victus rationem curatio . ibid.col.2.lit.C.
Renũ in inflammatione ægrotantes diu in inedia detineri non debent . ibid. lit.D.
Renũ in inflammatione à diureticis cauendum . ibid.lit.E.
Renũ in inflammatione recenti ex brachio ſanguis mittendus eſt , in non recenti verò ex talo, aut poplite .fol.376. col.1.lit.B.
Renum inflammationis per pharmaciam curatio . ibid c.2.lit.A.
Renũ in inflammatione cathartica medicamenta nunquam, aut raro conueniunt . ibidem lit.C.
Renũ in inflammatione quando,& quibus diureticis vtendum . ibid.
Renum inflammationis cauſa coniuncta quomodo tollitur . ibid. lit. E.
Renum inflammationi pro varijs eiuſdem temporibus varia competunt præſidia localia . fol.377.col.1. lit A.
Renum inflammationi ad ſuppurationem tendenti quibus præſidijs ſuccurratur . ibidem col. 2. littera E.
Renum vlcus ſolutio continui eorundem ſubſtantiæ eſt . ibid.
Renum parenchyma duplicem habet ſuperficiem . ibid.lit.D.
Renum vlcus in parenchymate eorundem euenit . fol.378.col.2.lit.B.
Renum vlceris cauſa . folio 379. col. 1. littera A.
Renum vlcus difficulter cognoſcitur . ibidem lit C.
Renum,vreterum, & veſicæ vlcerum ſigna diſtinctiua . fol.379.col.2.lit.B.
Renum vlceris ſigna cauſarum . ibid.lit.E.
Renum, & veſicæ affectiones in ſenibus difficulter curantur . fol 380.col.1.lit.B.
Renum vlcera inueterata ad tabem,& hydropem deducunt . ibid. lit.B.
Renum affectibus vomitus vtilis eſt , quin & ad præſeruandum bis in hebdomada vtiliſſimum . fol.381. col.1. lit.D
Renum vlceris per pharmaciam curatio. ibid. col.2.lit.C.
Renũ in vlcere lactis vſus,cui parum vel mellis, vel ſacchari admiſtum ſit, competit , & pro varia vlceris indicatione diuerſa lactis ſpecies conuenit . fol.382.col.1.lit.B.
Renes ſimul cum lotio ſanguinem pro eorum nutritione trahunt . fol. 383. col. 2. littera B.
Renes in cadauere diſſecto inuenti ſunt ambo perforati,ex cuius foramine exibat vrina . fol.399.col 1.lit.C.
Renes propter frigidam , & humidam intemperiem vrinam non trahunt.et propter morbos organicos impediuntur ab attractione . fol.399.col 2.lit.A.
Renes duo ad vitam ſimpliciter neceſſarij non ſunt, et caſus in quodam cadauere diſſecto. fol.401.col.1.lit.B.C.
Ren vnicus ex obſeruatione quorundam, diſſectione aliquorum cadauerum apparuit ex Auctore, Columbo , et Veſalio . fol. 401. col.1.lit.D.
Reuulſionis conditiones quæ ſunt . fol.435.
Robur virium deprehenditur à cauſis ipſum producentibus,à iuuantibus, & nocentibus & ab effectis . fol.162.col.2. lit.C.

S

SAnguificandi potentia eſt in parenchymate hepatis primò , ſecundariò in venis. fol.159.col.1. lit.B.
Sanguinis miſſio ex ſaluatella in affectibus lienis non eſt auxilium deriuatorium contra

Val-

Valleſium. & Maſſariam. fol.238.col.1. littera A.

Sanguinis miſſio ex ſaluatella in lienis affectibus poſt communiſſimas euacuationes cõuenit. fol.238.col.1. lit C.

Sanguis in hominibus non ſemper ruber eſt. fol.355.col 1.lit.D.

Sanguis, aut pus ſi mingantur, aut renum, aut veſicæ exulcerationem ex Hippocrate ſignificant, & ex Galeno etiam vreterum, & quandoque abſque horum nulla læſione. fol.379.col.2.lit.D.& E.

Sanguinis mictus duobus modis contingit. fol. 384.col.1.lit.D.

Sanguinis mictu ægri quandoque à prauis liberantur affectibus tam præſentibus, quã imminentibus. ibid.lit.E.& fol.387.col.1. lit.E.

Sanguinis mictus cauſa. ibid.col.2.lit.A.

Sanguinis mictus ex abolita, vel diminuta venarum, quæ ad renes ſunt, retentione prouenit. ibid.lit.B.

Sanguis in venis propter earum continuitatẽ retinetur. fol.384.col.2. lit.E.

Sanguinis vaſa dupliciter læduntur. ibid.

Sanguinis mictus ex varijs intemperiebus, ſed ex frigida, & humida renum intemperie magis proficiſcitur ibid. lit. D.

Sanguinis mictus vel ab intemperie frigida, & humida, & per diapedeſim ortum ducit. fol. 385. col.1. lit. E. vel à ſolutione continui per anaſtomoſim, & per diæreſim. fol.385.col 2. lit A.

Sanguinis fluxum aliunde, quam à ſenſu inquirere hominis prorſus otioſi eſt. ibidem col.2.lit.D.

Sanguinis mictus, ſanguinis fluxus, & hæmorrhois ſigna. ibid.& lit.E.

Sanguinis mictus ſigna cauſarum. fol. 386. col.1.lit.A.

Sanguinis mictus ab vreteribus, à veſica, & ab hepate ſigna. ibid.lit. E. & fol.387. col. 1.lit.A.

Sanguinis mictus immoderatus vniuerſum corpus refrigerat. ibid. lit. E.

Sanguinis mictus ex eroſione difficulter curatur. ibid.col.2. lit. A. in variolis læthalis. ibid.

Sanguinis mictus per victus rationem curatio. ibid. lit.D.

Sanguinis mictus in curatione eadem præſidia cauſam, & effectum tollunt. ibid.

Sanguinis mictus per pharmaciam curatio. ibid. lit.E.

Sanguinis mictus à continui ſolutione curatio. fol. 389. col.2. lit.B.

Sanguinem ad ſiſtendum potentiſſimum medicamentum. fol. 390.col.1 lit.A.

Sanguinis in mictu, etiam ſi nullum plenitudinis adſit ſignum, ſanguis reuellendi cauſa ex brachio mittendus eſt præſente verò plenitudine euacuandi. ibid. col. 2. lit.D.

Sanguinis mictus ob immoderatum coitum curatio. fol.391.col.1. lit.B.

Sanguinis mictui per diapedeſim incraſſantia, & glutinantia conueniunt. ibid. columna 2. lit.C.

Saxoniæ hiſtoria ex Nicolao Florentino de muliere pragnante, quæ comedit 20.lib. piperis, & tandem vitam cum morte commutauit. fol.58.col.1.lit.E.

Scirrhus dicitur de lienis quacunque duritie, in qua reſolutæ ſunt tenuiores partes, induratæ verò craſſæ. fol.206.col.1. lit. B.

Scirrhus eſt durities, quæ fit ex humoribus craſſis tam pituitoſis, quàm melancholicis. fol.206 col,1. lit. B.

Scirrhi antiqui curari nequeunt atqui non ad modum antiqui cum maxima difficultate, et multo minus ſi interni ſint. folio 209.col.1. lit.D.

Scirrhus ex flatu fieri non poteſt, et diſcutientibus augetur. fol.234.col.2. lit.A.

Scirrho in lienis præter dolorem ſiniſtri hypochondrij, quandoque dolor ad iugulum vſq; extenditur. fol 235.col.1 lit.A.

Scirrhus quandoque adeo magnus, et durus eſt, vt zonæ in modum vniuerſum abdomen amplectatur. fol.235. col.1 lit. B.

Scirrho in lienis dolor ex partibus adiacentibus per diſtentionem laceratis proficiſcitur, et non ratione lienis. ibid.lit.C.

Scirrhus legitimus incurabilis eſt, inueteratus in hydropem hominem ducit. ibidem lit.E. et fol.236.col.1.lit.A.

Scirrho lienis vſtiones, ſeu cauteria numero 10. circa lienis regionem ab Hipp. et Græcis, et Arabibus omnibus commendantur. folio 243.col.2.lit.A.

Scirrho in lienis venarum ſectio circa lienis regionem externam, et circa aurem ſiniſtrã ex nonnullorum opinione laudatur. folio 243.col.2.lit.B.

Scirrho in lienis remedium diuulgatiſſimum à monachis adminiſtratum ex chartæ folio, et ſecuri acutiſſima ſuper chartam in regione lienis. ibid. lit.E.

Senſu maiora cauſa, & minora ea illa, quæ ſint. fol.159.col.2.lit.C.

Senſatio optima vt ſiat duo requiruntur, obie-

ictum proportionatum, et inſtrumentum bene diſpoſitum . fol.39.col.2 lit.C.

Ad ſenſus proportionem tria ex Ariſtotele requiruntur . fol.447. col.1 . lit.A.

Signum pathognomonicum illud dicitur, quod vni ſoli, & ſemper competit . fol.354. col. 1 .lit.B.

Singultus duæ proponuntur difficultates, & ſoluuntur . fol.113.col.1. lit.B.

Singultus etymologia, & quid ſit, & quomodo fiat . fol. 114 col.1.lit.C.D.E.

Singultus contradictio Galeni in varijs locis ab Auctore conciliatur . fol. 115.col.1. littera B.C.D.

Singultus cauſæ ad quinq. capita reducuntur. fol.115.col.1.lit.E.col.2.lit.A.

Singultum ab inanitione prouenire Galenus dubitat quare . fol.116.col.2. lit.A.B. Authoris ratio . 117.col.1.lit.E.

Singultus cauſa poteſt eſſe neruus paruus hepatis quemadmodum nerui à ſexta coniugatione . fol.119. col.1 .lit.A.

Singultus ſigna . fol.119.col.1. lit.C.

Singultus prognoſis ab inanitione : ſingultus omnes mali . fol.120.col.1 .lit.C.

Singultus cognitionis proponitur, & ſoluitur quoddam quæſitum . fol.120. col.2 lit.B.

Singultum ſternutamentum curat, & quare. fol.120.col.2 lit.A.

Singultus cuiuſnam partis corporis eſt ſymptoma . fol.120.col.2.lit.C.

Singultus cuiuſnam partis ventriculi eſt, ſuperioris,inferioris,an medij . fol.121. col.1. lit.E.col.2.lit.A.

Singultus curatio per victus rationem . folio 121. col.2 lit.B.

Singultienti Ariſtophani ab Eryſimacho, apud Platonem medico celeberrimo tria proponuntur idonea præſidia . fol.122.col.2. littera A.

Singultus curatio à cauſa frigida per pharmaciam . fol.122.col.2.lit.B.

Singultus curationi maxime confert opium, ſiue medicamenta ſtupefacientia cum alys rebus, et quare . fol.123. col.2 lit.D.

Singultus curationi Authoris præſtantiſſimũ medicamentũ præſcribitur . f.124.c.1.l.E.

Singultus curatio ab acri materia per pharmaciam . fol.125.col.1 .lit.A.

Singultientem, & ictericum à materia biliosa Auctor curauit quadam decoctione . folio 125.col.2.lit.E.

Singultus curatio ab inanitione,vel in pueris à lacte coagulato . fol.126.col. 1. lit.B.

Singultus curatio amuletis. f.126.c.2.l.C.

Sitis eſt appetitus frigidi, & humidi . fol. 26. col.2.lit.D.

Sitis naturalis, et moderata quid ſit, et quomodo fiat . fol.61.col.1. et 2.lit.E.

Sitis immoderata, et preter naturam tres habet differentias, et quid ea ſit . fol.62.col.1 : et 2. lit.B.C.

Sitis immoderatæ cauſæ internæ, et externæ. fol.62.col.2. lit.E.

Sitis in hydrope quare . fol.63.col.1. lit.D.

Sitim medicamenta purgantia inducunt quare . fol.63.col.2.lit.A.

Sitis, quando nõ adeſt in illis,qui medicamentum purgans ſumpſerint . ſignum certiſſimũ eſt non eſſe bene purgatos . fol.63. col. 2.lit.C.

Sitis ſigna à pluribus fontibus ſumuntur . fol. 64.col.1 .lit.A.B.

Sitim adauget potus affatim, et in multa quantitate aſſumptus, et è contra . fol.64.col. 1. lit. D.

Sitientibus in nocte maximè confert ſomnus, et quare . fol.65 col.1 .lit.A.

Sitis prognoſis . fol.65.col.1. lit.B.

Sitis quando non adeſt in ægrotantibus febre acuta, et maligna laborantibus,ſignificat infauſtum morbi futurum euentum, et quare . fol.65.col.1 .lit.C.D.

Sitim qui noctu habent, non eſt concedendus potus ex Hippocrate, et quomodo ſit intelligendus .

Sitis validiſſimè nocturno tempore laborantibus,ſiue ex potatione vini meracioris,ſiue ex defectu potus aquæ frigidæ, potu ſuccurrendum eſt ex Galeno,et quare, cuius commentarium Dominicum *Leonem non poſſum ſatis mirari non intellexiſſe . fol.65 col.2. lit.A.B.*

Siti immoderatè laborantes plures interempti, et ex hiſtoria Benineny, et Marcelli Donati *fol.66.col.1 .lit.B.C.*

Sitis curatio: ſitim extinguit ptiſana hordeacea . fol.66.col.2. lit.A.

Sitim extinguit balneum aquæ dulcis : folio 66 col. 2. lit.D.

Sitim extinguunt ſilentium,oris clauſio,quies, aeris frigidi inſpiratio,aquæ frigidæ cum aceti admiſſione potus . fol.67. col.1. littera A. B.

Sitis ex malè affecto pulmone curatur aere attracto magis, quàm aquæ potione, et quare . fol.67.col.2. lit.A.

Sitim qui timent propter ieiunium, permittendum ijs oleum cum aceto, et abſtinendũ à potione cicerum, et fabarũ ex Auicenna,

et

et quare. fol.67. col.2. lit. B.
Sitim ſedat aqua Lucenſis, ſiue Villenſis, et ſint Borrenſis. fol.68. col.2. lit.A.
Soldanellæ vſus duplex. fol.264. col.2. lit. B.
Stephanus Athenienſis à Mercuriali impugnatur circa aquæ generationem in hydrope. fol.247. col.2. lit.C.
Stercus canis triduo oſſa comedentis per clyſteres cum lacte, aut cum alia pingui materia iniectum dyſenteria prodeſt. fol. 294. lit. E. et infra.
Stercus aſininũ plantagini ſucco madefactũ, & deinde expreſſum, et per clyſterem iniectum in dyſenteria ab Aetio proponitur. ibid. col.2. lit D.
Stibium in medicina non eſt ad praxim reducendum ob ſui violentiam. f.265. col.2. l. A.
Stillicidium optimum pro ventriculo calefaciendo, et corroborando. fol.83. col.1. lit.B.
Stillicidy (vulgo duccia) icon, et modus ab Auctore inuentus. fol. 101.102.
Strãguria eſt de genere dyſuriæ. f.442. c.1. l.B.
Stranguria duobus contingit modis. ibid. l.D.
Stranguriæ conuenientia, et diſcrepantia cum iſchuria, et dyſuria. ibid.
Stranguria eſt ſymptoma in excretis deprauatis. ibid. col.2. lit.B.
Stranguriam intemperies duobus facit modis. ibidem.
Stranguria ex imbecillitate facultatis retentricis veſicæ fit, et nonnumquam ex vrinæ acredine ex Gal. 58. aph.5. f.445. col.1. l. A.
Stranguria ex intemperie, et loty acredine veſicæ affectio propria non eſt, ſed per accidens ibid. lit. B.
Stranguriam veſica patitur vel per ſe, vel per conſenſum. fol.443. lit.D.
Stranguria per conſenſum à renibus ratione loty fit, per conſenſum ab vtero, & inteſtino recto veſicæ ipſi contingit. ibid. li. E.
Stupor neruorum paſſio eſt cum ſentiendi, & mouendi difficultate. fol.355. lit.E.
Syrupus ſudorificus S. Ambroſiy. f.258. l.C.

T

TAmarindi in dyſenteria probantur contra nonnullos. fol.292. lit.C.
Teneſmus inteſtini recti peculiaris affectus eſt. fol.333. col.1. lit. E.
Teneſmus eſt ingens, inexplebilis, ac inanis egerendi cupiditas. ibid. col.2. lit.D.
Teneſmus eſt ſymptoma facultatis expultricis deprauatæ. ibidem.
Teneſmus ſequitur vel intemperiem, vel continui ſolutionem, vel malam compoſitionẽ. fol.334 col.1. lit. A. & D.
Teneſmus alter legitimus & verus, alter nothus, & illegitimus ibid. lit.B.
Teneſmi cauſæ tam exteriores, quàm interiores. ibid. lit. D.
Teneſmus proprie inteſtini recti vlcus eſt. ibidem col.2. lit.B.
Teneſmus quomodo cum dyſenteria conueniat, & quomodo diſcrepet. ibid. lit. C.
Teneſmum pueri faciliter incidunt. ibid.
Teneſmi cauſæ ab vlcere prodeuntis. fol.335. col.1. lit.C.
Teneſmi ſigna alia ſunt, quæ affectum declarant, alia quæ cauſas. ibid. col.2. lit. B.
Teneſmi ſigna affectum declarantia. fol.335. col.2. lit.B.
Teneſmi ſigna cauſas demonſtrãtia. ibid. l.D.
Teneſmus dyſenteriam ſequitur, vlcus teneſmi cauſa eſt. ibid. lit.E.
Teneſmi ex inflammatione, & tumore ſigna. fol.336. col.1. lit. A.
Teneſmus inter graues, & periculoſos morbos a Galeno reponitur. ibid. lit. E.
Teneſmus ſi vtero gerentibus ſuperueniat, abortum facit. ibid. col.2. lit. A.
Teneſmi curatio per victus rationẽ. ibid. lit C.
Teneſmus rarò ex inflammatione contingit. fol.337. col.2. lit.B.
Teneſmi curatio per chirurgiam. ibid. lit. C.
Teneſmo ex inflammatione a principio conuenit ſanguinis miſſio ex brachio dextro a vena iecoraria. ibid.
Teneſmo ex inflammatione iam confirmata à ſaphena dextra, vel ſiniſtra, ex venis, quæ ad malleolum internum ſunt ſanguis mittendus eſt, & quandoque per cucurbitulas ſcarificatas ad foemora. ibid.
Teneſmi curatio per pharmaciam. ibid. lit.E.
Teneſmo ex inflammatione pro temporum varia diuiſione diuerſa conueniunt præſidia ibid.
Teneſmus, qui dyſenteriam ſequitur, eadem methodo curatur. fol.338. col.1. lit.C.
Theriaca, & mithridatium in diarrhæa mirifice conferunt. fol.276.
Theriaca latente proprietate colicis prodeſt. fol. 329. lit.E.
Timor, & moeſtitia melancholiæ ſigna. folio 107. col.2. lit.D.
Tipula eſt vermis ſex pedes habens aſcaridibus prorſus ſimilis. fol.298. col.2. lit. A.
Traliani hiſtoria cuiuſdam mulieris vermes in corpore habentis, ex quo in famem caninam incidit. fol.42. col.2. lit.C.
Tumor, vt Auicenna admonet, quando corpus reuoluitur ad ſiniſtrum latus, ma-

gis apparet. fol. 189. col. 1. lit. A.
Tuſſis eſt ſemper cum ſputo in pleuritide; in iecoris inflammatione abſque ſputo, & ſicca. fol. 189. col. 2. lit. D.
Tympanites a ſpiritu flatulento modico humori commiſſo in peritonaeo, & partibus ſibi ſubiectis incluſo fit. fol. 245. col. 1. littera B.
Tympanitis curatio per pharmaciam. fol. 259. col. 2. lit. & infra.
Tympanitis materiam preparantia non ſolum attenuandi, incidendi, ſed etiam flatum diſcutiendi vim habere debent. fol. 260. littera C.
Tympaniti maior cura habenda eſt de ventriculo, quam de iecore, in alijs duabus hydropis differentijs è contra ex naſi. folio 261. col. 2. lit. D.

V

Valleſij ſententia in aſſignanda cauſa picæ, quare ventriculus appetit prauas ciborum qualitates; in intemperie præternaturam in facto; & in fieri, impugnatur ab Auctore. fol. 54. & 55. col. 2. lit. D. & redditur vera cauſa, & aliorum Auctorum ſententia ſoluitur. fol. 57. col. 1. lit. A.
Vaſa umbilicalia in duplici ſunt differentia, alia ſunt, quæ in nobis, dum utero gerimur, ſiunt, quæ conſtant ex una vena, et duabus arterys a placenta ortum ducentibus, quam iecur uterinum Arantius appellauit; alia ſunt vaſa umbilicalia, quæ extra uterum apparent nobis producta, et ex duabus venis, et duabus arterys conſtant, et vrachos vocatur. fol. 252 lit. C. et E.
Vaſa umbilicalia duplici tunica à natura inuoluuntur velut inteſtino, quæ aliquando collo infantis circumuoluta obſeruantur, unde à mulieribus praua enuntiantur. fol. 252 lit. D.
Vaſa ſpermatica, ubi nimis exinanita ſunt, à vena caua ſanguinem recipiunt, et non à renibus aduerſus Foreſtum. fol. 386. col. 1. lit. B.
Venena frigida cauſant hydropem. fol. 248. lit. B.
Venæ portæ deſinunt per totam concauam iecinoris regionem veluti per capillamenta quædam. fol. 170. col. 2. lit. B.
Venæ cauæ longè maiores, et ſubſtantia craſſiores à gibba iecoris parte ad extremos uſq; totius iecoris ſubſtantiæ limites internos diſſeminatæ ſunt. fol. 170. col. 2. lit. C.
Venæ prædictæ cauæ perforatæ ſunt cribri in modum, et per ſua hæc foraminula quidquid alteratum eſt, et in ſanguinis ſubſtantiam in carne iecoris tranſmutatum, recipiunt. fol. 170. col. 2. lit. C.
Vena ſectione facta Aetius ſcribit ſequenti die cucurbitas cum ſcarificatione affigendas eſſe. fol. 191. col. 1 lit D.
Vena umbilicalis, quæ unica in homine eſt, poteſt aquam ex iecore recipere, ſed eam nunquam in abdomen cadere ſinet, niſi eius unitate ſoluta, aut nimium dilatata. folio 252. col. 2.
Vena caua deorſum deſcendens quomodo diſtribuatur in renes, teſtes, et crura aduerſus nonnullos. fol. 355. col. 2. lit. C.
Venæ ex unica tunica conſtant, arteriæ verò ex duplici, quarum interna tenuis, externa craſſa eſt. fol. 384. col. 2. lit. D.
Ventriculus inferior quid ſit, et eius munus. fol. 1. col. 2.
Ventriculus duplici membrana conſtat. fol. 2. col. 1. lit. C.
Ventriculi os ſuperior eſt inter alias corporis partes, quæ percipit indigentiam ventriculi. fol. 26. col. 1. lit. C.
Ventriculi euacuationis in fame qualis ſit modus. fol 26. col. 1. lit. D.
Ventriculus ex Galeno prauas qualitates appetit pro humoris vitioſi varia natura, ac propterea ſimilia ſibi appetit, quam ſententiam amplectuntur Valleſius, et Capivaccius: contrarium autem videtur ſentire Galenus alijs in locis, quem ſequuntur Auicennas, Chriſtophorus Auega, Iacchinus, et Saxonia, ubi habet, quod in hoc differunt intemperies naturales ab ijs, quæ præter naturam ſunt, quod naturales appetunt ſimilia ſibi, quæ præter naturam contraria appetunt. fol. 54. col 2. lit A.
Ventriculus tres partes habet. fol. 70. col. 1. lit. A.
Ventriculi externa tunica eſt pars, cui ratio agendi ſiue coquendi primo debetur fol. 71. col. 1. lit. B.
Ventriculi è calida intemperie multos laborantes liberaſſe Galenus ſe gloriatur ſola aqua niue refrigerata. fol. 79 col. 2. lit. D.
Ventriculus triplici affectione poteſt laborare materia contenta, et imbibita in membranis, et in cauitate cauſa.. folio 88. col. 2. lit. B.
Ventriculi inflatio à Latinis, à Græcis ἐμφύσημα, et eius etymologia, et quid ſit. fol. 114. col. 1. lit. A.
Ventriculi inflationis cauſa. fol. 105.

Ven-

INDEX

Ventriculi inflationis ſigna. fol. 107.

Ventriculi inflationis prognoſis. fol. 108.

Ventriculi inflationis curatio per victus rationem. fol. 108. *col.* 1. *lit. B.*

Ventriculi inflationis curatio per pharmaciam. fol. 109.

Ventriculus, dum cibos appetit, eoſque ſibi admouet, ſi coquere nequeat, ſemicoctos ad inteſtina per meſeraicas demittit. fol. 157. *col.* 1. *lit. C.*

Ventriculi debilitas ab intemperie frigida propter quam multa craſſorum, et lentorũ humorum copia generatur, eſt cauſa obſtructionis. fol. 172. *col.* 2. *lit. E.*

Ventriculi, & inteſtinorum membrana interna eadem eſt ex Galeno. fol. 279. *col.* 2. *lit. C.*

Vermes, lege lumbrici.

Veſalij hiſtoria cuiuſdam Hiſpani, qui deglutiuit aureum anulum cum quadraginta unionibus. fol. 127. *col.* 2. *lit. E.*

Veſicam ſale plenam, igneq; calefactã Actius in ictericitia ſuper lienem applicat. fol. 232. *col.* 2. *lit. A*

Veſica non læſa, quatuor modis in corpore vrina retineri poteſt. fol. 399. *col.* 1. *lit. D.*

Veſica duplex ineſt attractio. fol. 400. *col.* 2. *lit. C.*

Veſica vrinam trahit, vt quoddam delectabile, et ſic Galenus eſt interpretandus ſuper v. de vſu partium 2. aduerſus Iacchinum. ibid. lit. D.

Veſica ab intemperie frigida bifariam læditur. fol. 405. *col.* 2. *lit. B.*

Veſicæ lapis quid ſit. fol. 414 *col.* 2. *lit. C.*

Veſicæ lapidis cauſæ. ibid. lit. D.

Veſicæ lapidis differentiæ. ibid.

Veſicæ lapis generatur, nullo renum dolore præcedente, & ſi conteratur nucleus diuerſimode coloratus intus non reperitur aduerſus Fernelium. fol. 415. *col.* 1. *lit. C.*

Veſicæ lapidis vrinæ craſſities potiſſima cauſa eſt ex Hippocrate. ibid. lit. D.

Veſicæ lapide pueri quare magis corripiantur, ſenes verò renum lapide. fol. 416. *col.* 1. *lit. B.* & *inſtantiæ cuidam reſpondetur. ibid. col.* 2. *lit. A.*

Veſicæ humores craſſi tranſmiſſi quadruplici ratione concreſcunt. fol. 417. *col.* 1. *lit. A.*

Veſicæ lapides ante, & poſt mictionem generantur, & concreſcunt: ibid. col. 2. *lit. D.* & *infra.*

Veſicæ lapis ex multorum ſignorũ ſimul concurrentiũ ſyndrome cognoſcitur. ibid. l. C.

Veſicæ lapis vel eſt in fieri, vel in facto eſſe. ibid. lit. E.

Veſicæ lapidem vrina alba, ac tenuis, vel ſabuloſa, vel arenoſa ſignificat ex multorum opinione. fol. 419. *col.* 1. *lit. C.*

Veſicæ lapidis ſedimentum ſabuloſum perpetuum ſignum non eſt aduerſus Zecebium. fol. 420. *col.* 1. *lit. E.*

Veſicæ lapis ſæpe vſque ad vltimam ſui concretionem dolorem non infert. ibid. col. 2. *lit. A.*

Veſicæ lapis quandoque membrana inuoluitur, & ſurſum, & deorſum in vrina per veſicam mouetur, & per ſyringe vſque ad fundum impoſitionem non cognoſcitur. ibidem lit. B.

Veſicæ lapis ex digiti impoſitione per inteſtinũ rectum non cognoſcitur. ibid. lit. C.

Veſicæ a lapide nonnulli ſecti in perinæo euaſerunt. fol 421. *col.* 1. *lit. C.*

Veſicæ lapidis curatio. ibid. col. 2. *lit. A.*

Veſicæ in lapide validiora requiruntur medicamenta, & in pauca quantitate ex Auicenna. ibid. lit. E.

Veſicæ in lapide cum Galenus Iudaico lapide vſus fuiſſet, nihil profecit, mirifice tamen in renum lapide. fol. 422. *col.* 1. *lit. B.*

Veſicæ ad lapidem medicamentum Andromachi a Galeno propoſitum. ibid. lit. C. huius præparatio ſuperſtitioſa eſt. ibid. col. 2. *lit. A. Euſtachius Rudius hoc laudat, et religioſe id componendum dicit. ibid. lit. B.*

Veſicæ in lapide medicamenta ab omnibus celebrata. fol. 422. *col.* 2. *lit. E.*

Veſicæ, vel renum lapidis frangentia medicamenta non dantur ex Mercato, et Santorio, ibid. lit. D. Santorius rationibus id demonſtrare nititur. fol. 423. *col.* 1. *lit. E.*

Veſicæ ad lapidem Raſis medicamentum arcanum. fol. 424. *col.* 1. *lit. B.*

Veſicæ ad lapidem medicamentum Romæ expertum in quodam puero. ibid. col. 2. *littera A.*

Veſicæ lapis friabilis à medicamentis emolliri, et comminui poteſt. fol. 425. *col.* 1. *lit. D.*

Veſicæ, et renum lapidis datur compoſitum medicamentum, quod indicanti non ſit extraneum, ſed proportionatum aduerſus Santorium. fol. 425. *col.* 1. *lit. A.*

Veſicæ medicamenta alias partes non lædunt aduerſus Santorium, et ad eius rationes reſpondetur. fol 425. *et infra.*

Veſicæ lapis induratus medicamentis comminui non poteſt, nec adhuc inuentum eſt tutum aliquod medicamentum, vt Galenus

dice-

dicebat. ibid. col. 2. lit. D.
Veſica lapis ſectione in interfoeminco, ſeu perinaeo extrahitur. fol. 426. col. 2. lit. A.
De veſica vlcere. fol. 428. col. 1. lit. A.
Veſicæ vlceris cauſæ. ibid. lit. C.
Veſicæ vlceris ſigna. ibid. col. 2. lit. A.
Veſica vlcere laborantes ſæpe periclitantur. fol. 429. col. 1. lit. C.
Veſicæ vlcus conſolidari nequit, quia veſica neruea ſubſtantiæ eſt. ibid.
Veſicæ colli vlcus facilius curatur. ibidem lit. D.
Veſicæ vlcus ægrotantes ad cachexiam, et hydropem ducit. ibid.
Veſicæ vlceris per victus rationem curatio. ibid. lit. E.
Veſicæ in vlcere raro ſanguinis miſſio conuenit. fol. 430. col. 1. lit. D.
Veſicæ vlceris per pharmaciam curatio. ibid. lit. E.
Veſicæ in vlcere à clyſteribus acribus cauendum. ibid. col. 2. lit. E.
Veſicæ vlceris particularis curatio. fol. 431. col. 1. lit. B.
Veſicæ in vlcere lac aſininum, vel decoctum, quod tum abſtergendi, tum exiccandi facultatem habeat, conuenit. lit. C. lactis aſinini vires, & doſis. ibid. lit. D.
Veſicæ inflammatio quid ſit. fol. 432. col. 1. lit. E.
Veſicæ inflammationis cauſa tam coniuncta, quam antecedentes. fol. 432. col. 2. lit. D.
Veſicæ inflammationis ſigna. fol. 433. col. 1. lit. C.
Veſicæ inflammatio inter alios eiuſdem morbos lethalis. ibid. col. 2. lit. B.
Veſicam dolentem, arſuramque periculum graue portendere Hippocrates dicebat; et ſi cum febre mortem. ibid. lit. C.
Veſicæ colli inflammatio ad ſuppurationem veniens minus lethalis eſt. ibid.
Veſicæ in inflammatione a principio ex baſilica ſiniſtra ſanguis mittendus eſt. folio 434. col. 1 lit. D. in antiquata vero à cruribus, quam concluſionem Rudius non admittit, ac eam cum Galeno infringit, & Hippocrate, tex. 36. 6. aph. interpretatur. folio 435. col. 1. lit. A. & infra:
Vena caua ortus, & per ſuperiora diſtributio. ibid. col. 2. lit. A.
Veſicæ inflammationi à principio ex ſuperioribus partibus ſanguis mittendus eſt ex Auctoris ſententia. ibid. lit. E. Rudij argumenta. & ſuppoſitiones reyciuntur, et ad Hipp. aphor. cit. reſpondetur. f. 435. c. 1. et infra.
Veſicæ inflammationis per pharmaciam curatio. fol. 436. col. 1. lit. C.
Veſica dolore infeſtante quid agendum eſt. ibid. col. 2. lit. B.
Veſicæ in inflammatione maxima vrgente neceſſitate ad opiata deueniendum eſt. fol. 437. col. 1. lit. A.
Veſicæ in inflammationis principio ab vrinam ducentibus cauendum ex Galeno. ibidem lit. B.
Veſicæ inflammatio ad ſuppurationem tendens ſuppurantibus eget, ibid. lit. E. ad ſcirrhum verò tendens emollientibus. ibid. col. 2. littera A.
Veſicæ inflammationis per victus rationem curatio. ibid. lit. D.
Veſicæ in inflammatione à principio vinum non conuenit, & à carnibus vſque ad declinationem abſtinendum eſt. ibid. & littera E.
Veſicæ circa vrinam munus quod ſit. folio 452. col. 2. lit. A.
Veſica ex omni fibrarum genere conſtat per ſuam ſubſtantiam diſtributarum, & mediantibus longis trahit, mediantibus tranſuerſis expellit, mediantibus obliquis retinet. ibidem.
Veſicatorium, in quo ſint cantharides, capiti applicatum, breuiſſimo tempore veſicam lædit. fol. 425 col. 1. lit. D.
Vinum in fame canina an ſit offerendum ante ciborum aſſumptionem, an è contra? Quæſiti ab Auctore ſolutio. fol. 44. col. 1. et 2. lit. E.
Vinum medicatum flatus diſcutiens tanquam aromatum fol. 110. col. 2. lit. D. E.
Vinum chalybeatum in ſcirrho lienis competit. fol. 241. col. 1. lit. D.
Vini chalybeati deſcriptio. ibid. lit. E. & col. 2. lit. A.
Vlceris curatio tres ex Galeno habet ſcopos. fol. 291. lit. F.
Vlceri duplex competit curatio; vna, quæ ſolutam continuitatem reſpiciat, alia, quæ humorem fluentem, & humorem vlcus fouentem corrigat. fol. 429. col. 2. lit. A.
Vlcus, & vulnus quid ſint. fol. 378. col. 1. lit. C.
Vlcus morbus communis partium tam ſimplicium, quam organicarum eſt. fol. 378. col. 2. lit. B.
Vnctiones, emplaſtra, & alia, quæ ventriculi ori applicantur, poſſunt etiam applicari vndecimæ, & duodecimæ dorſi vertebræ, & quare. fol. 83. col. 1. lit. E.

Vng. ex tribus à Galeno deſcriptum valet, ſi aſſidue corpus vngatur, ne vnquam ſiccum remaneat corpus. fol.85. col.1 lit. A.

Vnguentum napha ex floribus aurantiorum ſit, & cordi ſuccurrit. folio 412. col.1. littera D.

Vnguentum opt. Authoris pro vomitu à cauſa frigida. fol.142. col.1. lit. B.C.

Vomitum ſubſequentem vulnus eſſe ſignum cerebri laſi. fol.129. col.2. lit. E

Vomitus ſanguineus, et modus exeundi eius quomodo cognoſcitur. folio 131. col.1. lit. A. B.

Vomitus humorum quorumcunq; ex coloribus eorundem cognoſcitur. fol. 131. col.2. lit. C.

Vomitus ſanguinis aliquãdo eſt bonus, et quare. fol.132. col.2. lit. E.

Vomitus ſynceri humoris malus, mixti verò bonus. fol.133. col.1. lit B.

Vomitus vomitu curatur, quomodo ſit intelligendum fol.134. col 1. lit. B.

Vomitum abſcindit clyſter acutus, ſiue ſubtractiuus. fol.135. col.1. lit. C.

Vomitum ſedat aqua calida, & frigida ex Auicenna ſi pedes in illam immergantur, quomodo ſit intelligenda hæc contrarietas, ab Auctore faciè ſoluitur. fol. 135. col.2. lit. B.

Vomitum compeſcit coriandrum præparatũ cum aceto in cauſa calida, cum vino in frigida. fol.137. col.1. lit. A.

Vomitum ſiſtentia tria alimentorum genera ex Auicenna, & quæ ſint. f.137 col.1 l. B.

Vomitus curatio in communi. fol. 137. col.2. lit. B.

Vomitus bilioſi curatio per pharmaciam. fol.138. col.2. lit. B.

Vomitum à cauſa calida compeſcunt camphora à quadam proprietate, & quot modis ſit adminiſtranda fol.138. col.2 lit. E.

Vomitus pituitoſi curatio per pharmaciam. fol.140. col.1. lit. E.

Vomitus melancholici curatio per pharmaciam. fol.142. col.2. lit. A.

Vomitus melancholicus nunquam compeſcendus præter immoderatum. folio 142. col.2. lit. A. B. C.

Vomitus pituitoſi curatio non ſolũ requirit, vt ventriculus corroboretur, ſed lien quoque hoc ſimili emplaſtro. fol. 143. col. 2. lit. B.

Vomitus ſanguinei curatio per victus rationem, pharmaciam, & chirurgiam. folio 143. col.2. lit. C.

Vomitoriũ Patriarchæ à Nicolao deſcriptum. fol.256. lit. E.

Vrachos in brutis animalibus perforatus eſt, & dum vtero gerunt, vrinam per hanc partem tranſmittunt. fol.252. col.2. lit. A.

Vreteres per totam renum cauitatem extenduntur. fol.353. col.1. lit B.

Vreteres à membrana neruoſa prodeunt. fol. 366. col.1. lit. C.

Vrinæ ſtillicidium: lege ſtranguria.

Vrinæ expulſio ad canalem communem veſicæ actio eſt. fol.398 col.1. lit. A.

Vrinæ expulſio tantũ facultatis naturalis actio eſt, aduerſus Foreſium, & Gartiam Carrerum; vrinæ retentio inuoluntaria eſt. ibid. lit. D.

Vrinæ ſedimentum ſabuloſum quid ſit. folio 419. col.2. lit. B.

Vrinæ ſedimentum ſabuloſum, & arenoſum, in quo differunt, & conueniunt. ibid. l. D. E.

Veſicæ lapidem nullum medicamentum ſic conterit, vt à Mercato ſcribitur. fol. 420. col.1. lit. A.

Vrinæ inuoluntarius exitus ad veſicæ actionẽ non ſpectat, ſed ad muſculũ aduerſus Rudium, qui ſibi ipſi aduerſatur. 438 col. 2. lit. A. & C.

Vrinæ ardor unde ſic dicitur. fol.446. col.2. lit. D.

Vrinæ ardor eſt ſymptoma actionis ſenſitiuæ deprauatæ. ibid lit. E.

Vrinæ ardor ſequitur intemperiem, vel continui ſolutionem, vel vtramque. fol. 447. col.2. lit. D

Vrinæ ardoris cauſæ. ibid.

Vrinæ ardoris ſigna. fol.448. col.1. lit. D.

Vrinæ ardoris ſigna cauſarum. ibid lit. E

Vrinæ ardoris per victus rationem curatio. fol.448. col.2 lit. E.

Vrinæ ardoris per pharmaciam curatio. folio 449. col.2. lit. D.

Vrinæ ardor ex vlcere lenientibus, & abſtergentibus eget. fol.450. col.1. lit. A.

Vrinæ ad ardorem efficaciæ medicamenta. fol.451. col.1. lit. C.

Vrinæ ad ardorem ſerum depuratum, vel elambicatum ſummè valet. ibid. doſis eius. ibid. lit. D.

Vrinæ retensio actionis magis animalis, quàm naturalis eſt, expulſio verò actionis naturalis magis, quàm animalis eſt. folio 452. col.2. lit. B.

Vrinæ exitus inuoluntarius, ſeu incontinentia duplex, propria, & impropria. folio 453. col.1. lit. A.

Vri-

Vrinæ in incontinentia muſculus eſt pars affecta. ibid. lit. C.

Vrinæ incontinentia eſt ſymptoma in actione motrice abiata. ibid.

Vrinæ incontinentia propria duplex; vna naturalis, alia præter naturam ibid. lit. E.

Vrinæ incontinentia propria ab intemperie, & ſæpius à mala compoſitione muſculi fit. ibid. col. 2. lit. A.

Vrinæ incontinentiæ cauſæ ſunt humores frigidi pituitoſi. ibid lit. B.

Vrinæ incontinentia ſenibus ſæpe euenit. ibidem.

Vrinæ incontinentia piſcatoribus in aqua diu immorantibus contingit. ibid. lit. G.

Vrinæ incontinentia euidam ex laxatis ſpinæ vertebris contigit. ibid. lit. E.

Vrinæ incontinentiæ ſigna. folio 454. col. 1. lit. B.

Vrinæ incontinentiæ ſigna cauſarum. ibidem.

Vrinæ incontinentia pueris, adoleſcentibus robuſtis, et mulieri prægnanti faciliter curatur. fol. 454. col. 1. lit. E. ſi verò incontinentia fit ex vertebrarum luxatione, vel à vulnere tranſuerſo muſculi incurabilis, ſicut et in ſenibus decrepitis. fol. 454. col. 2. littera B.

Victus incontinentiæ per victus rationem curatio. ibid. lit. D.

Vrinæ in incontinentia parca ſit cœna, et ouis ſorbitibus cum modico cinnamomi, & ſale, aut pyris aſſis, & huiuſmodi terminetur. fol. 455. col. 1. lit. E.

Vrinæ incontinentiæ ex menſium, aut hæmorrhoidum retentione ex talo ſanguis mittendus eſt. ibid. col. 2. lit. D.

Vrinæ incontinentiæ per pharmaciam curatio. ibid. lit. E.

Vrinæ ad incontinentiam leporis cerebellum ſiccum vino epotum, & alia etiam à proprietate occulta operantia. fol. 456. col. 1. lit. E. & infra.

Vſus abſynthij duobus modis commendatur, vno modo ſi totum ebulliat in oleo; alio modo, ſi eius accipiantur comata, eaque tuſa in emplaſtrum ponamus. fol. 199. columna 1. lit. D.

Vuæ paſſæ ab Alexandro in hepaticis laudantur, & nihil eſt ex Galeno, quod magis opituletur, ac faciat vua paſſa. fol. 165. col. 2. lit. D.

BIBL… ROMA … EMANUEL…

REGISTRVM.

§ ✠ §§ A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z
Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii KK Ll Mm Nn Oo Pp Qq
Rr Sſ Tt Vv Xx Yy Zz Aaa Bbb Ccc Ddd Eee
Fff Ggg Hhh Iii KKK Lll. *a b c d.*

Omnes ſunt duerniones, præter §§ qui eſt ternio.